
BULLARIUM
FRANCISCANUM

TOMUS SECUNDUS.



BULLARIUM
FRANCISCANUM
ROMANORUM PONTIFICUM



CONSTITUTIONES, EPISTOLAS, AC DIPLOMATA CONTINENS

TRIBUS ORDINIBUS

MINORUM, CLARISSARUM, ET POENITENTIUM

A SERAPHICO PATRIARCHA

SANCTO FRANCISCO

INSTITUTIS CONCESSA

AB ILLORUM EXORDIO AD NOSTRA USQUE TEMPORA

IUSSU ATQUE AUSPICIIS REVERENDISSIMI PATRIS MAGISTRI

FR. JOANNIS BAPTISTÆ COLOMBINI

ARTIUM ET S. T. D., IN REGIA PAPIEN. UNIV. PUBL. THEOL. DOGM. ET HIST. ECCL. PROFESSORIS,
SANCTÆ ROMANÆ ET UNIVERSALIS INQUISITIONIS CONSULTORIS,

ET MINORUM CONVENTUALIUM MINISTRI GENERALIS

CONQUISITIS UNDIQUE MONUMENTIS NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUM
NOTIS, ATQUE INDICIBUS LOCUPLETATUM

STUDIO ET LABORE

FR. JOANNIS HYACINTHI SBARALEÆ

EJUSDEM ORDINIS SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRI

TOMUS II.

REFERENS EA, QUAE ALEXANDRI ET URBANI IIII. SUNT.



Hic est ille, qui opere et doctrina Christi sustentabit Ecclesiam. Innoc. III. Ex S. Bonav. in Leg. S. Franc. c. 3.

ROMÆ MDCCLXI.

TYPIS SACRÆ CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE

SUPERIORUM FACULTATE.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO DOMINO

CLEMENTI XIII.

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

FR. JO: BAPTISTA COLOMBINI PAPIENSIS

ORDINIS FF. MINORUM S. FRANCISCI CONVENTUALIUM MINISTER GENERALIS.



ETsi perſæpe mihi, BEATISSIME PATER, ac diu peroptaverim pro ampliſſimis Sanctitatis Tuæ in me, meumque Ordinem beneficiis aliquando meæ ſatisfacere voluntati, officioque; nunquam tamen nactus ſum tempus hoc magis idoneum, quo meis fortuna reſponderet optatis, quam in incepti per nos Operis de Summorum Pontificum privilegiis, diplomatibuſque meo Ordini Seraphico collatis nupera ac præſenti evulgatione. Cum enim meus in miniſterio prædeceſſor primum ejuſdem Operis Volumen Sanctitati Tuæ ratione, qua par erat, & æquitate dicatum obtulerit, (cui namque magis Opus Romanorum Pontificum nuncupandum erat, quam illorum digniſſimo Succeſſori, eorumdemque virtutum æmulatori) & illud eſſe TIBI pergratum ſumma humanitate præ TE tuleris: multo magis poſthac meum eſſe judicavi, alterum ſubſe-

quens prædicti Operis Volumen in Tuum feliciſſimum Nomen prodire; utpote qui me magnis, ac honorificis, Ordinem vero meum maximis affeciſti beneficiis: nam ad me quod attinet, non mei unius ſolum ad ſupremam Præfecturam Ordinis electionem probaſti, ac humaniſſime confirmaſti; verum etiam inter S. Rom. Univerſalis Inquiſitionis Conſultores eſſe conceſſiſti: ad Ordinem vero Seraphicæ meæ familiæ præter ea, quæ memoratus meus anteceſſor brevi complexus eſt, illud maximum, ac perilluſtre acceſſit, ut ejuſdem Ordinis alumnum in S. Rom. Eccleſiæ Purpuratorum Collegium cooptaveris; quo neſcitur, an majus, præſtantiuſque nobis, ac aliis impertire potueris, & ſi potuiſſes, etiam illud volueris. Quibus quidem beneficentiæ, magnanimitatis, atque benevolentiæ perſpicuis monumentorum vinculis ita me, meique Ordinis univerſos devinxiſti, ut ingentium Tuorum erga me, cunctoſque noſtræ Franciſcanæ familiæ alumnos meritorum, quæ nulla unquam oblivio delebit, probe, ſemperque memores, cum pro viribus unquam gratias referre nequeamus, jugiter precibus ad Deum bonorum omnium largitorem Nobis inſiſtendum ſit, ut Sanctitatem Tuam feliciter quam diutiſſime vivere, & incolumem pro publica re Chriſtiana optime, ſancteque, uti omnium cum laude jam cœpiſti, & cœpta peragis, dirigenda ſervare dignetur. Quod reliquum eſt, id ſupplex oro, ut ex alto, ubi glorioſe ſedes, illius exemplo, cujus in Terris vices geris, *qui in altis habitat, & humilia reſpicit*, hoc qualecunque munus benigne ſuſcipias, Ordinem meum propitius tuearis, & mihi, meæque Seraphicæ familiæ alumnis ad ſacros Beatitudinis Tuæ pedes provolutis Apoſtolicam Benedictionem largiaris.

FR. JOAN-

FR. JOANNES BAPTISTA COLOMBINI

DE TICINO

Artium & S. T. D., in Regia Papien. Univ. Publ. Theol. Dogm. & Hist. Eccl. Professor, Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis Consultor,

TOTIUS ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI CONVENTUALIUM
POST SERAPHICUM PATRIARCHAM

MINISTER GENERALIS LXXXVII.

CUM Tomum Secundum Operis, cui Titulus BULLARIUM FRANCISCANUM, a R. P. F. Hyacintho Sbaralea Ordinis Minorum Conventualium S. Theologiæ Magistro compositum aliquot Ordinis Nostri Theologi jussu nostro recognoverint, & in lucem edi posse testati fuerint; facultatem impertimur, ut Typis tradatur, si iis, ad quos attinet, videbitur. In quorum &c.

Datum Romæ ex nostro Cœnobio SS. xII. Apostolorum die 25. Maji 1761.

Fr. Jo: Baptista COLOMBINUS
Minister Generalis Ordinis.

Fr. Joseph Maria Cassera de Mediolano
Secretarius, & Assistens Ordinis, ac Provincialis Angliæ.

TOMUM alterum Collectionia Bullarum, aliorumque Sedis Apostolicæ Documentorum ad Franciscanos Ordines pertinentium, una cum subjectis identidem Notia attente perlegimus, ac jussu Reverendissimi Patris Ministri Generalia sedulo perlustravimus. Nihil vero in eo deprehendimus, quod sanæ Fidei, probisque moribus adversetur. Summam potius Adnotatoria diligentiam, & eruditionem ad Historiæ Ecclesiasticæ, sed præsertim Franciscanæ commodum facientem admirati sumus: justumque credidimus, ut publici juria fiat, si eorum, ad quos spectat, voluntas accedat. In quorum &c.

Datum Romæ in Cœnobio SS. XII. Apostolorum die 5. Maji 1761.

Fr. Joseph Antonius MARTINELLI *S. T. D. Ex-Assistens Ordinis, & Sacræ Indicis Congregationis Consultor.*

Fr. Laurentius Antonius SAVORINI *Minor. Conven. S. T. M., & in Romano Archigymnasio Publicus Philosophiæ Professor.*

IM-

IMPRIMATUR

Si videbitur Revm̃o Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

D. Giordanus Archiep. Nicomed. Viceſgerens.

APPROBATIONES.

VOlumen Secundum Bullarii Franciscani eadem, qua Primum diligentia, & integritate obſervatum eſt. Ne hoc ipſum quidem vel hilum continet, quod ab Orthodoxæ Fidei regula, a ſanctitate morum, & ab Apoſtolicarum Conſtitutionum ſenſu alienum exiſtimari poſſit. Ab Auctore Operis ſpectatiſſimo *Magiſtro Hyacintho Sbaralea*, in quo ſumma doctrinæ vis cum ſumma pietate conjungitur, nil niſi ad ſanctiſſimæ Religionis noſtræ amuſſim perſectum, atque elaboratum expectandum erat. Plura in eo erunt Franciſcanarum antiquitatum monumenta inedita hactenus & incomperta; ſed quæ ejus naturæ ſint, ut, quum novæ lucis illecebris Eruditorum animos delectaverint, prodeſſe valeant omnibus, nocere nemini; Etiam ſperare licet, ut Reverendiſſimus P. S. Palatii Apoſtolici Magiſter Augustinus Ricchinius, qui nobis cenſendi Provinciam commiſit, idem ipſe noſtræ hujus ſecundæ cenſuræ tabulas acceptas, atque probatas habere velit: Sic enim & utilitas, & excellentia Operis poſtulare videtur.

Ex Ædibus S. Auguſtini III. Idus Decembris An. 1761.

Fr. Auguſtinus Antonius Georgi *Auguſtinianus, Publicus in Rom. Sap. Archigymnaſio Scripturæ Sanctæ Profeſſor, & S. R. C. Conſultor.*

Conſtantinus Ruggerius *Bibliothecæ Imperiali Præfectus.*

IMPRIMATUR

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchini Ord. Prædicat. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

IN-

INDEX CHRONOLOGICUS

DIPLOMATUM SECUNDI TOMI.

ALEXANDER IV.

LIII. Con-

CCLI. *Laus*

1256. 15. Novembr. CCLI. *Laus Academiæ* Parisien., *& Fratrum Prædicat., Minorumque, quorum perturbatores damnat, & Studium permanere jubet.* pag. 170.

CCLII. *Ut Episcopus* Jaczwingis *ad Christum convertendis detur.* 172.

22. Decembr. CCLIII. *In quosdam* Fabriani *Fratrum Min. molestatores.* 173.

CCLIV. *Indulgentia pro Ecclesia Montis* Formosini. 174.

29. Decembr. CCLV. *Nulla Ædes sacra Religios. fiat apud Castrum* S. Severini. 174.

23. Decembr. CCLVI. Wratislavien. *Ecclef. nostræ confert Indulgentiam.* 174.

CCLVII. *Ejusdem loci Fratres uti possint Palliis, sacrisque vestibus sericis in Divinis mysteriis, ac horis canonicis.* 175.

28. Decembr. CCLVIII. *Fratribus* Catacen. *Ecclesiam Sanctæ Trinitatis confirmat.* 175.

CCLIX. *Fr. R. dispenset super impedimento cujusdam Matrimonii.* 178.

CCLX. *In quosdam Aleman. Fratrum perturbatores.* 178.

CCLXI. *In alios Lombardiæ Prælatos Ecclesiast.* 179.

30. Decembr. CCLXII. *Præsules Ecclef. solvere possunt Fratres nostros a censuris, & ab irregularitate dispensare.* 179.

31. Decembr. CCLXIII. *Indulgentia pro nostris Ecclesiis* Bohemiæ, *Moraviæ, Poloniæ, & Prussiæ.* 179.

CCLXIV. *S. A. Legati litteras pro Ecclesia* Lubecen. *confirmat.* 179.

1257. 4. Januar. CCLXV. *Ecclesiæ* Clarissarum Wratislavien. *tribuitur Indulgentia.* 180.

4. Januar. CCLXVI. *Excommunicatio in quosdam FF. Teutonicos servetur.* 180.

CCLXVII. Crucesignati *Poloniæ, Austriæ, & Moraviæ privilegio donantur.* 181.

CCLXVIII. *Eisdem Conservatores assignantur.* 182.

7. Januar. CCLXIX. *Iterat suas litteras* 131. Licet nos olim *ad Cancel. Parisien.* 183.

8. Januar. CCLXX. *Clarissarum Ecclesiæ S. Aug. Asculi datur Indulgentia.* 183.

CCLXXI. *Innovatio Constitutionis* 123. De pia & sancta &c. 183.

CCLXXII. *Ne extruantur Ædes* Damianitarum *in Aquitania, & Vasconia sine licentia Ministri Prov. O. M.* 183.

9. Januar. CCLXXIII. *Tractatus inter Monachos S. Pauli de Valle Pontis, & Clarissas* Montia Lucidi *Perus. compleatur.* 184.

11. Januar. CCLXXIV. *Idem Monasterium* Montia Lucidi *ejusque coloni eximuntur ab oneribus publicis & præstationibus.* 185.

CCLXXV. *Ecclesia nostra* Hispellen. *ditatur Indulgentia.* 185.

12. Januar. CCLXXVI. *Collatio Ecclesiæ* Castrellen. *Decano Bracaren.* 186.

13. Januar. CCLXXVII. *Indulgentia pro Ecclesia nostra* Monachii *in Bavaria.* 186.

18. Januar. CCLXXVIII. *Item pro* Hortana *in Tuscia.* 186.

CCLXXIX. *Et pro ædificio alterius nostræ* Hispellen. 186.

20. Januar. CCLXXX. *Repetitio Constitutionis* 325. *Gregorii IX.* Prohibente Regula. 187.

22. Januar. CCLXXXI. *Hospitale Stagni dari mandat Clarissis* Pisanis. 187.

CCLXXXII. Asculanæ *Clarissæ gaudeant privilegiis Fratrum O. M.* pag. 187. 1257. 28. Januar.

CCLXXXIII. *Fr. Bartholomæus Bohemus Crucis prædicator commendatur.* 187. 29 Januar.

CCLXXXIV. *Clarissis Vallis gloriæ Hispellen. bona confirmat.* 188.

CCLXXXV. *Approbat permutationem quandam FF. Teutonicorum cum Capitulo Ecclef. Lateranen.* 188. 30. Januar.

CCLXXXVI. *Emptionem loci pro Conventu Cæsenaten. confirmat.* 190.

CCLXXXVII. *De Episcopatu* Luvcow *Fr. Barthol. Bohemo dando.* 191. 1. Februar.

CCLXXXVIII. *Constitutio* 123. De pia & sancta &c. *iteratur.* 192. 2. Februar.

CCLXXXIX. *Item ad alios Ecclef. Præsules directa.* 192.

CCXC. *Ut Fratres ad alios Ordines* transfugæ *reddantur.* 192. 5. Februar.

CCXCI. *Idem aliis Regularibus FF. præcipitur.* 193.

CCXCII. *De legatis, & aliis Clarissæ* Avenionen. *nihil solvant.* 193. 7. Februar.

CCXCIII. *Episcopo* Lubecen. *nil obsit, si diffusa loca visitare nequit.* 194. 11. Februar.

CCXCIV. *Confessio census a Clarissis* Venetis *Rom. Ecclesiæ soluti.* 194. 13. Februar.

CCXCV. *Clarissæ* Argentinæ *rixantes alio transferantur.* 194. 18. Februar.

CCXCVI. *In Clerum* Fabriani *Fratribus molestum.* 195. 19 Februar.

CCXCVII. *Declaratio* Regulæ *Fratrum Minorum.* 196. 20. Februar.

CCXCVIII. *Collatio Monasterii Sancti Firmi majoris* Veronæ *Fratribus nostris facienda demandatur.* 196. 21. Februar.

CCXCIX. *De eadem re Ravennat. Electo S. A. Legato.* 197.

CCC. *Indulgentia pro Fratribus ad Comitia* Gener. *accedentibus.* 197.

CCCI. *Alia itidem accedentibus ad* Provin. *Comitia.* 198. 26 Februar.

CCCII. *Clarissis Montis Lucidi copia sit commutandi bona.* 198.

CCCIII. *Collationem Ecclesiæ* Castrellen. *ab Episcopo Marochien. factam approbat.* 198. 2. Martii.

CCCIV. *Episcopus* Calien. *partem terræ tribuat pro nostri Conventus ampliatione.* 200. 4. Martii.

CCCV. *Constitutionis Innocentii IV. dubia quædam exponit.* 200. 6. Martii.

CCCVI. *Indulgentia pro Ecclesia Monialium O. B. Carpit. Antioch. certis diebus.* 202.

CCCVII. *In Clerum Theat. molestatorem Fratrum* Lancian. 202. 7. Martii.

CCCVIII. *Hospitale S. Leonar. Stagni detur Clarissis* Pisania. 203. 12. Martii.

CCCIX. *Clarissis* Eugubinia *mittitur Regula Gregorii IX.* 203. 14. Martii.

CCCX. *Negotia Joannis* Sacci *Canon. exequenda curent.* 203. 15. Martii.

CCCXI. *Monasterium Clarissarum* Eugubin. *privilegio firmat.* 205. 16. Martii.

CCCXII. *Ecclesiam Clarissis* Nucerinia *datam confirmat.* 206. 19. Martii.

CCCXIII. *De incertis &c. Fratres* Ravennates 200. *libras Imper. percipiant.* 206. 20. Martii.

CCCXIV. *Clarissas* Asten. *a censuris absolvat earum Cappellanus.* 207. 23. Martii.

& *Abbatissæ suum auxilium pollicetur*. 252.

1257. 12. Octobr. CCCLXXIV. S. Bonaventuræ *M. G. facultates tribuit & præsertim in Fratres suos uti Pœnitentiarius Apostolicus*. 253.

27. Octobr. CCCLXXV. *Compellantur* Perusini *abradere statuta contra Ecclesiasticos, & Religiosos*, Montisque Lucidi *Sorores*. 254.

1. Novembr. CCCLXXVI. *Nullas dicit litteras contra locum* S. Eadmundi *obtentas*. 255.

CCCLXXVII. *Pro fabrica loci* Majoricæ *Legion. dat Indulgentiam*. 255.

3. Novembr. CCCLXXVIII. *Hospitalia* Pisana *Ord. Camaldul. non uniantur majori*. 255.

8. Novembr. CCCLXXIX. *Hospitale Stagni Clarissis* Pisanis *confirmat*. 256.

CCCLXXX. Societati *B. Mariæ, & B. Francisci* Balneoregii *erectæ confert Indulgentiam*. 261.

CCCLXXXI. *Item Societati simili* Auximi. 262.

CCCLXXXII. *Et* Recineti *similiter certis diebus*. 262.

CCCLXXXIII. *In* Perusinos *Clarissas, & alios Eccles. statutis novis aggravantes*. 263.

22. Novembr. CCCLXXXIV. *Bona stabilia loci* Tiburtini *Fratribus* O. M. *concessi conferuntur Basilicæ S. Petri de Urbe*. 263.

CCCLXXXV. *Adeuntibus Ecclesiam nostram* Velitern. *orationis causa elargitur Indulgentiam*. 264.

17. Novembr. CCCLXXXVI. *Itidem subvenientibus fabricæ ejusdem*. 264.

29. Novembr. CCCLXXXVII. *Fratribus* Asculanis *novus Conservator assignatur*. 264.

CCCLXXXVIII. *De eadem re Consilio, & populo illius urbis*. 265.

2. Decembr. CCCLXXXIX. *Eisdem Fratribus tribuit facultatem ad novum locum se conferendi*. 265.

CCCXC. *Clarissæ* Vallis gloriæ *Hispellen. quædam bona distrahant*. 265.

3. Decembr. CCCXCI. *Provisio de Fratribus ad alios Ordines transituris*. 266.

4. Decembr. CCCXCII. *Indulgentia pro loco* Confluentiæ *construendo*. 266

15. Decembr. CCCXCIII. *Donationem Fratribus* Fulginii *factam confirmat*. 267.

CCCXCIV. *Alter Conservator datur Fratribus* Asculanis *pro eorum veteri loco disponendo*. 269.

CCCXCV. *De eadem re Civibus illius urbis*. 269.

CCCXCVI. *Abbatissam* Massæ *ad aliud* Falcsii *Monasterium transfert, & utriusque unionem dissolvit*. 269.

29. Decembr. CCCXCVII. *Indulgentia pro Ecclesia nostra* Ferentin. 271.

1258. 10. Januarii. CCCXCVIII. *Firmat permutationem Fratrum nostrorum* Fulginat. *cum Episcopatu illius Civitatis*. 271.

23. Januarii. CCCXCIX. *Monasterium* Iselcten. *mandat dari Clarissis Castri Begni*. 273.

CD. *De eodem loco Episcopo, & Clero Urbinati*. 274.

20. Januarii. CDI. *Ecclesiam S. Matthæi Fratribus* Fulginat. *donatam confirmat*. 274.

CDII. *Tempore Interdicti Fratres* De Pœnitentia *privilegio fruantur*. 274.

28. Januarii. CDIII. Eugubini *Fratres* 200. *uncias auri percipiant de incertis, reddendis &c.* pag. 275.

CDIV. *De controversia super Præfectura Cantorum* Bitcaten. *Ecclesiæ*. 275. 1258. 31. Januarii

CDV. Mutinen. *Episcopus relaxet censuras in Fratres Minor. latas*. 277. 12. Februarii.

CDVI. *Concessionem Fratribus* Montis Sancti *factam confirmat*. 277. 19. Februarii.

CDVII. *Clarissæ* Longe Marchæ *subduntur curæ FF. Minorum*. 279. 20. Februarii.

CDVIII. Ferentini *Fratribus datur posse recipere* 100. *uncias auri de restituendis, incertis legatis &c.* 279. 27 Februarii.

CDIX. *Ut primus lapis ponatur in ædificio Ecclesiæ* Asculanæ, *& Cœmeterium benedicatur*. 280. 7. Martii.

CDX. *Societati B. M. & B. Franc.* Tuscanæ *confert Indulgentiam*. 280. 9. Martii.

CDXI. *Fratres* Proceni *percipiant* 100. *uncias auri de incertis, reddendis &c.* 281. 14. Martii.

CDXII. *Idem permittitur Conventui* Bevanien. 281.

CDXIII. *Monasterium* Ficeclen. *Clarissis Gattajolæ firmat*. 281. 18. Martii.

CDXIV. *Nemo nisi Legatus a latere Pontif. assumat Fratres in* Socios, *vel alias sine licentia Ministrorum Ordinis*. 282. 19. Martii.

CDXV. *Fratres a quocunque* Tributo *immunes decernit*. 283. 26. Martii.

CDXVI. *Ne a quibusvis Prælatis Fratres aggraventur*. 283. 1. Aprilis.

CDXVII. Rothomagen. *Archiepiscopus Præsules Eccles., & Magnates Gallos invicem conciliet*. 283. 11. Aprilis.

CDXVIII. *Fratribus in terras* Infidelium *missis privilegia tribuit*. 285. 19. Aprilis.

CDXIX. Asculanæ *Clarissæ S. Aug. conveniri nequeant per litteras Apost., nisi &c.* 287. 26. Aprilis.

CDXX. Perusin. *Episcopus revocet statutum contra Fratres Prædicat., & Minores*. 287. 6. Maji.

CDXXI. *Facultas absolvendi eos, qui in executione voti de visitatione Ecclesiæ* Assisiat. *S. Francisci aliquid omiserant*. 288.

CDXXII. *Nullum Religiosarum Monasterium in agro* Montis Politiani *construatur*. 288. 11. Maji.

CDXXIII. *Censuras Eccles. in* Urbinates *latas mandat servari*. 288. 18. Maji.

CDXXIV. *Monasterium Clarissarum* Falcsii *privilegio exornat*. 289. 23. Maji.

CDXXV. *Fratres, quibus licet, intra* Trimestre *ad alium Ordinem transeant, alias pœnis subjiciantur*. 291.

CDXXVI. *Clarissæ S. Francisci* Tudert. *quæcunque bona Monialium retinere possunt, exceptis feudis*. 291. 6. Junii.

CDXXVII. *In pergravantes Fratres* De Pœnitentia. 292.

CDXXVIII. *Moniales S. Francisci* Tudert. 100. *uncias auri percipiant de incertis, reddendis &c.* 293. 13. Junii.

CDXXIX. *Eadem uti valeant* Privilegiis *Fratrum Minorum*. 293.

CDXXX. *Et conveniri nequeant per litteras Apostol. nisi &c.* 293.

CDXXXI. *Eis item amplum privilegium confertur*. 293. 16. Junii.

CDXXXII. *Mancipia* Ezelini *de Romano, ejusque fratris Alberici fiunt libera*. 295. 3. Julii.

CDXXXIII. *S. Gorgii Ecclesiam Clarissis* Sor- 8. Julii.

publicentur, & Bedellus *percellatur*. pag. 352.
1259. 11. Julii. CDXCVIII. *Iidem* Academici *studeant se reconciliare Religiosis*. 354.
23. Julii. CDXCIX. *Rex* Franciæ *adsit Episcopo contra tumultuantes Academ.* 356.
25. Julii. D. *Guillelmus de S. A. nihil de bonis Eccl. percipiat*. 357.
26. Julii. DI. *Compositiones Fratrum sine Ministrorum assensu sint nullæ*. 357.
28. Julii. DII. *Ne quis contradicat Stigmatibus Sancti Francisci sub pœna &c.* 358.
11. Septembr. DIII. *Innovatio Constitutionis* 442. Super eo quod. 358.
DIV. *Ne quis* Inquisitores *hæret. pravit.*, *eorumque Notarios censuris Eccles. multet*. 360.
15. Septembr. DV. *Eisdem variis varias* Indulgentias *impertitur*. 360.
DVI. *In Umbria duo contra hæreses* Inquisitores *instituuntur*. 361.
17. Septembr. DVII. *Capella S. Cassiani detur Fratribus* Interamnen. 361.
DVIII. *In* Apostatas *Ordinis Fratribus sit potestas ampla*. 362.
20. Septembr. DIX. *Concessionem Ecclesiæ* Ariminen. *Fratribus confirmat*. 362.
DX. *Repetit Constitutionem* 451. Super extirpatione &c. 363.
22. Septembr. DXI. *Ecclesia* Assisii *S. Francisci tempore* Interdicti *gen. pateat omnibus certis diebus, exceptis excommunicatis*. 363
26. Septembr. DXII. *Monasterium Clarissarum* Tuscon. *privilegio adornat*. 363.
DXIII. *Iterat diploma* 418. *Innocentii IV.* Iis quæ auctoritate &c. 365.
29. Septembr. DXIV. Syndicos *Fratrum Min. Umbriæ a se institutos commendat*. 366.
3. Octobris. DXV. *Ne Capellæ Monasterii* Montis Sancti Tudert. *tributis graventur*. 366.
18. Octobris. DXVI. *Capellanus Clarissarum* Falesii *visitet & procurationes accipiat*. 367.
23. Octobris. DXVII. *Assis. Clarissis* De Panzo *mitigatam Regulam concedit*. 367.
6. Novembr. DXVIII. *Clarissas* Aquilæ *ad aliam locum illius diœcesis transfert*. 367.
7. Novembr. DXIX. *De unione Monasterii Logonen. ad* Genuense *Clarissarum*. 368.
17. Novembr. DXX. *Indulgentia pro nostra Ecclesia* Glemonen. *annua*. 370.
30. Novembr. DXXI. *Constitutiones Innocentii IV. contra hæreticos mittit, & mandat observari*. 370.
4. Decembr. DXXII. *Ecclesiam S. Angeli* Hortæ *Fratribus datam confirmat*. 376.
13. Decembr. DXXIII. *Archiepiscopo* Ebredun. *super variis art. rescribit*. 377.
1260. 5. Januarii. DXXIV. *Renovat Constitutionem* 453. Exortis in agro &c. 379.
15. Januarii. DXXV. *Juramento, vel voto alteri Ordini addictus, qui in illo* Prædicat. *vota solemnia nuncupavit, demtis Cistercien., & Minor., illius sit*. 379.
DXXVI. Burdigalensibus *civibus Clarissæ commendantur*. 380.
20. Januarii. DXXVII. Inquisitores *censuris cogant sententias proprias exequi*. 380.
21. Januarii. DXXVIII. Venetus *Episcopus curet bona Clarissarum detenta restitui*. 380.
23. Januarii. DXXIX. *Tam hæretici ad Ecclesiam redeuntes, quam eorum fidejussores compellantur ab Inquisitoribus parere mandatis suis*. pag. 381.
DXXX. Indulgentia *pro omnibus Ecclesiis Ordinis diebus statis*. 381. 1260. 28. Januarii.
DXXXI. *Clarissas* Fulginat. *de Virginibus privilegio donat*. 382. 31. Januarii.
DXXXII. *Monasterium Logani Clarissis* Genuen. *confirmat*. 383. 8. Februarii.
DXXXIII. *Dissolutionem Hospitalis* Orticotien. *a majori fieri præcipit*. 384. 14. Februarii.
DXXXIV. *Repetit Constitutionem* 462. Quod super nonnullis. 385. 18. Februarii.
DXXXV. *Teutonici Fratres* Crucem *prædicari curent contra Paganos*. 385. 20. Februarii.
DXXXVI. Biterren. *Clarissas amplo perornat privilegio*. 386. 25. Februarii.
DXXXVII. *Censuræ in Clarissas* Longemarchæ *auferantur*. 386. 26. Februarii.
DXXXVIII. *Inquisitoribus hær. prav.* Umbriæ *facultates tribuit*. 387. 4. Martii.
DXXXIX. *Fratres* Hortæ *restituantur ad locum S. Angeli*. 388. 5. Martii.
DXL. *Probat acta* Fr. Pauli *Notarii contra hæreticos scripta*. 389. 8. Martii.
DXLI. *Clarissæ* Longemarchæ *utantur nunc privilegiis, ut antea*. 389. 9. Martii.
DXLII. *Provisio pro* Fr. Andrea *Inquisitore hær. prav. Romanæ Prov.* 389. 25. Martii.
DXLIII. *Pro eodem* Rectoribus *locorum ejusdem Provinciæ*. 390.
DXLIV. *Item* Viterbiensibus *pro eodem Inquisitore*, 390. 29. Martii.
DXLV. *Ac* Sutrinis *Civibus*, 390. 30. Martii.
DXLVI. Castrensique *populo in Tuscia*. 390.
DXLVII. *Itidem* Præfecto Urbis *nempe Romæ*, 390.
DXLVIII. *Et etiam* Urbevetanis, 390. 31. Martii.
DXLIX. *Ac omnibus Episcopis, Prælatisque dictæ Provinciæ*. 391.
DL. *Communi quoque* Tusconensi, 391.
DLI. *Et tandem* Petro de Vico *contra hæreticos, & præsertim adversus Capellum de Chia*. 392. 1. Aprilis.
DLII. *Componit controversiam inter Clerum & Fraternitatem* Romanam *de honoris gradu &c.* 392. 20. Aprilis.
DLIII. *De eodem re Capitulo Basilicæ Sancti Petri de Urbe*. 393.
DLIV. *Innovat Constitutionem* 1. *Innocentii IV.* Noverint universi &c. 393. 23. Aprilis.
DLV. *Contra molestatores Fratrum Provinciæ* Bononiensis *assignantur Conservatores, & quales*. 393. 28. Aprilis.
DLVI. *Locum* S. Facundi *eandem concessum Fratribus confirmat*. 394. 30. Aprilis.
DLVII. *Clarissas* Frusinonen. *liberat a nonnullis oneribus*. 395. 20. Maji.
DLVIII. *Constitutio* 391. Cum & plantare &c. *repetitur*. 396. 25. Maji.
DLIX. Viterbienses *Fidei Catholicæ zelatoris commendantur*. 396.
DLX. *Ecclesiæ nostræ* Taleacotii *annua datur Indulgentia*. 396. 28. Maji.
DLXI. *Item pro illa Oppidi* Aquævivæ *Firmanæ diœcesis*. 397.
DLXII. *Monasterium* Iscleten. *Clarissis datum confirmat*. 397.
DLXIII. *Ecclesia nostra* Civitatis Castellanæ 29. Maji.

URBANUS IV.

LXXXVI. Prio-

CL. Epi-





INDEX ALPHABETICUS
DIPLOMATUM, ET BULLARUM
SECUNDI TOMI HUJUS OPERIS.

Cum

Habe-

Ni-

Quo

Vix



BULLA-



BULLARIUM FRANCISCANUM

ROMANORUM PONTIFICUM

CONSTITUTIONES, EPISTOLAS, AC DIPLOMATA CONTINENS

TRIBUS ORDINIBUS

MINORUM, CLARISSARUM, ET POENITENTIUM

A S. PATRE FRANCISCO

INSTITUTIS CONCESSA.

ALEXANDER PAPA IV.

Alexander PP.IV. An. Ch. 1254.

Raynaldus Anagninus ex Comitibus Signiæ in Latio Gregorii IX. Nepos ex Episcopo Ostien. & Velitren. electus est Neapoli in Romanum Pontificem pridie idus Decembris anno 1254. coronatus vero die 21. eodem mense & anno. Sedit in Summo Pontificatu annos VI. menses V. dies XII., vivendique finem fecit Viterbii anno 1261. die 25. Maji.

Annunciat suam ad summum Pontificatum assumptionem omnium Fratrum precibus turbatum Ecclesiæ statum, suamque personam commendans. (Ex Regest. Vatic. epist. 3. lib. 1. apud Waddingum in Annal. Minor. ad annum 1254. num. 22., & apud Raynaldum in Annal. Eccl. ad hunc ann. num. 2. sed mutilam referentem, ut & in novo Bullario Rom. tom 3. Bul. 1., integra vero in Bullario Ord. Prædicat. tom 1.)

I. Anno 1254. die 22. Decembris.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Dilectis Filiis ... Ministro Generali [a], *& Universis Prælatis, ac Fratribus Ord. Min. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

De optima universi dispositione ex summa Dei providentia.



Umma Summi Artificis providentia summè universa disponens certum modum, rectumque ordinem universis statuit creaturis, imponens singulis metas suas, earumA que statum propria limitum determinatione distinguens; ut per discretionem hujusmodi vitaretur in rerum universitate confusio, & tot differentium entium essentia tali differentia servaretur. Hac itaque ordinis congruentia Operator ille omnipotens discreta congessit, fœderavit varia, contexuit dissimilia, copulavit diversa, elementa ligavit, compegit Orbem, Mundi firmavit Machinam, totumque Universum B mira omnium interveniente concordia stabilivit. Sic & Universalis Ecclesia, distributis in ea gradibus, officiisque distinctis, directa horum dispositione, stabilique ordinatione consistit: quia cum hujusmodi ministeria gradatim inter se differant; dum potiores minoribus imperant, & inferiores Superioribus reverenter intendunt; dum hi humiliter subsunt, & illi benignè præsunt; dum congruis illi premunt jussionibus, & devo-

Sic & universalis Ecclesiæ recta ordinatio.

(a) Ministro Generali: B. Joanni Parmensi.

tis isti animis obsequuntur; viget ex hoc in diversis Ecclesiæ officiis conveniens consonantia; totumque ipsius Ecclesiæ corpus in suo decoro statu per hanc ordinatam, & consonam diversitatem feliciter præservatur, quamdam delectabilem, & continuam ministeriorum suorum decenti convenientia in conspectu Altissimi resonans harmoniam. Et quoniam ad subsistentiam [a] multorum, & regimen præesse oporteret unum singulare, præcipuumque; quia pluralitas in præsistentia [b] scissuram induceret; subsistentibus discrimen inferret; & solidam gubernaculi disrumperet firmitatem; præeminet quidem ob hoc dispositione divina cunctis Ecclesiis Apostoli Petri Sedes, a qua velut a capite ad ipsas Ecclesias, tanquam cohærentia sibi membra per ejusdem Apostoli Successores documenta salubria, vivendi norma, munimina opportuna, & canonica instituta procedunt. Verùm, quia fragilis est, & caduca conditio Terrenorum, quibus ingruit senectus ex tempore, ex exercitio lassitudo, languor ex permanentia, ex consistentia casus, & ex diuturnitate defectus; labilis humana natura huic legi corruptionis addicta quanto longius suum esse producitur, tanto tendit propius ad non esse: propter quod vivendi spatium in uno quoque mortali sua innata infirmitate restringitur, & propriæ fragilitatis occasu definit in quolibet vitæ cursu. Hic profecto status occiduus omnibus communiter imminet magnis quippe, & parvis; Prælatis, & Subditis; sublimibus pariter, atque imis. Sed licet Ecclesiastico Gregi Pastorum suorum decessus eveniens turbationem non modicam ingerat, & dolorem; magnam tamen affert sibi lætitiam grata subrogatio successorum, & præsertim cum in substitutione non intervenit tarditas, & voluntatum communio intercedit. Sane fel. rec. INNOCENTIO PAPA Prædecessore nostro VII. Idus Decembris [c] in Regno Siciliæ, in Civitate scilicet Neapolis [d] de angusto, & tetro carnis carcere vocato, sicut speramus, ad spaciosum, & lucidum Cæli Palatium, ut de multis laboribus, quos pro Ecclesiæ honore, ac libertate constanter pertulit, mercedem quietis percipiat sempiternæ; ac deinde ipsius solemniter celebratis exequiis, ejusque corpore honorifice, prout decuit, tumulato; Nos tunc Ostien. & Velitren. Episcopus, & cæteri Fratres nostri mox pro eligendo Successore simul convenimus [e], dirigentes mentes ad Deum, ut Gregi suo Pastorem idoneum consuetâ misericordia largiretur. Cumque, ut motis est, Spiritus Sancti postulato suffragio, singulorum vota diligenter exquisita fuissent, in Nos demum suum converterunt intuitum, direxerunt animos, & conceptus expressere, ac firmavere consensus [f], præeligentes indignitatem nostram ad exequendum tantæ officium dignitatis, cum nostrorum parvitatem meritorum deceret subesse potius, quam tanto culmine præsidere. Nos autem nostram attendentes imbecillitatem, & insufficientiam cogitantes, pensantes quoque tam gravis sarcinæ molem, & tanti honoris altitudinem advertentes nimium trepidavimus; validoque membra nostra obriguere pavore, ac intra Nos cor nostrum vehementi quasi stupore gelavit; & eorumdem intentioni Fratrum pro posse restitimus contra concordes ipsorum affectus plurimum reluctantes renuendo prorsus ad Summi Pontificatus apicem sublimari; & exorando instanter, ut imponerent alii onus istud. Ipsi vero suo proposito fortius insistentes nostra recusatione, ac deprecatione omnino repulsâ, personam nostram quantumcumque renitentem quadam violentia coegerunt; & extensis in eam manibus ad assentiendum eorum desideriis Nos pertinaciter attraxere. Unde ne Divinæ videremur providentiæ obviare, suæque dispositioni obicem protervæ difficulta-

Monarchicum Ecclesiæ regimen necessarium, & quare.

Idque in Romana Ecclesia.

Rerum humanarum inconstantia ex fragilitate.

Innocentius PP. IV. die 7. Decembris Neapoli mortuus.

Cardinales unanimiter Alexandrum eligunt.

Alexander electioni de se factæ valde renititur ex humilitate.

(a) SUBSISTENTIAM: Pro stare, & esse sub aliis.
(b) PRÆSISTENTIA: Pro aliis præesse, ac præsidere. Videatur initium epistolæ ad Episcopos Pragen. & Olomucen. apud Raynaldum ad ann. 1260. n. 18.
(c) VII. IDUS DECEMBRIS: Ex quibus exploditur error veterum Scriptorum asserentium a morte Innocentii vacasse Sedem Apostolicam annis duobus, vel anno cum aliquot mensibus.
(d) IN REGNO SICILIÆ IN CIVITATE SCILICET NEAPOLIS: Hoc autem est, quod antea in aliis *Bullis* adnotavimus, Neapolitanum Regnum illis temporibus venisse nomine *Siciliæ* citra Pharum.
(e) MOX ... SIMUL CONVENIMUS: Cui quadrat id, quod paulo superius dixit: *cum in substitutione non intervenit tarditas*: quibus firmatur dictum in nota (c).
(f) FIRMAVERE CONSENSUS: Id vero contigit *pridie idus Decembris*; ut autor, qui præsens erat, Nicolaus de Carbio Ord. Minor. Pœnitentiarius Innocentii IV. testatur in Vita ejusdem Innocentii.

ALEXANDER PP.IV. An.Ch.1254.

cultatis inferre; ac ne scandali, vel dissensionis materiam præberemus, devicti dura, & ferventi prædictorum Fratrum instantia votis ad ultimum quamquam inviti acquievimus eorumdem, submittentes nostræ debilitatis humeros ad portandum: non quod de aliqua nostra virtute fiduciam habeamus, sed quia de illius speramus auxilio, qui pro eo laborantibus dat ferre jugum suaviter, & leniter onus suum portare, qui de affluentis suæ bonitatis irriguo sperantium in se pectora largiflue compluit, & fæcundat, qui balbutientium linguas suæ virtutis potentia eloquentes efficit, & facundas. Porro quia nostrum recognoscimus imperfectum, propter quod aliis subsidiis potissime indigemus; ad sinceram devotionem vestram confidenter recurrimus, vestraque suffragia fiducialiter postulamus, rogantes vos, & attentius exhortantes, quatenus sedula Nos apud Deum intercessione juvetis, solventes linguas in preces, & in juges pro nobis orationes labia exercentes; ex intimis quæsumus affectibus supplicationes ad Cælum dirigite, ac sine intermissione Nos Deo Sacris vestris interventionibus commendate, crebra ob hoc sibi munera, & Sacrificia offerentes; ut super Nos imbrem gratiæ suæ pluat; & rorem solitæ benignitatis infundat: quod Nos actus nostros dirigentes, ad ipsam Ecclesiam suam, quam Nobis committere voluit, salubriter regere, ac de universo ipsius Grege vigilantiæ nostræ credito curam gerere deditam juxta suum beneplacitum valeamus; nam cum sitis de curis sæcularibus eruti, & de Mundi rebus expediti, commodius, & frequentius intendere orationi potestis, & contemplationis alis ad supplicandum, & colloquendum Deo levius, & expeditius elevari. Oretis insuper, ut Conditor Orbis, &

Tandem licet invitus probat assumtum.

Fratrum nostrorum piis ad Deum preces exposcit.

Pro salubri Ecclesiæ regimine, pro pace, & ecclesiæ exaltatione.

A Dominus prostratis guerrarum, & inimicorum fluctibus pacis impertiatur tranquillum; Matrem Ecclesiam protegat, & exaltet; & ei cunctos ipsius humiliet inimicos. Nos vero, quia semper vestri Ordinis speciales amatores extitimus; & honoris, & boni sui servidi zelatores, firmiter in animo gerimus vos, & eumdem Ordinem paterna benevolentia confovere; vobisque continue opportunis adesse præsidiis; & vestrum, ac ejusdem B Ordinis statum congruis roborare gratiis; & assidue in melius adjutore Domino conservare.

Eisque, & Ordini suum pollicetur favorem, & præsidium.

Datum Neapoli xi. Kalendas Januarii [a], Pontificatus nostri Anno Primo [b]. a b

---

Revocat ea, quæ contra Religiosos cujuscumque Ordinis Innocentius IV. sub vitæ finem decreverat. (Ex Speculo Minor. tract. 2. f. 29. Roderico in Bull. Regul. Bull. 2. Waddingo in Regest. Pontif. n. 1. Martene tom. 1. Thesau. Anecdot. col. 1059. C Bullario Rom. novo tom. 3. Bul. 2. Bouleo. Hist. Univers. Parisien. tom. 3. p. 373., atque Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bull. 2 Alexandri IV. Firmamentisque trium Ordinum par. 2. tract. 2. fol. 12. & & 59. ex Apographo Parisien. & Jaderen. teste Gonzaga par. 2. Conv. 12. Prov. Dalmatiæ.)

ALEXANDER &c. II.

Anno 1254. die 22. Decembris.

Venerabilibus Fratribus Universis Archiepiscopis, & Episcopis, ac Dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, & aliis Ecclesiarum Prælatis, & ceteris Personis Ecclesiasticis tam secularibus, quam Regularibus, cujuscumque Ordinis, vel Professionis existant, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. D

NEC insolitum est, nec novum, ut ea, quæ per occupationem, vel in festinantia [c] fiunt, pro eo quod congruæ

Exordium. Per occupationem, & festinanter facta interdum serio iterum expendenda. c

(a) xi. Kalendas Januarii: *altero ab electione die*, inquit Waddingus in Annal. Min. ad hunc annum num. 21., *postridie suæ electionis* habet Spondanus in continuat. ad hunc annum n. 9., sed legendum postridie a sua *coronatione*, quæ peracta est die 21. in festo *S. Thomæ* Apostoli; hinc Panvinius, & Ciaconius, aliique, quos secutus est Waddingus n. 20., asserentes vacasse Sedem diebus xiv. confundunt electionem cum coronatione; cum Nicolaus de Carbio, quem dixi, scribat vacasse Sedem vii. dumtaxat *diebus*.

(b) Eodem tempore eandem Epistolam misit Ordini Prædicatorum, quam refert Bullarium ejusdem Ordinis tom 1. Bul. 1. Alexandri IV. dat. 11. *Kalend. Januar.*, ut habet & Raynaldus supra citatus dat. universis Ecclesiæ Prælatis, quibus de hac re scripsisse eum *in principio suæ creationis* testatur Matthæus Parisius autor illius seculi. At minus verisimile videtur, alias litteras de diversis rebus prius dedisse, quam de sua ad summum Pontificatum assumptione; leguntur autem tres ejus epistolæ pro nostro Tudertino Cœnobio datæ v. *Kal. Januar.*, ut infra; igitur ista de ejus assumptione prius data fuit, ideoque xi. non 11. *Kal. Januar.*, ut & sequens Constitutio confirmat. Hinc epistola, diplomaque ab Ughello tom. 1. Ital. Sac. in Aquilan. n. 11. relatum, dat. *Later. 10. cal. Januar. anno iii. Pontif.* (1257.), arguitur erroris vel in die, vel in anno, aut forsan in mense *Jan.* pro *Jun.*, quod mihi magis arridet, cum mense *Majo* 1257. majori ex parte Romæ degerit Pontifex, mense vero *Decembri* Viterbii ex ejus litteris. Vide & no. (f) ad Bullam *Usque in senecta* &c. 1255. die 23. Decembr. datam.

(c) Festinantia: Pro festinatione, & celeritate.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1254.

gruæ deliberationis limam prætereunt, A in propensioris considerationis reducantur examen, ut rectiora, & elimatiora per attentionem plenioris discussionis emanent. Sane quædam ab Apostolica

Constitutio Innocentii IV. a

Sede tempore fel. record. INNOCENTII PAPÆ IV. prædecessoris nostri litteræ [a] processerunt, in quibus ipse universis Religiosis cujuscumque professionis, vel ordinis districte in virtute obedientiæ injungebat;

Ne Religiosi Parochianos alienos in suis Ecclesiis diebus festis admitterent;

ut Parochianos alienos diebus Dominicis, & festivis non reciperent de B cetero in suis Ecclesiis, seu Oratoriis temere ad Divina; nec ipsos ullatenus ad

nec ad confessiones eorumdem excipiendas se exponerent, sine licentia &c.

Pœnitentiam admitterent sine suorum licentia Sacerdotum; nec eis in suis prædicarent Ecclesiis ante Missarum solemnia,

nec ibi prædicarent ante Missarum solemnia,

pro quibus audiendis prima diei parte iidem Parochiani consueverunt, & debent in suis Ecclesiis convenire; nec sermones etiam solemnes facerent illa

nec ea hora sermones solemnes haberent,

hora; sed nec ad prædicandum solemniter ad Parochias alienas accederent, nisi C essent ab earum Sacerdotibus invitati; vel saltem nisi se ad id humiliter peterent, & obtinerent admitti; nec ea die, qua Diœcesanus Episcopus, vel alius loco ejus prædicaret solemniter, maxime in Ecclesia Cathedrali, aliquis ipsorum in eadem Civitate, vel loco præsumeret prædicare.

nec ea die, qua Diœcef. Episcopus, vel alius ejus loco prædicaret;

Si vero in casu licito Parochianum alterius eos in suis Ecclesiis recipere ad sepulturam contingeret; omnium, quæ obtentu consequerentur hujusmodi sepulturæ, portionem canonicam etiam non requisiti infra octo dies a tempore receptionis eorum Episcopo, vel Sacerdoti, de cujus Parochia mortuus esset assumptus, exhibere curarent.

ut canonicam portionem de mortuis sepeliendis apud ipsos solverent,

Si autem aliquis Religiosorum ipsorum hujusmodi transgressor contra prædicta, vel aliquid prædictorum venire præsumeret; præter inobedientiæ vitium, & *excommunicationis* sententiam, quam eum

& contra facientes excommunicationis sententiam incurrerent.

incurrere voluit ipso facto, gradus sui periculo subjaceret; & nihilominus Diœcesano ad præmissa universa, & singula observanda per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, districtius cogeretur; nullis ei contra hæc indulgentiis, vel privilegiis Apostolicis valituris [b]. b

Verum quia super præmissis litteris cogitare attentius, & studiosius deliberare proponimus; pacis commodum, & quietis solatium Ecclesiis, & Personis Ecclesiasticis potissime cupientes præfatas litteras, & si quæ aliæ [c] super prædictis, c vel eorum aliquo contra præfatos Religiosos, vel aliquos ex ipsis generaliter, vel specialiter præter formam communem, & solitam processere; ac mandata, seu præcepta facta in eis, vel earum auctoritate duximus penitus revocanda:

Pontifex ea omnia revocat.

Ideoque Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus per hujusmodi litteras, vel occasione mandatorum, seu præceptorum, aut sententiæ, quæ continent, nihil prorsus agatis; cum nullam deinde efficaciam habeant, vel vigorem.

Et præcipit, nihil illius Constitutionis executioni mandari.

Datum Neapoli xi. Kalendas Januarii [d]. Pontificatus Nostri Anno Primo [e]. d e

---

Mandat, ut permutationem Fratrum Minor. cum Monachis S. Fortunati Tudertin., atque Episcopi concessionem ab se probatam, confirmatamque tueantur molestatores compescendo. (EX MONUMENTIS ARCHIVI nostri Conventus S. Fortunati.) D

III. *Anno 1254. die 28. Decemb.*

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus . . . [f] *Perusino, & . . . .* [g] *Assisinati Episcopis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* f g

QUANTO amplius Sacræ Religionis zelatores existimus, & in bonæ opinionis ipsius delectamur odore; tanto libentius Religiosorum justis peti-

Exordium.

Fratrum expositio.

(a) LITTERÆ: incipientes: *Etsi animarum* &c.

(b) VALITURIS: Causas Constitutionis Innocentianæ profert Waddingus in Annal. Minor. ad annum 1254. num. 2. & seqq.

(c) ET SI QUÆ ALIÆ: Nimirum *Volentes libertatem* &c. in 6. lib. 5. tit. 7. *de Privilegiis* c. 1., quibus derogarunt etiam Urbanus VI. & Bonifacius IX., ac ipse Alexander.

(d) XI. KALENDAS JANUARII: In excusis Codd. Waddingi legitur II. *Kalendas Januarii*, ut & in Bullario O. P., quæ scriptio juxta morem illorum temporum, quibus numerorum notæ *Arabicæ*, ut vocant, nondum in usu erant, indicaret diem 31. *Decembris*; cum tamen Waddingus in Annal. Min. ad annum 1254. num. 50. & ultimo scribat, Epistolam hanc datam esse XI. *Kalendas Januarii postridie ejus diei, quo creatus est*, seu potius coronatus est Alexander; quod confirmat Martene supracitatus, & Ususmaris in veteri Bullario Ord. Prædicat., ut & Auctor notarum ad annum hunc num. 69. Raynaldi Annal. Eccles., est igitur mendum scribarum intempestive numerum *Arabicum* pro Romano usurpantium; quod in errorem complures attraxit, ut scriberent *secundo Kalendas Januarii*, cum numerum illum Romanum existimarent.

(e) Hanc revocationem Pontifex iteravit insequenti anno diebus 12. Septembr. & Decembr. litteris privatis Antistitibus datis, ut infra.

(f) FRATRIBUS . . . . Feigerio Perusino ex Ughello tom. 1. Ital. Sac.

(g) ET . . . : *Nicolao de Carbio* Narniensis Diœcesis ex Ordine Minorum anno circiter 1247. promoto, cum esset Innocentii IV. Pœnitentiarius, cujus & vitam scripsit jam typis datam.

petitionibus congruum favorem impendimus; easque benignius exaudimus. Ex parte siquidem Guardiani, & Fratrum Ordinis Minorum Conventus *Tudertini* fuit propositum coram Nobis, quod ipsi locum suum cum Ecclesia [a], & aliis ejus pertinentiis cum Abbate, & Conventu Monasterii *Sancti Fortunati* [b] Tudertini pro eodem Monasterio cum Claustro, domibus, hortis, plateis, & quibusdam aliis domibus, & appendiciis suis sub certis confinibus, licitisque conditionibus permutarunt [c], dilecti filii Abbatis Monasterii *Vallisumbrosæ* [d], ad quod dictum Monasterium S. Fortunati dicitur pertinere, ad id accedente consensu: necnon Diœcesanus Episcopus [e], ejusque Capitulum plenam insuper illis donationem, & concessionem fecerunt de omnibus supradictis [f]; prout in instrumentis super hoc confectis plenius dicitur contineri. Nos igitur eorumdem Guardiani, & Fratrum supplicationibus inclinati permutationem, concessionem, & donationem prædictas provide factas, ratas, & gratas habentes, ac supplentes defectum, si quis in ipsis extitit, de plenitudine potestatis, eas de Fratrum Nostrorum consilio auctoritate Apostolica per nostras litteras [g] duximus confirmandas. Ideoque Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Guardianum, & Fratres prædictos non permittatis super his contra confirmationis, & suppletionis nostræ tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem &c.

atque supplicatio exaudiuntur.

& mandatur ut supra.

Clausula prohib. &c.

Dat. Neapoli v. Kalend. Januar. Pontificatus Nostri Anno primo [h].

Permutationem Fratrum cum Monasterio Sancti Fortunati Tudertin., & concessionem Episcopi, Capitulique dictæ Civitatis confirmat. (Ex REGEST. VATIC. epist. 15. lib. 1. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. n. 5.)

ALEXANDER &c. IV.

Anno 1254. die 28. Decembris.

Dilectis Filiis ... Guardiano, & Fratribus Minoribus Conventus Tudertin. [i] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

QUANTO amplius &c. [k] Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod vos locum vestrum cum Ecclesia &c. [l] prout in Instrumentis super hoc confectis plenius dicitur conti-

Exordium a concessionis causa.

Fratrum expositio, atque supplicatio.

(a) CUM ECCLESIA: Sub titulo *S. Angeli de Fontanellis*.

(b) SANCTI FORTUNATI: Ordinis Vallisumbrosæ, cujus Monasterii Abbas *Bonifacius* primum a Generali Abbate Vallisumbrosæ die 16. Aprilis, deinde a Monachis suis Monasterii S. Fortunati die 6. Maji constitutus hoc anno fuit *Procurator* pro hujuscemodi commutatione cum Fratribus Minoribus, vel Prædicatoribus facienda.

(c) PERMUTARUNT: Hoc anno die 8. Maji ex instrumento Assisii stipulato.

(d) ABBATIS MONASTERII VALLISUMBROSÆ: *Thesauri* nomine, qui hoc anno die XVI. Kal. Maji constituit Dominum *Bonifacium* Monasterii S. Fortunati Tudertini Abbatem *Procuratorem* ad commutandum dictum Monasterium cum Ecclesia & loco Fratrum Minorum, vel Prædicatorum litteris dat. Romæ in Monasterio S. Praxedis.

(e) EPISCOPUS: *Petrus Cajetanus* Anagninus Bonifacii VIII. patruus e Sorana Cathedra anno 1252. ad Tudertinam, & ex ista ad Anagninam anno 1276. translatus, ut habet Ughellus tom. 1. Italiæ Sac.

(f) SUPRADICTIS: Cujus concessionis tenor est: „ Venerabili in Christo Patri, & Domino D. Raynaldo Ostien. & Veletren. Episcopo *Petrus* ejusdem „ miseratione Divina *Tudertinus* Episcopus reverentiam debitam, & devotionem &c. De consilio, & „ consensu totius nostri Capituli in Monasterio *S. Fortunati* providemus statuendum; ideoque vobis, qui „ estis Protector, & Gubernator Ordinis Minorum „ vice, & nomine Ordinis memorati recipientibus, „ & etiam ipsi Ordini pro remissione nostrorum peccatorum concedimus, & donamus supradictum Monasterium cum libris, Campanis, paramentis, Crucibus, Calicibus, thuribulis, & aliis omnibus Divino cultui deputatis; & cum omnibus ædificiis, „ Casalinis infra hæc latera &c. ita, quod de cetero „ in perpetuum dictus Ordo libere, & sine alicujus „ molestia, vel contradictione in eodem Monasterio „ Domino famuletur. Et constituimus vos prædicta „ omnia vestro, & ipsius Ordinis nomine possidere, „ concedendo vobis jura, & actiones, quæ nobis, „ & Ecclesiæ Tudertinæ competunt in prædictis. Datum Tuderti VIII. Kal. Aprilis Pontificatus D. Innocentii Papæ IV. anno XI. Ego Petrus Episcopus „ subscripsi &c. “ cum subscriptionibus Canonicorum, & Notarii.

(g) PER NOSTRAS LITTERAS: præsentes nimirum, & sequentes.

(h) Confer & epistolam *Significastis nobis* &c. anno sequenti die 20. Martii datam.

(i) TUDERTIN. De quo infra.

(k) AMPLIUS &c. Ut in præcedenti epistola usque *exaudimus*.

(l) LOCUM VESTRUM CUM ECCLESIA &c. Quam Rodulphius lib. 2. fol. 254., & ex eo Waddingus in Annal. ad ann. 1254. num. 48. dicunt S. *Angeli de Fontanellis* prope Tudertum anno incerto sub initium tamen Ordinis Fratribus Minoritis concessam; est enim hic locus caput *Custodiæ* sui nominis, seu *Tudertinæ* Provinciæ S. Francisci, seu Umbriæ in veteri *Provinciali Ordinis* tam apud Polychronicon Jordani, quam Barthol. Pisanum Conform. 11. *FF. Minorum* enim Tudertinæ Civitatis fit mentio in epistola Gregorii IX. *Devotioni tuæ* &c. anno 1237. die 13. Augusti data *Alatrino* Subdiacono, & Capellano Pontificis supra relata; & eorum loci de *Fontanellis* in instrumento donationis, & exemptionis ab Episcopo Tudert. anno 1235. Monasterio Clarissarum de Monte Mascarano factæ relato supra in not. ad *Bullam* Gregorii IX. *Cum a nobis petitur* &c. anno 1236. die 4. Martii editam; & in to. 1. hujus Operis relatam.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch 1254.

a b

Et Pontifex confirmat, ut supra. Clausula prohib. &c.

contineri [a]. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati &c. [b] Auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere &c.

Datum Neapoli v. Kalendas Januarii Pontificatus Nostri Anno Primo.

Bona stabilia Monasterii S. Fortunati *Tudert. transfert, & annectit Ecclesiæ* S. Angeli *de Fontanellis ob permutationem inter Monachos Vallisumbrosæ, & Fratres Minores Tudertin. factam.* (Ex Autographo, Regestoque Vatic. epist. 14. an. 1.)

V. Anno 1254. die 28. Decembris.

c d

ALEXANDER &c.

Dilectis Filiis ... [c] *Abbati & Conventui Monasterii* Vallis Umbrosæ [d] *ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

Expositio Monachorum Vallisumbrosæ.

Solet annuere Sedes Apostolica piis votis, & honestis petentium desideriis favorem benevolum impertiri. Ex parte siquidem vestra nobis extitit intimatum, quod Abbas, & Monachi Monasterii *Sancti Fortunati Tudertini* [e] ad vos pleno jure spectantis *Ecclesiam Sancti Fortunati* cum Claustro, domibus, plateis, ortis, & quibusdam aliis domibus, & appenditiis suis sub certis confinibus, & conditionibus (exceptis possessionibus, Ecclesiis, Cappellis, juribus, instrumentis, privilegiis, libertatibus, jurisdictionibus, actionibus, & quibusdam aliis bonis ipsius Monasterii) pro Ecclesia, & loco *Fratrum Minorum Tudertin.* [f], vestro ad id accedente consensu, cum ipsius loci ... Guardiano, & Fratribus Minoribus permutarunt; prout in Instrumento publico super hoc confecto plenius dicitur contineri. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati possessiones, Ecclesias, Cappellas, jura, Instrumenta, Privilegia, libertates, jurisdictiones, actiones, & alia prædicta bona ipsius Monasterii præfatis Ecclesiæ *Sancti Angeli de Fontanellis* [g], & loco Fratrum Minorum totaliter annectentes, & unientes locum ipsum cum prædictis omnibus vobis, & per vos Ordini vestro de Fratrum nostrorum Consilio duximus concedenda; ut ipsum locum, & omnia supradicta habeatis, & possideatis cum illis juribus & libertatibus, cum quibus habebatis, & possidebatis Monasterium *Sancti Fortunati*, dum eratis ibidem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptare præsumpserit &c.

De locorum permutatione.

Pontifex eorum precibus annuens annectit, ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli v. Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Primo [h].

Mittit primarium lapidem a se benedictum pro constructione novæ Ecclesiæ Fratrum Messanen. (Ex Autographo Archivi Conventus S. Francisci Messanen. apud Cagliolam in Hist. Provinciæ Siciliæ Ord. Minor. explorat. 3. manif. 1. p. 59.)

VI. Anno 1255. die 3. Januar.

i

ALEXANDER &c.

Dilectis Filiis ... *Ministro Provinciali* [i] *Ordinis Minorum* Messanæ *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Fratrum petitionis series.

k

Petitionis vestræ seriem audivimus continentem, quod in quodam loco Civitatis *Messanæ* [k], quem Henricus de Calva, & quondam Maria de Farinato Cives

(a) Contineri: Et quidem illud Episcopi, Capitulique vulgatum est jam in not. (f) ad præcedentem epistolam; at illud Monachorum cum Fratribus nostris desideratur; ferturque permutationem factam fuisse hoc anno 1254., & hoc anno Vallumbrosanos Monachos ad incolendum *Fontanellarum* locum transiisse die 8. Maji sub Innocentio IV., agentibus *Fr. Bonifacio* Abbate Monasterii S. Fortunati Procuratore, *Fr. Oddone* Aquaspartano Provinciæ S. Francisci Ministro, *F. Laurentio de Orta* D. Papæ familiari, & *Fr. Luca de Erpes* Guardiano FF. Minorum Tudertin. Procuratoribus coram *D. Raynaldo* Episcopo Ostien., & Ordinis Minorum Protectore ex monumentis præfati Conventus S. Fortunati.

(b) Inclinati &c.: Ut in superiori epistola usque *nostrorum consilio*.

(c) Filiis...: *Thesauro* nomine Abbati ex not. (d) ad præcedentem Bullam III.

(d) Monasterii Vallisumbrosæ: Clarissimæ, atque adeo notissimæ Congregationis Ord. S. Benedicti a S. Jo. Gualberto in Tuscia seculo XI. institutæ, de qua fuse Cl. Mabillonius, aliique plures verba fecerunt.

(e) Monasterii S. Fortunati Tudert.: de quo in præcedentibus litteris; & cujus *Altare* serico Pallio donatum consecraverat Innocentius III. sub initium sui Pontificatus ex ejusdem gestis n. 2.

(f) Fratrum Minorum Tudertin.: Sub tit. S. Angeli de *Fontanellis*, ut infra.

(g) Ecclesiæ S. Angeli de Fontanellis: De qua in not. ad superiorem epistolam.

(h) De his locis, ac permutatione prædicta extant aliæ litteræ anno sequenti die 24. Martii & 21. Maii scriptæ, ut ibi.

(i) Filiis ... Ministro Provinciali: Fr. Matthæo de Platia Siculo ex serie Ministrorum illius Provinciæ apud cit. Cagliolam pag 31., deestque hoc loco, & *Fratribus*, cum data sit epistola *Dilectis Filiis*, ideoque pluribus, ut etiam ex lectione ejusdem perspicuum est.

(k) In quodam loco Civitatis Messanæ: Quem hucusque incolunt PP. Minores S. Francisci Conventuales: estque caput *Custodiæ* sui nominis.

Cives Messanen. vobis pro certa pecuniæ summa, prout spectabat ad ipsos, legitime vendiderunt [a]; Ecclesiam de novo [b] ad honorem Dei, & *Beati Francisci* erigere affectatis. Quia vero humilitatis vestræ pia desideria decet per Sedem Apostolicam favore benevolo adimpleri;

Pontifex petitioni annuit, & mittit ut supra.

Nos vestris precibus annuentes *Lapidem primarium* nostris manibus benedictum ad opus ipsius Ecclesiæ vobis concedendum duximus de nostra gratia speciali.

Datum Neapoli III. Nonas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Primo. [c]

Sententiam Episcopi Prænestini in Episcopum Urgellen. reum multorum criminum latam confirmat. (Ex Regesto Vatic. epist. 83. an. 1.)

VII.

Anno 1255. die 7. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis Filiis Riccardo Archidiacono, Raymundo de Angularia, Arnaldo de Marro [d], *Guillelmo Bernardi de Fluviano, & Arnaldo de Querol* [e] *Canonic.* Urgellen. [f] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Dudum vobis clamosa insinuatione fel. rec. Innocentio Papæ [g] prædecessori nostro monstrantibus [h], quod Venerabilis Frater noster *Pontius Urgellen.* Episcopus [i] simonia, incestu, adulterio, & aliis criminibus fuerat irretitus; quodque excommunicatus Divina Officia celebrans bona Urgellen. Ecclesiæ enormiter consumabat;

Canonicorum Urgellen. in suum Episcopum expositio.

Causa committitur cognoscenda.

idem Prædecessor super iis per dilectos Filios Fratrem *R. de Pennaforti* [k] de Ordine Fratrum Prædicatorum Cappellanum nostrum, & ... *Ministrum* Fratrum Minorum in Aragonia, & Catbalonia [l] inquiri mandavit. Cumque iidem, quæ inquisitione habita invenerant, eidem Prædecessori per suas litteras retulissent; ipse Venerabilem Fratrem nostrum .... *Episcopum Prænestinum* [m] dedit in hujusmodi negotio partibus auditorem;

Et Episcopus Prænestin. datur Auditor.

qui partibus ipsis præsentibus coram eo de speciali mandato prædecessoris ejusdem sententialiter pronuncians memoratum Episcopum ab administratione spiritualium & temporalium Ecclesiæ præfatæ suspendit;

Qui Episcopum suspendit ab Officio.

ita quod nec per se, nec per alium de bonis ipsius Ecclesiæ aliquod percipere debeat, vel ministrare aliquatenus in eadem; ac de speciali mandato prædecessoris ejusdem providit eidem Episcopo de bonis ipsius Ecclesiæ in centum libris Turonen. [n] percipiendis ab eo annuatim, hujusmodi durante negotio, per manus dilecti Filii ... Abbatis de *Populeto* [o] Cistercien. Ordinis Terraconen. Diœcesis; quem dictus Prænestinus Episcopus postmodum de mandato nostro procuratorem, & administratorem tam in spiritualibus, quam in temporalibus *Urgellen.* Ecclesiæ deputavit, quamdiu negotium duraverit memoratum;

Et administratorem illius Ecclesiæ constituit.

prout in litteris ipsius *Prænestin.* Episcopi confectis exinde plenius dicitur contineri.

Pontifex sententiam, & actus Episcopi Prænest. confirmat.

Nos itaque vestris precibus inclinati, quod super hoc per eumdem Episcopum *Prænestin.* factum est, ratum habentes, & gratum, illud auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Clausula prohib. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem &c.

Datum Neapoli VII. Idus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Unio-

(a) Cives Messanenses vendiderunt: Instrumenta hujus emptionis, & venditionis legi possunt apud supra citatum *Cagliolam* p. 48. & seqq.

(b) De novo: Alium enim locum, nempe ædiculam *S. Leonis PP.* dicatam habebant Fratres ab anno 1212. in lingua Phari ad tertium a Messana lapidem; sed postea in urbem admissi novam hanc excitare curarunt ex cit. Cagliola pag. 43.

(c) Hæc autem Ecclesia utpote pro Civitatis splendore magnifica adhuc anno 1266. ædificabatur, pro cujus complemento Clemens IV. *Indulgentias* concessit subsidia porrigentibus, ut infra ex ejus litteris apparebit incip. *Quoniam ut ait Apostolus* &c. die 5. Novembris anni ejus.

(d) De Marro: *De Maro* dicitur in epist. Innocentii IV. mox citanda.

(e) De Querol: Hi 5. Canonici detulerunt Pontifici Innocentio IV suum Episcopum, ejusque crimina, ut in dicti Pontificis epistola 356. hujus nostri primi voluminis incip. *Ne aliorum culpas* &c.

(f) Urgellen. In Catalonia & Regno Aragoniæ.

(g) Innocentii Papæ: Hujus nominis IV.

(h) Monstrantibus: Anno 1252. idibus Martii, quo dicta epistola data est memorans dictam demonstrationem.

(i) Urgellen. Episcopus: Suffraganeus Archiepiscopi Tarraconensis.

(k) R. de Pennaforte: *Raymundum* jampridem Sanctorum choro adscriptum.

(l) Et Catalonia: Eoquod *Urgella* Civitas, & Episcopatus in Catalonia sita est; *Catalonia* vero in Provincia Aragoniæ.

(m) Episcopum Prænestinum: Stephanum Hungarum, de quo Ughellus tom. 1. Ital. Sac., & Scriptores de Vitis S. R. E. Cardinal.

(n) Centum lib. Turonen. Quarum valorem indicavimus tom. 1. hujus Operis pag. 228. &c.

(o) De Populeto: Celebri Monasterio ad radices montis Pradco, fundato anno 1153. a Raymundo Comite Barcinonen., Regnique Aragoniæ moderatore ex Annal. Cistercien. Manriquii tom. 2. ad eum ann. cap. 18. n. 1.

Unionem quorundam Monasteriorum auctoritate Sedis Apostolicæ ab Imolensi Episcopo factam confirmat. (Ex Reges. Vatic. epist. 44. lib. 1. apud Waddingum in Reges. Pont. num. 3.)

VIII. Anno 1255. die 12. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & Conventui Pauperum inclusarum[a] *Monasterii Sanctæ Mariæ de Misericordia* Imolen.[b] *Ordinis Sancti Damiani*[c] *Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium a decenda confirmationis.

EA, quæ auctoritate literarum Apostolicæ Sedis fiunt, rata decet, & illibata persistere; & ut debitam firmitatem obtineant, illis nimirum libenter adjicimus perpetuum auctoritatis nostræ munimen. Sane, sicut Nobis exponere transmissa petitione curastis, Venerabilis Frater Episcopus *Imolen.*[d] auctoritate literarum Sedis ejusdem[e] vestrum[f], & Sancti Stephani, ac Sanctæ Mariæ in *Zagonia* extra Portam Aloni, in quo nunc Moniales Sancti Benedicti Ordinis morabantur, Monasteria juxta formam sibi traditam provide counivit; ac statuit, ut eadem Monasteria existant de cetero unum corpus, & sub uno capite, ac *Regula* prædicti Ordinis Sancti Damiani vivant personæ inibi Domino servientes[g]. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod per Episcopum ipsum in hac parte provide factum est, ratum, & gratum habentes id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem &c.

Monialium expositio, atque petitio.

Monasteria unita.

Confirmat Pontifex, ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli II. Idus Januarii. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Concedit, ut illam dumtaxat Regulam observent, quam Innocentius PP. IV. illis tradiderat. (Ex Reges. Vatic. epist. 65. lib. 1. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 4.)

IX. Anno 1255. die 18. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sancti Francisci pauperum inclusarum in Argentina *Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

SOLET annuere Sedes Apostolica piis votis, & honestis petentium precibus favorem benevolum impartiri. Lecta siquidem coram Nobis vestra petitio continebat, quod dilectus filius noster *H.* tituli Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis[h] de speciali mandato nostro vobis concessit, ut illam dumtaxat vitæ *formam* in vestro Monasterio futuris temporibus observetis, quam fel. rec. Innocentius Papa prædecessor noster vobis tradidit[i] observandam statuens, ut indulgentiis, & privilegiis concessis, & concedendis Ordini S. Damiani; etiamsi locum vos mutare contingat, libere gaudeatis; ac *Monasterium* vestrum Ordini incorporans supradicto; prout in ejusdem Cardinalis patentibus literis plenius continetur. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod per eumdem Cardinalem in hac parte factum est, ratum habentes, & gratum id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, prædictarum literarum tenorem inferi præsentibus facientes, qui talis est: „ Frater „ Hugo miseratione divina tituli Sanctæ „ Sabinæ Presbyter Cardinalis dilectis „ in Christo Abbatissæ, & Conventui „ *pauperum inclusarum* Monasterii de „ *San-*

Monialium petitionis series.

Pontifex petitionem exaudit, & confirmat, ut supra.

Epistola Cardinalis S. Sabinæ.

(a) Pauperum inclusarum: Quo nomine illis temporibus venisse Moniales S. Claræ jam alias ostensum est, & adnotavit etiam Petrus Maria Campi Hist. Placent. par. 2. lib. 17. ad annum 1255.

(b) Imolen.: Urbis Flaminiæ inter Faventiam, & Bononiam olim *Forum Cornelii* dictæ.

(c) Ordinis S. Damiani: Assisiatis; postea Ord. S. Claræ nuncupatis.

(d) Episcopus Imolensis: Thomas Bononiensis ab anno 1243. usque ad ann. 1269. sedit ex Ughello Ital. Sac. tom. 2. in Episc. Imolen., cum antea fuisset Canonicus, Præpositus, ac Prior Monasterii S. Mariæ Renen. & S. Salvatoris.

(e) Literarum Sedis ejusdem: Quæ literæ habentur vulgatæ, *Cum sicut accepimus* &c. Innocentii IV. 1254. die 26. Septembr. ut supra.

(f) Vestrum: Cujus Monasterii hæc mentio primum ad an. 1254. occurrit; nec habetur, quando, aut a quo fundatum.

(g) Servientes: Id autem, quod peractum asseritur, adhuc feliciter perseverat.

(h) H. tit. S Sabinæ Presbyter Cardinalis: Hugo de S. Caro Ord. Prædicat.

(i) Vobis tradidit: Anno 1247., supra relatam.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

„ *Sancto Francisco* Civitatis Argentinæ [a] Ordinis Sancti Damiani salutem „ in Domino sempiternam. Auctoritate Domini PAPÆ [b] specialiter in hac „ parte nobis viva voce commissa vobis concedimus, ut illam dumtaxat „ *formam* vitæ in vestro Monasterio, „ quo divino estis obsequio mancipatæ, teneamini observare, quam felicis recordationis Dominus INNOCENTIUS PAPA IV. vobis tradidit observandam; statuentes, ut Sancti Damiani „ Ordini privilegiis concessis, & concedendis, quocumque vos etiam transferaris per loci mutationem, plenarie gaudeatis vos, & Monasterium vestrum prætacto Ordini uniendo. In „ cujus rei testimonium has literas nostro sigillo fecimus consignari. Datum Neapoli Anno Dom. MCCLIV. „ IX. Kalendas Januarii Pontificatus Domini Alexandri Papæ IV. Anno Primo. “ Nulli ergo &c. nostræ Confirmationis &c. Si quis autem &c.

Anno 1254. die 24. Decembris.

Clausula Pontificis prohibitiva &c.

Datum Neapoli XV. Kalendas Februarii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ne earum Oblati, & familiares assidue eis inservientes teneantur ire ad bellum, & solvere collectas, & vectigalia; neque ad id cogi possint. (EX AUTOGRAPHO in Archivo Monasterii Vallisgloriæ Hispellen.)

X. Anno 1255. die 20. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ [c], *& Conventui pauperum inclusarum Monasterii Sanctæ Mariæ* Vallis gloriæ *de* Spello *Ordinis Sancti Damiani Spoletan. Diœcesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Concessionis occasio.

UT Oblati [d], & alii Familiares vestri, qui gratæ devotionis obsequiis vobis assidue serviunt, ad laudem, & gloriam Redemptoris remoti ab omnibus secularibus actibus soli Deo in vobis possint per laborem manuum suarum assiduum liberius famulari; vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut iidem Oblati, & Familiares, quod diu servitiis vestris institerint, ire in exercitum, vel collectas, seu dationes aliquas solvere minime teneantur [e]; nec ad id aliquis eos audeat coarctare: statuto Civitatum, vel Castrorum quolibet in contrarium non obstante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis &c.

Indulget Pontifex ut supra.

Derogando statutis locorum.

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli XIII. Kalend. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Primo [f].

Confirmat domum, & Ecclesiam S. Martini de Podio ab Episcopo Faventino Monialibus Ord. S. Damiani concessam. (EX REGES. VATIC. epist. 77. lib. 1. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. num. 5.)

XI. Anno 1255. die 20. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Sororibus Monasterii Sanctæ Mariæ de Virginibus de Faventia [g] *Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

CUM a Nobis petitur, quod justum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis; ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Cum itaque, sicut Nobis exponere curavistis, Venerabilis Frater noster ... [h] Episcopus [i] domum, & Ecclesiam *Sancti Martini de Podio* Faventinæ Diœcesis, præteriti temporis faciente malitia, destructas, & penitus desolatas cum omnibus possessionibus,

Monialium expositis miseriis.

Epilogus donationis bona.

(a) CIVITATIS ARGENTINÆ: In Alsatia ad Rhenum & ad Provinciam Alemaniæ superioris spectantis, quæ & ab hac urbe denominationem etiam delumit, incolis itidem & Germanis *Strasburgh* appellatas de quo Monasterio extant Bullæ *Oramus affluentiam* &c. hoc anno die 4. Februarii, & *Celestia quærentibus* &c. die 8. ejusdem mensis superiori anno datæ.

(b) DOMINI PAPÆ: Nempe Alexandri IV. triduum ante coronati.

(c) ABBATISSÆ: Quæ videtur fuisse B. *Pacifica* S. Claræ discipula; de qua auctor æqualis vitæ b. Andreæ Hispellanæ apud Waddingum ad annum 1264. n.1. tradit, b. *Andream* anno 1248. *Sororem Pacificam* Hispellum duxisse, ut Monasterium istud reformaret, teste eodem Waddingo ad ann.1213. n.62.

(d) OBLATI: De quibus agunt Carolus Fresnensis Cangii Dominus in Glossario v. *Oblati Monasteriorum*. Mabillonius in præfat. ad sec. VI. Act. SS. Ordinis S. Benedicti num.92., Donatus tom.1. rer. Regul. par.2. tract.13., aliique plures Theol. Moral., jurisque Can. Doctores.

(e) SOLVERE MINIME TENEANTUR: Quam exemptionem probasse videtur & Clem.V. ex Clem. I. *de Decimis*.

(f) Huic Monasterio Pontifex indulsit dia, & anno incerto, ne solverent exactiones per litteras: *Paupertatis, quam propter Deum* &c., quas confirmavit Urbanus V. anno 1361. die 9. Julii per alias incip. *Vestra devotionis sinceritas* &c., ut infra suo loco. V. & Bullam *Necessitatibus vestris* &c. hoc anno 1255. die 8. Decembris editam.

(g) S. MARIÆ DE VIRGINIBUS DE FAVENTIA: In Flaminia, Provinciaque Bononien., de quo loco consuli poterit tom.1. hujus Operis p.145. & 489.

(h) FRATER NOSTER *Gualterius*: ut infra (2)

(i) EPISCOPUS: Archiepiscopi Ravennatis suffraganeus Faventinus.

A nibus, & terris earum, & cum omnibus bonis suis mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus, temporalibus, & spiritualibus ad dictas domum, & Ecclesiam pertinentibus, vobis, & per vos Monasterio vestro pietatis intuitu duxerit concedendas, eximens dictam Ecclesiam ab Episcopali onere, conditionibus, & factionibus, & ab omni jure Diœcesani; salvo tamen, quod vos, & Monasterium vestrum, & Abbatissæ, & Sorores, B quæ ibidem pro tempore fuerint, teneamini dare, & solvere pro prædictis domo, & Ecclesia *Sancti Martini* procurationes Legatis Apostolicæ Sedis secundum consuetudinem Ecclesiæ Faventinæ; prout in ipsius Episcopi litteris super hoc confectis, ejusque sigillo signatis plenius continetur. Nos vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem Episcopo provide factum est in hac parte, ratum habentes, & gratum id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti pa- C trocinio communimus, supplentes defectum, si quis in hoc extitit, de Apostolicæ plenitudine potestatis: Tenorem autem litterarum ipsius Episcopi præsentibus inseri fecimus, qui talis est: „ Frater G.... [a] miseratione divina Episcopus *Faventin.* dilectis in Christo filiabus Sorori *Philippæ* Abbatissæ Monasterii Sanctæ Mariæ de Virginibus de Faventia [b]; & ejusdem Monasterii D Sororibus universis salutem in Domino. Cum ad providentiam pertineat pastoralem piis locis, ac Religiosis personis misericorditer providere; restaurare deperdita; & desolata ad debitum statum reducere; Ideo Nos Frater G... Episcopus *Faventin.* ad honorem Omnipotentis Dei, & gloriosæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, & in remissionem peccatorum nostrorum, ac Prædecessorum nostro- E rum, causa, & intuitu pietatis, ad sustentationem *pauperum Dominarum* [c]

Pontifex supplicationibus postulantium annuens confirmat, ut supra.

Diploma concessionis Episcopi, & exemptionis.

Exordium.

„ Sororum, quæ in loco Sanctæ Mariæ de Virginibus commorantur, & in perpetuum morabuntur, vice, & nomine Episcopatus Faventiæ, & pro ipso Episcopatu, & pro Nobis, nostrisque Successoribus in dicto Episcopatu perpetuo existentibus in futurum damus, & concedimus, & perpetua largitione donamus tibi Sorori *Philippæ* Abbatissæ prætacti loci Sanctæ Mariæ de Virginibus de Faventia, & ejusdem loci Sororibus universis recipientibus vice, & nomine dicti Monasterii, & Conventus dicti loci domum, & Ecclesiam *Sancti Martini* in Podio [d] nostræ Diœcesis; quæ domus, & Ecclesia nunc occasione guerrarum inter Cives Faventin. habitatum, & occasione obsidionis [e] factæ a Friderico quondam Imperatore circa Civitatem Faventiæ sunt destructæ, & quasi desertæ, & Ecclesiasticis usibus penitus desolatæ; cum omnibus possessionibus, & terris suis, & cum omnibus bonis suis mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus spiritualibus, & temporalibus ad dictam domum, & Ecclesiam Sancti Martini pleno jure [f], ab onere Episcopali, conditionibus, & factionibus, & ab omni jure diœcesano [g]; excepto quod teneamini & vos & Monasterium vestrum, & Abbatissæ, & Sorores, quæ ibidem pro tempore erunt, dare, & solvere pro dicta domo, & Ecclesia Sancti Martini procurationes [h] Legatorum Apostolicæ Sedis secundum consuetudinem Ecclesiæ Faventinæ. Ita tamen, quod cum *Hospitali* Cerri, & *Hospitali* Missini ad solutionem, & præstationem dictarum Procurationum debeatis æqualiter respondere. Et vos præfata Abbatissa, & Sorores pro vobis, & eis, quæ vobis successerint, nobis, & vicedicti Episcopatus Faventini promittatis dare, & solvere omni „ anno

Concessio, & donatio Episcopalis.

Bellum civile, & hostium excursus vastant agrum Faventinum.

Conditio adjecta de onere procurationum.

Item adjicitur de S. Xenodochiis.

(a) Fr G.... Fr. *Gualterius* Ord. Eremit. S. Augustini anno 1251. ad hanc Ecclesiam Favent. promotus, quam rexit usque ad ann. 1257. ex Ughello tom. 2. Ital. Sac. de Faventin. Episc., & Torello in seculis Augustin.

(b) S. Mariæ de Virginibus de Faventia: De quo Monasterio supra actum est ad annum 1235. die 22. Martii, & ad annum 1247. die 26. Augusti ex litteris Gregorii IX. & Innocentii IV.

(c) Pauperum Dominarum: Ita Clarissæ ab initio nuncupatas inde vidimus in cit. tom. I.

(d) S. Martini in Podio: Supra Faventiam ad 6. mill. Castro in colle Montis Apennini non procul a Castrocaro nunc ditionis Ducis Hetruriæ.

(e) Occasione obsidionis: Quæ anno 1240. mense Augusto incœpta est, & insequenti anno mense Aprili Civitas deditionem fecit ex Richardo de S. Germano in Chronico eo tempore scripto.

(f) Pleno jure: subde *spectantibus*;

(g) Jure Dioecesano: Deest *eximimus*.

(h) Procurationes: Quæ sint, & quibus datæ, diximus alias in tom. I. p. 724. (i).

Census Ecclesiæ Faventinæ annuatim persolvendus.

a

,, anno in perpetuum ad Episcopatum A
,, in vigilia Sancti Petri de Junio [a]
,, pto dicta concessione, & donatione
,, nomine census, & in signum reveren-
,, tiæ *unam libram* bonæ, & pulchtæ
,, *ceræ* ad libram duodecim unciarum;
,, & conservate, & manutenere dictam
,, Ecclesiam *Sancti Martini*; utque ibi-
,, dem Divina officia celebrentut. Tra-
,, dimus insupet vobis manualiter posses-
,, sionem dictæ domus, & Ecclesiæ *San-*
,, *cti Martini*, & omnium possessionum, B
,, & jutium ad dictam Ecclesiam perti-
,, nentium, inducendo pet nos ipsos in
,, tenutam, & cotpotalem possessionem
,, dictæ domus, & Ecclesiæ *S. Martini*
,, & omnium possessionum, & jutium ad
,, dictam Ecclesiam pertinentium *Al-*
,, *bertinum* Canonicum Plebis Sarniæ
,, Syndicum, & Procuratotem Monaste-
,, tii vestri, & Nuntium specialem.
,, Ptomittimus prætetea vobis pto No-
,, bis, & nostris Successoribus prætactam C
,, concessionem, & donationem firmam,
,, & ratam in perpetuum habere, & in
,, nullo penitus contravenite. Datum Fa-
,, ventiæ Idibus Junii, Pontificatus Do-
,, mini Innocentii Papæ IV. Anno XI.
,, Anno veto Domini MCCLIV." Nulli ergo omnmo hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringete, vel ei ausu temerario conttaite. Si quis autem &c.

Item quod sequitur de Ecclesia S. Martini.

Syndicus Monasterii rerum possessionem accipit.

Anno 1254. die 13. Junii

Clausula Pontificia prohibens &c.

Datum Neapoli XIII. Kalend. Febtuarii, Pontificatus nostri Anno Ptimo [b].

b

Feudum ab Innocentio IV. germano fratri, nepotibusque Assisiat. Episcopi O.M. intuitu dicti Episcopi collatum in perpetuum confirmat. (Ex Archivo secretiori VATICANI in Reges. Pontif. epist. 103. an. 1.)

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Ægidio dicto de Carbio [c] *Civi Narnien.* [d], *& natis quondam* Angeli *Fratris ejus Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

XII

Anno 1255. die 21. Januarii

c d

FEL. record. INNOCENTIUS PAPA [e] ptædecessot noster inductus gratæ devotionis obsequiis, quibus Venerabilis Ftater noster .. [f] *Assisinas* Episcopus tunc B Cappellanus ejus jugitet ei studuit complacete; ipsius obtentu, cujus germanus, & nepotes existitis [g], vobis ptopter dampna gravia, quæ pro devotione, quam ad Ecclesiam Romanam habetis, incurtisse dicimini, de Terra, quæ *Sclappa* vocatur; & aliis possessionibus Demaniorum [h] Ecclesiæ Romanæ in Territotio *Utricoli* [i] Narnien. Diœcesis constitutis in feudum perpetuum, quod ad largum fotum [k] ducentas libras denariorum Sena- C tus, & plus etiam semper valetent, contulit [l], & fecit per Venerabilem Fratrem nostrum ... [m] *Narnien.* Episcopum assignari; vosque in ejusdem feudi corpotalem possessionem induci. Nos igitur ipsius *Assisinat.* Episcopi, & vestris ptecibus inclinati ad instat Ptædecessoris ejusdem concessionem, & assignationem easdem tatas, & gratas habemus, perpetuo valituras. Nulli ergo &c. nostræ Concessionis &c. Si quis autem &c.

e

Narratio de Innocentii PP. concessione

f

g

quorundam bonorum in feudum perpetuum.

h

i

k

l

m

Clausula prohib. &c.

D Datum Neapoli XII. Kalendas Februatii, Pontificatus nostri Anno Ptimo [n].

n

Facultatem distribuendi personis Ecclesiæ Rom. fidelibus bona ad Curiam dictæ Ecclesiæ pertinentia limitat ad certam auri summam. (Ex VATIC. TABULARIO epist. 812. Regesti Pontif. an. 1.)

(a) DE JUNIO: Nimirum die 28. dicti mensis.

(b) Huic loco atque Ecclesiæ Nicolaus IV. anno 1291. Indulgentias contulit diebus festis *B. Mariæ Virginis, & S. Martini*, eorumque octavis ex Waddingo ad eum annum n.83.

(c) DE CARBIO: Al. *de Curbio*, ut in aliis monumentis, nisi sit Librariorum error; nunc autem dicitur *Calvi*, Oppidum Diœcesis Narnien. patria *S. Bernardi* anno 1220 Marochii cum aliis 4. ejuidem Ordinis nostri pro Christi fide martyrium passi.

(d) NARNIEN. In Umbria inter Civitatem Castellanam, & Interamnam sita ab urbe Roma 45. circiter mill pas. distans.

(e) INNOCENTIUS PAPA: Hujus nominis IV.

(f) FRATER NOSTER: Fr. Nicolaus *de Curbio* Ord. Min. autor *Vitæ* prætati Papæ Innocentii a Baluzio primum, postea a Muratorio publicatæ ab eodem Pontifice creatus Episcopus Assisias circa ann. 1247. ex dictis in 1. tomo hujus Operis.

(g) CUJUS GERMANUS, ET NEPOTES EXISTITIS: Hinc elucet, dictum *Fr. Nicolaum* Episcopum Assisiatem fuisse dictum *de Curbio*, seu *de Carbio*; Civem vero fuisse Narniensem.

(h) DEMANIORUM: Idest jurium, ac dominiorum.

(i) UTRICOLI: Antiquitus etiam *Ocriculi*, & *Otriculi* medii fere inter Narniam, & Civitatem Castellanam Oppidi non longe a fluvio Tiberis, Felicique super ipsum Tiberim Ponte.

(k) AD LARGUM FORUM: Scilicet abundantem mercatum.

(l) CONTULIT: Diploma tamen hujus concessionis a nobis desideratur.

(m) FRATREM NOSTRUM ... *Jacobum Mansuetum* Perusinum anno 1242 assumtum ad regimen Narniensis Ecclesiæ ex Ughello tom.1. Ital. Sac.

(n) Meminit hujus epistolæ ex Regest. Vatic. Ughellus tom.1. Ital. Sac. in Episc. Assisiat.

Alexander PP. IV. An.Ch.1255.

ALEXANDER &c.

XIII. Anno 1255. die 25. Januarii.

Dilecto Filio Fratri Rufino [a] *Pœnitentiario, & Cappellano nostro Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

a
b
Proprias litteras commemorat.

LIcet tibi concedendi de bonis ad Demanium [b] Curiæ pertinentibus personis Ecclesiæ Romanæ fidelibus & devotis, si utilitati ejusdem Ecclesiæ expedire videris, plenam & liberam concesserimus per alias nostras litteras [c] facultatem. Volumus tamen, quod valentia [d] proventuum omnium bonorum hujusmodi, quamve concedere te continget, annuatim summam mille & quingentarum unciarum auri [e] aliquatenus non excedat.

c
d
quæ modo limitat exponens.
e

Datum Neapoli VIII. Kalend. Februarii, Pontificatus nostri Anno Primo [f].

f

Vicarium in partibus Siciliæ, & Calabriæ a Cardinali Legato constitutum confirmat; eique alios delegandi potestatem concedit. (Ex Reges. Vatic. epist. 811. apud Waddingum in Annal. Minor. ad an. 1255. n. 15. teste etiam Raynaldo ad hunc ann. n. 2.)

ALEXANDER &c.

XIV. Anno 1255. die 29. Januarii.

Dilecto filio Fratri Rufino [g] *de Ordine Fratrum Minorum Cappellano, & Pœnitentiario nostro Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

g

CUM dilectus filius noster Octavianus [h] Sanctæ Mariæ in Vialata Diaconus Cardinalis in Regno Siciliæ Apostolicæ Sedis Legatus tibi, quem tamquam virum magni consilii ad partes *Siciliæ*, & *Calabriæ* ad præsens transmittimus, vices suas in partibus eisdem commiserit constituendo te ibidem suum *Vicarium generalem*: Nos commissionem hujusmodi velut per Nos factam, ratam, & gratam habentes discretioni tuæ præsentium auctoritate concedimus, ut si aliquando te occasione aliquorum negotiorum contigerit occupari, ea, quæ tibi prætextu hujusmodi commissionis incumberent, possis juxta tuæ discretionis arbitrium committere personis idoneis exequenda.

h
Fr. Rufini mentionem.
& facultas delegandi.

Datum Neapoli IV. Kalendas Februarii, Pontificatus nostri Anno Primo [i].

i

Confirmat donationem Ecclesiæ S. Marci Fratribus Ord. Minor. ab Episcopo, & Capitulo Angelipolitano factam. (Ex Autographo Archivi Conventus PP. Minorum Convent. illius Civitatis.)

ALEXANDER &c.

XV. Anno 1255 die .. Januarii, vel Febr.

Dilectis Filiis Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum S. Angeli de Lombardis *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

CUM fuerit lecta coram Nobis vestra petitio, continebat, quod Venerabilis Frater noster . . . S. Angeli de Lombardis Episcopus [k] sui Capituli ad hoc accedente consensu vobis, & per vos Ordini vestro Ecclesiam *Sancti Marci* sitam extra Civitatem Sancti Angeli de Lombardis cum certis Confinibus suis spectantem ad ipsum duxit concedendam; prout in Instrumento publico exinde confecto plenius dicitur contineri; Nos vestris precibus inclinati concessionem ipsam, sicut pie, ac provide facta est, ratam habentes, & gratam eam auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; Instrumenti prædicti tenorem inferi præsentibus facientes, qui talis est: „ In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi, Anno ab „ Incarnationis ejus millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense „ Janua-

Fratrum petitionis series.
k
Pontifex annuit & confirmat, ut supra.
Instrumentum concessionis Episcop.
Anno 1247. M. Januarii.

(a) Fr. Rufino: Cognomento *Gorgoni*, fuit patria Placentinus in Æmilia antea Provinciæ Bononiensis Minister, ad quem, ac de quo sunt epistolæ 300., 326., & 413. Innocentii IV. in I. hujus Bullarii tomo relatæ; ut & sequens.
(b) Demanium: Pro dominio; ac jure.
(c) Alias nostras litteras. Quæ non habentur a nobis.
(d) Valentia: Pro valore.
(e) Unciarum auri: Quarum singularum valor antiquus alias demonstratur in not. ad Bullam 401.
(f) Hujus epistolæ meminit & Petrus de Alve in suo Indiculo Bullarii Seraph. par.e.
(g) Fratri Rufino: Ut in superiori epistola.
(h) Octavianus: *Ubaldinus* patritius Florentinus antea Episcopus Bononiensis, & S. A. Legatus per omnem Lombardiam, & Marchiam Tarvisinam, de quo Ciacconius de Cardinal., Raynaldus in Annal. Eccles., & Ughellus tom.2. Ital. Sac. in Episc. Bononien., nosque ad epist.190. Innocentii IV. in primo hujus Operis tomo.
(i) Ad hunc Fr. Rufinum datæ sunt aliæ litteræ hoc anno die 20. Julii, aliæque postea; antea vero extat mentio de eo in sequenti epist.xx. die 7. Februarii scripta.
(k) Episcopus: *Joannes*, ut infra ex instrumento donationis.

a ,, Januarii, quarta Indictione [a]: Nos A
b ,, Joannes [b] Dei gratia licet indignus
c ,, S. Angeli de Lombardis [c] Episcopus
,, Minister humilis præsenti scripto no-
,, tum facimus universis, quod atten-
,, dentes curam, devotionem, quam
,, circa Ordinem *Fratrum Minorum* ge-
,, rimus, ac utilitatem, & grata servi-

Encomium Fratrum.

,, tia, quæ spiritualiter, & temporaliter
,, nobis, & Ecclesiæ nostræ prædicti *Fra-*
,, *tres* prædicti Ordinis dudum contule-
d ,, runt [d], & conferre poterunt (dante B
,, Deo) in futurum; de consensu, &
,, gratuita voluntate Capituli nostri da-
,, mus, & concedimus prædicto Ordini
,, perpetuam Eleemosinam pro remissio-
,, ne peccatorum nostrorum Ecclesiam
,, *Sancti Marci*, quæ sita est extra hanc
,, Civitatem Sancti Angeli de Lombar-
,, dis infra metas Parochiæ nostræ, cum
,, hortis, & aliis Possessionibus eidem

Excepta in concessione.

,, Ecclesiæ adjacentibus, præter *Vi-*
e ,, *neam*, & *Iscam* [e], quas Joannes de Ca- C
,, labricto tenet ab Ecclesia nostra extra
,, septa prædicti Loci, & Ecclesiæ *Sancti*
,, *Marci*; & licentiam, & potestatem
,, habeant Fratres prænominati Ordinis
,, ædificandi ibidem, & omnia faciendi,
,, quæ pro ipsorum utilitate regulariter
,, viderint opportuna; Renunciantes
,, etiam omni juri, quod quondam Ec-
,, clesia nostra habuit in prædicta Eccle-
,, sia, hortis, & possessionibus eidem D
,, adjacentibus tam ex Lege Diocesana,

Quænam reserventur Episcopo.

,, quam Jurisdictionis: reservata tamen
f ,, nobis *Processione* [f] in die Festivitatis
,, *Beati Marci* Evangelistæ. Et ut præ-
,, sens Instrumentum robur obtineat fir-
,, mitatis, ipsum per manus Petri Cle-
,, rici, & publici Notarii majoris Eccle-
g ,, siæ *Maranen.* [g] scribi fecimus, com-
,, probantes in eum tamquam in nostrum
,, Notarium, licet non esset noster No-
,, tarius, Sigillo nostro, & signo manus
,, propriæ de subscriptione Clericorum
,, dicti Capituli roboratum. Quod ego
,, Petrus prædictus Clericus, & Nota-
,, rius de mandato prædictorum Episco-
,, pi, & Capituli Ecclesiæ Sancti Angeli
,, de Lombardis scripsi, qui & interfui,
,, & meo consueto signo signavi. Datum
,, in Sancto Angelo de Lombardis men-
,, se Januarii, quintæ Indictionis: Ego,

Subscriptiones Episcopi, & Capituli.

,, qui supra, Joannes Sancti Angeli de
,, Lombardis Episcopus supradicta con-
,, firmo: signum propriæ manus Sacer-
,, dotis Gulielmi de Jonathasio Canoni-
,, ci Ecclesiæ S. Angeli de Lombardis,
,, qui interfuit, & consensit. Signum
,, propriæ manus Sacerdotis Raynaldi
,, Canonici ejusdem Ecclesiæ qui inter-
,, fuit, & consensit. Signum propriæ
,, manus Sacerdotis Nicolai Canonici
,, ejusdem Ecclesiæ, qui interfuit, &
,, consensit. Signum propriæ manus
,, Domini Terrisii Canonici, qui inter-
,, fuit, & consensit. Signum propriæ
,, manus Presbyteri Roberti Rigi Cano-
,, nici, qui interfuit, & consensit. Si-
,, gnum propriæ manus Presbyteri Gu-
,, lielmi Imperato Canonici, qui inter-
,, fuit, & consensit. Signum propriæ
,, manus Diaconi Roberti de Episcopo
,, Canonici, qui interfuit, & consen-
,, sit. Signum propriæ manus Diaconi
,, Gulielmi Canonici, qui interfuit, &
,, consensit. Signum propriæ manus
,, Diaconi Tancredi Canonici, qui in-
,, terfuit, & consensit. Signum propriæ
,, manus Diaconi Riccardi de Guidonis
,, Canonici, & Diaconi, qui interfuit,
,, & consensit. Signum propriæ manus
,, Robolotti de Guidonis Canonici, &
,, Diaconi, qui interfuit, & consensit.
,, Signum propriæ manus Gilberti Dia-
,, coni, qui interfuit, & consensit. Si-
,, gnum

(a) Quarta indictione: Legendum *quinta*, ut infra; nam anno 1247. non *quarta*, sed quinta indictio erat in cursu.

(b) Nos Joannes: Hic Episcopus deest in Italia Sacra Ughelli, quo eadem supplenda erit.

(c) S. Angeli de Lombardis: Hirpinorum olim, nunc Principatus Ulterioris sub Compsann Archiepiscopo ex tom.6. Ital. Sac. Ughelli ita nuncupari ad discrimen *S. Angeli Montis Gargani* in Apulia olim Græcorum juris, cum iste fuerit Longobardorum tunc ibi dominantium; & *S. Angelo* Diœcesis, & Provinciæ Pennen. in Aprutio.

(d) Dudum contulerunt: Ex quo liquet antea alium locum ibi Fratres Minores habuisse, sed quo tempore, & a quo acceptum, ignorari; est autem nonus, ac penultimus Conventus Custodiæ *Principatus* in Provincia Terrælaboris, seu Neapolitana tam apud Polychronicon, quam Barthol. Pisanum Conform.xi., ubi corrupte legitur *Aglobelis* pro *Angelopolis*; nisi legendum sit *Agropolis*, al. Acropolis ejusdem Provinciæ, quem locum fundatum a S. P. Francisco anno 1232. tradit Marianus apud Waddingum ad eum annum num.12. at tunc deest in *Provinciali* antiquo apud cit. Autores locus *S. Angeli*.

(e) Iscam: *Isclam* legimus in Glossario Fresnii, quam interpretatur agrum, vel Insulam a terris fluvii aqua advectis enatam.

(f) Processione: Vulgo pro supplicatione procedentium ad discrimen *Stationis*, seu supplicationis stantium, seu manentium.

(g) Maranen. Al. *Montis Marani* Civitatis sub Archiepiscopo Beneventano; de qua præ ceteris Ughellus tom.8. Ital. Sac. agit.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1255.

„ gnum propriæ manus Diaconi Marchisii Canonici, qui interfuit, & consensit. Signum propriæ manus Diaconi Bonfilii Canonici, qui interfuit, & consensit; Signum propriæ manus Diaconi Roberti de Græcia Canonici, qui interfuit, & consensit. Signum propriæ manus Diaconi Gimundi Canonici, qui interfuit, & consensit. Signum propriæ manus Diaconi Bamontis Canonici, qui interfuit, & consensit. Signum propriæ manus Subdiaconi Bonifacii Canonici, qui interfuit, & consensit. Signum propriæ manus Subdiaconi Stultetti Canonici, qui interfuit, & consensit. “

Clausula Pontificis prohibens &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Neapoli v.... Februarii Pontificatus Nostri Anno Primo.

Neocastren. Episcopo O. M. potestatem facit contrahendi mutuum ad certam summam, & obligandi bona Eccles. (Ex VATICANO TABULARIO, ac REGESTO PONTIF. epist. 110. an. 1.)

XVI. Anno 1255. die 1. Februarii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri Samueli [a] *Episcopo* Neocastren. [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Causa concessionis,

NE te opporteat aliorum mendicare suffragia in opprobrium Pontificalis honoris, contrahendi mutuum usque ad *septuaginta marcas* argenti [c] pro tuis necessitatibus, & obligandi propter hoc te, ac bona *Neocastren.* Ecclesiæ ad instar piæ record. INNOCENTII PAPÆ [d] prædecessoris nostri liberam tibi auctoritate præsentium concedimus facultatem; ita quod tu, & Successores tui teneamini ad hujusmodi pecuniam persolvendam: Illis vero, qui tibi eamdem duxerint pecuniam mutuandam, quod ipsa in utilitatem ejusdem Ecclesiæ sit conversa, præ-

& conditionis adjectae.

textu alicujus Constitutionis Canonicæ, vel Civilis aliqua probandi necessitas non incumbat.

Datum Neapoli Kalendis Februarii Pontificatus Nostri Anno Primo.

Indulget, ne extra Civitatem Constantiæ super bonis Monasterii in causam trahi possint per Apost. Sedis, vel ejus Legatorum litteras, nisi de hoc indulto mentio fiat. (Ex REGEST. VATIC. epist. 123. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. num. 6.)

XVII. Anno 1255. die 1. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo Filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monialium inclusarum Monasterii de Paradiso *juxta* Constantiam [e] *Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium a concessionis causa.

VESTRÆ pacis quærentes commodum & quietis libenter illa vobis concedimus, per quæ materia submota gravaminis status vestri tranquillitas procuretur. Hinc est, quod Nos vestris gravaminibus occurrere cupientes remedio gratiæ specialis auctoritate vobis præsentium indulgemus, ne de cetero extra Civitatem *Constantien.* super bonis, quæ intra illam habetis, in causam trahi per Apostolicæ Sedis, vel Legatorum ipsius litteras valeatis; nisi litteræ ipsæ de hac indulgentia plenam, vel de verbo ad verbum expressam fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem &c.

Indulget Pontifex, ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli Kalendis Februarii Pontificatus Nostri Anno Primo [f].

Propter Regionis intensissimum frigus indulget, ut pellibus uti valeant. (Ex REGESTO VATIC. epist. 122. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. num. 7.)

(a) FR. SAMUELI: Ord. Minorum, ut ex epistola 448. Innocentii IV. ad eum data, & in I. hujus Operis tomo relata.

(b) EPISCOPO NEOCASTREN. In Calabria, ut in not. (a) ad dictam epistolam pag. 639.

(c) 70. MARCAS ARGENTI: Quarum valorem illis temporibus vide not. (h) pag. 755. tomi I hujus Bullarii.

(d) INNOCENTII PAPÆ: Nempe hujus nominis IV., qui anno superiori die 8. Octobris per similes litteras eidem Episcopo hoc ipsum concesserat, ut ex epist. 590. dicti tomi p. 766.

(e) JUXTA CONSTANTIAM: In Suevia, cujus Monasterii, ut loci mentionem fecimus supra ad Bullam *Cum venerabilis Frater* &c. dat. anno 1250. die 6. Julii tom. I. hujus Operis p. 545.

(f) Hujus insignis Monasterii, quod hucusque a nostris regitur, redibit sermo non solum insequenti, sed in pluribus aliis Bullis, seu Diplomatibus.

XVIII. Anno 1255. die 4. Februar.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo Filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monialium inclusarum Monasterii de Paradiso *juxta* Constantiam [a] *Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

DIvinæ affluentiam bonitatis habendo præ oculis, quæ nobis licet immeritis curam commisit generalis Ecclesiæ, saluti omnium libenter intendimus, præcipue eorum, qui divinis laudibus frequenter invigilant, & piæ vitæ studio sine intermissione desudant. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod licet sit in desiderio vestro continuum per afflictionem carnis assiduam mereri præmia Beatorum; tamen fragilitas vestra non sufficit, ut intensionem [b] frigoris vestrarum partium, sine incursu discriminis sustinere possitis, præsertim illæ ex vobis, quæ in diebus suis processisse noscuntur. Quia vero decens, & dignum esse dignoscitur, quod providentia Sedis Apostolicæ suffragante a vobis jugum Domini cum suavitate feratur: Nos vestris supplicationibus annuentes, auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut vestri Ordinis statuto, vel consuetudine contraria non obstante, uti *pellibus* [c] libere valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Concessionis infringere, vel &c. Si quis autem &c.

Monialium petitionis tenor.

In Svevia magnum frigus.

Pontifex petitioni annuens concedit, ut supra, derogando &c.

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli II. Nonas Februarii Pontificatus Nostri Anno Primo.

XIX. *In eumdem modum Abbatissæ, & Conventui Monialium inclusarum Monasterii* Sancti Francisci Argentin. [d] *Ordinis S. Damiani.*

Mandat, ut locus, & Ecclesia S. Naboris Mediolan. detur Fratribus pro ampliatione eorum Conventus. (Ex Autographo Archivi Conventus S. Francisci Civitatis Mediolanen.)

XX. Anno 1255. die 5. Februarii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus ... Novarien. [e], *& ...* Terdonen. [f] *Episcopis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

EX parte dilectorum filiorum ... Ministri [g], & Fratrum Minorum *Mediolanen.* fuit Nobis humiliter supplicatum; ut cum locus eorum nimis arctus [h] existat, ita ut præ sui brevitate Fratres degentes in ipso nonnulla cogantur incommoditatis, & ineptitudinis onera sustinere; ac Ecclesia, & locus *Sancti Naboris* Mediolanen. eidem loco, ut dicitur, adeo sint conjuncti, ut dictis Fratribus eis carentibus nequeat ipsius loci, prout honestati eorumdem Fratrum expedire noscitur, ampliatio provenire, super hoc eis providere paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur attendentes utilitatis fructum, & animarum profectum, qui ex conversatione dictorum Fratrum in illis Partibus producunt; ac reputantes illos ex hoc, & suæ Religionis favore dignos plenitudine gratiæ specialis; Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Ecclesiam, & locos prædictos pro ampliatione ipsa auctoritate nostra Fratribus concedatis, & assignetis eisdem. Contradictores per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstante, quod fel. record. INNOCENTIUS PAPA Prædecessor noster Venerabili Fratri nostro Archiepiscopo [i], & dilectis filiis Abbati Sancti Victoris, & Primicerio Mediolanen. suis dedit litteris [k], ut dicitur,

Supplicationis Fratrum series.

Ecclesia, & locus S. Naboris aptos, ac necessarius Fratribus.

Encomium Fratrum Min. Mediolan.

Mandat Pontifex, ut supra.

Derogando obstantiis.

Ipsum mandaverat Innocentius IV.

(a) JUXTA CONSTANTIAM: in Svevia Provinciæ Argentinæ, seu Alemaniæ superioris; de quo Monasterio actum est in præcedenti Bulla *Vestra pacis quærentes* &c.

(b) INTENSIONEM: Idest vehementiam, & quasi extensionem, aut excrescentiam.

(c) UTI PELLIBUS: Hoc ipsum Gregorius IX. ob magnum frigus concessit Monasterio Damianitarum, seu Clarissarum *Pragen.* anno 1238. literis *Piæ meditationis* &c. dat. die 5. Maji.

(d) ARGENTIN.: De quo in superiori Bulla *Solet annuere* &c. hoc anno edita die 12. Februarii anno 1254., & in tom.I. relata p.704.

(e) NOVARIENSI: Sigebaldo de Caballatiis patritio Novarien., qui ab anno 1250. usque ad ann. 1270. sedem eam moderatus est ex Ughello.

(f) ET TERDONENSI: Petro Busetto Dertonen. anno 1220. assumpto, qui usque ad ann. 1235. sedisse fertur prave ex Ughello tom.4. Ital. Sac. n.59.

(g) MINISTRI: Fr. Bartholomæi Mediolanen., seu Lombardiæ Provinciæ ex Rodulphio lib.2. fol.172., nisi nomine *Ministri* intellexerit *Guardianum*, qui tunc erat Fr. Henricus Vercellensis.

(h) LOCUS EORUM NIMIS ARCTUS: De quo cit. Rodulphius apud Waddingum ad annum 1212. n.17., quo primum receptus fuit, terque mutatus ex cit. Rodulphio lib.2. fol.272.

(i) ARCHIEPISCOPO: *Fr. Leoni* de Perego ex Ordine Minorum anno 1243. assumpto, de quo & supra actum est, & Waddingus in Annal. Min. scribit.

(k) SUIS DEDIT LITTERIS: Quæ tamen adhuc desiderantur.

tur, in mandatis, ut Ecclesiam, & locos prædictos Fratribus concederentes, & assignantes eisdem; necnon & Clericis ipsius Ecclesiæ facientes in aliis Ecclesiis Mediolanen. Civitatis, & Diœcesis, si commode fieri poterat, provideri de ipsis; ac jure, & præbendis eidem Ecclesiæ disponerent, & ordinarent, quod secundum Deum noscerent melius expedire; & processu, si quis est habitus per eosdem. Discreta commissio. Quod si non ambo iis exequendis potueritis interesse; alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Datum Neapoli Nonis Februarii, Pontificatus Nostri Anno Primo [a].

Dispensationem super impedimento Matrimonii Marchionis Esten. a Fr. Rufino O. M. datam confirmat. (Ex Tabulario Vatic. in Regest. Pontif. epist. 121. num. 1.)

XXI. Anno 1255. die 7. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis Filiis Nobili Viro A. [b] Marchioni Esten. [c] *& Mabiliæ uxori ejus* [d] *Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

CUM, sicut ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, dilectus filius *Frater Rufinus* [e] de Placentia Ordinis Fratrum Minorum de speciali mandato fel. record. Innocentii Papæ [f] prædecessoris nostri vobiscum super eo, quod, ut quidam asserunt, quarto; &, ut quidam referunt, quinto affinitatis gradu [g] vos contingitis, de consilio Venerabilis Fratris nostri .. [h] *Mantuani* Episcopi dispensarit, ut hoc nequaquam obstante licenter possitis in contracto matrimonio remanere: Nos porrectis Nobis pro parte vestra supplicationibus inclinati, quod per dictum *Fratrem* [i] in hac parte factum est de mandato prædecessoris ejusdem, ut superius est expressum, ratum habentes, & gratum, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem &c. Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli VII. Idus Februarii, Pontificatus nostri Anno Primo.

Procurationes, exactiones, collectas, aut subsidia quæcunque ne teneantur præstare Legatis, aut Nunciis Sedis Apostolicæ. (Ex Autographo in Archivo infrascripti Monasterii Tudert. sub plumbo.)

XXII. Anno 1255. die 12. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Mariæ Montis Sancti Tuderr. [k] *pauperum inclusarum Ordinis Sancti Damiani Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

PAUPERTATI vestræ, quam voluntarie propter Dominum sustinetis; ac quieti vestræ paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut ad præstationem procurationum [l] Legatorum Sedis Apostolicæ, vel Nunciorum ipsius, aut exactionum, vel collectarum seu subsidiorum quorumcunque per litteras dictæ Sedis Legatorum, vel Nunciorum ejus- Clausa concessionis.

(a) De quo loco, atque Ecclesia jam assignatis, obtentu ne extat *Bulla* hujus Pontificis anno sequenti data die 23. Januar., quæ infra legi poterit; & alia loco die 24. Junii scripta, ibique vulgata.

(b) Viro A.: Azzoni 7. al 9. usque ad ann. 1264 m. Februar., quo vivere desiit.

(c) Marchioni Esten.: Et Vicario Pontificio *Ferrariæ* anno 1210. constituto, quam urbem ipse rexit, ejusque successores modo tali sunt usque ad Pontificatum Clementis VIII. & annum 1597.

(d) Mabiliæ uxori ejus: *Pallavicinæ* Parmen., quæ anno 1264. die 4. Septembris testamentum condidit, quo suos ex 3. parte hæredes constituit Fratres Ord. Minorum Ferrarien., & apud eosdem sepulturam elegit.

(e) Frater Rufinus: Ad quem sunt hujus Pontificis 13. & 14. inperius allatæ epistolæ.

(f) Innocentii Papæ: Hujus nominis IV., cujus tamen de hac re mandatum non apparet.

(g) Quinto affinitatis gradu: Etsi antiquitus prohibitio Eccles. matrimonii usque ad 7. consanguin. & affin. gradum se extenderet: Concilium tamen Lateranen. IV. anno 1215. cap. 50. statuit, ne talis prohibitio ultra quartum gradum protenderetur.

(h) Fratris nostri ... *Martini de Casaloldis* Parmensis, quem anno 1252. assumtum usque ad ann. 1303. sedisse, & sanctitatis fama occubuisse tradunt apud Ughellum tom. I. Ital. Sac.

(i) Dictum Fratrem: Nempe *Rufinum* supramemoratum, qui hoc anno die III. *Kal. Aprilis indictione* XIII. Panormi primum lapidem e Pontifice benedictum posuit in constructione nostræ Ecclesiæ *S. Francisci* ex monumentis illius Cœnobii teste Petro Rodulphio Hist. Francisc. lib 2. fol. 281. 2., ubi mendose dicitur Ordinis Cisterc.

(k) S. Mariæ Montis Sancti Tudert.: De quo Monasterio dictum est ad privilegium Gregorii IX. anno 1236. die 20. Junii eidem loco concessum.

(l) Procurationum: Dominis debitarum a vassallis, a quibus hospitio, & conviviis condictis vicibus excipiebantur, cum in eorum prædia divertebant: quæ quidem *Procurationes* interdum in summam aliquam pecuniariam convertebantur ex Cangio in suo Latin. Glossario.

Clausula prohib. &c.

ejusdem, cujuscunque tenoris existant, A compelli minime valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu &c.

a Dat. Neapoli II. Idus Februarii Pontificatus nostri Anno Primo [a].

Nisi electores Capituli Ecclesiæ Albinganen. convenerint intra 15. dies in præficiendo sibi Pastore, Archiepiscopus Genuen. eligat, quem idoneum agnoverit. (Ex Vatic. Tabulario in Regest. Pontif. epist. 144. an. 1.)

XXIII. Anno 1255. die 17. Februarii.

ALEXANDER &c.

b *Venerabili Fratri* ... [b] *Archiepiscopo* Januen. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

c Narratio facti.

ALbinganen. Ecclesia [c] pastoris solatio destituta, fel. record. Innocentius Papa [d] prædecessor noster Capitulo ipsius Ecclesiæ suis dedit literis in mandatis, ut de consilio, & assensu tuo providerent eidem Ecclesiæ de Pastore; alioquin tu eidem Ecclesiæ de Pontifice provideres. Verum votis eorum in diversa divisis, duos videlicet *Fratrem Lanfrancum de Nigro* [e] de Ordine Minorum, & *Nicolosum de Bulgaris* [f] Canonicum Januen. in discordia elegerunt. Unde tu considerans prudenter quod ea, quæ per eosdem Capitulum in præmissis facta fuerant, nullius existerent penitus firmitatis, hujusmodi negotium ad Sedis Apostolicæ duxisti providentiam remittendum. Nos itaque, quorum sollicitudinis interest, ut Ecclesiis viduatis, ne propter vacationem diutinam possint in spiritualibus & temporalibus incurrere detrimenta, de talibus provideatur Pastoribus, per quos possint in utrisque feliciter gubernari; mandamus, quatenus, si dicti Capitulum infra 15. dies post receptionem litterarum nostrarum eidem Ecclesiæ de consilio, & assensu tuo non providerint de persona idonea canonice in Episcopum & Pastorem; tu auctoritate nostra præficias canonice in Pontificem Ecclesiæ prædictæ personam, quæ tanto congruat oneri, & honori; ac sibi facias a subditis obedientiam & reverentiam ei debitam exhiberi [g]; contradictores per B Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

(Margin: Capitulum in electione divisum. — Archiepiscopus negotium Sedi Apostolicæ remittit. — Pontifex & providet, & mandat id quod supra.)

Datum Neapoli XIII. Kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno Primo.

Eodem modo Capitulo Albinganen. (Ex eit. Reges. Vatic. epist. 145.) mutatis mutandis. Dat. *ut supra.*

Hortatur, & una mandat festum S. Antonii solemniter, & annuatim celebrari (Ex Archivo Vaticano, Regestoque Pontificio epist. 172. ann. 1.) C

XXIV. Anno 1255. die 18. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Populo Civitatis, & Diocesis Barchinonen. [h] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

CUM Beatus *Antonius* [i] auctoritate Sedis Apostolicæ ipsius exigentibus meritis *Sanctorum* Confessorum Cathalogo sit ascriptus [k]; Universitatem D vestram rogamus, & hortamur in Domino per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus solemnem ejusdem Confessoris festivitatis diem annuatim juxta venerationem in talibus observandam devote, ac solemniter in vestra Civitate, & Diocesi celebretis; ut pia ejus intercessione & hic a noxiis protegi, &

(a) Idem privilegium Pontifex iteravit ampliavitque huic Monasterio anno 1257. die 15. Octobris, cum jam hoc anno 1251. die 23. Aprilis hoc ipsum concessisset universis Monasteriis Ordinis S. Damiani cum adjecto tamen, *irritas, ac inanes esse censuras* Ecclesiasticas, quæ propter hoc in dicta Monasteria promulgarentur.

(b) Ven. Fratri... : *Gualtero* de Verzano; qui sub Innocentio IV. promotus anno 1253. sedit ad annum usque 1276. ex Ital. Sac. Ughelli tom. 4. in Genuen. Archiepisc. n. 6. al. 31.

(c) Albinganen. Ecclesia : In littore maris Ligustici, ac ditione Reipublicæ Genuen. pluries Metropolitanum Antistitem sortita diversum, tandem Genuensi subjecta reperitur, vulgo *Albenga*.

(d) Innocentius Papa : Hujus nominis IV.

(e) Fr. Lanfrancum de Nigro : Patritia familia Genuensi genitum.

(f) Nicolosum de Bulgaris : Et ipsum Genuæ vetusta stirpe natum.

(g) Exhiberi : Tandem assumptus fuit *Fr. Lanfrancus*, qui sedem eam tenuit usque ad ann. 1292. ex omnium approbatione, ut post ejus obitum alius Pastor ex Ordine Minorum huic Ecclesiæ datus fuerit ex Italia Sac. Ughelli tom. 4. in Episc. Albigaunen.

(h) Barchinonen. : In Aragoniæ Regno, & Catalauniæ Metropolis; ubi Ordo noster locum ab initio obtinuit, de quo Waddingus ad ann. 1214. n. 29. disserit; eratque caput *Custodia* sui nominis, & Provinciæ Aragoniæ ex distributione Provinciarum, & Custodiarum Ordinis facta anno 1260. Narbonæ in Comitiis gener. ex aliis dictis.

(i) B. Antonius : Ulyssiponensis cognomento *Patavinus* ex Ord. Min., ut ex contextu Diplomatis elicitur.

(k) SS. Catalogo sit ascriptus : Anno 1232. die 30. Maji ex dictis ad Bullam illius canonizationis.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1255.

in futuro sempiterna consequi gaudia valeatis. Nam conveniens est, & pium, ut quos Deus merito Sanctitatis coronat, & honorat in Cælis, fideles Christi venerationis officio devotione congrua in terris glorificent, & collaudent; cum idem Dominus dicat per Prophetam:
Sophon. 3. 20. *Dabo vos cunctis populis in laudem, gloriam, & honorem* [a].

Datum Neapoli XII. Kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno Primo.

Præcipit, ut si vera sunt exposita, Raymundus de Seslemeuden. Comestabuli Tripolit. dignitatem assequatur contra E. de Podio. (EX ARCHIVO VATIC. in Regesto Pontif. epist. 269 an. 1.)

XXV. Anno 1255. die 1. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... *Cancellario* Tripolitano [b], ... *Magistro Scholarum* Antiochen. [c], & ... *Ministro Fratrum Minorum* Tyren. [d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Raymundi Seslemeuden. petitionis tenor. LECTA Nobis dilecti filii nobilis viri Raymundi Domini de Seslemenden. *Tripolitan.* Diocesis petitio continebat, quod cum quondam Thomasio Comestabulo [e] *Tripolitan.* avunculo suo viam universæ carnis ingresso ipse tanquam ei consanguinitate proximior mote, ac jure illius partiæ *Comestabuliæ* [f]
De Comestabulia Tripolitana. Tripolitan. ac pertinentiarum suarum possessionem fuisset adeptus; tandem nobilis mulier E. [g] domina de Podio [h] asserens, se proxima consanguinitatis linea dictum Comestabulum contigisse, prædictum Raymundum dictæ *Comestabuliæ* *Ab E. Podiensi invasa,*
spoliari possessione; seque in illam induci per dilectum filium nobilem virum ... Principem Antiochenum [i], & Comitem Tripolitan. [k] nequiter procuravit: propter quod ex parte ipsius Raymundi fuit fel. record. I. PAPÆ [l] Prædecessori nostro humiliter supplicatum, ut *pro qua recurrit ad Innoc. Papam,*
cum dicta *E.* non sit de legitimo matrimonio procreata; & ob hoc dicto Thomasio in præfata *Comestabulia* de jure succedere nequeat; cognosci de hoc per discretos aliquos demandaret. Unde *qui causam committit Patriarchæ Hierosolymit. & socio.*
memoratus Prædecessor bonæ memoriæ ... Partiarchæ *Jerosolymitan.* [m], & dilecto filio ... Archidiacono *Acconen.* [n] suis dedit litteris in mandatis, ut vocatis, qui evocandi existerent, & auditis hinc inde propositis, quod foret canonicum, statuere procurarent, facientes, quod decernerent per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Sed tandem jamdicto Patriarcha naturæ debitum persolvente [o], nullus in negotio *Mortuo vero insuper Patriarcha, Raymundus ad Alexandrum PP. confugit,*
hujusmodi habitus est processus. Quare nominatus *Raymundus* humiliter postulavit a nobis providere sibi super hoc de solita Sedis Apostolicæ clementia curaremus. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, in negotio ipso, appellatione remota, ratione prævia procedatis juxta ejusdem Prædecessoris litterarum continentiam ad eosdem Patriarcham, & Archidiaconum directarum. *qui supra scriptis mandat id quod supra,*
Non obstantibus, si eidem Dominæ a Sede sit indultum eadem, quod extra certa loca in causam trahi non valeat per litteras dictæ Sedis non facientes plenam *obstantibus derogando,*

(a) HONOREM: Hodie in Vulgaris Bibliis legitur: *Dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ.*

(b) TRIPOLITANO: In Phœnice Syriæ Provincia maritima, & Palæstinæ finitima vulgo *Tripoli di Soria* ad discrimen Tripolis in Africa vulgo *Tripoli di Barbaria*; alteriusque in Cappadocia ad oram maritimam Pontis Euxini.

(c) ANTIOCHEN.: Quæ urbs etiam multiplex est, vel fuit; hic autem venire *Antiochiam* Syriæ ad Orontem fluvium sitam, Patriarchalem Sedem Orientis, ducitur ex epistolæ contextu, atque lectione.

(d) MINISTRO FF. MINOR. TYREN.: Phœnicis ad mare, vel in mari olim celeberrima Civitas, & *Archiepiscopatus* primo sub Antiocheno, postea sub Hierosolymitano, nunc diruta jacet: *Sur* vulgariter appellata. Dicitur autem *Minister Tyren.* forsan a loco residentiæ; alias *Minister Terræ Sanctæ* audiebat, quæ Provincia duabus *Custodiis* constabat *Nicosiæ* Cypri, & *Syriæ*, ubi Tyrus erat, ex veteri Provinciarum, & Custodiarum Ordinis distributione anno 1260. Narbonæ in Comitiis Gener. præside S. Bonaventura peracta.

(e) COMESTABULO: Qui alias *Constabularius* nuncupatur, custos nimirum stabuli Equorumque Principis.

(f) COMESTABULIÆ: Nempe officii, ac dignitatis Comestabuli.

(g) MULIER E.: Elena fortasse, vel Elisabetha, Eleonora &c.

(h) DE PODIO: Duplex Oppidum hujus nominis extat in Gallia, alterum Velavnorum caput prope Ligerim fluvium vulgo *Puy* Latinis *Anicium* Episcopatus olim sub Archiepiscopo Bituricensi nunc exemptus; alterum *Podium* Andegavense parvum vulgo Gallico *Puyen Anjou*, al. *Puy nostre Dame*.

(i) PRINCIPEM ANTIOCHENUM: *Boamundum*, cujus Principatus 13. post annis extinctus est, capta, destructaque a Saracenis *Antiochia* nunquam recuperanda, & adhuc semidiruta jacet.

(k) COMITEM TRIPOLITANUM: Dignitas, & urbs Principatui Antiocheno tunc annexa erat.

(l) I. PAPÆ: Innocentio IV.

(m) PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITANO: Roberto ex Episcopo Nannetén. anno 1240. ad eam Sedem translatum.

(n) ACCONEN.: Quæ alias Civitas dicta fuit Ptolemais, & nunc vulgo *Acre* in Phœnicia sub Archiepiscopo Tyrensi a paucis incolis habitata.

(o) NATURÆ DEBITUM PERSOLVENTE: Anno 1254. die 8. Junii.

nam & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem; & Constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali [a]; dummodo ultra tertiam, vel quartam ad judicium non trahatur; vel indulgentia [b], quam tibi, Fili *Minister*, & Fratribus tui Ordinis dicitur ab Apostolica Sede concessam, ne inviti cognoscere teneamini de causis, quæ vobis a Sede committuntur eadem. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

& mandatum temperando.

Datum Neapoli Kalendis Martii, Pontificatus nostri Anno Primo [c].

Concedit eis pro loco habitationis Palatium Curiæ dictum Imperiale *ad suum usque beneplacitum*. (Ex Autographo Conventus S. Francisci Civitatis Fulginaten.)

XXVI. Anno 1255. die 2. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Guardiano, & Fratribus Minorum Fulginat. [d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Causa concessionis.

CUM, sicut ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, in loco vestro, quem in Civitate *Fulginat.* habetis, nondum Domos vobis necessarias ædificare potueritis malitia temporis faciente: Nos vestris devotis supplicationibus inclinati, indigentiæ vestræ in hac parte salubriter providere volentes præsentium vobis auctoritate concedimus, ut *Palatium Curiæ* in eadem Civitate positum, quod *Imperiale* vocatur, possitis ad inhabitandum usque ad nostrum beneplacitum retinere [e].

Datum Neapoli VI. Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Primo [f].

Ne teneantur Fratres curam suscipere Sanctimonialium in Alemania exceptis quatuor Monasteriis. (Ex Regesto Vatic. ep.297. apud Waddingum in Reges. Pontif. n.8.)

XXVII. Anno 1255. die 8. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Ministro Fratrum Minorum Alemaniæ [g], *ac Definitoribus* [h] *Provincialibus Capituli in* Ezzellingen. [i] *celebrati Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium. Fratrum expositio, atque supplicatio.

CUM a Nobis petitur &c. [k] Significasti siquidem Nobis, quod dudum Nos tunc Ostien. & Velletren. Episcopus per nostras vobis duximus litteras [l] concedendum, quod exceptis *Argentin., Constantien.* [m], *Derlma* [n], & *Phillengen.* [o] Claustris [p] Ordinis Sancti Damiani, aliquorum Claustrorum ejusdem Ordinis constructorum, aut construendorum in Alemania nullatenus teneamini curam gerere, vel habere. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati concessionem hujusmodi ratam habentes illam auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Pontifex annuit, & confirmat, ut supra.

(a) Concilio generali: Lateranen.IV. anno 1215. celebrato cap.37.

(b) Indulgentia: Incip. *Quieti vestre* &c., & *Qui postposita vanitate* &c. a Gregorio IX., & Innocentio IV concessa.

(c) Vidit hanc Epistolam & Petrus de Alva, eamque citat in suo Indiculo Bullarii Seraph. par.1.

(d) Fratribus Minorum Fulginat.: Qui jam ab anno 1213. locum qualemcunque ea in Civitate obtinuerant, accipiente, ut volunt, S. P. Francisco; unde caput est *Custodia Vallis Spoletinæ* in veteri *Provinciali Ordinis* apud Barthol. Pisanum Conf. XI. sed apud Chronicon Jordani Mr. 2. est, de eoque Waddingus agit in Annal. Min. ad annum 1213. n.5., & Ughellus tom.1. Ital. Sac. in Episc. Fulginat. n.25. de Episc. Ægidio.

(e) Retinere: Sed & hoc eodem anno die 21. Julii eisdem Fratribus Pontifex donavit *domum*, quam Ecclesia Romana in Civitate Fulginei possidebat ex litteris *Nec incongruum* &c., quæ infra dantur.

(f) Pro loco isto leguntur & epistolæ *Devotionis vestre petitio* &c die 13. Decembr. anno 1257., & *Cum a nobis petitur* &c. die 10. Januarii 1258., ac *Justis petentium desideriis* &c. die 20. eodem mense, & anno scriptæ, suisque locis relatæ.

(g) Alemaniæ: Nempe superioris, cujus caput Argentina est; unde etiam Provincia *Argentinensis* appellatur.

(h) Definitoribus: Ex quo patet antiquitas hujus officii, & nominis *Definitorum* in Ordine.

(i) Ezzelingen.: Vulgo *Eslingen*. urbs Sveviæ libera ad Necarum fluvium Ducatus Wirtembergensis prope Stutgardiam Ducum Sedem, & Canstadium, atque inter Ulmam, & Heydelbergam: sed Cœnobii nostri in eo loco non alia fit mentio in Annal. Minor., nullaque in alias cit. veteri *Provinciali* Ordinis, nisi sit sub alio nomine: meminit vero ejus Rodulphius lib.2. Hist. Francisc. f.291. in Provincia Argentinæ, vocatque *Eslingen.* ab Hæreticis illius seculi 16. destructum.

(k) Petitur &c.: Ut in Bulla XI. superius ad diem 20. Januarii edita.

(l) Litteras: Quæ in Annal. Minorum desiderantur.

(m) Argentin., Constantien.: In Alsatia illo, isto in Svevia sito.

(n) Derlma: Legendum de Ulma in Svevia ad fl. Danubium, unde plura alia Monasteria in Germania prodierunt, uti sequens.

(o) Phillengen.: Al. *Pfullingen.*, de quo Monasterio anno 1250. inchoato agit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum num.14., & ad ann.1419. n.79.

(p) Claustris: Idest Monasteriis.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1255.

Clausula prohib. &c.

nimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, atque confirmationis infringere, vel ei &c.

Datum Neapoli VIII. Idus Martii, Pontificatus nostri Anno Primo [a].

Ut in electione Nivernen. Episcopi inquirant, procedantque juxta Canonicas Sanctiones, & Institutionem. (Ex BULLARIO Ordinis Prædicat. tom. 1. Bul. 15. Alexandri IV., & ex VATICANO Regest. Pontif. epist. 199. ann. 1.)

XXVIII.

Anno 1255. die 8. Martii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... Episcopo Parisien.[b] *& dilectis filiis ... Priori Provinciali Prædicatorum, & ... Ministro Minorum Fratrum in* Francia *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Narratio electionis Nivernen. Antistitis.

DELATO ad Sedem Apostolicam negotio Electionis, quæ in Ecclesia *Nivernen.*[c] Vacante de dilecto filio *Villelmo de Grandiputeo* Nivernen. Archidiacono dicitur celebrata; Procuratores illorum, qui dictum Archidiaconum elegerunt, instanter petebat a Nobis Electionem hujusmodi confirmari. Cumque dilectus filius[d] Arnulphus dictus *Rex*, & Renaudus de *Cuncois* Canonici Nivernen. se illi super hoc ducerent opponendos; tandem ipsi pro se, & quibusdam Canonicis suis, quorum Procuratores existunt, Electionem ipsam non debere confirmari dixerunt, objicientes quædam in electionis formam, & aliqua in Electi personam. In formam scilicet, quod fuit omissa collatio; & communis Electio non extitit subsecuta: In personam vero, quod *Willelmus* tantum patitur in visu, & literatura defectum, quod exinde inabilis redditur ad tantæ apicem dignitatis; idem etiam Arnulphus, & Renaudus pro se dumtaxat pluralitatem Personatuum[e] objecerunt, videlicet, quod Archidiaconatum Nivernen., & Thesaurariam Senonen.[f] absque dispensatione Sedis Apostolicæ obtinere; & licet de partibus ipsis constiterit, tamen pars *Electi* asserit esse cum eo super hoc sufficienti auctoritate Apostolica dispensatum. Verum quia super aliis præmissis non potuit apud Sedem Apostolicam fieri plena fides: Nos de vestra circumspectione confisi cognitionem tum super iis, quæ objiciuntur in formam, quam *Electi* personam, & examinationem ipsius super literatura, ac visus defectu, vobis auctoritate præsentium duximus committendam, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandantes, quatenus receptis legitimis probationibus super præmissis, quæ dicuntur in formam, dispensationem super eisdem partibus vobis faciatis ostendi; & examinantes Personam ipsius *Guillelmi* super defectibus supradictis, ad confirmationem, vel infirmationem ejusdem Electionis infra tres menses a prima die, quam Partibus ad procedendum in negotio duxeritis assignandam; ne præfata Ecclesia ex dilatione negotii detrimentum incurrat, Deum solum habentes præ oculis procedatis juxta Canonicas sanctiones; etsi eam legitime infirmari contingat, super facultate eligendi hac vice Pastorem in dicta Ecclesia, quod Canonicum fuerit, appellatione postposita, decernatis, facientes &c. Si vero propter subterfugia Partium, vel quocumque alio modo negotium ipsum infra dictos menses nequeat terminari; vos illud ex tunc instructum, vel non instructum ad nostrum remittatis examen, præfixo Partibus termino peremptorio competenti; quo tempore cum rationibus, & munimentis suis, ac probationibus, & omnibus aliis dictum negotium contingentibus sic instructæ ad audiendam sententiam per se, vel Procuratores idoneos compareant coram nobis; ut illud ulterius ad Partes illas remitti nequaquam oporteat, sed apud dictam Sedem possit finaliter expediri.

Nonnulli opponunt electioni. — Defectus electionis, & Electi. — Pontifex de his committit cognitionem, ut supra. — Et instructionem tribuit, — atque facultatem super nova electione. — Partibus non terminantibus, ad se revocat examen.

(a) Insequenti anno Pontifex alias litteras incip. *Cum visitatio &c.* die 15. Junii *Ministro Fratrum Minorum de Alemania* dedit facultatem ei tribuens mittendi Fratres sibi subditos ad Monasteria Monialium ejus administrationis.

(b) EPISCOPO PARISIEN.: Reginaldo II., qui ab anno 1250. usque ad 1268. sedit ex Gallia Christiana Maurin. tom. 7.

(c) ECCLESIA NIVERNEN.: In Gallia Celtica vulgo *Nevers* ad fluvium Ligerim vulgo *Loir* sub Archiepiscopo Senonen. in finibus Burgundiæ media fere inter Lugdunum, & Parisios.

(d) DILECTUS FILIUS: Leg. *dilecti filii*, cum sint duo Canonici.

(e) PLURALITATEM PERSONATUUM: Idest Beneficiorum Ecclesiasticorum; & *Personatus* hoc loco accipitur promiscue, non stricte, & ad juris apices pro eo videlicet, qui sine jurisdictione solam præeminentiam habet.

(f) SENONEN.: Nimirum in Sede Metropolitana vulgo *Sens*.

diri. Proviso, quod si negotium ipsum A ad nos remitti contingat, Personam ejusdem *Electi* tam super literatura, quam visus defectu diligenter examinare curetis; & utrum juxta vestrum arbitrium sufficientis, vel competentis literaturæ ad Episcopatum existat, aut non; & si ex defectu visus reddatur inhabilis ad Episcopale officium exercendum; vel si ad hoc habilis habeatur; nobis per vestras literas distincte, & fideliter exponaris. Ceterum si forte idem *Electus* B examinationem vestram super præmissis subire noluerit; & negotium deberet alias ad nostram præsentiam destinari; auctoritate nostra mandetis eidem, ut examinandus apud dictam Sedem personaliter se nostro conspectui repræsentet; Non obstante indulgentia [a], qua *Fratribus* vestrorum Ordinum, filii Prior, & Minister, prout dicitur, a Sede Apostolica est concessum, quod se de causis non teneantur intromittere per literas Sedis ejusdem, quæ de indulgentia hujusmodi non fecerint mentionem. Quod si non omnes iis exequendis poteritis interesse; alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Examen de persone Electi Pontifex exposcit.

a

Derogatur indultis Apostolicis.

Discreta commissio.

Datum Neapoli VIII. Idus Martii Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ne permittat, quemquam Religionis locum construi prope Conventum Fratrum Minorum, & Monasterium Monialium Clarissarum Ascul. juxta terminos a Gregorio IX. præfixos. (Ex AUTOGRAPHO Archivi Conventus S. Francisci Asculanæ Civitatis in Piceno.)

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

XXIX. Anno 1255. die 8. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Presbytero Abbati Canonico Esculan. [b], *Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

b

Gregorii IX. mandatum pro Conventu, & Monasterio Francisc. Ascul.

c d

e

f

AD audientiam nostram pervenit, quod cum fel. record. GREGORIUS PAPA [c] Prædecessor noster quieti Conventus Fratrum Minorum [d], & honestati Dominarum Monasterii *Sanctæ Mariæ Novæ* pauperum inclusarum [e] Ordinis S. Damiani Esculanæ Civitatis [f] (consulens, ne) a porta Pontis majoris usque ad portam Romanam Civitatis ejusdem, prope quam earumdem inclusarum Monasterium dicitur esse constructum, quisquam religiosus locus de novo ædificari, vel construi valeat; suis olim duxerit litteris [g] inhibendum; quidam Religiosi de Sancto Ægidio *Eremitæ* Ordinis Sancti Augustini Esculan. Diœcesis in- C fra terminos a Prædecessore prohibitos quemdam de novo fundum satis amplum ementes Domos ædificare ibidem, & magnum ibi *Fratrum* Ordinis sui habere Collegium contra prædictam Prædecessoris inhibitionem intendunt in prædictorum *Fratrum*, & *Dominarum* non modicum incommodum, & gravamen. Quare Nobis fuit humiliter supplicatum, ut cum divinæ paginæ studium [h], quod ad D multorum salutis profectum dicitur in prædicto Conventu vigere, ac honestatis decor, & sanctæ contemplationis eorumdem Fratrum, ac Inclusarum tranquillitas, præter alia, quæ insurgerent utrisque incommoda, ex hujusmodi ædificii novitate possent multipliciter impediri; Apostolicæ circa id adhibere provisionis remedium curaremus. Piis igitur Prædecessoris ejusdem vestigiis inhærentes per

Situs Monasterii Monialium.

g


Eremitæ S. August. intra terminos prohibitos ædificare tentant.

h

Studium Theologicum apud FF. Minores Asculi fructuosum.

Mandat Pontifex ut supra.

(a) INDULGENTIA: Incip. *Quieti vestræ* &c., & *Qui postposita vanitate* &c. utrique Ordini a Gregorio IX. & Innocentio IV. concessa.
(b) ESCULAN: In Piceno, ut infra.
(c) GREGORIUS PAPA: IX hujus nominis.
(d) CONVENTUS FRATRUM MINORUM. Qui acceptus creditur a S. P. Francisco anno 1212., cum iturus in Syriam Asculum Piceni pervenit, & a civibus magno eum videndi, audiendique desiderio receptus 30. illorum ad Ordinem admisisse fertur apud Waddingum ad eum annum num.17. ex antiqua S. P. *Legenda*. Etenim caput est nedum *Custodiæ* sui nominis, sed & totius Provinciæ Marchiæ Anconitanæ in veteri *Provinciali Ordinis* apud Polychronicon Jordani & Bartholomæum Pisanum Conform. XI.
(e) S. MARIÆ NOVÆ PAUPERUM INCLUSARUM: Cujus Monasterii antiquitatis, & fundationis initium etsi lateat, liquet nihilominus extasse ante annum 1233. ex litteris Gregorii IX. *Pro Monasterio* &c. datis eo anno die 28. Martii, & ibi relatis, & clarius ex ejus privilegio anno 1235. die 26. Augusti edito, ubi dicitur *S. Mariæ*, *&* *S. Georgii*.
(f) ESCULANÆ CIVITATIS: Pontificem loqui de Civitate Asculana Piceni, non autem Apuliæ, colligimus ex quibusdam hujus Epistolæ verbis, quæ urbem Piceni, non Apuliæ appellant; & ex eo quod hujus autographum asservatur in Archivio Conventus Asculi Piceni.
(g) SUIS OLIM DUXERIT LITTERIS: Quæ litteræ non habentur; & quo anno sint datæ, etiam ignoratur.
(h) DIVINÆ PAGINÆ STUDIUM: Fatetur Waddingus in Annal. Min. ad annum 1245. num.36. edit.2. ex Addit. prodiisse ex hoc loco tales, tamque insignes viros, quales ex nullo Ordinis nostri Cœnobio; etsi errat de *Sixto V.*



ALEXANDER PP. IV. An Ch. 1255.

per Apostolica tibi scripta districte præcipiendo mandamus; quatenus si præmissa veritati nitantur, de construendis Domibus supradictis nullum Religionis locum ædificari de novo infra hujusmodi terminos in dispendium eorumdem *Fratrum*, & *Dominarum* permittas [a]. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; invocato ad id nihilominus, si necesse fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Datum Neapoli VIII. Idus Martii, Pontificatus nostri Anno Primo [b].

Permutationem Ecclesiæ S. Georgii, & ejus Hospitalis cum Ecclesia S. Damiani inter Episcopum, Capitulumque Assisiaten., & Monasterium S. Damiani ejusdem Civitatis, seu Diœcesis laudat, & confirmat. (Ex AUTOGRAPHO Archivi Monasterii S. Claræ Assisiaten.)

XXXI. Anno 1255. die 11. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo Filiabus ... [c] *Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sancti Damiani* Assisinat. [d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium. Narratio factorum.

CUM a nobis petitur &c. [e] Olim inter vos ex parte una, & Venerabilem Fratrem nostrum ... [f] *Assisinat.* Episcopum, dilectos filios Capitulum Ecclesiæ Sancti Rufini [g], & Rectorem Ecclesiæ & Hospitalis *Sancti Georgii* Assisinatis [h] ex altera super facienda permutatione de Ecclesia, loco, & terra Monasterii *Sancti Damiani*, in quo nunc degitis, cum prædictis Ecclesia, & Hospitali *Sancti Georgii*, & pertinentiis eorumdem contentione suborta [i], dilectus filius noster *Johannes* Tituli Sancti Laurentii in Lucina [k] Presbyter Cardinalis, cujus arbitrio, & ordinationi amicabiliter vos, & pars altera submisistis, partium voluntatibus, & utriusque loci extimatione per bonos viros facta plenius intellectis, super hoc arbitrium promulgavit, prout in publico instrumento confecto exinde plenius continetur. Præterea dilectus filius Magister Leonardus ejusdem Cardinalis Capellanus dilectum filium *Venturam* Magistri Johannis Yconimum, Sindicum, & Procuratorem vestrum de prædicti Cardinalis mandato, in Ecclesiæ, & Hospitalis *Sancti Georgii* prædictorum, ac eorumdem pertinentiarum, in hujusmodi arbitrio expressarum corporalem possessionem vestro nomine inducere procuravit; sicut habetur in confecto exinde publico instrumento [l]. Nos itaque vestris precibus inclinati, quod super præmissis factum est, ratum, & firmum habentes; ac defectum, si quis in eo extitit, supplentes de plenitudine potestatis illud auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Verum quia, sicut accepimus, inter Procuratorem vestrum, & Capitulum prædictæ Ecclesiæ Sancti Rufini inter cetera dicitur esse actum, & conventionibus, ac pactionibus roboratum, ut certus dumtaxat Fratrum numerus apud præfatam *Sancti Georgii* Ecclesiam [m], quæ vobis ex prædicta permutatione conceditur, debeat pro tempore retineri, & non nisi unica ibidem Campana suspendi;

Judex controversiæ definit.

& Ecclesia S. Georgii cum Hospitali Monialibus traditur.

Pontifex confirmat ut supra.

conditiones quasdam evacuans.

(a) PERMITTAS: Quod pro loco FF. Minorum innovavit Pontifex anno 1260. literis *Paci, & tranquillitati* &c. datis die 21. Augusti Episcopo Asculano distantiæ etiam spatio determinato.

(b) Ex his literis videtur colligi, veterem locum Fratrum Minorum extra Civitatem quidem extitisse, sed prope *portam Pontis majoris*, ut & Monasterium *S. Mariæ* Clarissarum hic commemoratum; cui anno 1460. unitum fuit alterum *S. Angeli* ejusdem instituti ex Waddingo ad eum ann. n.63., locus vero Fratrum derelictus est, & novus intra Civitatem acquisitus biennio post ex litteris *Paupertas voluntaria* &c. infra legendis.

(c) FILIABUS ...: BENEDICTÆ Assisiati S. Claræ discipulæ, cui defunctæ in regimine hujus Monasterii successit; adeas not. (a) ad epistolam 21. Gregorii IX. tom.1. p.33.

(d) S. DAMIANI ASSISINAT.: Unde primitus *Clarissæ* dictæ sunt *Damianitæ* a titulo Ecclesiæ ipsis a principio concessæ, & ab ipsis excultæ.

(e) PETITUR &c.: Ut in 27. *Bulla* die 20. Januarii edita.

(f) FRATREM NOSTRUM: Nicolaum a Curbio, de quo pluribus in locis actum est tom.1.

(g) ECCLESIÆ S. RUFINI: Nempe Ecclesiæ majoris, & Cathedralis, cui titulus *S. Rufini* inest.

(h) S. GEORGII ASSISIN.: Qua in Ecclesia humatum fuerat corpus *S. P. Francisci*, jacebatque & illud *S. Claræ*.

(i) CONTENTIONE SUBORTA: Conjicimus hinc obtinuisse Moniales S. Damiani commutationem earum Monasterii cum Ecclesia S. Georgii & propter depositum ibi corpus S. Matris Claræ, & ob ingruentium bellorum incommoda, quibus earum locus extra Civitatem expositus erat, sed ratio utriusque loci valde dispar extabat; quare datus est judex, qui rem componeret.

(k) JO. TIT. S. LAURENTII IN LUCINA: De quo dictum est not. (h) ad *Bullam* 364. Innocentii IV. tom.1. p.569.

(l) INSTRUMENTO: Quod infra subditur.

(m) APUD PRÆFATAM S. GEORGII ECCLESIAM: Hoc porro illud Cœnobium est, quod autor Polychronici. & Barthol. Pisanus sæpe cit., seu apud ipsos *Provinciale* antiquum Ord. Min. vocat *locum S. Claræ* 3. Custodiæ Assisien. in Provincia S. Francisci, teste cit. Pisano Conform. 11., 4. tamen apud cit. Jordani Polychronicon.

di; Nos nolentes per hæc, vel alia, quæ A in eisdem conventionibus, vel pactionibus venisse noscuntur, loci ejusdem, vel eorum, qui eum inhabitaverint, libertatem in præmissis, vel aliis aliquatenus impediri; illa decernimus viribus omnino carere; hiis tantummodo, quæ in memorati Cardinalis continentur ordinatione, seu arbitrio, in suo robore permansuris. Eorumdem autem instrumentorum tenores de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus ad cautelam; Qui B tales sunt. ,, In Dei nomine. Amen.

Instrum. permutationis.

,, Cum contentio verteretur inter... ,, Abbatissam, & Sorores *Sancti Damiani* Assisinat. ex una parte, & Venerabilem Patrem... Episcopum Assisinat. ,, & Capitulum Sancti Rufini; & Rectorem Hospitalis Sancti Georgii... ejusdem ex altera super permutatione facienda de Ecclesia, & loco, & terra ,, Sancti Damiani, in quibus dictæ Sorores habitant, cum Ecclesia *Sancti* C ,, *Georgii*, & Hospitali ibidem sito cum ,, pertinentiis eorumdem; cui Ecclesiæ, ,, & loco *Sancti Damiani* isti sunt fines; ,, Primo vinea domini Morici Tedaldi: ,, a Secundo Terra Angeli Johannis Dominici: a tertio terra filii sanguinei: ,, a quarto terra Johannis Guarneri; & ,, cui Ecclesiæ *Sancti Georgii*, & Hospitali, & loco isti sunt fines; primo, ,, & secundo via: tertio, & quarto pos- D ,, sessiones Sancti Rufini: tandem omnes ,, prædicti in Nos Johannem Tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyterum ,, Cardinalem committere curavere; & ,, nostro arbitriu, & ordinatione se supposuere, ut instrumentis exinde confectis plenius continetur. Nos autem ,, visis, & intellectis, ac auditis voluntatibus partium; & intellecta æstimatione plenarie utriusque loci facta, ,, per bonos viros & legales; sic dicimus, E ,, & arbitramur; & providendum duximus; videlicet quod damus & concedimus, & adjudicamus Episcopo prædicto Ecclesiam *Sancti Damiani* cum ,, duodecim stariis terræ ibidem positis ,, libere, & absolute, secundum quod ,, ad Episcopatum pertinebat, cum juribus suis, antequam ipsis Sororibus ,, assignaretur. Damus etiam, & con-

Judicis sententia.

,, cedimus eisdem Sororibus Ecclesiam *Sancti Georgii* cum juribus, ,, & pertinentiis suis libere, & absolute in omnibus, & per omnia in singulis, & per singula, quemadmodum ,, habebant Ecclesiam Sancti Damiani; ,, hoc excepto, quod volumus, & mandamus, quod prædictæ Abbatissa, & ,, *Sorores dent* Episcopo Assisinat. *annuatim decem & octo denarios Lucenses* [a] ratione prædictæ Ecclesiæ Sancti ,, Georgii, cum dictos denarios percipere consueverit in eadem. Dicimus ,, etiam, & volumus, & ordinamus, ut ,, Abbatissa, & Moniales Sancti Damiani ,, dent, *& solvant sex libras Lucenses*, ,, Domino Episcopo Assisinat. pro deterioramento possessionum de hædifitiis ,, ibidem destruendis, si contingat ea ,, destrui per easdem. Item dicimus, & ,, laudamus, quod detur ex parte Abbatissæ, & Monialium Capitulo Sancti ,, Rufini pro hædifitiis dictæ Ecclesiæ ,, *Sanctæ Georgii*, & terris, sive ortis ,, ibidem positis ad eandem Ecclesiam ,, pertinentibus ducentas triginta septem libras Lucenses. Damus etiam, & ,, assignamus *Hospitale* prædictum cum ,, omnibus suis hædifitiis, & cum tribus ,, modiolis terræ, secundum quod superius clauditur, minus prædictis terris, ,, & ortis ad dictam Ecclesiam S. Georgii pertinentibus ipsis Abbatissæ, & ,, Sororibus Sancti Damiani, pro quibus hædifitiis Hospitalis prædicti, & ,, tribus modiolis terræ prædictis volumus, & mandamus, quod prædicta ,, Abbatissa, & Sorores dent hospitalario seu Rectori dicti hospitalis, cum ,, inferiori temperamento, octingentas ,, & sexdecim libras Lucenses; cujus hospitalarii, seu Rectoris nomine volumus, quod Johannes de Assisio Cappellanus noster, Adamucius, & Scangnus ,, dictus *Guastalarte* cives Assisinat. prædictam recipiant pecuniam, & locum ,, acquirant congruum, & ydoneum, ,, consilio, & voluntate Prioris Sancti ,, Rufini, & hospitalarii, seu Rectoris ,, prædicti, in aliqua parte civitatis, in ,, qua Hospitale fiat de prædicta pecunia; & emantur etiam possessiones ipsi ,, hospitali, ut pauperes possint ibi co- ,, mode

Aliud Hospitale fieri mandatur.

(a) 18. DENARIOS LUCENSES: De quibus videre licet not. (b) ad epistolam 206. Gregorii IX. tom. 1.

„ mode gubernari, sicut in *hospitale* Sancti Georgii gubernabantur, vel poterant gubernari. Item volumus, & ordinamus, & arbitramur, ut Prior, & Capitulum Sancti Rufini habeant omne jus, & jurisdictionem, & dominium, & possessionem, & visitationem, & correctionem, & institutionem, & destitutionem, & omnia alia in omnibus, & per omnia in hospitali sic constructo, seu construendo, secundum quod habebant in praedicto hospitali Sancti Georgii. Item volumus, & arbitramur, ut praedicta Abbatissa, & Sorores possint, si voluerint, haedificia domorum *S. Damiani* diruere [a], & ad locum *S Georgii* asportare, corpore praedictae Ecclesiae Sancti Damiani in suo statu integre remanente. Haec omnia supradicta, universa, & singula dicimus, & laudamus, statuimus, & arbitramur, sententiamus, & in scriptis pronuntiamus partibus praesentibus, sub poena in compromisso apposita per eosdem: Nobis nihilominus reservantes plenariam potestatem, praedictum arbitrium exponendi, seu interpretandi, si necesse fuerit, quotiens aliquod ambiguum versum fuerit inter partes. Laudatum, ordinatum, statutum, arbitratum, sententiatum, & in scriptis pronuntiatum est a praefato Domino Cardinali apud Ecclesiam Sancti Pauli de Asisio ipsius partibus praesentibus: quibus omnibus interfuerunt Dominus Moricus *Sutrinus Episcopus* [b], Magister Leonardus Clericus dicti Domini Cardinalis, Dominus Oradinus Canonicus de Spello, Dominus Johannes Canonicus Firmanus, & Cappellanus dicti Domini Cardinalis, Jacobus Pauli Scifii, Testa Petri Tedaldi Testes ad haec vocati sub Anno Domini *millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio* Indictione undecima die Kalendarum Octobris, tempore Domini Innocentii Papae Quarti. Ego Fidantia Apostolica Auctoritate Notarius hiis omnibus interfui, & ut supra legitur, dictum laudum de mandato dicti Domini Cardinalis scripsi, & publicavi.

(Margin: a. — b Testes rogati. — Anno 1253. 1. Octob.)

„ In Dei nomine Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio. Indictione XI. die V. Octobris intrantis tempore Domini Innocentii Papae Quarti. Cum Venerabilis Pater Dominus Johannes tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Magistro Leonardo Cappellano suo dederit in mandatis, ut Procuratorem Sancti Damiani de Asisio in his, quibus ab ipso Domino Cardinali laudatum, pronuntiatum, & arbitratum est super *Ecclesia Sancti Georgii* de Asisio, & *hospitale* ibi prope posito, & terram circa ipsum hospitale adstantem in quantitate expensa in laudo seu arbitrio dicti Cardinalis, ut plenius liquet, adjudicatis Dominabus S. Damiani, & Domino Venturae Magistri Johannis Yconomo, Sindico & Procuratori earundem Dominarum pro eisdem recipienti: Idem Magister Leonardus nolens mandatum tanti Domini surdis auribus praeterire personaliter accedens ad locum Sancti Georgii nominati & ipsum Dominum Venturam Procuratorem recipientem pro ipsis Dominabus in dicto Hospitali, & Ecclesia Sancti Georgii, & in possessionem terrae, sicuti adjudicata sunt ipsis Dominabus, dictum Dominum Venturam induxit, & in corporalem possessionem pro ipsis Dominabus posuit de praedictis [c]. Actum est hoe apud dictam Ecclesiam *Sancti Georgii*; quibus omnibus fuerunt Testes rogati & vocati Dominus Leonardus de Sancto Nicolao, Bozonus Guidi, Aldebrandinus Perusii, Uguitionus Hugolini, & Angelus Johannis Fulizani, & Magister Leonardus praedictus investitor sub anno Domini M. CC. quinquagesimo tertio Indictione undecima die quinta Octo-

(Margin: 1253. 5. Octobr. — Instrum. Immissionis in possessionem Ecclesiae, & Hospitalis S. Georgii. — c — 1253. 5. Octobr.)

(a) DIRUERE: Quod non apparet factum, cum paulopost locus S. *Damiani* datus fuerit Fratribus O. M. sique 4 Custodiae Assisien. ex supracitato *Provinciali* Ordinis.

(b) MORICUS SUTRINUS EPISCOPUS: Ab Ughello tom. I. col. 312. dictus *Marnecius*, eique tantum notum, quod obierit anno 1275.

(c) DE PRAEDICTIS: Hoc est post mensem, & vigintiduos dies ab obitu S. Clarae. Verum hanc possessionem effectu caruisse, liquet ex alia hujus Pontificis Constitutione anno 1259. die 10. Maji edita, & incip. *Indulgentes nos* &c., quae infra suo loco dabitur; & sane nonnisi anno 1260. S. Clarae Sorores e loco S. Damiani ad Ecclesiam & locum S. Georgii translatae sunt ex Waddingo ad eum ann. n. 40.

„ Octobris intrantis tempore Domini „ Innocentii Papæ IIII. Ego Fidantia Apostolica Auctoritate Notarius „ his omnibus interfui, & ut supra de „ mandato dicti Magistri Leonardi, & „ Domini Venturæ præfati scripsi, & „ publicavi; " Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppletionis, & confirmationis infringere; vel ei ausu &c.

Clausulæ Pontificiæ prohib. &c.

Datum Neapoli v. Id. Martii. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut proventus Burglanen. Episcopatus in absentia Electi Burglanen. colligantur; & Conventui Atrebatensi Ord. FF. Minorum tradantur custodiendi ad nutum dicti Electi. (Ex VATIC. TABULARIO in Regest. Pontif. epist. 365. sn. 1.)

XXXI.
Anno 1255. die 17. Martii.

ALEXANDER &c.

a b
c

Venerabilibus Fratribus ... Rupen. [a], *& R. quondam* Burglanen. [b] *de Ordine Minorum Episcopis* [c] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

d

AD instar fel. record. INNOCENTII PAPÆ [d] Prædecessoris nostri præsentium vobis auctoritate mandamus, quatenus universos redditus, & proventus *Burglanen.* Episcopatus in expensis Episcopatus ejusdem, quamdiu hac vice dilectus Filius *Elanus Burglanen.* Electus [e] veniendo ad Curiam [f], morando in ea, & redeundo ab ipsa absens fuerit, fideliter colligi facientes, ipsos dilectis filiis Guardiano, & Conventui Fratrum Minorum *Attrebaten.* [g] sine diminutione qualibet assignetis per eosdem Fratres fideliter conservandos usque ad suæ beneplacitum voluntatis [h]; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstante, si aliquibus de partibus illis a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Quod si non ambo iis exequendis interesse potueritis, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Innocentii IV. mandatum refert,

& innovat.

e f

g

Obstantibus derogando,

h

& commissionem temperando.

Datum Neapoli xvi. Kalendas Aprilis Pontificatus Nostri Anno Primo [i].

i

Marochii Episcopum O. M. Apostolicæ Sedis Legatum in Africam constitutum commendat Christifidelibus illius Regionis. (Ex VATICANO ARCHIVO in Regesto Pontif. epist. 230. sn. 1.)

XXXII.
Anno 1255. die 18. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis Filiis Universis Christifidelibus per Africam constitutis Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

QUia corporali præsentia non possumus locis singulis imminere; illius exemplo, qui pro salute humani generis de supremis Cælorum ad ima Mundi descendens discipulos, quos elegit, in universum Mundum transmisit omni Creaturæ Evangelium prædicare; nonnunquam personas providas, & discretas in partem sollicitudinis destinamus pro negotiorum urgentium qualitate, quæ prava in directa, & aspera convertentes in

Math. 28. 19., & Marc. 16. 15.

Isa. 40. 4.

(a) RUPEN.: Al. *Ripen.* vulgo *Riben.* in Daniæ Regno, ac Cimbrica Chersonneso Meridionali nunc Jutia vulgo *Jutland* civitas sub Archiepiscopo Lundensi; ibi enim Fratres O.M. anno 1232. locum obtinuerant ex Chronico Slesvicen. a Menchenio tom. 3. Rer. German. Script. publicatam, eratque caput *Custodiæ* sui nominis.

(b) BURGLANEN.: A Burglo al. Borchlo urbe Daniæ in cit. Jutia Septentrionali, nunc vulgo *Vensylle* olim Vindela, & Vandalia; cujus Episcopalis Sedes anno 1536. a Lutherano Antistite *Alburgum* sub Archiepiscopo Lundensi translata est, teste Martinetio in magno Diction. Geograph. tom. 2. est autem *Alburgum* anagrammatice *Burglaum*.

(c) DE ORDINE MINORUM EPISCOPIS: Qui Annalistæ Minoritico Waddingo prorsus ignoti fuerunt; sed nec ex Vaticanis Pontif. Regestis haberi potuit, quandonam assumpti, & quando R. *Burglanen.* abierit dignitate, cum dicatur *quondam Burglanen.*, & tunc datus fuit successor Fr. *Joannes Dano* ex Ord. Prædicat. assumpto, ut est apud Echard. tom. 1. Scriptorum illius Ordinis in Ind. Episcop. p. 25. col. 2., & inde in tom. 1. Bullarii ejusdem Ordinis pag. 17.

(d) INNOCENTII PAPÆ: Nimirum *Quarti*, cujus de hac re mandatum atque epistola nobis non innotuit.

(e) BURGLANEN. ELECTUS: Et quidem sub Innocentio IV. paulo ante ejus obitum, ut ex præmissis verbis elicitur; nempe anno 1252., quo Raynaldus refert num. 29. hunc *Elanum* Præpositum Abelis Daniæ tyranni potentia fretum dissentientibus Canonicis *Burglaven.* sedem occupasse (non *Bulgaven.*), & ob id Innocentium IV. litteris 3. Kal. Januar. Pontif. anno x. Perusii datis Wiburgen. Episcopo mandasse, ut ab ea Ecclesia deturbari, & alium juste eligi, ac subrogari operam daret. Abel autem occisus est an. 1252. die ultima Junii.

(f) AN CURIAM: Romanam, seu Pontificiam tunc Neapoli commorantem.

(g) ATTREBATEN.: Vulgo *Arras* in Belgio caput Provinciæ Artesiæ, & Episcopatus olim sub Remen., nunc sub Cameracen. Archiepiscopo; ubi ab initio Minoritæ locum obtinuerant, ut legimus apud Waddingum ann. 1223. n. 29., eratque caput *Custodiæ* sui nominis in Provincia Franciæ.

(h) AD SUÆ BENEPLACITUM VOLUNTATIS: Hinc videtur Elanus Burglanen. *Electus* fuisse patria Attrebatensis, vel illius Diœcesis; & causam suam fortiter defendisse contra æmulos, qui eum traduxerant apud Pontificem.

(i) Anno 1263. ab Urbano IV. jussus est Episcopus *Ripen.* consecrare Electum *Revalien.* ex Regesto Pontif. in Archivo Vatic. tom. 3. anno 3. die 15. Kal. Octobr., an ad hunc Antistitem data sit jussio illa, vel ad ejus successorem, nondum inveni.

in plana rectas faciant semitas Dei nostri, A populumque acceptabilem sibi reddant. Sane de circumspectione Venerabilis Fratris nostri .... [a] *Marochitani* Episcopi Apostolicæ Sedis *Legati* plenam in Domino fiduciam obtinentes ipsum in Africam universam ad cultum Divini nominis ampliandum commisso sibi plene *Legationis* officio [b], ut juxta datam sibi a Deo prudentiam evellat, & dissipet; ædificet, & plantet; providimus de Fratrum nostrorum consilio destinandum. B Quo circa Universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta firmiter præcipiendo mandantes, quatenus ipsum Sedis prædictæ *Legatum* tanquam personam nostram, vel potius Nos in eo recipientes cum debita reverentia, & honore, illius monitis, & mandatis plene ac humiliter intendere procuretis; ita quod idem ad gloriam Dei, & animarum profectum injunctum sibi ministerium exequi valeat inoffense; Nosque devotionem vestram possimus exinde merito commendare; alioquin sententiam, quam idem tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inviolabiliter observari.

a Episcopi Marochii commendatio.

b Hierem. c. 10.

Ut recipiatur, eique obtemperetur, ab honoretur, atque justio.

Clausula comminatoria.

Datum Neapoli xv. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo. [c]

c

XXXIII. *In eumdem modum* ... Episcopo Marochitano Apostolicæ Sedis Legato (*usque*) sane de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam &c. (*usque*) destinandum. (*Verbis competenter mutatis*) „ Quo circa Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus circa præmissa, prout onus tibi requirit impositum, sollicitam curam geras. Datum (*ut supra*) [d] (Ex citato Regesto Vatic. secretioris Archivi epist. 230.) D

d

Ut residuum pecuniæ a Wenceslao Bohemiæ Rege pro fabrica Assisiaten. Ecclesiæ S. Francisci legatæ, & apud Comitem de Ardeth depositæ restituant. (Ex Authographo Archivi ejusdem Assiat. Conventus S. Francisci apud Auctorem *Collis Paradisi* lib. 1. pag. 80.)

ALEXANDER &c.

XXXIV. Anno 1255. die 19. Martii.

Charissimæ in Christo filiæ ... Comitissæ de Ardeth, *& filiis suis* Patavien. [e] *Diœcesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

e

AD illa potissime debetis prompti esse, ac faciles, ex quibus præconium humanæ laudis vobis acquiritur, & cultui divino vacantium justum desiderium adimpletur. Sane dilecti filii *Custos* [f] & fratres *Sancti Francisci Assisiat.* Ordinis Fratrum Minorum Nobis exponere curaverunt; quod cum Charissimus C in Christo filius noster *Rex Venceslaus* Boemiæ [g] illustris quamdam summam marcarum auri [h]; in subsidium operis Ecclesiæ *Sancti Francisci* pietatis intuitu trasmitteret; Nuntii summam deferentes eamdem propter viarum pericula custodiæ quondam Comitis de *Ardeth* [i], Viri tui, filia Comitissa, ipsam fiducialiter commiserunt. Et licet idem Comes partem dictarum marcarum restituerit Fratribus memoratis; eo tamen postmodum viam universæ carnis ingresso, vos de residuo, scilicet *quinque marcis auri* eis pro vestræ voluntatis libito denegatis satisfacere; quamquam præfatus Comes de hoc sibi per manus tuas, dicta Comitissa, satisfieri mandavit in ultima voluntate. Quia vero dictarum marcarum detentio esse non potest sine nota infamiæ, anima-

Pontificis documentum.

f Assisiat. Fratrum expositio.

g h Regis Bohemiæ subsidium pro Ecclesia Assisiat. S. Francisci.

i

pars ejusdem subsidii detinetur.

(a) Ven. Fratris nostri ... Lupi ex Ord. Min. assumpti, de quo plures epistolæ Innocentii IV. habentur in primo hujus *Bullarii* tomo, & plures hujus Pontificis legentur in isto.

(b) Legationis officio: Antea enim tantummodo Episcopus erat, nunc etiam Apostolicæ Sedis *Legatus* in universam Africam creatur.

(c) Hanc epistolam vidit & Raynaldus in Annal. Eccles., ejusque fragmentum ex Reges. Vatic. refert ad hunc annum n.50., sed sequentem ad Episcopum 3. April. dat. non memorat.

(d) Eidem Episcopo datæ sunt aliæ litteræ hoc anno die 13. Maji, 17. Octobr., & 27. Novembr., ut infra.

(e) Patavien.: Al. Batava vulgo *Passaw* Vindeliciæ hodie Bavariæ urbis in finibus olim Norici, nunc Austriæ superioris ad confluentes Oeni fluvii in Danubium sub Salisburgensi Archiepiscopo.

(f) Custos: Quo titulo unus Assisiaten. S. Francisci Cœnobii Præfectus condecoratur; aliorum vero Conventuum *Guardiani* ex Regula S. Francisci nuncupatur.

(g) Rex Wenceslaus Bohemiæ: Frater *B. Agnetis* Bohemæ Clarissæ, qui anno 1253. mense Septembri obierat.

(h) Marcarum auri: Quorum valorem legimus apud Glossarium Caroli Fresnensis: nempe semilibra plerumque *marca* est; nam apud aliquas nationes *marca*, & libra idem sonat. Hieronymus vero Cardanus Mediolanen. in *Practica Arithmetica* anno 1539. Mediolani cusa cap.41. r. tradit *Marcam* auri, vel argenti continere uncias 8., *unciam* denarios 24., *denarium* vero grana 24., sed alibi aliter; tanta est hujus materiæ varietas, cum nec *libra* ubique sit ejusdem ponderis.

(i) Comitis de Ardeth: *Conradus Comes de Handek* appellatur in 262. epist. *Devotionis dilectorum* &c. Innocentii IV. anno 1248 die 23. Januarii Fr. Francisco O. M. scripta, & ibi relata to.1. p.505.

Monet Pontifex, & mandat, ut supra.

animarum periculo, & prædictl operis præjudicio manifesto; Nobilitatem vestram attente rogandam duximus, & monendam, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de dictis quinque marcis Nuntiis ipsorum *Custodis*, & Fratrum sine qualibet difficultate, seu dilatione satisfacere affectu benigno curetis; Ita quod super hoc non literas adjicere, sed vestram sinceritatem possimus exinde dignis in Domino laudibus commendare.

Datum Neapoli XIV. Kalendas Aprilis Pontificatus Nostri Anno primo.

Ut Joannem Campoli unum ex testamenti Marci Ziani executoribus compellat dictum testamentum exequi non obstante statuto Civitatis. (Ex AUTHOGRAPHO in Archivo Conventus S. Mariæ Gloriosæ Venetiarum Min. Convent. asservato.)

XXXV. Anno 1255. die 20. Martii.

ALEXANDER &c.

a

Dilecto filio ... Priori Sancti Johannis in Monte Bononien.[a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Expositio difficultatis exequendi testamentum Marci Ziani.

b c d

EXPOSUIT Nobis dilecta in Christo filia nobilis mulier Constantia nata dilecti filii nobilis viri ...[b] *Marchionis Estensis*, quod bon. mem. *Marcus Ziani*[c] maritus ejusdem Johannem Campoli, & quosdam alios Cives Venetos[d] testamenti sui executores reliquit, in quo de bonis suis Ecclesiis quibusdam, & aliis piis locis legavit; prout in Instrumento publico inde confecto dicitur plenius contineri. Sed dictus Johannes asserens in Civitate *Venetiarum* fore statutum juramento vallatum, ne aliquod Testamentum valeat, nisi fuerit per Tabellionem Civitatis ejusdem in scriptis redactum, prædictum ipsius *Marci* testamentum, ex prætextu, quod idem testamentum per Tabellionem Civitatis prædictæ confectum non extitit, exequi quantum

Executor unus testamentorius constitur statutum Civitatis opponi executioni.

A ad eumdem pertinet, pro sua renuit voluntate; quamquam idem testamentum alias legitimum habeatur; & ad ipsius executionem reliqui executores una cum dicto Cive[e], qui se in aliquibus executioni cum ipsis immiscuit, procedere sint parati; propter quod testamenti ejusdem executio impeditur. Quare Nobis præfata Nobilis humiliter supplicavit, ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Cum autem in omnibus

e cum tamen in aliquibus executioni cum aliis se immiscuerit.

B piis voluntatibus debear Ecclesia providere, ut secundum defunctorum voluntatem universa...[f] discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, præfatum Civem, ut dictum testamentum, quatenus ad ipsum pettinere dignoscitur, exequi non omittat; monitione præmissa, sicut justum fuerit, appellatione remota compellas; eodem statuto tamquam rationi obvio non obstante, & Constitutione de duabus dietis

f Mandat Pontifex id, quod supra dictum est,

derogando statuto, & Constitutioni &c.

C edita in Concilio Generali[g]; dummodo ultra tertiam, vel quartam extra suam Diœcesim auctoritate præsentium pars altera ad judicium non trahatur.

g

Datum Neapoli XIII. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Promissionem de Conventu S. Hilari Fesulanu a Guardiano Tudertino Abbati Vallisumbrosæ factam sine consensu eorum, quorum intererat, nullam esse pronunciat. (Ex

D AUTHOGRAPHO in Archivo nostri Conventus S. Fortunati Tuderti asservato sub plumbo.)

XXXVI. Anno 1255. die 24. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Conventui Fratrum Minorum Tudertin.[h] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

h

SIGNIFICASTIS Nobis, quod olim Ecclesiam vestram *Sancti Michaëlis*[i],

i Delatiouis Fratrum Tudertin. tenor.

E & locum de Tuderto vobis, &... Guardiano vestro cum ... Abbate, & Monachis Monasterii *S. Fortunati* loci ejusdem

(a) S. JOANNIS IN MONTE BONONIEN.: Ordinis S. Augustini Canon. Regul.

(b) NOBILIS VIRI...: Azzonis VII. Marchionis Estensis, & *Ferrariæ* Vicarii Pontificii anno 1240. constituti, uxor primo Uberti Comitis de Maritima, deinde Gulielmi Palevicini ex Muratorio in Antiquit. Esten. par.2. cap.1.

(c) MARCUS ZIANI: De quo dictum est supra ad Innocentii IV. Diploma *Cum sicut intelleximus* &c. anno 1253. die 12. Julii pro hac causa editum.

(d) QUOSDAM ALIOS CIVES VENETOS: Nempe Marcum Baduarium, Marchisinam ejus uxorem, & Medaoiam Comitissam testatoris avunculam ex aliis hujus Pontificis litteris *Cum nos dilectis* &c. hoc anno die 14. Maii, & 19. Septembris datis.

(e) CUM DICTO CIVE: Joanne Campulo.

(f) UNIVERSA...: Supple. *suum sortiri queant effectum.*

(g) IN CONCILIO GENERALI: Lateranensi IV. anno 1215. sub Innocentio III. habito cap.37.

(h) FF. MINORUM TUDERTIN.. De quibus in notis ad epist. *Quanto amplius* &c. superiori anno die 28. Decembr. dat.

(i) S. MICHAELIS: Alias S. *Angeli de Fontanellis*,

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

dem pro eodem Monasterio de assensu, & A voluntate ... Abbatis Monasterii Vallisumbrosæ, ad quem idem Monasterium *Sancti Fortunati* dicitur pertinere, ad invicem permutantibus [a]; idem Guardianus sine mandato nostro, qui tunc in minori officio constituti eramus a Sede Apostolica curæ vestri Ordinis deputati; ac sine licentia & voluntate Ministri Provincialis, & assensu, ac requisitione vestra dicitur promisisse; quod nisi libera, & pacifica possessio Monasterii *Sancti Ylari* Fesulan. Diœcesis [b] pro augmenro permutationis dicti Monasterii *Sancti Fortunati* Monasterio Vallisumbrosæ infra certum terminum per vos propriis vestris expensis assignari contingeret, dictis Abbati & Conventui Monasterii Vallisumbrosæ liberum esset ad possessionem præfati Monasterii Sancti Fortunati absque alicujus contradictione redire. Cum igitur hæc promissio ejusdem Guardiani de assignatinne possessionis dicti Monasterii *Sancti Ylari* Monasterio Vallisumbrosæ vestris expensis infra certum terminum facienda, si sic absque mandato nostro, & voluntate præfati Ministri, nec non assensu, & requisitione vestra facta extitit, nullam habere valeat firmitatem [c], per quam scandalorum materia oriretur; & vestra quies, ac tranquillitas turbaretur, quos non involvi brigiis [d], sed sanctæ contemplationis otio expedit plus vacare; Nos eandem nullam esse penitus nunciantes vos, & Ordinem vestrum ad observationem ipsius auctoritate præsentium decernimus non teneri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ nunciationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem &c.

Guardianus Todertin. in permutatione limites sui juris excedit.

Pontifex ejus arbitrariam promissionem rescindit.

Clausula prohib. &c.

Dat. Neapoli VIII. Kal. Aprilis Pontificatus Nostri Anno Primo.

Marochii Episcopo O. M. indulget, ut in Africæ Provinciis pro suo legationis officio aliquem sibi Vicarium, vel plures constituere valeat. (Ex Archivo Vaticano in Regest. Pontif. epist. 252. an. 1.)

ALEXANDER &c.

XXXVII. Anno 1255. die 3. Aprilis.

Dei Venerabili Fratri .. [e] Episcopo Marochitano *Apostolicæ Sedis Legato, Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

EST libenter petentibus gratiam impendamus; Fratribus tamen Coepiscopis nostris, qui in partem sollicitudinis evocati nostri officii nobiscum onera solvunt, eo favorabiliores nos convenit in suis petitionibus exhibere, quo per eos Dei Ecclesia decentius decoratur. Cum itaque, sicut in nostra proposuisti præsentia constitutus [f], negotio *Legationis* tibi commissæ per Africam universam admodum expedire noscatur, quod tu pro ipsius promotione negotii cum Prælatis, Regibus, Baronibus, Nobilibus, & aliis Christifidelibus citra Mare colloquium habeas contractum [g]; & cum eis propter hoc te moram contrahere oporteat longiorem: Nos dicto negotio providere volentes præsentium tibi auctoritate concedimus de gratia liberali, ut non obstante, quod nondum *Africæ* Provincias es ingressus, aliquibus personis idoneis super eodem negotio in jam dictis Provinciis valeas, prout expedire videris ipsi negotio, vices tuas committere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptare præsumpserit &c.

Expositio Episcopi,

cui Pontifex concedit id, quod supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli III. Nonas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo [h].

Com-

(a) PERMUTANTIBUS: Præcedenti anno mense Majo ex supra cit. not. ad dictas litteras.

(b) S. YLARI FESUL. DIOCESIS: Cujus Monasterii nulla apud veteres nostri Ordinis Catalogos, nec Vallis umbrosæ monumenta mentio reperitur; nisi sit illud *de Rezuolo* nuncupatum Ordinis Vallis umbrosæ Diœcesis Fesulanæ in Diplomatibus Eugenii IV., & Pii II. memoratum apud Waddingum ad an. 1464. n. 55.

(c) FIRMITATEM: Quia ejus regimen in œconomicis minime monarchicum est, sed a primoribus Conventus, & optimatibus dependet.

(d) BRIGIIS: Rixis nimirum, & contentionibus.

(e) VEN. FRATRI ...: *Lupo*, de quo paulo ante ad epist. 31. & 32. dictum est.

(f) PRÆSENTIA CONSTITUTUS: Accesserat enim Episcopus Neapolim ad Curiam Pontificiam & novi Pontificis personam veneraturus, & Africanarum rerum negotia relaturus, pro quibus expediendis ei Legationis peramplæ munus injunctum est.

(g) COLLOQUIUM HABEAS CONTRACTUM: Cum diu antea versatus esset illis in partibus, & cum pluribus *Regibus* nempe *Tuneti*, *Bugiæ*, & *Capsæ*, ut ex litteris 161. Innocentii IV. *Pater Spirituum Dominus* &c. anno 1246. scriptis, & in 1. tom. hujus Operis p. 435. relatis elucet, agere debuisset.

(h) De hoc Antistite iterum sermo erit hoc anno sub die 13. Maji 17. Octobris, & 27. Novembris.

Commendat valde locum sacri Montis Alvernæ, *& mandat, ut nunquam deseratur, sed jugiter a Fratribus Ordinis excolatur.* (Ex Firmam. trium Ordinum par.2. tom.1. fol.13. apud Waddingum in Annal. Minor. ad hunc annum num.10., & Rodericum in *Bullario* Regul. tom. 1. Bul. 6. Alex. IV. extat authographum in Archiv. Conventus sacri Montis.)

XXXVIII. Anno 1255. die 8. April.

ALEXANDER &c.

B *Universis Ministris, Custodibus, & Guardianis, ac cæteris Fratribus Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

S. P. Francisci praeconia.

a SI novæ militiæ [a] militantis Ecclesiæ in laudem Beati Francisci Jesu victoris signiferi pensemus præconia; nec non & gaudia, & jubilos triumphantis; ex animo nempe cogimur ejusdem *Sancti* omnia pedum vestigia, latibula Montium, & Cavernas Terrarum cum reverentia, ut humana fragilitas sinit, indagare sollicite; & reperta cum omni reverentia venerati. Sane, o dilecti filii, celebrem illum vernantis *Alvernæ Montem* [b], in quo sublimarum corpus a sublimiori animo non dissensit; cum ibi nimius amor intextus in mente fervens, inruitu Seraph. incalescens, incendii fervore prorumpit exterius, decorans corpus in Cruce splendidum suis margaritis, affectionibus brachiis amplectimur tot, & tanta mirifica recolentes. Quem enim amicum æternæ saluris ille locus non delectet quamplurimum, ubi extremo jam instante seculi senescentis interitu ostendit excessus Regis militem regiis militaribus insignitum [c], ut Regis aciem jam labentem, jamque ab hostibus fugientem defenderet; & certamen victoriosum triumphatoris superni verbis actibus, & hostes aggredientibus prædicaret? O quam ibi lugubria cordis suspiria, & ex intimis cordis anxios sin-

Commendatur Mons Alvernæ.

S. P. Franciscus Sacris Stigmatibus ibi insignitus.

A gultus eduxit! O quotiens felicem *Montis* humum felicioribus lacrymarum rivulis madidavit felicissimum pectus sternens! etsi certe interdum civium supernorum Ordinum præstantia, & solatio levaretur. O quotiens in inferiorum militia mens ejus plena divinis instillationibus lætabatur! Nos igitur de tanti Patris orationibus confidentes hunc tractum præfati *Montis* in specialem assumimus cunctis nostris viribus protegendum. Quocirca Universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attentè per Apostolica vobis scripta in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandantes; quatenus in prædicto loco, quem nulla ratione volumus destrui, vel ab Ordine derelinqui, Fratres aliquos statuatis, quod jugem ibidem statuant Domino famulatum [d].

Pontifex Montis protectionem suscipit.

& hortatur, mandatque, ne a Fratribus unquam deseratur, sed jugiter colatur.

Datum Neapoli vi. Idus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo [e].

C

Mandat universis Ecclesiæ Prælatis, ut Fratres Ord. Prædicat. & Minor. benigne recipiant; ac suis Observantiis Regularibus libere uti sinant. (Ex Speculo Minorum tract. 1. fol.5., & Waddingo in Regest. Pontif. ad hunc annum num.9., Monumen. Ord. Min. tom.1. fol. 24., Confectio p.9. Martene tom.1. Thes. Anecd. p.1061., & *Bullario* Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 18. Alex.IV., Firmam. trium Ordinum S.P.F. part. 2. tract. 1. fol. 13.)

D

XXXIX. Anno 1255. die 9. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris, & aliis Ecclesiarum Prælatis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

PAtris Æterni benignitas pro sui nominis attollenda gloria, & procuranda salute inter personas plurimos divinis obsequiis deputatas viros in E Ecclesia sua sancta constituit conversationis, & vitæ honeste conspicuos, & scientiæ

(a) Si novæ militiæ: *Si nova lætitia* habet antiquus error Barthol. Pisanus infra citandus, qui hujus Epistolæ fragmentum affert.

(b) Alvernæ montem: In Tuscia, Aretinaque Diœcesi a S. P. Francisco anno 1213. acquisitum, cujus descriptionem egit Waddingus in Annal. Minor. ad eum annum num.30. & seqq., & num.51. ejusdem Alexandri Papæ, aliorumque Rom. Pontificum, Cardinalium, & Episcoporum Diplomata indicat, quibus hunc Montem, ejusque Ecclesiam devotionis causa visitantibus *Indulgentias* elargiti sunt.

(c) Insignitum: Anno 1224. die 15. Calend. Octob.

(d) Famulatum: Idipsum inculcavit Pontifex anno 1260. per litteras *Olim dum* &c. Ministro, cæterisque Provinciæ Tusciæ Fratribus datæ præcipiens, ne vel sacrum hunc locum aliquando relinquant; neve inde vel campanas, vel ornamenta, vel libros amoveant, aliove deducant: insuper & ejusdem loci habitatoribus, ut sericis indumentis ad Divinum cultum uti possint, concessit teste cit. Waddingo num.51., & Gonzaga par.1. Prov. Tusciæ Conv.17.

(e) Hujus Diplomatis meminit S. Antoninus Hist. par.3. tit.24. cap.2. § 10., & ante eum Barthol. Pisanus Conform.31. par.2., & Gonzaga cit.

Pontificis praeconium de Fratribus Ordin. Praedicat. & Minor.

tiæ titulis insignitos. Hi sunt dilecti Deo, & hominibus Fratres Ordinis *Minorum*, & *Prædicatorum*, qui suum semper affectum ad amorem cælestium dirigentes virtutem divini nominis per Orbem Terrarum publicant, & Christianæ Religionis ampliando cultum vigili attentione desudant. Hi sunt, qui vitam, & merita B. Pauli Apost. contemplantes gloriantur in sola Cruce Domini spernendo Mundi solatia pro deliciis Paradisi. Hi sunt, qui hostes animæ per scutum Fidei, loricam justitiæ, gladium spiritus, salutis galeam, hastam perseverantiæ debellantes obtinere satagunt, ut Catholicis universis *Fidei*, *Spei*, & *Charitatis* augmenta proveniant; ac perfidis veritatis via pateat; & hæreticæ pravitatis insania evanescat. De tantorum siquidem meritorum provenit claritate, quod Nos *Fratres* eosdem in Christo affectu sincerissimo diligamus; & ipsos ubique Terrarum statu gaudere pacifico affectamus, pro re indigna, & nimis amara ducentes, si quis de numero Fidelium, & potissime Prælatorum eos aliquibus turbat injuriis, vel offensis. Rogamus itaque devotionem vestram & per Dei misericordiam obsecramus, per Apostolica scripta vobis mandantes, ac remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus illos, qui sunt ex eis in vestris Civitatibus, & Diœcesibus constituti; seu qui ad præsentiam vestram quandocumque pervenerint; pro divina, & nostra reverentia affabiliter, & benigne recipere, ac eos vestræ charitatis studeatis affluentia confovere, permittendo uti libere Regularibus eorum observantiis, ac statutis per Sedem Apostolicam approbatis; & etiam Indulgentiis, & litteris, quas circumspecta pietas Sedis ejusdem olim concessisse dignoscitur de sua gratia speciali. Cœterum prædictos *Fratres* de favoris vestri plenitudine plenius honorantes, eis liberaliter concedatis; & quæ sunt opportuna pro animarum salute fieri, ab

Ad Galat. 6. 14.

Ejusdem erga eos affectus.

Rogat Pontifex, & mandat, ut supra.

A eis auctoritate vestra libere valeant exerceri; præsertim cum ipsi cordi habeant ministerium suum ita laudabiliter, & prudenter exequi, quod exinde apud vos possint sinceram, & stabilem benevolentiam promereri. Preces autem nostras, quas vobis ex intimo cordis affectu dirigimus, sic adimpleat vestra sinceritas, quod propter hoc vobis gratiosi favoris præmia opportuno tempore compensemus.

Urget etiam pollicitationibus.

B Datum Neapoli v. Idus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo[a].

Confirmat electionem Fr. Petri Ord. Minor. in Episcopum Hortanum a Capitulo illius Ecclesiæ factam. (Ex REGESTO VATICANO epist.292., & apud UGHELLUM tom.1. Ital. Sac. de Episc. Hortan. num.16.)

ALEXANDER &c.

XL.

Anno 1255. die 12. Aprilis.

C *Dilectis filiis Clero Civitatis, & Diœcesis* Hortensis *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

DEBITUM officii nostri requirit, ut nostræ sollicitudines alias, quibus assidue premimur specialiter circa Ecclesias solertiam adhibentes ipsarum utilitatibus intendamus in eo maxime, ut viduatis ne longæ vacationis dispendia patiantur, de talium celeriter D nostræ diligentiæ studio provideatur substitutione Pastorum, per quos spiritualiter, & temporaliter, auctore Deo, continuum suscipiant incrementum. Sane, *Hortana* Ecclesia[b] dudum Pastoris solatio destituta, dilecti filii Canonici ejusdem Ecclesiæ; qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commode interesse, die ad eligendum præfixa convenientes in unum; & Spiritus Sancti auxilio invocato, in dilectum filium E *Fratrem Petrum*[c] Ordinis Minorum *electum Hortanum* tunc Capellanum dilecti filii O.[d] Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconi Cardinalis, virum utique pietate, religione, ac honestate conspicuum, consilio

Exordium.

A Rom. Pontificis sollicitudine circa Ecclesiarum vacantium provisionem.

Hortanæ Ecclesiæ Pastor occubuit.

Ad eam eligitur Fr. Petrus O. M.

(a) Paucas lectiones variantes leges apud cit. Bullarium O. P.

(b) HORTANA ECCLESIA: Hetruriæ Civitas nunc Patrimonii S. Petri in Colle prope Tiberim fluvium inter Oppida Galesii, & Otriculi 4. mill. pass. distans nec procul a Civitate Castellana, cujus Episcopatui unita est nunc Romano Pontifici subjecta: ubi S. P. Franciscus, testante S. Bonaventura in ejus vita cap.12., puerum figura deformem, & conglomeratum sanavit.

(c) FRATREM PETRUM: De Popleto, qui anno 1284. ex hac vita decessit, cum Ecclesiam primum S. Theodori, deinde aliam S. Angeli Hortæ suis Consodalibus attribuisset ex Ughello tom.1. Ital. Sac., & Waddingo ad hunc ann. 1255. num.18. edit.2.

(d) FILII O.: Octaviani Ubaldini Florentini Apostolicæ Sedis in Sicilia Legati in Annal. Eccles., & ab aliis Scriptoribus celebrati.

lio providum, ac in spiritualibus, & temporalibus circumspectum unanimiter consenserunt, eligentes eum in eorum Episcopum, & Pastorem; propter quod dilectum filium Raynerium Nuncium ipsorum ad Sedem Apostolicam destinantes humiliter postularunt a Nobis, ut electionem hujusmodi confirmare de benignitate solita curaremus. Nos igitur, quia invenimus electionem præfatam de persona idonea canonice celebratam, illam de Fratrum nostrorum consilio duximus confirmandam. Ideoque Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus; quatenus eumdem *Electum* tamquam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum devotè suscipientes, obedientiam sibi, & reverentiam debitam impendatis, ejus monitis, & mandatis salubribus humiliter intendendo. Alioquin sententiam, quam ipse tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Deo, usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari.

& postulatur ab Apostol. Sede ejus confirmatio,

quam Pontifex confirmat & commendat,

cum solita comminationis clausula.

Datum Neapoli II. Idus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo [a].

Ut non teneantur præstare procurationes, vel subsidia Legatis Apostolicis, vel aliis quibuscumque. (Ex Reges. Vatic. epist. 302. apud Waddingum in Reges. Pontif. n. 10.)

XLI.

Anno 1255. die 13. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus universis Abbatissis, & Sororibus Monasteriorum Ordinis S. Damiani Ecclesiæ Romanæ immediate subjectis [b] Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Concessionis causa paupertas.

PAUPERTATI vestræ, quam &c. [c] Nos enim decrevimus irritas, & inanes [d] *interdicti*, *suspensionis*, & *excommunicationis* sententias, quæ propter hoc in vos, vel in vestrarum aliquas, aut in Monasterium vestrum inposterum contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel &c. Si quis autem hoc attentare &c.

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli Idibus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo [e].

Mandatum Innocentii IV. de prædicatione verbi Crucis post ejus obitum non expirasse scribit; & jubet juxta illud a Fratribus procedi. (Ex Authographo Conventus Sancti Francisci Civitatis Perusinæ.)

XLII.

Anno 1255. die 13. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Ministro [f], & Custodibus [g] Fratrum Minorum Ducatus Spoletani [h] Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Fratrum coram Pontifice expositio.

EX parte vestra fuit propositum coram Nobis, quod vos olim auctoritate literarum [i] fel. record. INNOCENTII PAPÆ [k] Prædecessoris Nostri directarum vobis sub certa forma prædicastis contra hæreticos verbum *Crucis*; & ad prædicationem vestram etiam post ipsius Prædecessoris obitum [l] nonnulli de Partibus illis a vobis signum *Crucis* devote, ac humiliter receperunt. Verum cum apud aliquos dubitatio sit exorta, pro eo quod iidem minus prudenter asserunt cum decedente mandatum hujusmodi expirasse; quamquam eodem Prædecessore vivente cœperitis illo uti, petivistis super hoc a Nobis salubriter provideri. Nos igitur quod a vobis etiam post mortem ejusdem Prædecessoris factum est in hac parte, ratum habentes, & gratum; idque auctoritate Apostolica confirmantes discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus; quate-

Crucesignati per Fratres Minores.

Dubium ob mortem Pontificis Innoc.

Responsio Pontificis jubentis ut supra.

(a) Meminit hujus Episcopi, & epistolæ cl. Fontaninus in Antiquit. Hortæ lib. 2. cap. 7. n. 25. addens alias Alexandrum litteras dedisse x. Kalendas Maji Pontif. anno 1. pro eodem Episcopo a Card. Episcopo Prænestino consecrato, illas se in Appendica daturum; sed oblivione ipsa, vel supina scribarum negligentia nihil in Appendica legitur.

(b) IMMEDIATE SUBJECTIS: Erant enim & Monasteria maxime extra Italiam Episcopis, vel Archiepiscopis subjecta.

(c) VESTRÆ, QUAM &c: Videatur *Bulla* 22. hoc anno die 18 Februarii edita usque *minime valeatis*.

(d) IRRITAS, ET INANES: §. ista abest a diplomate Pontificis hoc anno die 12. Februarii, Monasterio Montis Sancti Tudertino collato, ut supra.

(e) Eandem Constitutionem Pontifex transmisit Monasterio Bononiensi hoc anno die 10. Maji, Aveninensi in sequenti anno die 4. Septembris, Monasterioque S. Severioi Ordinis S. Damiani Assisiat. anno 1257. die 17. Junii, & Clemens IV. omnibus Clarissarum Monasteriis per alias litteras incip. *Quanto studiosius &c.* anno 1265. die 20. Novembris.

(f) MINISTRO: Provinciæ Umbriæ, seu S. Francisci.

(g) CUSTODIBUS: IX. Custodias complectitur dicta Provincia S. Francisci ex antiqua Provinciarum, & Custodiarum Ordinis distributione anno 1260. Narbonæ in Comitiis Gen. præside S. Bonaventura facta.

(h) DUCATUS SPOLETANI: In Umbria quidem, sed Provincia S. Francisci ultra Ducatum Spolet protendebatur, cum contineret ultimam *Custodiam Regni*, quæ ad Aprutium attinet.

(i) LITERARUM: Incip. *Malitia hujus temporis &c.* Dat. anno 1244. aliarumque, quæ supra relatæ sunt.

(k) INNOCENTII PAPÆ: Hujus nominis IV.

(l) OBITUM: Anno superiore die 7. Decembris factum.

quatenus in hujusmodi negotio procedatis auctoritate nostra juxta earumdem continentiam literarum.

Datum Neapoli Idibus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Statuta Universitatis, sive Academiæ Parisien. nonnulla probantur, quædam vero temperantur, & alia rescinduntur. (Ex Reges. Vatic. num. 277. apud Waddingum in Annal. Minor. num. 2. Boulæo Hist. Universit. Parisien. tom. 3. Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 20. Alex. IV. & Bullario novo Romano tom. 3. Bul. II. Alex. IV.)

XLIII. Anno 1255. die 14. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Universis Magistris, & Scholaribus Parisien. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

Commendatio Gymnasii Parisiensis.

* al. atque

Pontificis sollicitudo pro pace ibi servanda.

QUasi lignum vitæ in paradiso Dei, & quasi lucerna fulgoris in domo Domini est in Sancta Ecclesia *Parisien. studii* disciplina. Hæc quippe velut fœcunda eruditionis parens ad irrigandum sterilem Orbis faciem, fluvios de fontibus sapientiæ salutaris cum impetu foras mittens ubique terrarum Dei lætificat civitatem; & in refrigerium animarum flagrantium siti justitiæ aquas doctrinæ dividit publice in plateis. Ibi nimirum ordinatus est per providentiam Conditoris ad opus, ad * custodiam Doctorum ordo præcipuus, ut ad vitæ fructum ratio nobilis creaturæ deducat affectum; ne in gustum mortis vetita veteris præcaut omis illecebra seducatur. Ibi humanum genus originalis ignorantiæ cæcitate deforme, per cognitionem veri luminis, quam scientia pietatis assequitur, reddita visionis specie reformatur. Ibi præcipue dat Dominus sponsæ suæ os, & sapientiam, ac linguam mysticis eloquiis eruditam; cui resistere nequit omnis adversitas improborum. Ut igitur consortii vestri communicabile, ac commune omnibus bonum omni pacis custodia servare curemus; & favorabilibus patrociniis communire; ne in commune publicæ salutis exitium, illud æmula caritatis, & unionis invida Satanæ labefactare possit astutia; instructa quippe modis innumerabilibus ad nocendum in Nobis, quos licet indignos cunctis mortalibus Dei dignatio superintendere voluit, de supremo fastigio domus suæ præcipua sollicitudinis vigilantia excitatur; & cor nostrum urit curæ stimulus specialis. Olim sane [a], sicut accepimus, cum quibusdam Scholaribus universitatis vestræ Collegis fuissent a vigilibus Civitatis Parisiensis atroces injuriæ irrogatæ; uno illorum occiso, reliquis graviter vulneratis, & in carcerem, & in vincula conjectis; demum vos, quibus, ut dicitur, fel. record. Gregorius Papa [b] Prædecessor noster indulsit; ut si vobis, vel alicui vestrum injuria, vel excessus inferatur enormis, utpote mortis, vel mutilationis membri cujusquam; nisi, congrua monitione præmissa, infra quindecim dies fuerit satisfactum, licitum sit vobis usque ad satisfactionem condignam suspendere lectiones [c]; attendentes, quod licet iidem Scholares, quos sacrilega carceravit injuria, ut asseritur, vobis fuissent in crastino redditi semivivi; justitiæ tamen executio in injuriarum hujusmodi præsumptores videbatur ultra debitum prorogari, scholas a lectionibus suspendistis. Verum cum nec sic justitiæ debitum proveniret; vos tantæ enormitatis articulo suggerente, de communi consilio ad dictas injurias secundum Deum, & justitiam, quantum vobis foret licitum, si Judicis tepesceret officium, prosequendas; & ad quasdam ordinationes alias vos per obligationem roboratam juramentis adhibitis, ut dicitur, astrinxistis. Et quia super his dilecti filii Bonus-homo, & Elias [d] *Prædicatorum Ordinis* Fratres scholas regentes Parisius in Theologica facultate ex certis causis se ordinationibus, & obligationi hujusmodi subjicere noluerunt, ad Sedem Apostolicam appellando, eos beneficio societatis in magistralibus privavistis; ipsosque privatos publice nunciantes injunxistis districte, ut scholares lectio-

a Origo controversiæ Parisien. Universitatis enarratur.

b Gregorii IX. indultum pro dicta Universitate.

c Academici Scholas & lectiones suspendunt;

& insuper ordinationes condunt.

d Lectores Ordinis Prædicat. nolunt illis se subjicere; ideoque privantur.

(a) Olim sane: Nempe anno 1229., ut apud Raynaldum in Annal. Eccles. ad eum ann. n. 52. præter Boulæum in Hist. Universit. Parisien. tom. 3., primo inter Cives, & Academicos, postea anno 1251. orta est dissensio gravis, & longa inter Academicos Parisienses, & Fratres Mendicantes, ac primum Ordinis Prædicatorum, de qua legi potest inter alios Waddingus ad eum annum num. 33., & Annal. Eccles. Raynaldi.

(b) Gregorius Papa: Hujus nominis IX.

(c) Suspendere lectiones: Anno 1231., ut apud Raynaldum ad eum annum n. 46. & seqq.

(d) Bonus homo, et Elias: De quibus Autores lib. de Script. Ord. Prædicat., & Autor notarum ad *Bullarium* ejusdem Ordinis.

lectiones eorum de cetero non audirent; A ne ipsorum auditores a pœna, quam Universitas infligere talibus consuevit, se possent per ignorantiam excusare. Demum cum iidem *Fratres* super hoc ad dictæ Sedis præsidium confugissent, fel. rec. a INNOCENTIUS PAPA [a] prædecessor noster, audito, quod inter vos, & Cives, qui prædictas injurias irrogaverant, discordia per satisfactionem fuerat jam sopita, volens de medio vestrum submovere materiam controversiæ, & pacifice reformare mutuæ caritatis affectum, ipsos *Fratres* ad vestrum Collegium, & consortium restituit de gratia speciali, prohibitionem, seu mandatum factum scholaribus auditoribus eorumdem penitus revocando; b ac dando vobis suis literis [b] in mandatis, ut prædictos *Fratres* sine difficultate, seu dilatione resumentes ad statum pristinum, & ad Collegium Magistrorum; & Universitatis consortium admittentes eos occasione præmissorum nullatenus vexaretis, Venerabilibus Fratribus nostris Silvanecten., & Ebroicen. Epi- c scopis [c] super hoc mandati Apostolici executoribus deputatis. At licet ad vos mandatum restitutionis, & revocationis hujusmodi pervenisse dicatur; ipsi tamen *Fratres* usque nunc adipisci efficax suæ restitutionis commodum, vobis quædam objicientibus, nequiverunt. Ceterum vos filii Magistri in Theologia Parisius tunc Regentes hæc statuta, deliberatione habita, edidistis, ut videlicet de cetero Religiosus aliquis non habens Collegium Parisius, & cui est a Jure publice docere prohibitum, ad societatem Magistrorum nullatenus admittatur; usque singula Religiosorum Collegia singulis Magistris actu Regentibus, & unica schola de cetero sint contenta. Ne quoque aliquis Baccalarius in Theologica facultate promoveatur ad Cathedram, nisi prius examinaverit semetipsum, saltem aliquos libros Theologiæ glosatos, & sententias in scholis alicujus Magistri actu legentis diligenter legendo. Quod si aliquis contra dictas ordinationes vestras venire præsumpserit, ei Societas vestra

Innocentius IV. in principio Fratribus favet.

Restituens Lectores Ord. Prædicat. Academiæ.

Restitutione minime sequuta.

Statuta Parisiensium contra Fr. Mendicantes.

tam in principiis, quam in aliis subtrahetur omnino. Quicumque vero Baccalarius licentiatus fuerit, & huic ordinationi consensum præstare noluerit requisitus, eum statuistis excludi a consortio Magistrorum; & eidem tam in principiis, quam in aliis Societatem Magistralem penitus denegari; præmissis statutis Universitatis, ut dicitur, accedente consensu, reverentia tamen, & obedientia Sedis Apostolicæ, ac aliorum, B quibus obedire tenemini, semper salva. Statuistis insuper, ne ullus Magister in quacumque facultate ad Collegium Magistrorum, vel consortium Universitatis eorum aliquatenus admittatur, nisi prius in plena Congregatione Magistrorum, vel saltem coram tribus Magistris suæ facultatis ad hoc specialiter deputatis juraverit statuta vestra licita, & honesta, & vobis expedientia se firmiter servaturum; secreta quoque, & consilia vestra C post inhibitionem sibi factam a vobis fideliter celaturum; quodque obligationibus vestris licitis, & honestis, ac vobis expedientibus precipue ex tenore privilegiorum vestrorum vigorem cupientibus pacifice concorditer consentiet. Et ut hoc firmius servaretur, addidistis, ut nullus Magister principium alicujus Baccalarii tenere, vel ejus principio interesse præsumat; nisi prius ei constiterit, quod D idem Baccalarius ad prædicta modo præhabito sit ligatus; nec idem Baccalarius, si alio modo inceperit, Magister aliquatenus a vobis habeatur. Statuistis præterea, ut si cessante studio Parisiensi ob causas consimiles, vel alias rationabiles, aliquis interim Baccalarius in aliqua facultate de novo solemniter incipere, vel aliquis eorum, qui prius legerunt, suas iterum resumere præsumpserit lectiones, ex tunc a consortio vestro in perpetuum, E excludatur; nec Parisius, seu alibi, ubi studium transferri contigerit, inter Magistros, seu scholares aliquatenus admittatur; & pœna consimili scholaris, qui interim causa studii Parisius venire præsumpserit, puniretur; nisi transgressores prædicti præsumptionem suam ad arbitrium

(a) INNOCENTIUS PAPA: IV. hujus nominis.
(b) VOBIS SUIS LITERIS: Quæ non extant, sed datæ dicuntur *Kalendes Junii Pontif. anno XI.*, quod est anno 1253. num. 3. in Annal. Minor., non 1254., ut Gonzaga cit.
(c) SILVANECTEN. ET EBROICEN. EPISCOPIS: Quorum ille in Insula Franciæ sub Remensi, hic vero in Normania sub Rothomagen. Archiepiscopo degit; & quibus scripsit Pontifex *Assisii* vel. *Kalend. Septembris anno XI.*, seu anno 1253., ex eodem Gonzaga apud laudatum Waddingum, & cit. Boulæum tom. 3. p. 254.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1255.

Eaque sub pœna etiam excommunic.

A trium Universitatis vestræ curaverint emendare. Et hæc ordinastis, & statuistis sub pœna, quam infligere potestis, inviolabiliter observanda: Nihilominus recensentes *excommunicationis* sententiam, quæ in transgressores præmissos extitit, ut proponitur, promulgata, ab omnibus inviolabiliter observari; salvis in omnibus jure, ac libertate Canonicis Parisien., quantum ad omnia, in quibus, & per quæ a vestris ordinationibus, & B statutis auctoritate Apostolica, seu quacumque alia sunt exempti. Porro dilectis filiis *Priore* Prædicatorum, & *Guardiano* Minorum Fratrum Parisiensium [a] suam ad Sedem prædictam, refugium oppressorum, deferentibus quæstionem, quod vos occasione statutorum hujusmodi a vobis, eis exclusis, pro vestro libito editorum, ipsos & liberum, & quietum statum Magistrorum, & *Fratrum* eorumdem Ordinum Parisius studio insistentium, C ac scholarium suorum indebite turbabatis; præfatus INNOCENTIUS nec expediens reputans, neque decens prædictis omnibus pressuras hujusmodi, vel molestias irrogari, vobis suis dedit literis [b] in mandatis, ut ab ipsorum quibuslibet novis molestiis, & inquietationibus, prædictis statutis nequaquam obstantibus desistentes nihil penitus usque ad Festum Assumptionis Beatæ Virginis [c] proxime tunc venturum in eorum, vel pristini D status ipsorum præsumeretis præjudicium attentare. Et quoniam inter vos, & *Fratres* prædictos idem Innocentius omnem scandali, & discordiæ cupiebat materiam amputare, ut sub vinculo pacis pacificis scientiæ studiis vacaretis; supradictis Episcopis per sua scripta mandavit [d], ut tam vos, quam *Fratres* eosdem ex parte sua peremptorie citare curarent; quod in præmisso Festo, nisi sub iis interim proveniret concordia, per Procura- E tores idoneos ad ipsius præsentiam veniretis, ut super præmissis, quod utile, salubre, & conveniens prospiceret, auctore Domino, ordinaret; nec permitterent iidem Episcopi, *Fratres* eosdem a vobis contra præmissa medio tempore molestari. Denique idem Prædecessor noster morte præventus [e] nihil potuit juxta pium conceptum animi sui super eodem negotio definire; sicque Nos habuit in hujusmodi solicitudinis cura, sicut & in ceteris Pastoralis angustiæ laboribus licet immeritos successores. Vestrum itaque B sufficiens ad ordinationem suscipiendam habentes mandatum, & prædictorum Prioris, & *Fratrum* Procuratoribus, nec non & dilecto filio ... *Magistro* Ordinis Prædicatorum [f], qui cum illis postulabat hoc ipsum, in nostra præsentia constitutis, præmissa omnia, & processus habitos diligenter inspeximus; quæcumque in auditorio nostro super his utrimque fuere proposita diligenter intelleximus; & tandem per viam pacis, quæ pro- C cessus est gratiæ, ad dirimendum inter partes exortæ controversiæ scrupulos, Nos Domino dirigente aliqua ex præmissis ordinationibus, & statutis a vobis editis, ut salubrius maneant, & utilius commoditati proficiant generali, de Fratrum nostrorum consilio moderanda providimus; cetera vero, ne rigore districtionis unitatem communionis exasperent, resecanda.

FF Prædicatores, & Minores Parisien. ad Sedem Apostol. confugiunt.

Innocentius IV mandat, ne Fratres molestentur Statutis editis.

citarique utramque partem ad se ut præsentandam.

Obeunte Innocentio nihil definitum est.

Alexander successor causam suscipit cognoscendam.

Prædicta temperantur ab Alexandro, aut resecantur.

1. D Etenim circa id, quod statuere voluistis, ne ullus Religiosus nullum Parisius habens Collegium, & a jure publice docere prohibitus in Magistrorum Collegium ullatenus admittatur; & singula Religiosorum Collegia singulis Magistris actu regentibus & unica schola de cetero sint contenta [g]; consideranda Nobis ea diligenter occurrunt, quæ memoratus GREGORIUS circa statum scholarium & scholarum Parisien. statuisse dicitur observanda [h] E videlicet, quod quilibet *Cancellarius* Parisiensis deinceps creandus coram Episcopo, vel de ipsius mandato in Capitulo Pari-

Gregorii IX. Statuta de Parisien. Gymnasio.

(a) GUARDIANO MINORUM FF. PARISIEN.: Qui hoc anno Idibus Decembris factus est Inquisitor hæret. pravit. cum Priore Prov. O. P. per diploma *Præ cunctis &c.*
(b) SUIS DEDIT LITTERIS: Quæ vulgatæ non habentur; datæ tamen videntur anno 1254. ante mensem Augusti.
(c) USQUE AD FESTUM ASSUMPTIONIS B. VIRGINIS: Die 15. Augusti anno 1254.
(d) PER SUA SCRIPTA MANDAVIT: Quæ itidem non extant, sed data censentur circa idem tempus, ac litteræ sub. no. (i) memoratæ;
(e) MORTE PRÆVENTUS: Die 7. Decembris anno 1254.
(f) MAGISTRO ORDINIS PRÆDICATORUM: *Humberto* de Romano Gallo, de quo Scriptores illius Ordinis.
(g) UNICA SCHOLA DE CETERO SINT CONTENTA: Ob Fratres Ordinis Prædicatorum, qui duas ibi Scholas habebant.
(h) OBSERVANDA: Quæ leguntur apud Raynaldum cit. supra no. (e)

A Parisien., vocatis ad hoc, & præsentibus pro Universitate scholarium duobus Magistris, in sua institutione jurabit, quod ad regimen Theologiæ, & Decretorum bona fide secundum conscientiam suam loco, & tempore secundum statum Civitatis, & honorem, ac honestatem facultatum ipsarum nonnisi dignis licentiam largietur; nec admittet indignos, personarum, & nationum acceptione submota. Ante vero quam quemquam licentiet infra tres menses a tempore pe- B titæ licentiæ, tam ab omnibus Magistris Theologiæ in Civitate præsentibus, quam aliis viris honestis, & literatis, per quos veritas sciri possit de vita, scientia, & facundia, necnon proposito, & spe proficiendi, ac aliis, quæ sunt in talibus requirenda, diligenter inquirat; & inquisitione sic facta, quid deceat, & quid expediat, bona fide det, vel neget secundum conscientiam suam petenti licentiam postulatam. Magistri vero Theo- C logiæ, & Decretorum, quando incipiunt legere, præstabunt publice juramentum, quod super præmissis fidele testimonium perhibebunt. *Cancellarius* quoque jurabit, quod consilia Magistrorum in malum eorum nullatenus revelabit; Parisien. Canonicis libertate, ac jure in incipiendo habitis, in sua manentibus firmitate. Cum ergo ex Constitutione hujusmodi liqueat manifeste, quæ in licentiando D scholares ad scholarum regimen *Cancellario* sit facultas; & quanta sibi super hoc religio *Fidei*, & circumspectionis necessitas indicatur; videri potest acutius intuenti, auctoritati Constitutionis Apostolicæ, quæ statui scholarum, & scholarium providens certos Cancellarii officio terminos potestatis indulget, per Constitutionem vestram in propagandi studii dispendium derogari. Volumus itaque Cancellarii potestatem in Constitutione E sæpefati GREGORII circa statum Parisien. studii declaratam nulla imminutione convelli.

Quæ Cancellarii Parisien. facultas.

Determinatio Pontificis circa Cancellarii potestatem.

2\. Ipse tamen circa licentiandos hujusmodi tam de secularibus, quam de Regularibus non solum ea, quæ attendenda in Constitutione ipsius GREGORII exprimuntur, verum etiam statum, & necessitatem Ecclesiæ Generalis, & Populorum salutem diligenter attendat; & iis, quos suffragantibus meritis, & suadentibus circumstantiis viderit ad Magisterium promovendos, sic faveat, quod capacem sensum a natura sortiti ad profectum scientiæ, proposito studiosis Magistralis tituli præmio, provocentur; & ad gubernaculorum officia, quæ intra Sanctam Ecclesiam sæpius imminent personis idoneis dispensanda, suppetere possit virorum copia probatorum, præsertim in arte artium, quæ profecto est regimen animarum.

Ex eo autem, quod aliqua Secularium, vel Religiosorum Collegia de licentia *Cancellarii* plures meruerunt habere Magistros hactenus, aut Scholas; nolumus eis circa proprietatem, vel possessionem habendi hujusmodi jus in posterum provenisse; sicut iis, qui non plures, vel nullum hactenus habuisse noscuntur, nolumus ex hoc viam aliquam, vel plures habendi præcludi, si *Cancellarius* omnibus, quæ considerari debent, inspectis, alicujus, vel plurium licentiam eis viderit, prout sibi competit, concedendam. 3.

Et de binas Scholas habentibus.

Illud autem, quod de *Baccallariis* statuistis, ad Magistralem Theologicæ facultatis cathedram, nisi aliquos ejusdem facultatis libros glosatos, & sententias in Scholis alicujus Magistri actu Regentis legerint, nullatenus admittendis; sicut duximus temperandum, ut repelli tales non debeant, si ubicumque Parisius, dummodo in loco publico, & honesto, eos prædictos libros legisse potuerit: nec etiam hoc ipsum probationis experimentum exigi volumus circa illos, de quibus alias manifeste constiterit, quod ad Scholarum Regimen sint idonei comprobati. 4.

Item de Baccalaureis ad Magistralem Cathedram admittendis.

Statutum vero, quod decrevistis, ne ullus Magister in facultate quacumque ad consortium Magistrorum, vel Collegium Universitatis aliquatenus admittatur, nisi prius in plena Congregatione Magistrorum, vel saltem coram tribus Magistris suæ facultatis ad hoc specialiter deputatis, præstito juramento, quod secreta, & consilia vestra post inhibitionem sibi factam a vobis bona fide celabit; alioquin pœnæ subjaceat in statuto hujusmodi constitutæ; hoc moderamine mitigamus, saluti animarum, & conscientiarum, ac famæ periculis præcaventes, ut si talibus ardua, & dif- 5.

De juramento a Magistris præstando circa secreta celanda.

ficilia negotia ab Universitate commissa A fuerint in secreto tenenda ; illa sic teneantur bona fide celare, quod nemini ea in ejusdem Universitatis dispendium revelabunt ; nisi forte talia essent, quæ non possent sine animarum periculo subticeri.

6. Super cessatione Scholarum.

Denique super cessatione *Scholarum*, non obstante alia ordinatione, vel contraria Constitutione a vobis edita, eam formam dumtaxat observari volentes, quam præfatus GREGORIUS in Constitu- B tione, quam super hoc edidit, noscitur tradidisse ; quod videlicet si forte vobis hospitiorum subtrahatur taxatio ; aut, quod absit, vobis, vel alicui vestrum injuria, vel excessus inferatur enormis, utpote mortis, vel membri mutilationis ; nisi, congrua monitione præmissa, infra quindecim dies fuerit satisfactum, liceat vobis usque ad satisfactionem condignam suspendere lectiones : & si alicui vestrum indebite carcerari contigerit ; fas sit vobis, nisi monitione præhabita cesset injuria ; statim a lectione cessare ; si tamen id videritis expedire.

7. & lectionibus suspendendis.

Eidem formæ adjiciendo statuimus, ut cum pro aliqua ex causis in eadem GREGORII Constitutione contentis Universitas vestra lectiones duxerit suspendendas, omnes Magistri tam Regulares, quam Seculares ipsas suspendere teneantur, eas nisi cum Universitate minime resumpturi.

8. Sane si super observantia hujus statuti de lectionibus suspendendis, & ejus, quod præmittitur, videlicet de secretis Universitatis minime revelandis aliquam obligationem videritis deliberatione provida statuendam, quam tam præsentes Magistri, quam posteri ad ea explicite, ac specialiter astringantur ; vobis, dummodo duæ partes Magistrorum singularum facultatum reliquarum, videlicet Canonistarum, Phisicorum, & etiam Artistarum suum super hoc voluerint præstare consensum ; id faciendi liberam concedimus facultatem.

His itaque statutis, & ordinationibus 9. secundum moderationem nostram robur inviolabilis observantiæ habituris ; cetera pro pace vestra, suadente providentiæ consilio, resecamus ; denunciantes, ne Magistri Regulares, vel Seculares ea servare teneantur ex debito præstiti juramenti, vel ad ea observanda in posterum sacramento ligentur, libertatibus *Parisien*. Ecclesiæ in omnibus, & per omnia semper salvis ; & in aliis Universitatis vestræ privilegiis, Indulgentiis, & Immunitatibus in suo nihilominus robore duraturis.

Cætera resecantur.

10. Lectores Magistri Ordinis Prædicator. restituuntur a Pontifice.

Prædictos insuper Prædicatorum Ordinis *Fratres* Theologicæ facultatis Magistros ad Magistrorum consortium, ipsosque, ac Auditores eorum ad Universitatis Collegium de nostræ potestatis plenitudine restituentes omnino, & decernentes ad eadem consortium, & Collegium a vobis in dulcedinis ubere C fine difficultate qualibet admittendos ; omnes sententias privationis, seu separationis a consortio Universitatis, vel similibus, sive pœnas alias in eosdem *Fratres*, vel Scholarum præmissorum occasione prolatas, penitus revocamus : non obstantibus statutis quibuslibet juramento, pœna, sive obligatione, vel confirmatione qualibet roboratis, aut literis a Sede Apostolica impetratis, vel D de cetero impetrandis, quæ præsenti ordinationi, ac providentiæ nostræ statuto plenam, & expressam non fecerint mentionem [a]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, constitutionis, & revocationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Derogando Statutis &c.

a Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli XVIII. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo [b]. E

b

Indulgentiæ conceduntur porrigentibus manus adjutrices fabricæ Conventus, & Ecclesiæ FF. Minorum Castiniani. (EX AUTOGRAPHO ARCHIVII dicti Conventus.)

ALE-

(a) Varias, diversasque hujus Constitutionis lectiones apud nonnullos, præsertim apud Boulæum supra citatum plerumque interpolatoris munus obeuntem legimus adnotatas in *Bullario* Ord. Prædicat. tom. 1., & non hujus tantummodo, sed & omnium aliarum Constitutionum, & Epistolarum usque ad finem præfatæ controversiæ Parisien., qui fuit prope exitum anni 1260., quæ consuli possunt ibi.

(b) Eodem die litteras dedit *Episcopis Aurelianen. & Antisiodoren.*, & alias *Magistris Theologiæ Parisien.* incip. *Controversiam dudum &c.* pro executione hujus Bullæ, quas vulgavit Waddingus in Regesto Pontif. Annal. Min. ad hunc annum num. 11. & 12., & Auctor Bullarii Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 21. & 22. Alexandri IV.

XLIV. Anno 1255. die 16. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium. Rom. 14. 10. QUoniam, ut ait Apostolus: *omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi*, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum; oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire; & æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in Cælis, firmam spem, fiduciamque tenentes, quoniam *qui parce seminat, parce & metet; & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet* vitam æternam. (2. Corint. 9. 6.) Sane dilecti filii... Minister, & Fratres Ordinis Fratrum Minorum de *Castignano* [a] Asculanæ Diœcesis [b] ibidem, sicut accepimus, Ecclesiam cum aliis ædificiis suis usibus opportunis cœperunt construere, in qua Divinis possint laudibus deservire. (Ecclesia, & Cœnobium Castiniani ædificantur.) Cum itaque in hujusmodi ædificiis construendis Fidelium indigeant juvari subsidiis, qui propter Christum extremæ ferunt sarcinam paupertatis; Universitatem vestram rogamus, & hortamur in Domino in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis a Deo vobis collatis pias eleemosynas, & eis grata charitatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram opus hujusmodi consummari valeat; & vos per hæc, & alia bona, quæ Domino inspirante feceritis ad æternæ possitis felicitatis gaudia pervenire. (Hortantur Fideles ad eleemosynas, & charitatis subsidia præstanda.) Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus, & singulis vere pœnitentibus, & confessis, qui eis pro dicti consumatione operis manum porrexerint adjutricem, *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. (Pontifex Indulgentias clargitur d. 100.) Præsentibus post septennium minime valituris [c]. (Endurans tamen quo ad tempus.)

Datum Neapoli XVI. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut conveniri nequeant per litteras Apostolicas, nisi &c. (Ex REGESTO VATIC. epist. 310. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. num. 13.)

XLV. Anno 1255. die 20. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus... Abbatissæ, & Monialibus inclusis Monasterii Sancti Thomæ de Moote Sancto [d] Firmanæ Diœc. Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CÆLESTIA quærentibus, terreois cootemptui derelictis, libenter illud speciale præsidium favoris impendimus, quod eis pacis, & quietis providere [e] gratiam sentiamus. (Exordium.) Ea propter, dilectæ in Christo filiæ, præseotium vobis auctoritate cooeedimus, ut a quoquam conveniri per literas Apostolicas ooo possitis, nisi de hac indulgentia, & Ordine vestro expressam fecerint mentionem. (Concedit Pontifex ut supra.) Nulli ergo omnino homioum liceat hanc paginam oostræ concessionis infringere, vel ei &c. (Clausula prohib. &c.) Si quis autem hoc attentare præsumpserit, iodignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Neapoli XII. Kalendas Maji Pontificatus Nostri Anno Primo [f].

Acriter objurgat ob molestias, & gravamina Fratribus Ord. Prædicat. & Minorum illata; & hortatur, mandatque, ut desistant, ac in melius actus suos corrigant. (Ex AUTOGRAPHO Archivi Conventus S. Francisci Ariminen.)

ALE-

(a) DE CASTIGNANO: Al. *Castineano* ultimo loco Custodiæ Asculanæ Provinciæ Marchiæ Anconitanæ in veteri *Provinciali Ordinis* apud Bartholom. Pisanum Conform. 11., 2. vero apud Chronicon Jordani MS.

(b) ASCULANÆ DIOECESIS: Provinciæ Piceni ex supradictis; nunc autem Diœcesis est *Montis Alti*, ex quo istud Oppidum a Sixto V. in Civitatem Episcopalem erectum fuit.

(c) Meminit hujus loci, & *Bullæ* Alexandri IV. Waddingus in Annal. Min. ad annum 1252. num. 48., sed errat, dum eo anno scriptam æstimat.

(d) S. THOMÆ DE MONTE SANCTO: Hujus Monasterii curæ, & regimen anno 1246. die 2. Junii Fratribus Ordin. Minorum demendatum est ex litteris Innocentii IV. eo anno datis, ibique relatis *Cum sicut ex parte &c.*

(e) PROVIDERE: Al. *provenire*, & *producere* legitur.

(f) Contulit huic loco Nicolaus IV. *indulgentias* anno 1291. ex Regesto Vatic. apud Waddingum ad eum annum n. 38., ubi per oblivionem ait de eo aliud non extare monumentum.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

XLVI.

Anno 1255. die 24. Aprilis.

a b c

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Ariminen. [a]; Cæsenaten. [b], *&* Forolivien. [c] *Episcopis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Vafri, querelarumque expositio.

PERLATA nuper ad Nos clamosa nimis insinuatione accepimus, de quo turbamur plurimum admirantes, quod Religiosorum pio a vobis relegato affectu, ipsos generaliter, & specialiter B inter eos dilectos filios *Minorum*, & *Prædicatorum* Ordinum Fratres non tamquam *Ministros Christi, & Mysteriorum Dei dispensatores* (1. Corinth. 4. 2.) fideles, ac dilectos Apostolicæ Sedis filios in latitudine prosequimini caritatis; sed tamquam Ethnicos, & Pseudo-Christos persequentes eosdem velut triticum cribrare, ipsos expetitis multifarie, multisque modis, ac diversis eos injuriis, reverentia Dei, cujus iidem in via veritatis Evangelio serviunt, C dictæque Sedis devotione postpositis, molestantes [d]. Inter cætera namque, quibus Ordines, & *Fratres* jamdictos graviter, sicut inculcata innotuit Nobis querela, deprimitis; (Gravamen 1.) excommunicationum in eos de facto sententias nulla rationabili causa dictante, sed propriæ magis voluntatis impulsu sine modo in eorum crassantis injurias, fulminatis; (Gravamen 2.) & prohibentes Capellanis, & Clericis D vestræ Jurisdictioni subjectis sub similis districtionis censura, ne *Fratres* ipsos permittant in suis Ecclesiis proponere Verbum Dei: (Gravamen 3.) Benefactores, & devotos eorum participantes cum eis, tamquam ligati, vel obnoxii talibus sic prolatis sententiis iidem *Fratres* existant, excommunicatos, & vitandos esse denunciatis per vos, & per alios etiam facitis denunciari eosdem; ut demum occasione hujusmodi, communione ipsis subtracta, E Fidelium pia etiam ab eis eleemosinarum subsidia subtrahantur. (Gravamen 4.) *Quartam* insuper de eleemosinis, & legatis,

A quæ clementi erogatione Fidelium eorumdem, & ultima dispositione ipsorum nominatim, & specialiter pro Fabricis, ornamentis, & luminaribus Ecclesiarum suarum, & pro aliis ad perpetuum divinum cultum interdum *Fratribus* ipsis proveniunt, deberi ea vobis indebite asseritis, exigitis, & extorquere nitimini ab iisdem; Et quidem si ut indebitam solvere ipsam abnuerint; ne Populi Civitatum vestrarum ad Prædicationes suas (Gravamen 5.) interveniant; neque ipsorum adeant loca divina ibi audituri officia, & consilia more solito suscepturi salutis, Ecclesiasticis eos cohibetis sæpius *Interdictis*. (Gravamen 6.) His quoque aliis, atque aliis non contenti, quibus Ordines & *Fratres* eosdem in scandalum grave ipsorum, & derogationem suorum Ordinum vehementem nimium injuriose tractatis ad diffamationem suam, & Ordinum ipsorum infamiam, adversusque eosdem *Fratres* in lubricum linguæ (quod Pontificalem nequaquam decet modestiam) in vestris (Gravamen 7.) prædicationibus prorumpentes desertis, ac diffamatis plerumque *Minores* ipsos apud bonos, & graves de hæreseos crimine, integramque Fidelium opinionem ad eos in magnum ipsorum obbrobrium, non absque ingenti divinæ Majestatis offensa horrendis detractionum jaculis vulneratis. Cæterum si diligenter attendere curaretis, quantum in sæculi hujus nubilo positis Jubar lucis per *Fratres* (Præconium Pontificis de Fratribus, & eorum Ordinibus.) ipsos, eorumque Ordines ad vitam illuxerit, & salutem: si debita etiam meditatione in vestris revolveritis animis, quantis per vitæ ipsorum exempla conspicua universalis Ecclesia Dei virtutum hactenus incrementis profecerit; jugiterque Catholicæ Fidei cultu professio proficiat Christiana; ad sustentandum utique tam utilem in Templo Dei, tantumve constructum in eis laudabilis structuræ parietem, velut erectæ in Domo Domini grandes fulcimenti columnæ, opportunum præberi erga *Fratres*, & Reli-

(a) ARIMINENSI: *Jacobus* quidam ab anno 1216. erat, inquit Ughellus tom. 2. Ital. Sac. in Episc. Ariminen. n.25., sed ex his litteris elucet eum sub initium hu us anni sedisse; cum enim eum præcesserit Fr. *Algisius de Rosate* Bergomas Ord. Prædicat. ex eodem Ughello n.28. ab anno 1250., verisimile non est, sub eo talia facinora fuisse patrata.

(b) CÆSENATENSI: *Manzinus* ab anno 1254. usque ad annum 1256. sedit ex cit. Ughello tom. 2.

(c) FOROLIVIEN.: *Richelmus* ab anno 1253. usque ad annum 1260. circiter ex prædicto Ughello tom. 2. rexit.

(d) MOLESTANTES: Causa vero infectationis, ac molestiarum non tam ab Antistibus orta creditur, quam ab Hæreticis Patarenis, qui eo tempore Insubriam, & Flaminiam teterrime infestabant, & potissime Ariminum, ubi adhuc vicus est, & via, quæ *Patarena* vocatur; contraque Religiosos maxime Mendicantes odia, & zizania disseminabant, ut illos omnibus perodiosos, despectosque redderent.

Religiosos prædictos subsidium; nullumque ad dissipationem ipsius excidium amaretis. Licet igitur ex commissi Nobis Apostolatus officio Religionis adesse universis, & singulis, adversusque depressorum qualibet suæ turbativa quietis molimina teneamur; & Fidelium cunctorum offensa Nos urgeat, qui generaliter omnibus Ecclesiasticis, Religiosisve personis, & singularum singulis, quamquam indigni præsumus ex Apostolicæ debito servitutis; si tamen caritas vestra in libra discretionis appenderet magnæ illius dilectionis affectum, quem in minori officio constituti ad *Ordinem Minorum* jam dictum, & personas illius specialiter inter alios Religiosos semper habuimus; quodque ante promotionem nostram ad Summi Pontificatus apicem sub nostri cura regiminis, & præcipuæ defensionis præsidio constiterit idem Ordo; liquido absque diuturna vobis discussione clarebit, quod intima cordis nostri gravis tangantur punctionis aculeo in hujuscemodi, & quibuscumque dictorum *Fratrum* molestiis, injuriisque sui Ordinis adeo morditivis. Credentes itaque, quod nostri super his vehementi animi turbatione percepta, affectione quoque intellecta eximia, qua *Minores* eosdem, suumque Ordinem abundanti caritate complectimur; illata ipsis per vos revocare gravamina sine cujuslibet moræ, vel difficultatis objectu, & ab inferendis prorsus desistere propositum confultius assumatis: Fraternitatem vestram rogandam attente duximus, & monendam per Apostolica vobis scripta firmiter præcipiendo mandantes, quatenus sollicite attendentes, quod ad perfectum legis plenitudo dilectionis adducat; pro nostra, & Sedis Apostolicæ reverentia erga *Minores* prædictos, quos velut culturæ plantationem cælestis, & veros Christi amicos, nostros quoque, ac dictæ Sedis filios speciales, pietatis studiis debitis assidue confovere; vestros in melius benevolentiæ immutetis affectus, & prædictas *excommunicationum* sententias relaxantes, ac hujusmodi revocantes gravamina, provide per vos ipsos prosequi, & tractare curetis eosdem opportuni favoris auxiliis in sinceræ dulcedine caritatis ab ipsorum offensis quibuslibet, & injuriis desistendo penitus; ita quod nulla super iis ad Nos de vobis iterari querela, sed potius de promptæ devotionis, & obedientiæ zelo vestra valeat sinceritas commendari. Alioquin noveritis, Nos venerabilibus Fratribus nostris *Imolen.* [a], & *Feretrano* [b] Episcopis nostris dedisse litteris [c] in mandatis; ut præmissa vobis revocare, ac corrigere negligentibus, iidem mandatum super his Apostolicum exequantur; Contradictores, auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo [d]. Si qua vero sint, de quibus justam adversus *Fratres* ipsos habueritis materiam conquerendi, plane super iis vobis exhiberi faciemus justitiæ complementum.

Pontifex Fidelium omnium curam, & quietem cupit, & urget.

Suum tamen erga Fratres Minores specialem affectum commemorat,

& Protectoris officium.

Quibus sperat turbatores Fratrum corrigi, & emendari.

Monet, & hortatur, præcipitque ut supra.

Comminatio in negligentes male facta revocare.

Et justitiæ præstandæ exhibitio.

Datum Neapoli VIII. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Refert molestias, & gravamina Fratribus Minor., & Prædicat. a tribus Flaminiæ Episcopis illata, a quibus nisi desistant, committit his executionem mandati Apostolici. (Ex Autographo Archivii Conventus Bononien. S. Francisci.)

ALEXANDER &c.

XLVII. Anno 1255. die 24. Aprilis.

Venerabilibus Fratribus ... [e] *Imolen.*, *&* ... [f] Feretrano *Episcopis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Perlata nuper ad Nos clamosa nimis insinuatione accepimus, de quo turbamur plurimum admirantes, quod Reli-

Querela ad Pontificem perlata.

(a) Imolen.: *Thomas* ab anno 1249. usque ad annum 1269. sedisse fertur apud cit. Ughellum 2. edit., de eoque dictum est ad epistolam *Ea, quæ auctoritate* &c. huc anno die 12. Januarii datam.

(b) Feretrano: *Joannes* anno 1252. assumptus ex eit. Ughello.

(c) Nostris dedisse litteris: Quæ proxime exhibentur.

(d) Compescendo: Paulo post autem resipuisse, ac Fratribus conciliatos benefecisse liquet ex eo, quod fratribus Minoribus Ecclesias, & loca intra Civitatem concesserunt; ut de *Ariminensi* saltem liquet. Nihilominus Hieron. Rubeus Hist. Raven. lib.6. sub ann.1259. in Provinciali Concilio ab Archiepiscopo Philippo Ravennæ coacto scribit quosdam viros sacratos in Dominicanos, & Franciscanos invectos esse dicentes, de decimis illos ad populum non concionari; audire confessiones eorum, qui ab istis audiri deberent; sibique ad *sepulturam* commissos recipere &c. Detentos vero illos fuisse ab Opizone Sanvitali Episcopo Parmensi.

(e) Imolen: *Thoma* ab anno 1249. sedenti usque ad 1269., ut in not. ad superiorem epistolam.

(f) Feretran.: *Joannes* anno 1252. assumto, ut supra.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

a b c d — Ancillitcs Fratribus Minor., & Prædicat. graves, & molesti.

Committit executionem ut supra.

A Religiosorum pio a Venerabilibus Fratribus nostris ...[a] *Ariminen.* ... *Cæsenaten.*[b] & [c] ... *Livien.* Episcopis relegato affectu, ipsos generaliter, & specialiter &c.[d] Quocirca Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus dictis Episcopis præmissa revocare, & corrigere negligentibus, vos mandatum super his Apostolicum exequi procuretis: Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo. Si

Justitia superadditis exhibita.

B qua vero sint, de quibus justam adversus *Fratres* ipsos dicti Episcopi habuerint materiam conquirendi, plene super iis ipsis faciemus exhiberi justitiæ complementum.

Discreta, ac moderata commissio.

Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

e

Datum Neapoli .....[e] Pontificatus Nostri Anno Primo.

C *Guardiano Cœnobii Pinarolii, ejusque Sociis committit inquisitionem actuum Abbatis S. Michaelis de Clusa, visitationem, & reformationem dicti Monasterii.* (Ex Archivi Vaticani Regesto Pontificio epist. 357. anni 1.)

XLVIII. Anno 1255. die 17. Aprilis.

ALEXANDER &c.

f, g h, i

Dilectis filiis ... Abbati Fructuarien.[f], ... *Priori Montis Ben. Cartusien. Ordinis, & ... Guardiano Fratrum Minorum de* Pinarolio [g] *Yporien.*[h], *& Taurinen.*[i] *Diœces. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

DEBITUM Officii nostri requirit, ut inter sollicitudines alias, quibus assidue premimur, specialiter circa Monasteria diligentem solertiam adhibentes ipsorum utilitatibus intendamus, præcipue erga illa, quæ ad Romanam Ecclesiam noscuntur nullo medio pertinere.

Relatio Monachorum Clusin.

Sane dilecti filii ... Prior, & Conventus Monasterii *Sancti Michaelis de Clusa*[k] ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Taurinen. Diocesis Nobis exponere curaverunt, quod propter incuriam *Guillelmi* Abbatis[l] ipsius Monasterii negligentis prosequi, quæ competunt obser-

k

l — de Guillelmi eorum Abbatis pravis actibus.

B vantiæ Regulari; domus, & officinæ dicti Monasterii sunt in magna parte destructæ; eleemosyna consueta ibidem periit; & hospitalitas non servatur: Cellæ, ac Ecclesiæ[m] prædicti Monasterii ab extraneis occupantur; homines capiuntur; diripiuntur bona, ea nemine defendente. Porro ibidem *Abbas* claustrum Monasterii abhorrens ipsius extra illud, & utinam honeste, cum Sæcularibus conversatur. Dictus quoque *Ab-*

m — qui exponantur.

C *bas* sigillum prædicti Conventus, quod idem Prior consueverat custodire, per fraudem subripiens illud violenter detinet, & ex eo præter voluntatem prædictorum Prioris & Conventus, quæ sibi placent, sigillare præsumit in ipsorum, & dicti Monasterii præjudicium, & gravamen. Quid plura? Præfatum Monasterium propter negligentiam, & malitiam dicti *Abbatis*, qui bona ipsius dila-

D pidat enormiter, & consumit, ad tam miserabilem statum devenit, quod nisi per celere remedium Sedis Apostolicæ succurratur eidem, vix *adjiciet, ut resurgat*. Quare præfati Prior & Conventus Nobis humiliter supplicarunt, ut eidem Monasterio providere paterna sollicitudine curaremus. Cum autem nostri deceat appositione consilii super hoc

Psalm. 40. 9.

Illisque petitur provisio.

(a) Fratribus nostris ... Ariminen.: *Jacobo*.
(b) Cæsenaten: *Mauritio*.
(c) Et ... Livien.: *Richelmo* de quibus in not. ad præcedentem epist.
(d) Specialiter &c.: Ut in præcedenti epistola, usque *valeat attentius commendari*, mutatis mutandis.
(e) Neapoli ...: Supple, *VIII. Kalendas Maji*, ut in superadictis litteris.
(f) Fructuarien.: Monasterii in Diœcesi Eporediensi Subalpinorum anno 1003. a Villelmo Abbate Divionen. in fundo paterno ædificati ex Mabillon. in Annal. Benedict. lib. 52. ad eum annum n. 34.
(g) De Pinarolio: Olim Diœcesis Taurinen., a qua Civitate 12. mill. pas. distat, postea nullius, nuper autem Episcopali dignitate donato, ad radices Alpium Pedemontii, & in limite Delphinatus sito, ubi ab Initio Ord. Fratres nostri locum obtinuerant, qui erat caput *Custodiæ Pedemontis* in Prov. Genuen. ex veteri *Provinciali Ordinis* non apud Jordanum MS., sed Bartol. Pisanum Conform. 11., ex quo autem ab anno 1631. urbe est facta utis Gallici, ad Provinciam *S. Bonaventuræ*, al. Burgundiæ pertinuit, cujus in Ecclesia *Sacellum* extat Principum Achaiæ, & Pedemontis cum eorumdem sepulchro: nunc fertur esse Provinciæ Taurinen.
(h) Yporien.: Al. Eporedien. vulgo *Jvrea* Episcopatus olim Mediolanensi Archiepiscopo, nunc vero Taurinensi Metropolitano subjecti.
(i) Taurinen.: Pedemontii, ac Subalpinæ Regionis Metropolis nunc, & Regiæ Civitatis.
(k) S. Michaelis de Clusa: De quo Monasterio consuli poterit nota (c) ad *Bullam* 592. *Specialis prærogativa* &c. Innocentii IV. anno 1254. die 4. Decembris emissam, & in 1. tom. hujus Operis vulgatam p. 767.
(l) Guillelmi Abbatis: In citata *Bulla* 592. memorati.
(m) Cellæ, ac Ecclesiæ: Sive parvæ, privatæque domus Monachorum, & Capellæ, Oratoriaque a Monasterio segregata.

hoc salubriter provideri; Nos de circumspectione vestra gerentes in Domino fiduciam pleniorem mandamus, quatenus personaliter accedentes ad locum, & habentes præ oculis solum Deum, inquisitione præhabita diligenti, corrigatis, & reformetis in dicto Monasterio auctoritate nostra tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, & reformationis officio noveritis indigere; & ut plene, ac salubriter ipsi Monasterio consulatur, tam *Abbatem*, quam alias ipsius Monasterii personas inutiles amoventes ædificetis, & plantetis ibidem, prout utilitati præfati Monasterii secundum Deum videritis expedire. Ceterum quia præfatus *Abbas* bona ipsius Monasterii pro sua voluntate distribuere dicitur; eidem *Priori*, & Collegis suis, quos dicti Conventus occasione hujusmodi ad Sedem destinarunt, faciatis de bonis memorati Monasterii ad prosecutionem memorati negotii expensas necessarias ministrari. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstantibus, si dicto Abbati, aut aliquibus aliis a dicta Sede indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas; aut indulgentia [a] Sedis ejusdem, qua Fratribus tui Ordinis, fili Guardiane, dicitur esse concessum, ne de causis, quæ per litteras Sedis ipsius committuntur eisdem, cognoscere teneantur inviti; nisi de indulto hujusmodi plenam & expressam, ac de verbo ad verbum fecerint mentionem; sive qualibet alia indulgentia cuicumque personæ, vel loco sub quacumque forma verborum a prædicta Sede concessa, de cujus toto tenore oporteat in nostris litteris fieri mentionem, & per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Pontifex mandat ea, quæ supra innuimus.

Cum amotione personarum inutilium,

Expensarum ministratione,

obstantium derogatione,

a

mandatique moderatione.

Datum Neapoli v. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Fidelibus omnibus, qui ad sacras Ædes FF. Fanen. perficiendas opem contulerint, de injuncta sacramen. pœnitentia 40. d. relaxat. (Ex AUTOGRAPHO Conventus S. Francisci Civitatis Fani, & ex Memor. Histor. Civitatis ejusdem a PETRO MARIA AMIANI anno 1751. publicatis par. 2. prope finem inter Monumenta Mss. pag. LI.)

ALEXANDER &c. XLIX.

Anno 1255. die 27. Aprilis.

Universis Christifidelibus præsentes Litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

QUONIAM, ut ait Apostolus &c. [b] Sane dilecti filii ... Minister, & Fratres Ordinis Fratrum Minorum *Fanen.* [c] ibidem, sicut accepimus, Ecclesiam cum aliis ædificiis suis usibus opportunis cœperunt construere, in qua Divinis possint laudibus deservire. Cum itaque pro hujusmodi ædificiis consummandis Fidelium indigeant juvari subsidiis &c. [d] Omnibus vere pœnitentibus & confessis; qui eisdem pro dicti consummatione operis manum porrexerint adjutricem, *quadraginta dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus: Præsentibus post decennium minime valituris [e].

b

Exordium.

c

Ecclesia, locusque FF. Minor. urbis Fanen. construitur.

d

Indulgentia ad tempus elargitur.

e

Datum Neapoli v. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo [f].

f

Ut non teneantur recipere quæcumque Officia Secularia. (Ex REGES. VATIC. epist. 355. apud WADDINGUM in Reges. Pontif. n. 14.)

ALE-

(a) INDULGENTIA: Incip. *Quieti vestræ* &c., & *Qui postposita vanitate* &c. a Gregorio IX., & Innocentio IV. concessa.

(b) AIT APOSTOLUS &c.: Ut in *Bulla* 44. die 16. Aprilis edita pro Cœnobio *Castinani*.

(c) FANEN.: Qui locus caput est Custodiæ sui nominis in antiquo *Provinciali Ordinis* apud Autorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. XI., de eoque agit Waddingus in Annal. Min. ad ann. 1235. n. 33. & 1299. n. 18., ubi has litteras commemorat.

(d) SUBSIDIIS &c.: V. *Bullam* 44. supra citatam.

(e) Primus Fratrum locus erat ad S. Mariam *de Ponte Metauri* a S. P. Francisco anno 1219. acceptus extra Civitatem, ut vetusta Civium traditio fert; circa annum vero 1235. hospitium in Civitate collatum fuit, ubi anno 1255. novum Fratres Conventum excitare cœperunt cum Ecclesia S. *Joliano* dicata, quem hucusque incolunt nostri FF. Minores Convent., veteri S. Mariæ *de Ponte Metauri* ob aeris gravedinem relicto, & cursu temporis anno nimirum 1455. FF. Minoribus *Regul. Observantiæ* concesso, teste Petro Ant. Amiani in Mem. Hist. Civitatis Fanen. ad ann. 1215. & 1455.

(f) De hoc Cœnobio extat alia epistola 167. anno sequenti data, & in eo *Fr. Salimbene Adam* Parmensis Religionis tirocinium posuit anno 1235., ut ipsemet testatus in suo Chronico MS. pag. 246.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

ALEXANDER &c.

L.

Anno 1255. die 27. Aprilis.

a b

Universis dilectis filiis Fratribus dictis de Pœnitentia [a] *per* Esculan. *Civitatem* [b], *& Diœcef. constitutis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium. Cum documento Pontificis.

PIA desideria devotorum eo debemus benigno favore prosequi, quo in ipsis Dei gloria, & animarum salus noscitur contineri. Cum itaque vos, sicut accepimus, hujus Mundi vanitatibus derelictis, adhuc existentes corporaliter in terrenis, jam mente in cælestibus habitare, ac singularia desideria propter Deum abnegare solicite studeatis: Nos devotionis vestræ favorem in tam pio proposito fovere solicitudine paterna volentes, ut non teneamini recipere publica, vel privata officia secularia, quocumque nomine censeantur, contra Constitutiones vestras per Sedem Apostolicam approbatas [c]; vel contra Indulgentias, ac privilegia, seu litteras vobis ab eadem Sede concessas [d], vobis auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel &c. Si quis autem &c.

Piis Fratrum de Pœnitentia desideriis, ac fervori.

Pontifex favet, & fovet.

Et concedit, quod supra innuitur.

c

d

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli v. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmat privilegia, & indulta Ordini a Gregorio IX. concessa. (Ex Speculo Minor. tract. 2. fol. 28., & apud Wadingum in Regef. Pontif. num. 16., Firmamentaque trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 26., Habetur Apographum autenticum Jaderæ in Archivo Conventus FF. Min. Observ. teste Gonzaga par. 2. Conv. 12. Prov. Dalmatiæ.)

A

ALEXANDER &c.

LI.

Anno 1255. die 30. Aprilis.

Dilectis filiis . . . Generali Ministro, & universis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium. a concessionis causa.

QUIA Ordinem vestrum speciali affectione fovemus, & favoris prærogativa prosequimur; en majorem circa vos curam gerimus, quo sinceriori vos in Domino complectimur caritate; tantoque magis menti nostræ de vobis solicitudo suggeritur, quanto præcipua dilectio, quam ad Ordinem ipsum habemus, pro vobis fortius interpellat. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, fel. record. Gregorius Romanus Pontifex [e] Prædecessor noster nonnulla privilegia, & quasdam literas, & indulgentiam vobis, & Ordini vestro concesserit gratiose; nos vestris supplicationibus inclinati, privilegia, indulgentias, & litteras hujusmodi vobis, & eidem Ordini auctoritate Apostolica concedimus, ut illis uti libere valeatis [f]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel &c. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

B

Specialis Pontificis in Fratres, & Ordinem dilectio.

Postulata Fratrum admittit, & confirmat ut supra.

e

C

f

Clausula prohib. &c.

D

Datum Neapoli Pridie Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo [g].

g

Amplum elargitur privilegium, exemptionemque ab Archiepiscopo Genuen. datam confirmat. (Reges. Vatic. epist. 316., & ex eo Wadingus Regef. Pontif. num. 15.)

ALE-

(a) Dictis de Pœnitentia: Quinam hi sint, qui *Fratres de Pœnitentia* vocabantur, adeatur *Bulla* Gregorii IX. *Nimis patenter* &c. anno 1227. die 25. Junii edita, ibique relata tom. 1 hujus *Bullarii* pag. 31 n. (a)

(b) Esculanam Civitatem: Piceni, non Apuliæ, ubi nec certum est ea in Civitate Minoritas locum tunc obtinuisse; in Piceno vero ubique Franciscani jam ab initio Ordinis florebant, & *tertius* S. Francisci *Ordo* passim amplectebatur.

(c) Constitutiones vestras per Sedem Apostolicam approbatas: Quæ ex ne sint, quas S. Franciscus aut ueretenus, aut scripto eis tradiderit; vel quas ipsi sibimet condiderunt, nec satis perspectum, nec etiam magni refert ipsum escire.

(d) Concessas: Ab Honorio III., Gregorio IX., & Innocentio IV. per litteras, quæ suis locis vulgatæ sunt in cit. tom. 1.

(e) Gregorius Romanus Pontifex: Nimirum hujus nominis IX., omittitur autem *Innocentius IV.* forsan eo quod multa Fratrum Mendicantium privilegia prope mortem revocaverat, ut in *Bulla* ejusdem Alexandri incip. *Nec insolitum est, nec novum* &c. Dat. anno 1254. die 22. Decembris legimus. Nihilominus Gonzaga supra citatus affirmat, ex apographo Jadertensi haberi, eum & *Gregorii IX.*, & *Innocentii IV.* privilegia confirmasse, forsan hic Codex mancus est apud citatum Speculum, & inde apud alios; certe in illo anno sequenti die 28. Januarii, datum extat *& Innoc. prædecef.*

(f) Valeatis: Amplissimis deinde litteris incip. *Virtute conspicuos* &c. hoc idem egit Pontifex anno 1255. die 2. Augusti, aliique postmodum ejus successores; ut infra patebit.

(g) Petrus de Alva in Indiculo Bullarii Seraphici habet hoc diploma, datum fuisse *5. Kalend. Februarii Pontif. anno II.*, hoc ipsum enim eo anno, ac die renovatum fuit, die sc. 28. *Januar.* 1256. ut infra; quod & asseruit Waddingus ad hunc annum n. 26.

LII.

Anno 1255. die 10. Aprilis.

ALEXANDER &c.

a *Dilectis in Christo filiabus . . . Abbatissæ Monasterii S. Catharinæ* Januen., *ejusque Sororibus*[a] *tam præsentibus, quam futuris Regularem vitam professis in perpetuum Salutem , & Apostolicam Benedictionem .*

Exordium a concessionis decentia.

REligiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium; ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet; aut robur, quod absit, sacræ Religionis enervet. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus; & Monasterium *Sanctæ Catarinæ Januen.*, in quo divino estis obsequio mancipatæ, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum

Monialium precibus annuit Pontifex.

& Monasterium sub Sedis Apostol. protectione suscipit.

b Deum, & Beati Benedicti *Regulam*[b],

c atque *Institutionem*[c] Monialium inclusarum Sancti Damiani Assisinaten., & *Formulam*[d] vitæ vestræ a fel. record.

Ordo, & Regula observanda præscribitur.

d Gregorio Papa prædecessore Nostro Ordini vestro traditam, cum adhuc esset in minori officio constitutus, in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum, in quo prætactum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Liceat quoque vobis personas liberas, & absolutas a sæculo fugientes ad conversionem recipere, & eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli Sororum vestrarum post factam

Bona stabilia confirmantur.

Datur facultas recipiendi ad Ordinem.

Religionem professis veratur discessus ab illa.

A in Monasterio vestro professionem fas sit de eodem loco discedere; discedentem vero nullus audeat retinere. Pro consecrationibus vero Altarium, vel Ecclesiæ vestræ, sive pro Oleo Sancto, vel quolibet Ecclesiæ Sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere; sed hæc omnia gratis vobis Episcopus Diœcesanus impendat. Alioquin liceat vobis hæc nostra auctoritate recipere a

A quibus Eccles. Sacramenta suscipienda.

B quocumque malueritis Catholico Antistite gratiam, & communionem Romanæ Ecclesiæ obtinente. Quod si Sedes Diœcesani Episcopi forte vacaverit, interim omnia Ecclesiastica Sacramenta a vicinis Episcopis recipere libere, & absque contradictione aliqua possitis; sic tamen ut ex hoc in posterum proprio Episcopo nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum Diœcesani Episcopi copiam non habetis, si quem

C Episcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam, & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones Monialium, vasorum, & vestium, & consecrationes Altarium auctoritate Sedis Apostolicæ recipere valeatis. Cum autem generale *Interdictum* Terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non

A generali Interdicto locus eximitur, & quomodo.

D pulsatis campanis, submissa voce, Divina officia celebrare[e]. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbatissa, vel earum aliqua, quæ tibi successerit, nulla ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quam seniores communi consensu, vel earum major pars consilii sanioris secundum Deum, & Beati Benedicti Regulam providerint eligendam. Porro si Episcopi, vel alii Ecclesiarum Rectores in Monasterium

c

Abbatissa quomodo eligenda.

Censuræ Eccles. in Monasterium, vel ejus personas Regulares latæ irritæ censentur.

E vestrum, vel Personas Regulares inibi Domino famulantes *suspensionis*, *excommunicationis*, vel *interdicti* sententiam promulgaverint, ipsam tamquam contra Sedis Apostolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque, & tranquillitati vestræ paterna in poste-

A molestiis, & damnis quorumcumque liberatur.

(a) Sororibus: Ordinis S. Damiani Assisiaten., ut infra ex Pontifice.
(b) B. Benedicti Regulam: Juxta declarationem Innocentii IV. epist. 17. *In Divini timore* &c.
(c) Atque Institutionem: S. P. Francisci Clarissis traditam, quæ perpetuam *Clausuram*, ac altissimam *paupertatem* præ cæteris imponebat.
(d) Et Formulam: A Card. Hugolino Episcopo Ostien. compositam, qua *Clausuram* retinuit, de *paupertate* siluit.
(c) Celebrare: Hic alibi additur: dummodo caussam non dederitis *Interdicto*.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

posterum solicitudine providere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentias audeat exercere. Præterea omnes immuoitates, & libertates, quas Monasterio vestro bonæ memoriæ G ... [a] Januen. Archiepiscopus de Capituli sui assensu iodulsisse dignoscitur, sicut in ejus litteris plenius cootinetur, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem vero litterarum ipsius Archiepiscopi ad cautelam duximus præsenti privilegio inserendum, qui talis est.

Examptionem Episcopalem confirmat.

„ Anno Dominicæ Nativitatis MCCXXXI. „ Indictione III. [b] Die Sabbati XIII. „ mensis Septembris in Palatio Domini „ Archiepiscopi Januen. coram Opizone *Turritan.* Electo [c], Simone *Albiganen.* Episcopo [d], Raynaldo Abbate „ Sancti Stephani, & aliis testibus rogatis. Nos OTTO [e] Dei gratia Archiepiscopus de voluntate, & beneplacito Domini PAPÆ Monasterium Monialium, quod fundavimus ad mandatum Domini GUIFRIDI Tituli S. Marci „ Presbyteri Cardinalis tunc in Lombardia Apostolicæ Sedis Legati [f] in „ Janua existentis, & ad petitionem „ Monialium in dicto Monasterio commorantium, ad vocabulum Sanctæ *Catarinæ* infra Civitatem Januæ prope Fontanam *Marolam* de voluntate, „ & consensu Capituli Januen., videlicet Magistrorum Joannis Archidiaconi, Ugonis Magiscolæ, Presbyteri „ Guillelmi, Bartholomæi Sighebaldi, „ atque Guillelmi de Lavania [g] Canonicorum Januen., quantum in nobis „ est, prorsus eximimus ab omni Episcopali jurisdictione tam in spiritualibus, quam in temporalibus, nihil nobis in eo reservantes; & hanc donationem, & coocessionem pro Nobis, „ & Successoribus nostris firmam habere promittimus, & nullo tempore „ contravenire; dantes Petro de Musso „ Notario nostro liberam potestatem „ conficiendi exinde instrumentum. Ut „ autem factum nostrum robur obtineat „ perpetuæ firmitatis, præsentes litteras in perpetuum testimonium sigillo „ nostro duximus roborandas. Ego Petrus de Musso Notarius huic coocessioni interfui, & de mandato Domini „ Archiepiscopi, & Canonicorum hæc „ ita scripsi. Ego Januen. Præpositus „ huic concessioni subscripsi. “

Diploma exemptionis Archiepisc. Genuen. 1231. die 13. Septembr.

Testes rogati.

Archiepiscopus Genuensis fundat Monasterium S. Catharinæ.

Nomina Canonicorum Genuen.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prætactum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre; vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integre conserventur earum, pro quarum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Ad indicium autem hujusmodi perceptæ Apostolicæ libertatis unam *libram ceræ* persolvetis Nobis, nostrisque Successoribus annuatim. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, Secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertioque commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate; reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & a Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri JESU CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri JESU CHRISTI, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud distri-

Clausula Pontificis prohibentis &c.

Census annuus Romanæ Ecclesiæ persolvendus.

Sanctio pœnalis pro contravenientibus.

& benedictio jura servantibus.

(a) BONÆ MEMORIÆ G...: Supplendum *Guifridi tit. S. Marci Presbyteri Cardinalis jussu Otto fel. record.* Januen. Archiepiscopus &c.

(b) INDICTIONE III.: Reponendum IV. quæ anno 1231. in cursu erat, & quo aono dies 13. Septembr. erat *Sabbatum* currente littera Dom. E., & quidem Ughellus tom. 4. Ital. Sac. in Genuen. Archiepiscop. referens hanc Ottonis exemptionem num. 4. habet factam *indictione* 4.

(c) OPIZONE TURRITANO ELECTO: In Sardinia Archiepiscopo.

(d) SIMONE ALBIGANEN. EPISCOPO: Consecrato anno 1230. ab Archiepiscopo Ottone, uti testatur Ughellus supra citatus tom 4. in Episc. Brugnaten. n. 3., quibus ipse corrigendus est in Albiogaunen. Episcopis.

(e) OTTO: Patria Alexandrinus anno 1203. assumptus rexit usque ad annum 1239., cum antea Bobien. Episcopus extitisset ex Ughello tom. 4. Ital. Sac. in Genuen. Archiepisc. num. 4.

(f) LEGATI: Qui postmodum fuit etsi ad paucos dies *Cœlestinus IV.* anno 1241.

(g) GUILLELMI DE LAVANIA: Nepotis ex fratre Innocentii IV., qui cum postea creavit Cardinalem *Diaconum S. Eustachii*, & post varias pro Sede Apostolica obitas Legationes sequenti anno Romæ defuncti ex Ciacconio de Cardinalibus sub Innoc. IV., num. 12.

districtum Judicem præmium æternæ pacis inveniant. Amen.

A Datum Neapoli per manum Magistri Guillelmi Magistri Scholarum Parmen. S.R.E. Vicecancellarii II. Kalendas Maji
a Indictione XIV.[a] Incarnationis Dominicæ Anno MCCLV. Pontificatus vero Domini
b Alexandri Papæ IV. Anno Primo[b].

Ampliat, & declarat nonnulla Capita Constitutionis Innocentii IV. Ad extirpanda &c. (Ex BULLARIO ROMANO Bul. II., & Ordinis Prædicat. tom. 1. Bul. 26., & ad calcem Directorii Inquisit. per Pegnam p. 24., necnon in Bullario novo Rom. Bul. 14. tom. 3.)

B

LIII.

Anno 1255. die 30. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Prædicatorum *Inquisitoribus hæreticorum in Provincia* Lombardiæ *Salutem & Apostolicam Benedictionem*.

Constitutionis Innocentianæ capita duo.

C

CUM secundum tenorem Institutionum fel. record. INNOCENTII PAPÆ
c Prædecessoris nostri[c], quas in Capitulatibus Civitatum, & locorum Italiæ annotari mandavit, continetur; quod quilibet Potestas, seu Rector cujuscumque Civitatis, seu loci infra tertium diem post introitum regiminis sui duodecim viros probos, & Catholicos, & duos Notarios, & duos servitores, vel quotquot fuerint necessarii, instituere teneantur, quos Diœcesanus, si præsens

D

extiterit, & interesse voluerit, & duo Fratres *Prædicatores*, & duo *Minores* ad hoc a suis Prioribus, si Conventus ibi fuerint eorumdem Ordinis, deputati duxerint eligendos; per quos inquirantur hæretici, & etiam capiantur. Teneatur insuper idem Potestas, vel Rector infra
d decem dies sui regiminis syndicare[d] præcedentem proxime Potestatem, vel Rectorem, & ejus etiam Assessores per tres viros Catholicos, & fideles, electos ad

E

hoc per Diœcesanum, si fuerit præsens, & per *Fratres Prædicatores*, & *Minores* de omnibus, quæ in Constitutionibus præfatis, & Legibus, quæ contra hæreticos, & eorum complices editæ continentur. Et, sicut ad audientiam ipsius nostri Prædecessoris pervenit, eatumdem Constitutionum super his plerumque impeditur effectus; pro eo scilicet, quod interdum illi, qui prædictos viros debent eligere, electioni hujusmodi non possunt interesse, vel nolunt: Nos ad instar Prædecessoris ejusdem super his, sicut convenit, providere volentes statuimus, ut si Diœcesanus, & *Fratres Minores* prædictæ electioni prædictorum virorum noluerint, vel non potuerint interesse; per aliquem vestrum, seu illos, quibus id duxeritis committendum, in locis, in quibus Inquisitionis Officium exercetis, eligere personas, seu viros hujusmodi libere valeatis, vobis, & vestrum singulis auctoritate præsentium indulgemus: Non obstante juramento, quod prædicti Potestates, & Rectores de observandis præfatis Constitutionibus exhibere tenentur; a quo ipsos quantum ad hos articulos, sive casus duximus absolvendos[e]. Nulli ergo omnino &c. nostræ Constitutionis &c. Si quis &c. e

Cap. 1.

Cap. 2.

plerumque ad effectum non deducta,

& qua de causa.

Alexandri super his statutum.

cum derogatione juramenti.

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli II. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Remittit illis annuum censum Romanæ Ecclesiæ debitum usque ad XL. annos. (Ex AUTHOGRAPHO in Archivo earum Monasterii extante.)

LIV.

Anno 1255. die 5. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & Conventui Monasterii S. Mariæ Montis Lucidi[f] Perusin. *Ordinis S. Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apostolicam Benedictionem*. f

NE de solutione Census unius *libræ ceræ*[g], in quo annis singulis Ecclesiæ Romanæ tenemini, possit in posterum g

(a) INDICTIONE XIV.: Leg. XIII., quæ hoc anno 1255. currebat.

(b) De hoc Monasterio extant aliæ hujus Pontificis litteræ anno 1257. die 11. Julii, die 11. & 12. Augusti, die 8. Septembr., atque anno 1260. die 8. Februarii datæ; ubi vocatur *S. Catharina de Latulo*.

(c) INNOCENTII PAPÆ PRÆDECESSORIS NOSTRI: Nempe IV. *Ad extirpanda de medio* &c. editarum anno 1254. die 20. Maji.

(d) SYNDICARE: Idest ad examen vocare ea, quæ Rector egerit circa observantiam dictarum Constitutionum.

(e) ABSOLVENDOS: Alia 5. capita dictæ Constitutionis Innocentianæ explicavit Pontifex anno 1257. die 6. Martii per litteras *Felicis recordationis* &c. infra legendas.

(f) MONASTERII S. MARIÆ MONTIS LUCIDI: De quo verba fecimus ad Honorii III. Bullam *Sacrosancta Romana Ecclesia* &c. anno 1222. die 24. Septembris editam.

(g) UNIUS LIBRÆ CERÆ: Cum in prædicta Honorii III. Bulla census Rom. Ecclesiæ debitus præscribatur *unius aurei*, hic autem dicatur *unius libra cera*; liquet immutatum fuisse eo plane modo, quo alter Monaste-

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

rum dubitari; Nos Censum ipsum usque ad quadraginta annos [a] Nobis fatemur esse solutum; in hujus rei testimonium vobis præsentes litteras concedentes.

Datum Neapoli VIII. Idus Maji, Pontificatus nostri Anno Primo [b].

Ne teneatur solvere procurationes Legatis, & Nunciis Sedis Apostolicæ, exceptis tamen Legatis a Latere, & Cursoribus Curiæ Pontificiæ. (Ex Vatic. Archivo in Regesto Pontif. epist. 366. an. 1.)

LV. Anno 1255. die 9. Maji.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... [c] *Episcopo* Assisinat. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium a laude petitoris.

Devotionis tuæ merita exigunt, & affectus, quem ad Nos, & Romanam Ecclesiam habere dinosceris, promeretur, ut votis tuis favorabiliter annuentes faciamus tibi gratiam specialem. Sane porrecta Nobis ex parte tua petitio continebat, quod cum *Ecclesia* tua, cujus facultates, faciente malitia temporis [d], sunt adeo diminutæ, quod ex ipsis vix potes cum honesta familia commode sustentari; in exhibendis procurationibus [e] Legatis, & Nunciis [f] Apostolicæ Sedis plurimum aggravetur; Nos tuis devotis precibus inclinati, quod in hujus procurationibus exhibendis Legatis, & Nunciis Sedis ejusdem, quibus eas exhiberi volumus ab aliis Ecclesiis exemptis, & non exemptis tuæ Civitatis & Diocesis, non tenearis, nec cogi possis invitus; Venerabilibus fratribus nostris *Cardinalibus*, qui de Latere nostro mittentur, & Curiæ nostræ *Cursoribus* [g] dumtaxat exceptis; auctoritate tibi præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino &c. nostræ concessionis &c. Si quis &c.

Episcopi Assisiat. petitio.

excipiuntur a Pontifice, qui tribuit ut supra

cum exceptione.

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli VII. Idus Maji, Pontificatus nostri Anno Primo.

Liberat infrascriptas a procurationibus, exactionibus, aliisque subsidiis Legatis Sedis Apostolicæ, Nunciisque ejusdem Sedis præstandis. (Ex Authographo Monasterii SS. Naburis & Felicis Bononien.)

LVI. Anno 1255. die 10. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monasterii S. Francisci Bononien. [h] *Ord. S. Damiani ad Romanam Ecclesiam pleno jure spectantibus Salutem, & Apostol. Bened.*

Paupertati vestræ, quam voluntarie propter Dominum sustinetis &c. [i]

Datum Neapoli Sexto Idus Maji, Pontificatus nostri Anno Primo.

Ut in Hispania, & Vasconia verbum Crucis contra Saracenos Africæ prædicet, & prædicare faciat; Crucisque Symbolo insignire valeat. (Ex Regesto Vatic. epist. 397. lib. 1. apud Raynaldum Annal. Eccles. ad Ann. 1255. num. 49.)

LVII. Anno 1255. die 13. Maji.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri Lupo Episc. Marochitano [k] *Apostolicæ Sedis Legato Salutem, & Apostolicam Benedictionem*

Exordium.

Ad regimen universalis Ecclesiæ vocari Domino disponente circa illa tenemur curam solicitam adhibere, per quæ cultus Divini nominis valeat augumen-

nasterii S. Mariæ de Monticello Florent. per Bullam *Religiosam vitam eligentibus* &c. anno 1255. die 21. Decembris supra editam; deesse vero *Bullam* memorationis census pro hoc Monasterio, & mutationis causam haberi ex hujus Pontificia litteris *Sicut manifestum est* &c. anno 1249. die 6. Junii datis, quibus palam fit Sanctimoniales proposuisse sequi altissimam paupertatem a S. P. Francisco anno 1224. in *Regula* S. Claræ, e usque Sororibus præscriptam; idemque factum fuisse a Monasterio S Mariæ *de Monticello* prope Florentiam, ut ibi videri potest.

(a) Usque ad XL. annos: Igitur hoc Monasterium extitit fundatum anno 1215.

(b) *Bullas* alias pro hoc Monasterio vide dat. anno 1219. die 16. Junii, 1265. die 21. Septembris, 1230. die 27. Augusti, 1231 die 18. Julii, 1255. die 27. Martii.

(c) Venab. Fratri: *Nicolao* de Carbio al. Corbio, de quo alias in primo hujus Operis tomo, & in isto supra ad 213 epistolam 21. Januarii datam.

(d) Faciente malitia temporis: Ob bella intestina, & externa, quæ undique temporibus illis in Italia præsertim perstrepebant, cunctaque pessumdabant.

(e) Exhibendis procurationibus: De quibus consuli potest tomus 1. hujus Bullarii pag. 633. (b) & 724. (i)

(f) Legatis, et Nunciis: Titulo, ac officio, privilegioque distinctis.

(g) Curiæ nostræ Cursoribus: Inter privilegiatos Curiæ Romanæ etiam ejus *Tabellarios* invenimus, seu Cursores Pontif., de quorum officiis, ac privilegiis dudum egit A. Bartholomæus Platea in Eusebologio Romano par. 2. tract. 11. cap. 16.

(h) Monasterii S. Francisci Bononien.: De quo extat diploma 254. Innocentii IV. *Religiosam vitam* &c. tom. 1. hujus Operis pag. 596. relatum.

(i) Sustinetis &c.: Adeas hujus Pontificis diploma hoc anno die 13. Aprilis supra legendum.

(k) Marochitano: Ex Ordine Minorum assumpto anno 1246., de quo sunt plures Epistolæ Innocentii IV. eo anno mens. Octob., & Novemb. datæ; & hujus Papæ hoc anno die 18. Maji supra relatæ n. 31. & 32., quibus eum constituit S. A. Legatum in universam Africam.

mentari. Sane Cariſſimus in Chriſto fi-
a Rex Caſtellæ arma in Africæ Saracenos movere diſponit. lius noſter Rex Caſtellæ, ac Legionis [a] illuſtris zelator Catholicæ Fidei, ac populi Chriſtiani contra Saracenos de Africa inimicos Crucis Chriſti, & Chriſtiani nominis, prout ex parte ſua Nobis extitit intimatum, per ſe, vel Vicarium ſuum transfretare intendit cum bellatorum multitudine copioſa. Quia vero eidem Regi ad hujuſmodi negotium eſt auxilium Chriſti fidelium plurimum opportunum; fraternitati tuæ prædicandi in
b Pontifex ob id injungit, ut ſupra. *Hiſpania*, & *Vaſconia* [b] per te, ac per alios viros idoneos, quos ad hoc aſſumendos duxeris, ſecundum datam tibi a Deo prudentiam verbum *Crucis*; & eam in ſubſidium ipſius Regis contra dictos Saracenos recipere volentibus per te ac alios, quos ad hoc elegeris, largiendi eadem; & concedendi illis, qui hujuſmodi laborem in perſonis propriis, & expenſis, ac eis, qui in perſonis ſuis dumtaxat, & in alienis ſubierint; & illis etiam
Indulgentias concedens. qui in ſuccurſum dicti Regis, vel ejus Vicarii in expenſis propriis mittent idoneos bellatores, auctoritate noſtra illam ſuorum veniam peccatorum, quæ ſubvenientibus, & ſuccurrentibus *Terræ*
c *Sanctæ* in Generali Concilio [c] indulgetur, liberam concedimus auctoritate præſentium facultatem.

Datum Neapoli III. Idus Maji, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ne teneantur curam quarundam Monialium recipere, neque ad id cogi poſſint. (Ex APOGRAPHO in Archivo Aſſiſiati Sac. Conventus S. Franciſci.)

LVIII. Anno 1255. die 13. Maji.

ALEXANDER &c.

d *Dilectis filiis... Generali* [d], *& Provincialibus Miniſtris Ord. FF. Minor. Salutem, & Apoſt. Bened.*

e Exordium. Expoſitio facti. QUANTO ſtudioſius &c. [e] Sane Nobis veſtra devotio intimavit, quod frequenter vobis per litteras

A Apoſtolicæ Sedis injungitur, ut in aliquibus Monaſteriis Monialium Ordinis *Sancti Benedicti*, vel alicujus alterius viſitationis officium impendatis; ac interdum Confeſſiones audiatis ipſarum. Quare
Fratrum ſupplicationes Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut cum propter hoc veſtræ contemplationis otium perturbetur, providere vobis in hac parte de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus. Nos igitur veſtris ſupplicationi-
exaudit Pontifex, & præſtat ut ſupra bus inclinati, ut ad viſitandum prædicta
B Monaſteria, vel audire Confeſſiones Monialium Monaſteriorum prædictorum
cum exceptione. (exemptis, & profeſſis Ordinem *Sancti* f *Damiani* [f] dumtaxat exceptis) cogi non poſſitis inviti, auctoritate vobis præſentium indulgemus.
Clauſula prohib. &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem
C Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Neapoli III. Idus Maji, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Mandat, ut Venetiis locum De Vinea *nuncupatum, & a M. Ziano N. V. pro Cœnobii ædificatione relictum Fratribus recipiant.* (Ex AUTOGRAPHO dicti Conventus de Vinea apud N. V. Flaminium Cornelium to. 8.
D Hiſt. Eccleſ. Venet. antiquis monumentis nuper editis illuſtr. Dec. XI. par. poſter.)

ALEXANDER &c.

LIX. Anno 1255. die 14. Maii.

Dilectis filiis... Miniſtro g, *& Fratribus Ordinis Minorum* de Venetiis *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Cauſa ſeſſionis hujus CUM Nos dilectis in Chriſto filiabus nobilibus mulieribus Conſtan-
E tiæ filiæ nobilis viri.... [h] Marchionis h
Eſtenſis, & Medaniæ Comitiſſæ [i], ac i
Joan-

(a) REX CASTELLÆ, AC LEGIONIS: Alphonſus X. dictus *Sapiens*.
(b) VASCONIA: Ubi Regnum *Navarra*, partem Aquitaniæ, & Tarraconen. Hiſpaniæ partem continent.
(c) GENERALI CONCILIO: Lateranenſi IV. anno 1215. celebrato.
(d) GENERALI: B. Joanni Parmenſi, qui ſequenti, ſeu 1257. anno regimen depoſuit, & ad rerum cœleſtium contemplationem ſe totum addixit ex Annal. Min.
(e) STUDIOSIUS &c.: Vide *Bullam* Innocentii IV. anno 1247. die 19. Auguſti editam, aut Alexandri anno 1257. die 21. Julii vulgatam.

(f) S. DAMIANI: Quæ paulo poſt cœperunt vocari *Clariſſæ*, ac S. Claræ, quæque in *Regula* Innocentii IV. anno 1247. juſſæ ſunt dirigi a Fratribus Ord. Minorum.
(g) MINISTRO: Tunc *Marchiæ Tarviſinæ*, nunc vero Venetæ, alias *S. Antonii* Provinciæ.
(h) NOBILIS VIRI ...: Azzonis Marchionis Eſtenſis, & Ferrariæ Vicarii Pontif., & uxori Marci Ziani teſtatoris.
(i) MEDANIÆ COMITISSÆ: Avunculæ teſtatoris, quæ jam die 6. Martii anno 1257. mortua erat.

Alexander PP. IV. An.Ch.1255.

Testamentum M. Ziani N. V.

a b

Joanni Campolo, Marco Baduario, & Marchisinæ uxori ejus executoribus Testamenti quondam *Marci Ziani* [a] de Venetiis nostris sub certa forma dedimus litteris [b] in mandatis; ut locum, qui *Vinea* dicitur, situm in Venetiis vobis ab eodem *Marco* pro animæ suæ remedio in ultima voluntate relictum assignare, vobis sine aliqua difficultate procurent: Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus locum ipsum ab eisdem executoribus; contrariis Ordinis vestri statuto, seu mandato quolibet nequaquam obstantibus [c], recipere sine aliqua dilatione curetis [d].

Mandat Pontifex, ut supra.

Derogando Statutis Ordinis, aliisque.

c d

Datum Neapoli II. Idus Maji, Pontificatus nostri Anno Primo [e].

e

Unionem Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Bernodio cum Monasterio S. Vincentii Mediolan. O. S. B. ab Archiepiscopo factam confirmat. (Ex Archivo Vatic. in Regest. Pontif. epist. 441. an. 1.)

LX.

Anno 1255. die 20. Maji.

ALEXANDER &c.

f

Dilectis filiis . . . Abbati, & Conventui Monasterii S. Vincentii Mediolanen. [f] *Ordinis Sancti Benedicti Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

g

Exordium.

Monachorum S. Vincentii relatio

CUM a Nobis petitur &c. [g] Vestra Nobis sane porrecta petitio continebat, quod Venerabilis Frater noster . . . [h] Mediolanen. *Archiepiscopus* attendens, quod Ecclesia Regularis Sanctæ Mariæ de *Bernodio* [i] suæ Diœcesis ita collapsa in temporalibus, & spiritualibus existebat; & quotidie in suis facultatibus labebatur, quod vix adjicere poterat, ut resurgeret; de consensu Capituli sui, ac dilectis filiis . . . Præposito, & Canonicis præfatæ Ecclesiæ [k] volentibus, & cum instantia postulantibus, ipsam cum omnibus possessionibus, & juribus pertinentibus ad eamdem vobis, & Monasterio vestro dedit, concessit, atque subjecit statuens, ut prædicti Præpositus, & Canonici Regulam *Beati Benedicti* in vestro Monasterio profiterentur pariter, & servarent; & eidem Ecclesiæ *Sanctæ Mariæ* facerent per duos Monachos ibidem continue residentes in Divinis officiis deserviri; prout in litteris ipsius Archiepiscopi ejus sigillo signatis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem Archiepiscopo super hoc provide factum est, ratum & gratum habentes illud auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostræ Confirmationis &c. Si quis &c.

h

i

de Ecclesia S. Mariæ Bernodien. collapsa,

Psal. 10. 9.

k

& ab Archiepiscopo Mediolan. Monasterio prædicto concessa.

Quod Pontifex confirmat rogatus.

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli XIII. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Inhibet Prælatis Eccles. manualem obedientiam a Fratribus exigere posse. (Ex Speculo Minorum tract. 2. fol. 118., & inde apud Wadoingum in Regest. Pontif. num. 17., atque in Firmamentis trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 19.)

LXI.

Anno 1255. die xi. Maji.

ALEXANDER &c.

l

Dilectis filiis . . . Generali Ministro [l], *& universis Fratribus Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

INDUCIMUR piæ conversationis vestræ meritis, ut in iis, quæ secundum Deum possumus, vos favore benevolo prose-

(a) Marci Ziani: De quo egimus supra ad Bullam Innocentii IV. *Cum sicut intelleximus* &c. dat. anno 1253. die 12. Julii pro eadem re.

(b) Litteris: Quæ non habentur saltem evulgatæ.

(c) Obstantibus: In Judicato pro hac re acto die 6. Martii anno 1257. a supradicto Flam. Cornelio ibidem vulgato pag. 41. Advocatus partis adversæ opposuit, Fratres Minores non posse, nec debere de jure proprium habere; & Ministrum eumdem per litteras præcepisse, ne se omnino de dicta *Vinea* intromitterent, sed si eam recepissent, penitus dimitterent: reliquerat enim testator, sex Fratres in eo loco Vineæ debere per suos Commissarios tractari *in victu, & vestitu*, ita ut bene possent vivere, & perpetuo quotannis suum facere *Anniversarium* sine solita mendicitate.

(d) Curetis: Qui locus juxta testamentum N.V., & jussa Pontificis paulopost recipitur, crevitque temporis successu, & benefactorum eleemosynis ad eam amplitudinem, quæ jam plurimis innotescit, & qui plura de eo desiderat, memoratum N. V. Cornelium consulere poterit. Extat *Bulla* Confirmationis loci Fratribus factæ anno 1256. die 16. Septembris, quæ infra datur.

(e) Has litteras Pontifex iteravit hoc ipso anno die 19. Septembris, ut infra, eaque de causa, quam attuli ad notam (c); præcepit enim Pontifex, ut non obstante contrario Ordinis statuto Locus reciperetur.

(f) Monasterii S. Vincentii Mediolanen.: Cujus Cl. Mabillonius meminit in Annal. Benedict. tom. 2. lib. 30. ad annum 831. n. 69. & alibi, sed parce ac nomine tenus.

(g) Petitur &c.: Ut in xe. Bulla die 20. Januarii data.

(h) Ven. Frater noster: Leo Peragen. ex Ord. Min., de quo non semel actum est in primo hujus Operis tomo, & infra etiam pluries occurret.

(i) S. Mariæ de Bernodio: Cui Præpositus, & Canonici ministrabant, ideoque *Collegiata* titulo gaudebat, & *Regularis* appellatur.

(k) Præfatæ Ecclesiæ: Nimirum S. Mariæ de Bernodio.

(l) Generali Ministro: B. Joanni Parmensi, ut supra.

Scribendæ Epistolæ occasio.

prosequamur. Hinc est, quod cum quidam A ex Prælatis Ecclesiarum, qui, sicut accepimus, vos sibi devotos inveniunt, & in exhibitione condignæ reverentiæ studiosos, in eo se humilitati vestræ molestos exhibeant, quod novam consuetudinem inducere molientes, a vobis obedientiam exigunt manualem: Nos id arbitrantes incongruum, & reputantes indignum, ut nullus ex Prælatis eisdem a vobis dictam obedientiam manualem præsumat exigere, auctoritate præsentium distri- B ctius inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei &c. Si quis autem &c.

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli XII. Kalendas Junii
a Pontificatus Nostri Anno Primo [a].

Ut quosdam Monachos domos nonnullas, quæ ad Conventum S. Fortunati Tudertinum pertinebant, occupantes amoveat, & Fratres S. Fortunati in earum possessionem inducat, inductosque tueatur. (Ex AUTOGRAPHO ejusdem Conventus sub plumbo.)

LXII.
Anno 1255. die 21. Maji.

ALEXANDER &c.

b *Venerabili Fratri* ... [b] *Episcopo* Tudertino *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

c EX parte dilectorum filiorum ... Magistri [c], & Fratrum Ordinis Fratrum Minorum *Tudertin.* [d] fuit propositum coram Nobis, quod licet ipsi locum *Sancti Fortunati* Tudertin. cum pertinentiis suis ex permutatione, quam cum quondam ... Abbate & Conventu loci ejusdem tuo, & Capituli tui accedente consensu fecisse noscuntur [e], de loco, quem Fratres ipsi prius ibidem habuerant [f], legitime sint adepti: nihilominus tamen quidam Monachi, & Conversi Conventus ipsius se ab eorumdem

Fratrum Tudertin. delatum ad Pontificem

d e f

Abbatis obedientia subtrahentes quasdam domos infra portam exterioris Claustri [g] positas, ad Fratres ipsos ratione permutationis hujusmodi pertinentes temeritate propria occuparunt; easque detinent in eorum præjudicium, & scandalum plurimorum. Cum igitur tanta temeritas, si transiret inulta, daret forte aliis materiam delinquendi; fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Fratres ipsos in possessionem domorum ipsarum, ab eis dictis Monachis & Conversis, & quibuslibet aliis detentoribus prorsus amotis, inducas auctoritate nostra, & tuearis inductos. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

de domorum occupatione. g

Mandat Pontifex id, quod supra.

Datum Neapoli XII. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

C *Fr. Paulum Ord. Min., qui temere se in Abbatem S. Fortunati Tudertin. eligi permiserat, jubet ad suum revocari Ordinem per Abbatem Vallisumbrosæ; quo negligente, Episcopus compellat.* (Ex AUTOGRAPHO ejusdem Conventus S. Fortunati.)

LXIII.
Anno 1255. die 21. Maji.

ALEXANDER &c.

h *Venerabili Fratri* ... [h] *Episcopo* Florentino *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

D DILECTI filii ... Minister [i], & Fratres Ordinis Fratrum Minorum Tudertin. Nobis significare curarunt, quod quidam Monachi & Conversi, qui in Monasterium *S. Fortunati* Tudertin. [k], antequam dictum Monasterium Fratres ipsi adepti fuissent [l], extiterunt, se Abbatis eorum obedientia subtrahentes Fratrem *Paulum*, qui Ordinem Fratrum ipsorum, quem professus fuerat, propria temerita-

i Narratio facti.

k

(a) Hanc Constitutionem primus edidit Gregorius IX. anno 1241. die 21. Februarii supra vulgatam in 1. tomo hujus Operis p. 190.
(b) VEN. FRATRI: Petro Caietano Anagnino, de quo dictum est ad epistolam hujus Pontificis *Quanto amplius* &c. anno superiori die 28. Decembris scriptam.
(c) MAGISTRI: loco *Ministri*, ut in sequenti epistola, seu potius *Guardiani*, ut ibi.
(d) TUDERTIN: vulgo *Todi* in Umbria.
(e) FECISSE NOSCUNTUR: Ut ex diplomate confirmationis a Pontifice anno præcedenti die 28. Decembris factæ incip. *Quanto amplius* &c.
(f) HABUERANT: nempe S.Michaelis Archangeli *de Fontanellis* extra Tudertum, de quo veteri loco nonnulla diximus ad diploma Gregorii IX. *Cum a nobis petitur* &c. pro Monasterio Montis Mascatani Tudert. anno 1236. die 4. Martii editum, & ad supradictum hujus Pontificis *Quanto amplius* &c.
(g) EXTERIORIS CLAUSTRI: quo indicatur Monasterii amplitudo binis saltem claustris peramati.
(h) VEN. FRATRI: Joanni de Mangiadoris Sanminiatensi anno 1251. assumto ex Italia Sacra Ughelli to. 3. n. 39. Florent. Episc.
(i) MINISTER: in superiori epistola scriptor exaravit *Magistrum*, hic autem *Ministrum*, utrumque loco *Guardiani* juxta Regulam FF. Minor.
(k) S. FORTUNATI TUDERTIN.: tunc Ordinis Vallisumbrosæ.
(l) ADEPTI FUISSENT: circa ann. 1250., quam acquisitionem confirmavit hic Pontifex superiore anno die 28. Decembris.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1255.

te dimisit, in eorum *Abbatem* de facto eligere præsumpserunt in dicti Ordinis detractionem, & scandalum plurimorum. Quare dicti Fratres Nobis humiliter supplicarunt, ut providere super hoc salubriter curaremus. Cum igitur hujusmodi electio nulla censeri debeat, utpote præsumpta contra canonica instituta; dilectum filium ... *Abbatem* Vallisumbrosæ Fesulanæ Diocesis rogamus, & hortamur attente nostris sibi dantes litteris [a] in mandatis, ut eodem Fratre, qui sub Ordine suo [b] vivit, ab obedientia sua prorsus amoto, ipsum ne vagari per seculum in animæ suæ perniciem contingat, eundem sine difficultate aliqua Fratribus restituat antedictis [c]. Quocirca Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si dictus Abbas mandatum nostrum super hoc neglexerit adimplere; tu eum ad id monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellas.

& super eo precum Fratrum,

atque provisionis Pontificis,

a

b

c

qui mandat supradicta.

Datum Neapoli xiI. Kalend. Junii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Jubet, ne FF. Minoribus adstrictos FF. Prædicatores ad suum sodalitium admittant. (Ex Firmam. Trium Ordinum fol. 132. apud Waddingum ad hunc annum n. 11., & in *Bullario* Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 35. atque in *Bullario* Regul. Roderici tom. 1. Bul. 21. Alex. IV.; extat & exemplar Avenione in Archivo nostri Conventus S. Francisci lib. 1. Bull. pag. 12.)

LXIV.

Anno 1255. die 22. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Magistro [d], *& Fratribus Ordinis Fratrum* Prædicatorum *Salutem, & Apostol. Bened.*

d

Exordium.

QUO vos in Christo sinceriori caritate diligimus, eo plenius, ut in cunctis providi sitis, & vigiles, A affectamus; turbationis non modicæ spiritum assumentes, si de vobis quodcumque contrarium ad Nos relatu perveniat aliquorum. Sane admirantes accepimus, quod vos non absque offensa rectitudinis, quæ in vestris debet actibus haberi continue specialis, *Fratres Minores*, & eorum Ordini obligatos frequenter ad vestrum recipitis, unitatem spiritus in pacis vinculo non servantes. Verum cum ex hoc scissuræ possit, & scandali B exoriri materia, quæ solatium pacis æternæ quærentibus debet omnimode existere peregrina; Universitati vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenus tam *Fratres* eosdem, quam eorum Ordini voto, & juramento etiam obligatos nullatenus de cetero, prætextu indulgentiæ alicujus, seu aliquarum literarum obtentarum a Sede Apostolica, vel etiam obtinendarum in posterum, quæ de præsen- C tibus expressam non fecerint mentionem, nisi prius petita *Ministri* sui fuerit, & obtenta licentia, recipere præsumatis; alioquin decernentes irritum, & inane, quidquid per vos in hac parte contra præceptum nostrum contigerit attentari; præsentium auctoritate statuimus, ut hujusmodi præsumptores incurrant *excommunicationis* sententiam ipso facto, a qua nequaquam absolvi valeant, D nisi se apud Sedem Apostolicam personaliter repræsentent ab ea, sicut visum fuerit, absolvendi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Narratio facti.

Mandat Pontifex ut supra

Sub pœna excommunicationis.

Clausula prohib. &c.

Datum Neapoli xi. Kalendas Junii [e], Pontificatus nostri Anno Primo [f].

e

f

Præla-

(a) Litteris: quæ ad nos non pervenerunt.

(b) Sub Ordine suo: nimirum Vallumbrosano.

(c) Antedictis: scilicet Minoritis.

(d) Magistro: Fr. Humberto de Romanis Burgundo, de quo præ ceteris accurate agit Jacobus Echard tom. 1. de Scriptoribus Ord. Prædicat.

(e) ix. Kalend. Julii: Ea Castellano exscriptum legimus in *Bullario* Ord. Prædicat., sed Waddingus habet xi. *Kalend.* Junii ex Firmam. Ord., ut & cit. Rodericus, ac autographum Avenion. cit. Autor cit. *Bullarii* Ord. Prædicat. utramque retinuit, & duas *Bullas* posuit num. 34. & 35. nos unam existimemus; & errorem in notas numericas irrepsisse, ac in mensis nomen, xi. pro ix. inversis notis, ut sæpe factum deprehenditur; & *Julium* pro *Junio* librarii oscitantia transcriptum credimus: sane cum jam die 7. Junii Pontifex esset *Anagniæ*, hæc vero epistola data sit *Neapoli*, quo die 21. Maji adhuc ibi moram trahebat ex ejus Regesto, liquet retinendam esse lectionem Waddingi, & Pontificem vel exeunte mense Majo, vel ineunte Junio *Neapoli* discessisse non amplius eo reversurum; præsertim cum die 22. *Junii* Pontifex esset *Anagniæ* ex binis ejus epistolis infra legendis.

(f) Easdem litteras dederat & Innocentius IV. anno 1244. die 21. April., quæ supra leguntur, dedit & Alexander anno 1256. die 5. Maii, & Clemens IV. anno 1268. Fratribus Ordinis Minorum, ut infra. Ex his litteris putat Waddingus in Annal. Minor. ad hunc annum 1255. num. 12. colligi, turbas aliquas, vel pacis scissuras inter utrumque Ordinem tunc exortas: sed cum hæ litteræ antiquiores sint, utpote datæ etiam anno 1244., & ante illas aliæ etiam diverso quidem tenore, sed ejusdem argumenti sub Gregorio IX. prodierint, & ad FF. *Minores*, *Prædicatores*, ac *Cistercienses* directæ; minus recte ex his turbas, & scissuras colligimus; verum ex his capitibus, quæ ex utriusque Præfecti Ordinum Generalis epistola innotescunt; inter quæ illud de non ad alium Ordinem transeundi minime prohibetur; nec ipse Pontifex idipsum inhibuit, sed tum dumtaxat, cum sine Præfectorum Ordinum licentia fieret.

Prælatis Ordinis concedit, ut Fratres sibi subditos ab excommunicatione, & irregularitate absolvere, & dispensare possint. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo nostri Cœnobii Avenionen., & altero Conventus Jaderen. teste GONZAGA par. 2. Conv. 12. Provinciæ Dalmatiæ.)

LXV. Anno 1255. die 22. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis... Generali, & universis Ministris Provincialibus, & Custodibus Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

a LIcet ad hoc Fratrum vestri Ordinis pia desudet intentio &c.[a]

Datum Neapoli XI. Kal. Junii Pontificatus Nostri Anno Primo.

Injungit dispensari super defectu natalium cum Blanca Monasterii Maitellæ Abbatissa. (Ex VATICANO TABULARIO in Regest. Pontif. epist. 456. an. 1.)

LXVI. Anno 1255. die 27. Maji.

ALEXANDER &c.

b *Venerabili Fratri...*[b] *Episcopo Marrochitano Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

c VIrtutum merita numerare solliciTA, PRECIPUE benignitatis affectum[c], illos digne prosequimur, qui Conditoris omnium desudant obsequiis sub observantiæ studio Regularis. Cum igitur ex parte dilectæ in Christo filiæ

B Abbatissæ Maitellen. supplicatio

d *Blanchæ* Abbatissæ Monasterii *Maitellæ*[d] Cistercen. Ordinis Pampilonen. Diocesis fuit nobis humiliter supplicatum; ut cum ea super defectu Natalium, quem

e patitur, de claræ memoriæ *Sancio*[e] Rege

pro dispensatione.

Navarræ soluto genita, & soluta, dispensare misericorditer curaremus;

Pontifex annuens mandat, ut supra.

Nos attendentes, quod eadem *Blancha*, prout asseritur, in dicto Monasterio fuit laudabiliter conversata; præsentium tibi

Tom. II.

A auctoritate committimus, quatenus cum ipsa ejus suffragantibus meritis, ut hujusmodi non obstante defectu possit Abbatiam ipsius Monasterii, quam alias se canonice proponit adeptam, seu alterius licite retinere, auctoritate nostra

f dispenses[f]; prout secundum Deum animæ suæ saluti videris expedire.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

Datum Neapoli VI. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

B

Ut de bonis Jacobinæ Monialis ad Monasterium devolutis decimas non solvant. (Ex AUTOGRAPHO Monasterii S. Claræ Venetiarum apud N. V. Flaminium Cornelium Dec. 9. & 10. seu tom. 6. Eccles. Venet.)

ALEXANDER &c.

LXVII. Anno 1255. die 7. Junii.

Dilectis in Christo... Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sororum inclusarum Sanctæ Mariæ Matris Christi de Venetiis[g] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* g

C

Exordium.

RELIGIONIS vestræ meretur honestas, ut vos speciali diligentes in Domino charitate vobis, quantum cum Deo possumus, favorem, & gratiam impendamus. Hinc est, quod vestris supplicationibus inclinati, ut de bonis ad dotem *Jacobinæ* Monialis Monasterii vestri, dum fuit in sæculo, pertinentibus

Monialium supplicationes.

D devolutis ad idem Monasterium ex ingressu ipsius ad illud, & professione ab ea facta ibidem, quorum proventus summam viginti quinque librarum Imperialium[h], sicut asseritis, vix excedunt, nulli *decimas* solvere teneamini, authoritate vobis præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu &c. Si quis autem &c.

Pontifex admittit, & indulget, ut supra.

h

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ VII. Idus Junii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

 Quod

(a) INTENTIO &c.: ut infra in Bulla 110. die 9. Octobr. hujus anni.

(b) VEN. FRATRI ...: *Lupo* O. M., de quo alias.

(c) AFFECTUM: Initium hujus epistolæ librarii vitio, aut negligentia depravatum est; nec nobis occurrit quidquam, quo emendari queat, nisi hoc modo: *Virtutum merita numerare sollicite cupientes præcipua benignitatis affectu illos digne prosequimur* &c.

(d) MONASTERII MAITELLÆ: Quod nullo loco memoratur ab Angelo Manrique in Annal. Cistercien.

(e) CLARÆ MEMORIÆ SANCIO: anno 1234. VII Idus Aprilis e vivis sublato sine liberis, cui successit *Theobaldus* Campaniæ Comes e *Blanca* illius sorore filius, ut habet Raynaldus in Annal. Eccles. ad eum ann. num. 52.

(f) DISPENSES. Etsi enim proles naturalis legitimari possit ex jure per professionem Ordinis Religiosi, non tamen capax fit ob id dignitatum, seu Prælaturarum Eccles., ideoque dispensatione indiget.

(g) S. MARIÆ MATRIS CHRISTI DE VENETIIS: Nunc S. *Claræ* nuncupato, de quo Monasterio extant & litteræ anno 1235. die 28. Maji Gregorii IX., & aliæ anno 1241. die 3. Martii datæ, & supra suis locis relatæ, ut & aliæ Innocentii IV. anno 1247. die 18. Maji.

(h) XXV. LIBRARUM IMPERIALIUM: De quibus jam dictum est in notis ad Bullam Innocentii IV. *Ad exterpanda* &c. anno 1254. die 20. Maji editæ, atque ibi legenda.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

A *Quod Fratres in terris excommunicatorum commorari, & ab illis necessaria vitæ petere, & accipere possint.* (Ex AUTOGRAPHO in Archivo S. Francisci Conventus Leodii in Belgio, & ex BARTHOL. Pisano Conf. 9. in Exposit. 6. cap. *Regulæ* FF. Min.)

LXVIII. Anno 1255. die 22. Junii.

ALEXANDER &c.

a *Dilectis filiis ... Generali Ministro*[a], *& universis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam* B *Benedictionem.*

b VOtis extremam patientibus pro Christi nomine paupertatem &c.[b]
Datum Anagniæ x. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut observantia Divini Officii ex statuto suæ Regulæ Fratres sint contenti: extra vero loca, & Conventus suos possint in Divini Officii recitatione aliis conformari. (Ex C AUTOGRAPHO in Archivo Conventus Sancti Francisci Min. Convent. Avenione asservato tom. 1. Bullarii pag. 10.)

LXIX. Anno 1255. die 22. Junii.

ALEXANDER &c.

Eisdem.

PIO vestro Collegio, quod sibi libenter quomodolibet thesaurum quieti c conscientiæ thesaurizat &c.[c]
Datum Anagniæ x. Kalendas Julii, D Pontificatus Nostri Anno Primo.

Famulis, Procuratoribus, & Operariis Fratrum servitiis deputatis tempore Interdicti, *vel* excommunicationis *posse interesse Divinis apud eosdem Fratres indulget, nisi &c.* (Ex SPECULO Minorum tract. 2. fol. 37., FIRMAMEN. Trium Ordinum par. 2. tract. 2. fol. 13., RODERICO in Bull. Regular. B. 8., & WADDINGO in Regest. Pontif. n. 18. Extat AUTOGRAPHUM sub plumbo Ve- E netiis in Archivo nostri Conventus magnæ Domus S. Mariæ Glor.)

A ALEXANDER &c.

LXX. Anno 1255. die 27. Junii.

Eisdem.

UT in vestris domibus *servientes* in ministeriis opportunis ob vestri d gratiam, quam &c.[d] Nos vestræ devotionis precibus inclinati &c. *pueri* vestris servitiis deputati, negotiorum vestrorum procuratores, & operarii, qui in vestris locis eorum operibus personaliter constituti institerint, hujusmodi B sententiis obnoxii nullatenus habeantur; ibique possint audire Divina juxta formam, quæ in locis ipsis in eo casu a Sede Apostolica est concessa, nisi &c.[e] e indulgemus[f]. f Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & gratiæ infringere, vel ei ausu &c.
Datum Anagniæ v. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Primo[g]. g

---

C *Traguriensi Ecclesiæ præficit Fr. Columbanum O. M. suum Pœnitentiarium, eumque Capitulo dictæ Ecclesiæ commendat.* (Ex VATICANO TABULARIO in Regest. Pontif. epist. 484. an. 1.)

LXXI. Anno 1255. die 4. Julii.

ALEXANDER &c.

*Dilectis filiis ... Archidiacono, & Ca*h *pitulo* Tragurien.[h] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium a præcipua Ecclesiarum sollicitudine.

D LIcet continuata supervenientium negotiorum instantia nostrum animum, qui, disponente Domino, universali regimini quamvis immeriti præsidemus, insultibus impetat successivis; sollicitudo tamen omnium Ecclesiarum nostris incumbens humeris tanto arctius Nos quotidiana meditatione urget, quanto ad id sumus specialius, immo principalius deputati. Cum igitur per litteras vestras, & etiam per dilectum filium *Marcum* Presbyterum, & *Gervasium* E Diaconum Canonicos vestros, quos de fidelitate, ac diligentia plurimum commenda-

Capitulum Tragurien postulat a Pontifice Pastorem sibi præfici.

(a) GENERALI MINISTRO: B. Joanni Parmensi.
(b) PAUPERTATEM &c.: Videatur *Bulla* Gregorii IX. anno 1241. die 20. Junii relata.
(c) THESAURIZAT &c.: Ut in Constitutione Gregorii IX. anno 1241. die 7. Junii, & Innocentii IV. anno 1244. die 20. Junii.
(d) GRATIAM QUAM &c.: Ut in simili Constitutione 290. Innocentii IV. anno 1248. die 1. Decembris edita.
(e) NISI &c.: Ut ibi in dicta Constitutione.
(f) INDULGEMUS: Hoc loco Innocentius cit. addiderat: *præsentibus post annum vigesimum minime valituris*: quod Alexander sustulit; idque etiam pro Ordine Prædicat. anno 1257. 20. Novembr.
(g) Hujus privilegii meminit Barthol. Pisanus conform. IX. in expositione 3. Capitis *Regulæ* Fratrum Minorum.
(h) TRAGURIEN.: vulgo *Trau* Italis, *Troghir* Sclavis, Insula parva Dalmatiæ ponte juncta continenti cum Civitate Episc. sub Archiepiscopo Spalatensi, Venetæque Reipublicæ dominio, paucis autem milliaribus a ditione Turcica distans.

mendamus, nobis duxeritis cum instantia supplicantium, ut Ecclesiæ vestræ Pastoris destitutæ solatio providere de Pontifice curaremus; Nos volentes vestro satisfacere desiderio in hac parte, ac intendentes talem ibidem personam præficere, quæ plus suis meritis Præsulatus dignitatem extollat, quam ipsa Pontificatus efferatur honore; Venerabilem Fratrem nostrum *Columbanum* [a] Episcopum Traguriensem *Pœnitentiarium* nostrum Ordinis Minorum, virum utique litterarum scientia præditum, morum honestate decorum, & consilii maturitate præclarum ejusdem Ecclesiæ præfecimus de Fratrum nostrorum consilio de potestatis plenitudine in Episcopum & Pastorem, plena sibi tam in spiritualibus, quam in temporalibus ipsius Ecclesiæ administratione concessa; firma spe, fiduciaque retenta, quod eadem Ecclesia per ipsius industriam auctore Deo augebitur in utrisque. Quocirca Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsum tanquam Patrem & Pastorem animarum vestrarum, imo potius Nos in eo benigne recipientes, & honorifice pertractantes impendatis ei reverentiam tam debitam, quam devotam, ejus mandatis & monitis salubribus intendendo humiliter & devote; alioquin sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus; & faciemus auctore Domino inviolabiliter observari.

Pontifex constituit, quem & laudat, Fr. Columbanum O.M.

commendans eundem Traguriensi Capitulo.

cum solita comminationis clausula.

Datum Anagniæ IV. Nonas Julii Pontificatus Nostri Anno Primo [b].

Ut electio Abbatissæ S. Mariæ de Apamia examinetur, & si rite peracta, confirmetur electa; sin minus, ad alterius electionem deveniatur. (Ex Vatic. Tabulario in Regest. Pontif. 483. an. 1.)

ALEXANDER &c.

LXXII. Anno 1255. die 9. Julii.

Dilecto filio Fratri Henrico *Guardiano Ordinis Fratrum Minorum de* Morreo [c] *Soran. Diœcesis* [d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Dilectæ in Christo filiæ ... Priorissa, & Moniales Monasterii Sanctæ Mariæ de *Apamia* [e] Ordinis Sancti Benedicti ad Romanam Ecclesiam, ut dicitur, nullo medio pertinentis *Marsicanæ* Diœcesis [f] nobis exponere curaverunt; quod, Monasterio ipso Abbatissæ regimine destituto, eædem convenientes in unum, & Spiritus Sancti, ut moris est, gratia invocata *Judictam* ejusdem Monasterii Monialem in Abbatissam ipsius Monasterii canonice, & concorditer elegerunt. Unde nobis humiliter supplicarunt, ut electionem hujusmodi confirmare de benignitate Apostolica curaremus. Ideoque mandamus, quatenus, si tibi constiterit dictum Monasterium ad nos nullo medio pertinere [g], de modo electionis, eligentium studiis, & electæ meritis inquisita sollicite veritate, dictam electionem, si eam inveneris de persona idonea canonice celebratam, confirmare auctoritate nostra procures; & facias ipsius electæ ab ejusdem Monasterii Monialibus obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi, recepturus postmodum ab ea nostro & Ecclesiæ Romanæ nomine fidelitatis solitæ juramentum juxta formam, quam tibi sub *Bulla* nostra [h] mittimus interclusam. Formam autem juramenti, quod ipsa præstabit, de verbo ad verbum Nobis per ejus patentes litteras suo sigillo signatas per proprium Nuncium quantocius procures destinare; alioquin ea rite cessata, facias ipsi Monasterio de persona idonea provideri: contradictores per censuram Ecclesiæ

Monialium Apamien. expositio

de Abbatissa ab ipsis electa.

Mandat Pontifex, id quod supra.

Juramentum fidelitatis ab ea exigens.

(a) Ven. Fratrem nostrum Columbanum: Nostris, & aliis hactenus ignotum; cum hæc prima, & ultima sit hujus viri memoria.

(b) Videatur & epist. 124. Urbani IV. *Sua nobis dilecti* &c. anno 1264. 8. Januarii scripta.

(c) Guardiano FF. Minorum de Morreo: Al. *Morrea* ulterioris Aprutii veteri Oppido in finibus Terræ laboris, Regnique Neapolitani, & Pontificiæ ditionis, seu Campaniæ Romanæ non longe a fluvio Liri nunc *Garigliano*, ab urbe Soræ 6. mill. versus Boream, & Montes Apenninos, duobus a Civitate Antinæ, 4. vero fere a Lacu Fucino nunc *Celani* distante, ubi locus nostrorum Fratrum parum stetisse videtur; cum in antiquis nostri Ordinis Catalogis Cœnobiorum apud Ms. Jordanum, & Barthol. Pisanum non legatur, fortasse bellorum tempore dirutus.

(d) Soranæ Diœcesis: Urbs alias Latii, nunc Provinciæ Terræ laboris, Regnique Neapolitani in finibus ditionis Pontificiæ, & ulterioris Aprutii cum insigni Castro gentis *Boncompagna Ducatus* titulo decorata, atque Episcopatu uni Romano Pontifici subjecto.

(e) S. Mariæ de Apamia: Cujus Monasterii in Annal. Benedict. memoria nulla occurrit.

(f) Marsicanæ Diœcesis: In Aprutio nunc ulteriori prope Lacum Fucinum, nunc Celani.

(g) Ad nos nullo medio pertinere: quæ enim Monasteria ad Episcopos attinebant, ab Episcopis electiones Abbatissarum confirmabantur.

(h) Sub Bulla nostra: Quæ tamen forma hoc loco desideratur.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

clesiasticam appellatione postposita compescendo. A

Datum Anagniæ vII. Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Mandat inquiri super expulsione Monachorum e Conventu S. Jo: Evangelistæ & Civitate Lubicen., atque de jure disponatur; alias causa ad Sedem Apostolicam remittutur. (Ex Regesto Vatic. epist. 546. an. 1.)

LXXIII. Anno 1255. die 13. Julii.

ALEXANDER &c.

a b c

Venerabilibus Fratribus ... Minden.[a], & ... Verden.[b] *Episcopis*, & *dilectis filiis* ... *Thesaurario Ecclesiæ Hammemburgen.*[c] Bremen. *Dioecesis Salutem*, & *Apostolicam Benedictionem*.

Petitionis Monachorum Lubicen. tenor.

d e

Exibita Nobis dilectorum filiorum Conventus Monasterii Sancti Johannis Evangelistæ *Lubicen.*[d] Ordinis Sancti Benedicti petitio monstravit, quod cum Venerabilis Frater noster ...[e] Archiepiscopus *Bremen.* Metropolitanus, & bonæ memoriæ Johannes Episcopus *Lubicen*[f] Diocesanus loci visitationem ipsius Monasterii *Fratri Adolfo*[g] de Ordine Fratrum Minorum, & Collegis suis[h] auctoritate propria commisissent; dicti Visitatores, recepto juramento ab eis universis & singulis de parendo mandatis ipsorum, nulla in eodem Monasterio inquisitione præhabita, ex arrupto[i] sub debito juramenti præstiti præceperunt eisdem, ut infra octo dies a Monasterio ipso discederent, & etiam Civitatem *Lubicen.* exirent; propter quod ex parte ipsorum Conventus fuit ad Sedem Apostolicam appellatum[k]; at iidem Visitatores hujusmodi appellatione contempta *Moniales Cistercien.* Ordinis in dictum Monasterium de facto, cum de jure nequiverint[l], induxerunt; & prædictus Episcopus[m] in præfatos Conventum, quia Civitatem non exiverunt eamdem, auctoritate propria excommunicationis sententiam promulgavit[n]. Quare iidem Conventus Nobis humiliter supplicarunt, ut cum sint extra Monasterium ipsum ejecti[o], quibusdam eorum

f g — De visitatione Monasterii Lubicen. pro reformatione. h i — Jubentur Monachi excedere e Monasterio. B — Ad Sedem Apostolicam appellant. k — Moniales Cistercien. in eorum locum succedunt. l m — & Monachi censura Eccles. plectuntur, n — qui ad Pontificem recurrunt. C o

io

(a) Minden.: Episcopatus & Civitas in Westfalia Saxoniæ finitima ad Visurgim Fluvium sub Archiepiscopo Coloniensi, olim sub dominio proprii Episcopi, nunc in ditione Marchionis Brandeburgici.

(b) Verden.: Vulgo *Ferden* in Saxonia inferiori Bremæ confinis sub Archiepiscopo Moguntino juris olim sui Episcopi, nunc sub dominio Svecorum.

(c) Hammemburgen.: In Holsatia nunc ex præcipuis Hanzeaticis Germaniæ urbibus vulgo *Hamburgh*.

(d) S. Jo. Evangelistæ Lubicen.: De quo in notis ad *Bullam* 514. Innocentii IV. incip. *Justis petentium* anno 1254. die 6. Februar. editam, & in primo hujus Bullarii tomo vulgatam p. 693. & seqq.

(e) Ven. Frater noster ...: *Gerardus*, ut in dicta *Bulla* ibi p. 698. 1.

(f) Joannes Episcopus Lubicen.: Anno 1247., ut ibi p. 693 (l), e vivis subtractus.

(g) Fratri Adolfo: Antea *Holsatiæ* Comiti, cujus est frequens mentio in præfata *Bulla* p. 695 & seqq. In *Monumentis* etiam *ineditis Rerum Germanicarum præcipue Cimbricarum, & Megalopolensium* vulgo *Mekelburgen.* in inferiori Saxonia ab Ernesto Joach. Westphaliensi nuper Lipsiæ vulgatis to. 2. p. 1583. multa de hoc *Adolpho* leguntur ex diversis auctoribus cum epitaphiis Germanico idiomate, ejusque effigie ut *Comitis* anno 1227., & ut Religiosi *Franciscani* anno 1261. appositis, atque hac epigraphe: *Adolphus IV. Comes Schavvenburg. Holsatiæ, Wagriæ, Stormariæ in prælio Bornhavedano* (cum Waldemaro Daniæ Rege) *victor a. 1227. obiit Monachus Ordinis Franciscani Kiloni a. 1261.*; quod *Castrum* vulgo *Kiel* multimode, nec non alia ornaverat; fundaveratque *Templa S. Mariæ, S. Nicolai, & S. Antonii*. Presbyter vero Bremensis Continuator Helmoldi inter alia de eo inquit: *Hic Comes fundavit Ecclesiam Nygenkercken in terra Oldenburg in honorem S. Antonii sui Ordinis Fratris Minoris; quamvis plures putant esse illum magnum Antonii Sancti, illum esse patronum, ejusque imaginem in prædicta Ecclesia habere: sed non est ita, & debet esse Fratris Minoris. Item hic Adolphus visitavit una cum aliis Prælatis Fratres in novo Monasterio; ordinavitque, ut Sorores segregarent a se. Dedit etiam Oppidanis in Itzehoe privilegium habendi jus Lubecense &c. anno 1233. &c., in Ordine Minorum XXIII. annis multa devotionis exempla ostendens laudabiliter vixisse*; ut & Hermanus Lerbeke in chronico Comitum Schawemburg. cum Crantzio lib. 8. Saxon. cap. 7., & Petersenio Annalibusque Holsaticis apud Cypreum.

(h) Et Collegis suis: In visitatione præfati Monasterii commissa ei dicitur, & *Ernesto* Priori Ord. Prædicat. Hammenburg. cum ipsis autem fuisse dicuntur *Archiepiscopus* Bremensis, & *Episcopus* Lubecen. ibi p. 695.

(i) Ex arrupto: pro *abrupto*. Hoc autem loco multa falso exponuntur, vel certo contraria his, quæ de hac visitatione scribit, qui præsens fuit, Episcopus Lubicensis in dicta *Bulla* p. 696., ubi ait, non *ex abrupto*, sed *tandem multo cum istis* Monachis & Abbate *habito tractatu usque adeo processum* fuisse, ut reformationem admitterent, quod & prius tentaverat ejus prædecessor *Bertoldus* Episcopus jam circa ann. 1228. defunctus; at nec ille, nec ipse quidquam obtinuisse potuit, cum promissis illi non starent, nec se reformarent.

(k) Ad Sedem Apostolicam appellatum: Nulla hujus appellationis mentio habetur in dicta *Bulla*, quæ amplissima est, & in qua omnia de hac reformatione gesta narrantur.

(l) Cum de jure nequiverint: Cum tamen in cit. *Bulla* p. 695. legatur epist. la Innocentii IV. Archiepiscopo Prussiæ, & Lubicen. Ecclesiæ administratori anno 1248. data, qua ei committit, ut in Lubecen. Monasterium O. B. reformationis causa *Cistercien. Ordinem* introducat; p. 697. extent litteræ Abbatis, & Monachorum suprædictorum ordinationes ab Archiepiscopo Bremen. & Episcopo Lubecen. factas acceptantium, ut ipsi ad locum extra Civitatem se transferrent, & Monasterium S. Jo. Evangel. in Civitate Monialibus *Cistercien.* traderetur; idque sub initium anni 1246., quæ omnia refert, & confirmat Archiepiscopus Prussiæ, & Livoniæ, ac Sedis Apostolicæ Legatus anno 1246. ibi p. 698., & 659.

(m) Prædictus Episcopus: Nempe Lubecensis anno 1247., ut dictum est, defunctus.

(n) Sententiam promulgavit: Cujus censuræ nullum fit verbum in memorata *Bulla*:

(o) Extra Monasterium ipsum ejecti: In Civitate positum, traducti tamen ad illud *Cismar* extra Civitatem, *qui locus in agris arabilibus, & fertilibus, in pascuis, pratis, silvis, molendinis, & piscibus adeo est desiderabilis, ut ad commodum & utilitatem Claustralium non possit locus aptior eligi*: inquit Episcopus Lubecen. in suis litteris supra citatis ibi p. 696.

a in fæculo evagantibus [a] in falutis propriæ detrimentum, & propter adverfæ partis potentiam caufam hujufmodi profequi nequeant in illis partibus; quæ per
b feptennium, & amplius [b] jam duravit, providere fibi fuper hoc de benignitate Sedis Apoftolicæ curaremus. Quocirca mandamus, quatenus, fi vobis conftiterit, quod ipfi Conventus propter ejufdem partis potentiam, & malitiam in eifdem partibus non poffint profequi caufam ipfam; vocatis, qui fuerint evocandi, caufam eamdem audiatis, & eam, fi de partium voluntate proceflerit, infra fex menfes poft receptionem præfentium ftudeatis judicio, vel concordia terminare; facientes quod decreveritis auctoritate noftra firmiter obfervari. Non obftantibus, fi aliquibus eft a dicta Sede indultum, quod interdici, fufpendi, & excommunicari; feu extra certa loca in caufam trahi non poffint per litteras Apoftolicas non facientes plenam & exprefsam de indulto hujufmodi mentionem; & Conftitutione de duabus dietis edita
c in Concilio generali [c]; ita tamen quod ultra tertiam, vel quartam extra fuam Diocefim pars altera ad judicium non trahatur; nullis litteris veritati & juftitiæ præjudicantibus a Sede Apoftolica impetratis. Alioquin ex tunc caufam ipfam inftructam, vel non inftructam ad ipfius Sedis remittatis examen, præfixo partibus termino peremptorio competenti, quo per fe, vel per Procuratores idoneos cum omnibus actis, juribus, & munimentis fuis caufam hujufmodi contingentibus compareant coram Nobis, facturæ, & recepturæ fuper hoc, quod ordo dictaverit rationis. Quicquid autem inde feceritis, ftudeatis Nobis veftris litteris tenorem præfentium continentibus intimare. Teftes autem, qui fuerint nominati, fi fe gratia, odio, vel timore fubtraxerint, cenfura fimili, appellatione ceffante compellatis veritati teftimonium perhibere. Quod fi non omnes iis exequendis intereffe potueritis, duo veftrum ea nihilominus exequantur.

Pontifex mandat, ut fupra eft dictum.

Cum obftantium derogatione.

Et vel progreffum expofcit.

Commiffionem temperamen.

Datum Anagniæ III. Idus Julii, Pontificatus Noftri Anno Primo.

Concedit Prælatos Ordinis poffe fubditos Apoftatas capere, carceri tradere, & aliis pœnis coercere. (Ex Speculo Minor. tract. 2. fol. 118., & apud Waddingum in Regef. Pontif. num. 52., ac Rodericum in Bullario Regul. Bul. 23. Alex. IV. ex Autographo Convent. S. Francifci Salmanticen.)

LXXIV. Anno 1255. die 15. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Generali Miniftro, & aliis Fratribus Ordinis Minorum Salutem, & Apoftolicam Benedictionem.

Devotionis veftræ precibus benignum impartientes affenfum, capiendi, incarcerandi, & alias fubdendi difciplinæ rigori *Apoftatas* veftri Ordinis per vos, & etiam per alios, fi neceffe fuerit, in quocumque habitu eos contigerit inveniri, plenam vobis concedimus auctoritate præfentium facultatem; invocato ad hoc, fi neceffe fuerit, auxilio brachii fæcularis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noftræ conceffionis infringere, vel &c. Si quis autem &c.

Fratrum precibus affenfum præbet, & concedit, ut fupra.

Claufula prohib. &c.

Datum Anagniæ Idibus Julii, Pontificatus Noftri Anno Primo [d]. d

---

Ut in Ecclefia fua ob varia impedimenta refidere non teneatur. (Ex Regesto Vatic. epift. 398. apud Waddingum in Regef. Pontif. num. 21. obi tamen citat epift. 500. Regef. Vatic.)

ALE-

(a) Quibusdam in saeculo evagantibus: Id longe antea fiebat, eratque una de caufis reformationis *propter evagationes in Civitate* ex cit. litteris Epifcopi Lubecenfis.

(b) Per septennium, et amplius: Innocentius IV. in epiftola *Solet annuere* &c. anno 1247. Monialibus S. Joannis in Lubek Ciftercien. Ordinis data, & in cit. *Bulla* relata ibi p. 700. fcribit Monachos nigros fc. O. B. ex illo Monafterio *de mandato Gregorii Papæ* prædecefforis fui ad illud *Cismer* translatos fuiffe, & in eorum locum traductas *Ciftercien.* Ordinis Moniales, quod eft ante annum 1241., quo Gregorius obiit.

(c) In Concilio generali: Lateranenfi IV. anno 1215. celebrato cap. 37.

(d) Idem privilegium, etfi non eodem tenore, concefferat antea Innocentius IV. litteris *Provifionis noftræ* &c. dat. anno 1246. die 7. Februar. & anno 1250. die 24. April. renovatum; & Ordini Prædicatorum eodem anno 1246. die 28. Martii; & Alexander IV. anno 1255. die 28. Julii per litteras *Devotionis veftræ precibus*, quæ funt Bul. 139. Innoc IV. & 79. Alexandri IV. in tom. 1. *Bullarii* ejufdem Ordinis; Ordini vero Minorum innovavit Alexander IV. litteris *Provifionis noftræ* &c. anno 1259. dat. die 17. Septembris infra legendis.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

LXXV. Anno 1255. die 15. Julii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri Raynerio [a] *de Ordine Fratrum Minorum Episcopo* Mainen. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

(a) Expositio Episcopi, & supplicatio.

CUM, sicut in nostra proposuisti præsentia constitutus, in Ecclesia tua propter discrimina Guerrarum, nec non & pro eo, quod proventus, & redditus Episcopales ejusdem Ecclesiæ hostes, & Infideles ipsius Ecclesiæ quasi totaliter occupant, nequeas commorari [b]; Nos tuis devotis precibus inclinati, ut apud Sedem Apostolicam, vel alibi per Italiam, quo usque impedimenta hujusmodi cessabunt, prout tibi melius, & facilius expedire videris, morari valeas, auctoritate præsentium tibi concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ concessionis infringere, vel &c. Si quis &c.

(b) Pontifex concedit, ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ Idibus Julii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut in domibus Fratrum Minorum, & Clarissarum Pontificali more celebrare valeat, & Clericos ad Ordines promovere. (Ex Regesto Vatic. epist. 498., sed 499. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 20.)

LXXVI. Anno 1255. die 15. Julii.

ALEXANDER &c.

Eidem.

Deprecanti Episcopo

DEVOTIONIS tuæ precibus inclinati, ut in Fratrum Minorum, ac Sororum Ordinis Sancti Damiani domibus, A ad quascumque te conveniri contigerit, Pontificali more Divina officia celebrare; nec non & Fratres Clericos earumdem domorum; dummodo locorum Diœcesanos exinde minime scandalizari contingar [c]; statutis temporibus ad *Ordines* promovere valeas, auctoritate tibi præsentium concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis au- B tem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei &c.

concedit, ut supra est dictum, conditione adiuncta.

(c)

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ Idibus Julii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut ex bonis ei obventis possit eleemosynas pauperibus elargiri. (Ex Reges. Vatic. epist. 498. apud Waddino. in Reges. Pontif. n. 19.)

LXXVII. Anno 1255. die 15. Julii.

ALEXANDER &c.

Eidem [d].

(d)

C LICET ea, quæ in consideratione Ecclesiæ *Mainen.* [e], sed obtentu Personæ tibi obvenisse noscuntur, sint Ordini Fratrum Minorum [f], a quo assumptus fueras, acquisita; tuæ tamen devotioni gratificare volentes, ut ex eis aliqua pauperibus elargiri valeas, auctoritate præsentium concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, D vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

(e) Derogatio personæ inclusa.

(f)

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ Idibus Julii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut

(a) Fratri Raynerio: De quo in Epistolis sequentibus.

(b) Commorari: Et quidem Pontifex litteris hoc anno xv. nonas Januar. ad Episcopum Argolicen., aliosque Græciæ Præsules datis apud Raynaldum in Annal. Eccles. num. 74. inquit: *Circa negotium Imperii Romaniæ sedulo cogitantes &c. sane intelleximus, quod Achaja, & Morea Regiones tanta necessitatis articulo coarctantur, quod nisi eis per ejusdem Sedis* (Apostolicæ) *providentiam celeriter succurratur, graviora eis poterunt pericula imminere* &c. Mainensis autem Episcopatus erat in *Morea*, ut in sequenti epistola *Licet ea &c.* notatum extat.

(c) Scandalizari contingat: Eo quod fieret in alienis Episcopatibus sine Episcoporum facultate.

(d) Eidem Fr. Raynerio: Etsi nemo hactenus tradiderit, quo anno iste ad Episcopatus apicem evectus fuerit; eruitur tamen ex auctore coævo Rolandino Patavino in Chron. lib. 7. cap. 3., ubi refert in epistola Fr. *Albertini* Patavini Ordinis Minorum anno 1253. ad Otonem *Vulpis* suum germanum, Ezelino Tyranno valde intimum, data scriptum extasse, quemdam *Fratrem Minorem* ipsius Fr. *Albertini* amicum ab Apostolica Sede *dignitatem Episcopalem in Romania* obtinuisse, quod nonnisi de hoc Raynerio explicari potest, qui Mainen. in *Romania*, seu Græcia Sedem assecutus est. Porro hunc patria *Papiensem* fuisse prodit epist. 162. ad eum data insequenti anno die 8. Februarii, ut infra, incip. *Dilecta in Christo filia* &c.

(e) Mainen.: Urbis Peloponnesi nunc *Morea* ad radices Montis Taygeti in ora littorali litæ, interque Abæam Messeniæ, & *Tanarium* promontorium, nunc *Capo Matapan.* olim sub Archiepiscopo Patratum, postea sub Lacædemoniensi, hodie autem Turcarum tyrannide pressæ: quæ quidem Regio eo tempore titulo *Romania* cum adjacentibus usque Constantinopolim, & non solum Provincia *Thracia*, uti quidam litteris mandarunt, veniebat; ut apparet ex divisione Provinciarum Ordinis Minorum anno 1260. sub S. Bonaventura facta, & ex *Provinciali Ordinis Minor.* circa ann. 1334. exarato apud Auctorem Polychronici, & Bartholomæum Pisanum Conform. 22., ubi *Provincia Romania* constatur ex tribus Custodiis *Nigropontis*, *Thebana*, & *Glarentia*, seu Peloponnesi; sic & Alexander initio hujus anni scribens ad Episcopos Græciæ epist. 29. lib. 1. apud Raynaldum num. 74. *Circa negotium Imperii Romaniæ* &c. memorat Provincias *Achaja*, & *Morea*.

(f) Sint Ordini Fratrum Minorum: Juxta regulam juris, quæcumque Monachus acquirit, Monasterio acquirit.

Ut mutuum ad certum summam contrahere queat, & obligare jura Curiæ &c. (Ex REGES. VATIC. epist. 814., at in litteris secr. fol. 121. apud WADINGUM in Reges. Pontif. num. 23.)

LXXVIII. Anno 1255. die 20. Julii.

ALEXANDER &c.

a *Dilecto filio Fratri* Ruffino [a] *de Ordine FF. Min. Capellano, & Pœnitentiario nostro Salutem, & Apostol. Bened.*

Dispensatio contrahendi mutuum, DISCRETIONI tuæ contrahendi mutuum nostro, & Ecclesiæ Romanæ nomine usque ad summam, quam mandaverit tibi dilectus filius noster *Octavianus* Sanctæ Mariæ in Via lata, b Diaconus Cardinalis [b]; & obligandi pro- & obligandi jura Romanæ Ecclesiæ. pter hoc demania, & scadentias [c], & c alia jura Curiæ, quæ præfata Ecclesia in *Sicilia* obtinet; ita quod iis, qui eandem tibi pecuniam mutuaverint, illam in utilitatem ipsius Ecclesiæ fuisse conversam probandi necessitas non incumbat; plenam, & liberam tibi concedimus auctoritate præsentium potestatem.

Datum Anagniæ XIII. Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ordinationes de juribus Archidiaconi Remen. Ecclesiæ factas, & ab Innocentio IV. probatas, quorum reddituum æstimatio etiam per Guardianum Conventus FF. Minor. Remen. facienda erat, confirmat. (Ex REGESTO VATIC. epist. 464. an. 1.)

LXXIX. Anno 1255. die 20. Julii.

ALEXANDER &c.

d *Venerabili Fratri ... Episcopo Melden.* [d] *Sal., & Apostol. Benedictionem.*

Ordinatio præcedens de hac re commemoratur, LICET in alia ordinatione, quæ super jurisdictione, ac juribus *Archidiaconi* Remen. dudum apud Sedem Apostolicam, fel. recordat. INNOCENTIO PAPA [e] Prædecessore nostro vivente, facta esse dignoscitur, ordinatum sit, Venerabili Fratri nostro ... [f] Archiepiscopo Remen. pro bono pacis consentiente; ut *Archidiaconus*, qui nunc est, & qui pro tempore fuerit, *Altaria* primo vacatura in Remen. Dioecesi ad collationem dicti Archiepiscopi nunc spectantia tot videlicet, quot ipsorum redditus ducentas libras Parisien. [g] valeant, annuatim in perpetuum habeat; & proventus semper percipiat eorumdem: nihilominus tamen postmodum super ordinatum extitit, quod hujusmodi ducentarum librarum Parisien. redditus *Archidiaconus*, qui nunc est, & qui pro tempore fuerit, tamdiu in Setelagio [h], quod idem Archiepiscopus in Civitate Remen. obtinet, in infrascriptis terminis videlicet in festo Sancti Remigii [i] centum, & in festo Resurrectionis Dominicæ subsequenti alias centum libras Parisien. percipiat annuatim; quousque altaria prædicta vacaverint; & *Archidiaconus* illorum habuerit possessionem pacificam & quietam. Ordinatum insuper fuit, ut dictum Setelagium, & collectores ipsius Archidiaconi, qui nunc est, & qui pro tempore fuerit, pro promisso annuo ducentarum librarum reditu maneant obligata; ita tamen, quod si aliquod, vel aliqua de prædictis Altaribus interim vacare, & illorum possessionem eumdem *Archidiaconum* habere contigerit, tantum de summa prædictarum ducentarum librarum percipiendarum ab Archidiacono annis singulis in præscriptis terminis in memorato Setelagio deducatur, quantum annuatim valere constiterit Altare, vel Altaria, quorum possessionem Archidiaconum ipsum contigerit obtinere.

Margin notes: e f — & qualis refertur. g — Alia & recens ordinatio facienda, & qualis. h — i — k.

Æsti-

(a) FR. RUFFINO: ad quem sunt litteræ hujus Pontificis die 29. Januarii, 21. & 27. Augusti hujus anni; & de quo Anonymus, vel Nicolaus de Jamsilla Synchronus auctor de Rebus Friderici II. Imp., & Manfredi filii, atque Bartholomæus Neocastrensis in Hist. Siculæ mentionem faciunt, traduntque Panormi ab illis factionis præfati Manfredi Tarenti Principis captum fuisse, carcerique datum: itidem Maurolycus Hist. Siculæ lib. 3. habet: *Jacobus Sala a Panormitanis ad Pontificem mittitur; & ab eo vicissim Ruffinus Franciscanus ex Placentia in Siciliam remissus Panormitanorum, ac Messeniorum fidem recepit*: idest *Messanensium*; captus est autem Fr Rufinus Prolegatus Panormi anno 1256., ut habet & Raynaldus Annal. Eccles. ad eum annum n. 30.

(b) CARDINALIS: S. R. E. in Siciliæ Regnum Legatus, de quo Annales Eccles. Raynaldi, Ciacconius, aliique plures.

(c) DEMANIA, ET SCADENTIAS: Idest dominia, & bona, quæ ad Fiscum cadunt vel commissi ratione, vel alia de causa ex Glossario Fresnen.

(d) EPISCOPO MELDEN: Civitatis Galliæ Lugdunensis vulgo Gallico *Meaux* ex præcipuis Provinciæ Briæ inter Parisios, Remosque sitæ olim sub Senonensi, nunc sub Parisien. Archiepiscopo.

(e) INNOCENTIO PAPA: hujus nominis IV.

(f) FRATRI NOSTRO: *Thomæ de Bellomanso* anno 1251. ad Remen. Sedem evecto ex nova Gallia Christiana PP. Maurin. to. 9.

(g) LIBRAS PARISIEN.: quarum quælibet 20. solidis conflabatur.

(h) IN SETELAGIO: Cl. Cangius in suo Glossario Lat. *Sexterlagium* habet, non *Setelagium*, pro quadam tributi, vectigalisque specie.

(i) IN FESTO S. REMIGII: Nempe Kalendis Octobris.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

Redituum æstimatio a quibus facienda.

a b

Æstimatio vero redditutum hujusmodi Altarium fiat per unum de *Officialibus* Archiepiscopi, & per ... *Officialem* Archidiaconi, ac per *Guardianum Fratrum Minorum* Remen. [a], qui pro tempore fuerint; ut in ordinatione alia prius facta plenius continetur. Præfatus autem Prædecessor [b] eorumdem Archiepiscopi, & *Archidiaconi* supplicationibus inclinatus ordinationes hujusmodi, quas advertit, & intellexit diligenter, gratas &

Has ordinationes Innocentius IV. confirmavit,

ratas habens, ipsas auctoritate Apostolica confirmavit, decernens, & præcipiens eadem auctoritate, quod dictæ ordinationes ab ipsis Archiepiscopo, & *Archidiacono*, & eorum Successoribus inviolabiliter observentur; quas siquidem, non obstante quod iis consensus Remen. Capituli non est habitus, habere robur voluit firmitatis, supplens hujusmodi defectum consensus ejusdem Capituli de plenitudine potestatis. Ideo autem ordinationem hujusmodi de præmissis ducentis libris pescipiendis in præfato Setelagio de verbo ad verbum seriatim suis litteris conscribi, & annotari ad perpetuam memoriam idem Prædecessor fecit; ut per talem conscriptionem & annotationem sua *Bulla* [c] munitam plena fides, & certitudo de ipsa ordinatione absque alterius Scripturæ, vel Instrumenti adminiculo, seu probatione in perpetuum habeatur. Nos igitur præmissa omnia, auctoritate præsentium approbantes, & volentes robur inviolabile obtinere, Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus dilectum filium nostrum *Ottobonum* Sancti Hadriani Diaconum Cardinalem [d], & eos, qui sibi in *Archidiaconatu* Remen. successerint [e], non permittas super iis contra confirmationis, constitutionis, & præcepti præ-

& in Bulla sue inseri voluit, & quare.

c

Pontifex etiam eas probat,

& præcipit non molestari super eis Archidiaconos

d e

A B C D

dictorum, ac nostræ approbationis tenorem ab aliquibus indebite molestari; molestatores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstante, si jam dictus Archiepiscopus, vel aliqui alii ex indulto Apostolico excommunicari, aut interdici nequeant, vel suspendi.

obstantibus derogando.

Datum Anagniæ xiI. Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Concedit tempore Interdicti, *servata juris solemnitate, Fratres posse Divina celebrare.* (Ex Reges. Vatic. epist. 119., & Speculo Minor. tract. 2. fol. 119. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 24.)

ALEXANDER &c. LXXX.

Anno 1255. die 22. Julii.

Dilectis filiis ... Generali, & Provincialibus Ministris, ac ceteris Fratribus de Ordine Fratrum Minorum Salutem, & Apostol. Benedictionem.

EIS, qui sanandis animarum morbis verbo medentes &c. [f] f

Datum Anagniæ xi. Kalend. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmat concessionem, & immissionem in possessionem loci, & Ecclesiæ S. Naboris Mediolan. ab Episcopis factam Fratribus. (Ex Autographo Archivi Conventus S. Francisci Mediolanen.)

ALEXANDER &c. LXXXI.

Anno 1255. die 24. Julii.

Dilectis filiis ... Ministro [g], *& Fratribus Minoribus* Mediolanen. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* g

CUM a Nobis petitur &c. [h] Cum itaque, sicut Nobis exponere curavistis, Venerabiles Fratres nostri .. Novarien. [i], & Terdonen. [k] Episcopi locum, & Eccle-

h

Exordium ab æquitate petitionis.

Fratrum expositionis tenor.

i k

(a) Guardianum FF. Minorum Remen.: Quorum Cœnobium vivente S. P. Francisco fundatum fuerat sub Guillelmo II. illius urbis Archiepiscopo; eratque prope domum Archiepiscopi *Portam Martis* appellatam; & anno 1235. in dissentione civium cum Archiep. Henrico fuit occupatum, in eoque propugnacula constructa; sed paulopost cives illud reficere condemnati fuerunt; ut legimus in cit. Gallia Christiana to. 9. de Henrico Archiepiscopo n. 56., ubi dicitur adhuc ipsum extare inter Ecclesiam Collegiatam S. Symphoriani, & muros urbis, eratque Caput *Custodiæ* sui nominis in Provincia Franciæ ex veteri *Provinciali* Ordinis, & ex distributione Provinciarum, & Custodiarum Ordinis anno 1260. a S. Bonaventura Narbonæ in Comitiis Gener. acta.

(b) Prædecessor: Nempe Innocentius IV.

(c) Sua bulla: Quæ ad nos minime pervenit.

(d) Ottobonum S. Hadriani Diac. Cardin.: e Flisca familia Genuen. postea ad summum Pontificatum promotum, & *Adrianum* V. appellatum.

(e) Successerint: Hinc discimus Ottobonum memoratum *Archidiaconatu* Remensi potitum esse favore patrui sui Innocentii IV.

(f) Medentes &c.: Videatur hoc indultum, quod dederat & Innocentius IV. anno 1246. die 13. Januarii eodem tenore; & idem sed aliis verbis Honorius III., & Gregorius IX., ut supra notatum est; innovavit Alexander etiam hoc anno 1255. die 1. Decembris ex Roderico in Bullario Regularium Bul. 22. Alex. IV.

(g) Ministro: Fr. Bartholomæo de Mantua Provinciæ Mediolanensis ac Lombardiæ seu Insubriæ Præfecto, ut infra in instrumento concessionis.

(h) Petitur &c.: Ut in xr. Bulla die 20. Januarii data.

(i) Novariensis: *Sigibaldus* de Caballariis, ut notavimus ad Bullam *Ex parte dilectorum* &c. hoc anno die 5. Februarii editam.

(k) Terdonensis: *Petrus*, ut infra in instrumento concessionis.

& Ecclesiam *Sancti Naboris Mediolanen.* loco vestro conjuncta pro ampliatione ipsius loci vestri auctoritate litterarum nostrarum [a] eis super hoc specialiter directarum duxerint concedenda; prout in Instrumento publico super hoc confecto plenius continetur; Nos vestris supplicationibus inclinati, quod ab eisdem Episcopis factum est in hac parte, gratum, & ratum habentes id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: tenorem ipsius Instrumenti de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, qui talis est:

Pontifex confirmat, ut supra.

Instrumentum concessionis loci & Ecclesiæ S. Naboris.

Anno 1255. die 10. Junii.

„ In Christi nomine Amen: Anno a „ Nativitate ipsius Domini nostri MCCLV. „ Indictione XIII., Die Jovis X. intrante Junio. In Civitate Mediolanensi „ in Domo Ecclesiæ *Sancti Francisci* „ Ordinis Fratrum Minorum Dominus „ *Sigismondus* [b] Dei gratia Novarien. „ Episcopus, & Dominus *Petrus* [c] eadem gratia Terdonen. Episcopus Delegati a Domino Papa; sicut per Apostolicas litteras ibi lectas publice, & „ patenter, diligenter bullatas, non „ vitiatas, nec cancellatas, nec in aliqua parte sui abolitas apparebat; auctoritate Domini *Papæ* fecerunt concessionem, & assignationem de infrascripta Ecclesia Sancti Naboris, & „ de loco ejusdem infrascriptis Ministro, & Fratribus nomine infrascripto „ concorditer in hac forma.

Episcopi delegati ad hoc opus.

Rursum actus, & executio.

„ In Christi Nomine Amen. Nos „ S. [d] Dei patientia [e] Novarien. Episcopus, & P. [f] eadem gratia Terdonen. „ Episcopus, cum litteras, & mandatum Apostolicum receperimus in hac „ forma: ALEXANDER *Episcopus servus* „ *servorum Dei Venerabilibus Fratribus Novarien., & Terdonen. Episcopis Salutem, & Apostolicam Benedi-*

Litteræ Pontificiæ exhibentur.

„ *ctionem. Ex parte dilectorum filiorum Ministri, & Fratrum Minorum* „ *Mediolanen. fuit Nobis humiliter supplicatum, ut cum locus eorum nimis* „ *arctus &c.* [g] Nos receptis, & intellectis literis supradictis volentes eatum continentiam diligenter, & humiliter adimplere, ad locum personaliter accessimus supradictum, & intuentes diligenter eumdem invenimus manifeste Fratres in ipso degentes multa incommoditatis, & ineptitudinis onera sustinere propter ineptitudinem, & brevitatem ipsius loci; & quod nisi ex parte ipsius Ecclesiæ, ac loci Sancti Naboris non poterat ipsis Fratribus ampliatio perveniret; prout honestati expediebat ipsorum; & quod omnia, quæ in dictis „ litteris Apostolicis continentur, omnimode vera erant. Quapropter dictam „ Ecclesiam, & locum Sancti Naboris, „ quibus dicitur cohærere, a mane [h] locus Fratris Guidonis Porcelli, a meridie via publica juxta Sanctam Valeriam, a sero [i] Platea, seu Pascarium „ Sancti Ambrosii, a septentrione locus „ prædictorum Fratrum, juxta formam „ mandati Apostolici Fratri Bartholomæo de Mantua [k] Ministro Provinciali, Fratri Corrado Mediolanensi Custodi, Fratri Henrico Vercellensi Guardiano, & Fratri Ruggerio Mediolanensi Lectori Fratribus dictæ Domus, „ seu Ecclesiæ *Sancti Francisci* recipientibus nomine Collegii, sive Universitatis eorum, auctoritate Domini „ Papæ, qua fungimur in hac parte, „ Fratribus concedimus, & assignamus „ eisdem pro ampliatione prædicta eisdem Fratribus facienda; & ipsum Ministrum, & Fratres superius nominatos de dicta Ecclesia Sancti Naboris, „ & loco, nomine suprascripto eadem „ aucto-

Delegati visitant locum Fratrum arctum.

Confines loci, & Ecclesiæ S. Naboris.

Iidem delegati locum, & Ecclesiam S. Naboris tradunt Fratribus pro ampliatione.

(a) LITTERARUM NOSTRARUM: hoc anno die 5. Februarii scriptarum.

(b) SIGISMONDUS: *Sigibaldus* vocabatur ex monumentis illius Ecclesiæ apud Ughellum tom. 4. Ital. Sac. in Ep. Novarien.

(c) PETRUS: Ex his litteris, ac Instrumento corrigitur Ughellus tom. 4. Ital. Sac. in Episc. Dertonen. n. 59. asserens *Petrum Busettum* Dertonen. patriam Cathedram rexisse ab anno 1220. usque ad ann. 1255., eique successisse nepotem *Melchiorem* Busettum anno 1284. misere ab hominibus Marchionis Montis Ferrati necatum; post hunc igitur annum 1255. *Melchior* successit *Petro* in Dertonen. Sede.

(d) NOS S.: Idest *Sigibaldus*, ut supra; ubi per errorem scriba interpretatus est *Sigismundum*.

(e) PATIENTIA: Leg. *Providentia*.

(f) ET P.: Idest *Petrus*; ut ibi similiter, ad quem sunt litteræ etiam anno sequenti die 20. Januarii datæ pro Clarissis Placentinis.

(g) ARCTUS &c.: quæ litteræ supra leguntur datæ hoc anno die 5. Februar.

(h) A MANE: Idest ab Oriente.

(i) A SERO: Nempe ab Occidente solis.

(k) FR. BARTOLOMÆO DA MANTUA: Qui anno 1273. adhuc hujus Provinciæ Minister erat, quo ab Ottone Vicecomite Archiepiscopo Mediolanen. factus est vectigalium Collector ex Tristano Calcho Hist. Mediolan. lib. 16.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

Moneneque Canonicos dictæ Ecclesiæ, ut eam dimittant.

„ auctoritate per nostros annulos investimus. Monemus insuper eadem auctoritate Albertum de Sexto Præpositum, Dominicum Amizum Archidiaconum Mediolanensem, Magistrum Bertiannum de Luc.ª Sacerdotem, Guidetum de Luc.ª, & Octolinum Silvini Principes Canonicos dictæ Ecclesiæ Sancti Naboris; ut prædictis Ministro, & Fratribus expediant, & dimittant. Quod si non fecerint infra illum terminum, monemus eos, ut infra duodecim dies sequentes ea eis deferant, & dimittant. Quod si non fecerint infra illum terminum, monemus eos tertio, ut infra octo dies sequentes ea eis deferant, & dimittant. Alioquin quemlibet ipsorum, qui id non curaverit adimplere, ex tunc auctoritate prædicta *excommunicationis* in scriptis vinculo innodamus. Qua concessione facta, & quibus aliis suprascriptis peractis, prout superius continetur, iidem Domini *Episcopi* volentes tradere ipsis Ministro, & Fratribus corporalem possessionem de Ecclesia, & loco Sancti Naboris prædictis, accesserunt personaliter ad locum, & eis auctoritate prædicta catenatium [a] hostii dicti loci dederunt in manibus eorumdem nomine suprascripto pro possessione, & nomine corporalis possessionis omnium prædictorum, & inde plures chartas fieri jussimus.

Immissio Fratrum in possessionem dicti loci, à Ecclesiæ per delegatos.

a

Testes rogati.

„ Actum præsentibus Domino Guala Bruy Novariensi Præposito, Manfredo Præposito Sanctæ Marthæ, Magistro Alberto Vicario dicti Domini Episcopi Novariensis, Domino Azone Præposito Terdonensi, Egidio Scotello Canonico ejusdem, & aliis pluribus testibus. Ego Magister Oddo de Noncenonio Notarius jussu dictorum Dominorum Episcoporum interfui, & hanc chartam scripsi, & subscripsi.

A

Clausula Pontificia prohib. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Anagniæ IX. Kalend. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo.

B

W. Comiti Pembraciæ, ejusque uxori, ac familiaribus concedit Fr. Petrum de Rupe Ord. Minor. a sacris Confessionibus. (Ex TABULARIO VATIC. in Regesto Pontific. epist. 536. an. I.)

ALEXANDER &c.

LXXXII. Anno 1255. die 26. Julii.

C

Dilecto filio nobili viro Willelmo de Valentia Comiti Pembraciæ [b] *Crucesignato* [c] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

b

c

Exordium.

d

TUA, & charissimi in Christo filii nostri ... [d] illustris Regis *Angliæ* Fratris tui clara merita Nos inducunt, ut in complendis tuis justis desideriis geramus affectum benivolentiæ specialis. Hinc est, quod Nos tuæ *Fraternitatis* [e] precibus annuentes, præsentium tibi auctoritate concedimus, quod dilectum filium *Fratrem Petrum de Rupe* [f] Presbyterum Ordinis Fratrum Minorum, postquam tibi a dilecto filio ... [g] Ministro suo juxta mandatum, quod sibi ad preces tuas direximus [h], fuerit deputatus; tu, & uxor, ac filii, & etiam familiares tui possitis in vestrum, de vestri tamen Dioecesani licentia, eligere *Confessorem*; qui, quotiens opportunum fuerit, confessionem vestram audiat; & vobis pro commissis injungat poenitentiam salutarem; nisi forte talia fuerint, pro quibus Sedes Apostolica merito fuerit consulenda. Praeterea

e

Precibus VV. Comitis Pembrac. annuens concedit, ut supra.

D

f

g

h

E

Conditione apposita.

(a) CATENATIUM: Vulgo pro vecte, qua clauditur, & munitur ostium, eratque unus ex variis modis *investiendi*, seu in possessionem rei aliquem immittendi.
(b) COMITI PEMBRACIÆ: Vulgo *Pembroch* urbis Angliæ in Vallia meridionali non longe a mari Hibernico.
(c) CRUCESIGNATO: Pro succursu Terræ Sanctæ anno 1250. una cum *Henrico* Rege fratre suo constituto ex Annal. Eccles. Raynaldi ad eum ann. num. 27.
(d) FILII NOSTRI ...: Subde *Henrici*, ut supra.
(e) TUÆ FRATERNITATIS: Videtur legendum *tuæ nobilitatis*, vel quid simile; nam titulus *Fraternitatis* datur a Rom. Pontificibus solummodo *Episcopis*, & *Archiepiscopis*, atque *Patriarchis*.
(f) FR. PETRUM DE RUPE: Nunc primum ad nostrorum notitiam emersum.
(g) DILECTO FILIO ...: *Willelmo de Nottingham* seniori, qui hoc circiter anno vivendi finem fecit Massiliæ ex catalogo Ministrorum Provinciæ Angliæ apud Waddingum ad ann. 1400. num. 36.
(h) DIREXIMUS: Sed mandatum istud nobis nondum innotuit nisi ex hac epistola.

a terea dicto *Fratri* [a] licitum esse volu- A
mus, ut ipsi tibi, ac prædictis uxori, &
filiis, ac familiaribus tuis, si forte hacte- & facultate aucta.
b nus sententiam *Canonis* [b] incurristis, ab-
solutionis beneficium juxta formam Ec-
clesiæ largiatur: Ita tamen, quod inju-
riam, & damna passis congrue satisfiat.

Datum Anagniæ VII. Kalend. Augusti,
c Pontificatus Nostri Anno Primo [c].

Prohibet, ut nullus Prælatus possit quemquam Fratrum sibi in socium, vel pro suis negotiis assumere absque Apost. Sedis licentia. (Ex Speculo Minor. tract.2. fol.118. apud Waddingum in Regest. Pontif. num. 35.) B

LXXXIII. Anno 1255. die 26. Julii.

• ALEXANDER &c.

Dilectis filiis... Generali, & universis Fratribus Ministris Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

VObis per Apostolicæ Sedis provenire debet auxilium, quod pia vestra Religio semper famæ laudabilis consequatur augmentum; & illum statum habeat, ex quo vobis aliqua clari nominis denigratio non incumbat. Sane quidam ex Prælatis Ecclesiarum, sicut accepimus, irrequisitis vobis, filii Ministri, ad secum morandum, vel pro ipsorum promovendis negotiis, quosdam ex vestris assumunt *Fratribus* juxta suæ libitum voluntatis; verum cum propter hoc Ordo vester & suæ pacis dispendium, & gravis detractionis aliquando perferat detrimentum: Nos vestræ precibus humilitatis inducti, ne aliquis *Legatorum* Sedis Apostolicæ præter illos, qui de nostro latere destinantur, vel etiam quicumque Prælatus ad secum manendum pro suis negotiis promovendis aliquem ex Fratribus vestris sine sui Ministri licentia possit assumere absque speciali mandato Sedis ejusdem faciente plenam

Causa hujus inhibitionis.

Precibus Ministrorum annuit Pontifex, & prohibet, ut supra.

de præsentibus mentionem, vobis auctoritate præsentium indulgemus. Et ne *Fratres* ipsi aliter cum prædictis morari, vel eorum negotia assumere audeant, districtius inhibemus; firmiter injungentes, ut *Fratres*, qui de dicto speciali mandato nostro, vel vestra licentia ad prædicta assumpti fuerint, disciplinæ, & correctioni vestræ nihilominus, sicut & Fratres ceteri debeant subjacere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei &c.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ VII. Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo. [d] d

---

Ut Prælati Ordinis Fratres suos in socios Archiepiscopis, & Episcopis deputatos visitare, atque corrigere valeant, ac etiam ad Ordinem revocare. (Ex Autographo Salmanticæ extante in Archivo Convent. Sancti Francisci, & itidem Jaderæ teste Gonzaga par.29. Conv. 12. Prov. Dalmatiæ.) C

ALEXANDER &c.

LXXXIV. Anno 1255. die 26. Julii.

Dilectis filiis... Generali, & Provincialibus Ministris Ordinis Fratrum Salutem, & Apostol. Benedic.

D SAcræ Religionis vestræ forma clarissima est ab universis, & singulis illam profitentibus mente vigili conservanda &c. [e] e

Datum Anagniæ VII. Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo [f]. f

---

Ne quisquam ante probationis annum ad Religionis professionem admittatur; professus vero exire de ea non audeat sub pœna excommunicationis per Prælatos Eccles. etiam publicandæ. (Ex Autographo nostri Conventus Avenionensis in tom.1. Bullar. pag. 11., & Conventus Jaderen. teste Gonzaga par.2.Conv.15. Provinciæ Dalmatiæ.) E

ALE-

(a) Dicto Fratri: Scilicet *Petro de Rupe*.
(b) Sententiam Canonis: Nempe Summo Pontifici reservatam, ex c. *Si quis suadente* 17. q. 4.
(c) Citat hanc epistolam ex Reges. Vatic. Odor. Raynaldus in Annal.Eccles.ad hunc ann.n.47., sed datam dicit *Richardo Cornubia Comiti* Regis Angliæ fratri; cujus uxor erat *Sancia*, al. Cynthia Raymundi Berengarii Comitis *Provinciæ* Galliæ filia, & soror *Margarita* S. Ludovici Francorum Regis uxoris; nisi fortan utrique scripserit Pontifex idem indulgens.
(d) Constitutionem hanc antea ediderat Innocentius IV. anno 1245. die 24. Septembris tempore tamen limitato.
(e) Conservanda &c.: Ut in simili *Bulla* anno sequen.die 15.Maji edita; & infra suo loco vulgata, teste Roderico in Bullario pro Regularibus ad primam hujus Pontificis *Bullam* commemoratam, ubi præmittit, & monet hanc idem continere atque illam, non tamen adeo ample.
(f) Hoc ipsum sanxerat & Innocentius IV. Constitutione incip. *Cum sicut te accepimus* &c.

Alexander PP. IV. An.Ch. 1255.

LXXXV. Anno 1255. die 27. Julii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus &c. Salutem, & Apostolic. Benedictionem.

FRATRUM MINORUM continent instituta, ut ad professionem sui Ordinis, nisi per annum in probatione fuerit, nullus admittatur &c. [a]

Datum Anagniæ vi. Kalend. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo [b].

Indulgentias concedit visitantibus devotionis causa Ecclesiam S. Francisci Bononiæ, diebus festis SS. Francisci, & Antonii, & per eorum octavam. (Ex Archivo Conventus S. Francisci ejusdem Civitatis.)

LXXXVI. Anno 1255. die 27. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Ministro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Bononien. [c] *Sal. & Apostol. Benedic.*

Exordium e locorum Sanctorum veneratione.

CUM ad promerenda sempiterna gaudia Sanctorum suffragia sint Nobis plurimum opportuna; loca Sanctorum omnium pia sunt devotione Fidelium veneranda; ut dum Dei honoremus amicos, ipsi Nos amabiles Deo reddant; & illorum Nobis quodammodo vendicantes patrocinium apud ipsum, quod merita nostra non obtinent, eorum mereamur intercessionibus obtinere. Cupientes igitur, ut Ecclesia vestra in festivitatibus *Beatorum Francisci, & Antonii* Confessorum, quæ in ipsa Ecclesia sunt præcipuæ, & solemnes, congruis honoribus frequentetur; omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam ipsam in eisdem *festivitatibus* & usque ad *octo dies* sequentes devote, ac venerabiliter visitaverint, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *quadraginta dies* [d] de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Dies præscripti ad lucrandam Indulgentiam.

Datum Anagniæ vi. Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo [e].

A

Eodem modo, ac exemplo similem indulgentiam *contulit Ecclesiæ Fratrum Minorum de* Venetiis. Dat. Anagniæ v. Kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo. (Ex Autographo Archivi dicti Conventus Veneti Min. Convent., quam concessionem auxit Anno sequen. die 6. Julii, ut ibi videbitur.)

LXXXVII. Anno 1255. die 28. Julii.

Eodem die, ac modo Ecclesiæ Fratrum Minorum Salmantic. [f] (Ex Speculo Minor. tract. 2. fol. 119. apud Waddingum in Regest. Pontif. num. 26.)

LXXXVIII. Anno 1255. die 28. Julii.

B

Donat eis domum Ecclesiæ Romanæ in Fulginat. Civitate positam. Ex Autographo Archivi Conventus S. Francisci ejusdem Civitatis.)

LXXXIX. Anno 1255. die 29. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Minorum Fulginat. [g] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

C

Exordium e bona eleemosynæ etiam ex bonis Ecclesiasticis.

NEC incongruum, nec reprehensibile dici potest; si quando aliqua de bonis Ecclesiasticis in eleemosynam erogantur; quin immo tunc acceptabile Domino præstatur obsequium, cum de iis eleemosynarum munera, & pietatis opera exercentur: quia quanto quis misericordiæ oleum abundius transfundit in pauperes, tanto suæ devotionis lampas vehementius intus ardet; & in conspectu Altissimi clarius lumen profert.

D

Causa donationis superadditur.

Attendentes itaque, quod inter cæteros Christi servos summæ paupertatis titulo coruscatis; & quod ea, quæ vobis pro vestris necessitatibus clementer impendimus, in thesauris nostris, cum sitis Apostolicæ Sedis filii speciales, integre vobis reservamus; Domum, quam habet in *Fulgineo* Romana Ecclesia, ad usus vestros perpetuo possidendam de Fratrum nostrorum consilio tenore præsentium ex gratia conferimus liberali [h].

E

Clausula prohib. &c.

Nulli ergo &c. nostræ collationis &c. Si quis autem &c.

Datum Anagniæ iv. Kalend. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Die-

(a) Admittatur &c.: Videatur *Bulla* Gregorii IX. anno 1227. die 15. Maji, & Innocentii IV. anno 1247. die 24. April. edita.

(b) Hanc Alexandri Constitutionem adducit vetus autor Barthol. Pisanus Conform. IX. in expositione 2. Capitis Regulæ Fratrum Minorum.

(c) Bononien.: De quo loco in to. 1. hujus Operis non semel actum est.

(d) Quadraginta dies: in alia, quam videre est datam anno sequenti die 6. Julii, 100. *dies* relaxantur, quod in ea additum sit festum *S. Claræ*.

(e) Die etiam 17. Septembris alias *Indulgentias* concessit, sed alia de causa; illas pro ædificio perficiendo, has vero Sanctorum veneratione.

(f) Salmantic.: Erat ille locus caput Custodiæ sui nominis in Provincia S. Jacobi seu Compostellana ex veteri *Provinciali* Ordinis sæpecitato, de eoque Waddingus ad ann. 1254. n. 46. & 47.

(g) FF. Minorum Fulginat.: De quibus actum est ad epist. *Cum sicut* &c. supra ad diem 2. Martii datam.

(h) Liberali: Etiam hoc anno die 2. Martii eisdem Fratribus concesserat *Palatium* Curiæ dictum *Imperiale* pro loco habitationis ex Bulla *Cum sicut ex parte* &c. supra relata.

Diebus SS. Francisci, & Antonii vigiliarum, festis, & octo sequentibus tempore Interdicti generalis apertis januis cum Religiosis, & Clericis secularibus Officia Divina Fratres celebrare possunt. (Ex INDICULO BULLARII SERAPH. Petri de Alva par. 1.) A

XC. Anno 1255. die 30. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis Filiis ... Generali, & Provincialibus Ministris, ac Custodibus, Guardianis, & Fratribus universis Ord. Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem. B

Exordium a concessionis causa.

PRO reverentia Beati FRANCISCI Confessoris, qui vestri Sacri Ordinis extitit Institutor, & etiam Sancti ANTONII professoris ejusdem; nec non pro sanctæ conversationis, & vitæ vestræ meritis delectamur vos prosequi dono gratiæ specialis. Hinc est, quod Nos vestris supplicationibus annuentes vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut cum generale terræ fuerit *Interdictum*, in vigiliis, C & festivitatibus dictorum Sanctorum, & octo diebus immediate sequentibus vos una cum Religiosis, & Clericis secularibus, qui tunc in Ecclesiis, & Oratoriis vestris convenerint, apertis januis, excommunicatis dumtaxat exclusis, Divina Officia inibi solemniter celebrare possitis; dummodo vos, ac iidem Religiosi, & Clerici causam non dederitis *Interdicto*; nec id vobis, & eis contingat specia- D liter interdici. Nulli ergo &c. nostræ concessionis &c. Si quis autem &c.

Clausula prohib. &c.

Dat. Anagniæ III. Kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo [a].

a

Ut juxta literas Innocentii IV. contra hæreticos verbum Crucis prædicent, & diligenter inquirant. (Ex ARCHIVO Ordinis Romæ apud SS. XII. Apostolos.)

ALEXANDER &c.

XCI. Anno 1255. die 1. Augusti.

Dilectis filiis Ministris, & Fratribus Ordinis Minorum per Italiam constitutis Salutem, & Apostolic. Benedic.

CUM fel. record. INNOCENTIUS PAPA [b] prædecessor noster contra hæreticos prædicationem *Crucis*, & *Inquisitionem* [c] vobis duxerit per suas literas [d] committendum; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus in negotio procedatis eodem juxta litterarum continentiam.

b

c d

Datum Anagniæ Kalendis Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo [e].

e

Ut in Polonia, Bohemia, Moravia, & Austria verbum Crucis prædicet, & prædicare faciat contra Paganos Poloniam, & vicinas Regiones infestantes. (Ex REGES. PONTIF. apud WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum n. 16. & RAYNALDUM in Annal. Ecclef. ad hunc annum num. 59. ex epist. 564. lib. 1. REGES. VATIC.)

ALEXANDER &c.

XCII. Anno 1255 die 6. Augusti.

Dilecto filio Fratri Bartholomæo de Bohemia [f] *Ordinis Fratrum Minorum Sal., & Apostolic. Benedictionem.*

f

Causa hujus commissionis.

NUPER ad audientiam nostram pervenit, quod *Lituani*, & *Jentuisones* [g], ac nonnulli alii Ethnici, qui Romanam Ecclesiam nunquam matrem suæ professione fidei agnoverunt, vites exacuunt contra ipsam; dum iidem Christianorum finitimas, videlicet *Poloniam*, & quasdam alias vicinas Provincias hostiliter invadentes, multos ex populo Christiano morti, & infinitos captivitati dederunt, non parcendo sexui, vel ætati; & nec adhuc fidelium saturati cruore ad impugnandum cum aliis paganis, & infi-

g

Lithuani, aliique Infideles Poloniam, vicinasque Provincias infestant.

(a) Hoc diploma Pontifex innovavit anno 1261. die 21. Martii, additis diebus cultus S. *Claræ*, ut infra.

(b) INNOCENTIUS PAPA: Hujus nominis IV.

(c) INQUISITIONEM: Hæc una deest in simili diplomate pro Ordine Prædicatorum.

(d) PER SUAS LITTERAS: *Malitia hujus temporis &c.* aliasque, quæ ad annum 1254. legi possunt; ut *Quia tunc potissime &c.*; *Cum negotium Fidei &c.*; *Licet ex omnibus &c.*

(e) Eamdem Epistolam dedit Pontifex Inquisitoribus Ord. Prædicat. in Lombardia, & Marchia Januen. hoc anno die V *Kalend. Augusti*, estque Bul. 40. tom. 1. Bullarii ejusdem Ordinis de Alexandro IV.

(f) FR. BARTHOLOMÆO DE BOHEMIA: Qui hoc anno mense Majo mediator fuit inter Boleslaum Cracoviæ, Sandomiriæque Ducem, & Cracovien. Ecclesiæ Capitulum, cum præfatus Dux adhortationibus B. Salomeæ Cracoviensem Ecclesiam amplis opibus ditavit, & prærogativis etiam exornavit ex charta donationis apud Raynaldum ad hunc annum Annal. Ecclef. num. 56. eumdemque reor, quem anno 1257. B. Salomea a Pontifice postulavit, ut novo Episcopatui *Lacovv* in Polonia præficeretur; quemadmodum ex ejusdem Pontificis ad Archiepiscopum Gnesnen. literis eo anno datis constabit.

(g) LITHUANI, ET JENTUISONES: *Lithuani* enim adhuc Idololatræ erant, nec nisi sequenti seculo pene affecto ad Christi fidem accesserunt. *Jentuisones* vero, & *Jentuosi* populi erant finitimi Ducatui Cujaviæ, & Lanciciæ inter Poloniam inferiorem & Prussiam, seu Massoviam situ, ea epistola Pontificis apud cit. Raynaldum ad annum 1256. num. 24., ubi dicitur ipsos ad fidem Christi venire tandem poposcisse, quæ epistola etiam ex Waddingo infra vulgabitur.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

Pontifex de hac re graviter tristatur; &

infidelibus *Poloniam*, & regiones finitimas conflatis in unum viribus se accingunt: propter quod Nos gravi dolore confodimur; & super tanta strage Fidelium paterno compatientes affectu remedia, per quæ tantis obvietur periculis, solicite cogitamus. Nos igitur de circumspectione tua, Nobis a pluribus, & in pluribus commendata plenam in Domino fiduciam obtinentes mandamus, quatenus tam per te, quam per Fratres tui Ordinis, quos ad hoc idoneos esse cognoveris, in Polonia, Bohemia, Moravia, & Austria contra prædictos Paganos prædices, & prædicari facias verbum *Crucis*; concessa per Nos authoritate nostra illis Christianis earumdem partium, qui contra Infideles eosdem, *Crucis* assumpto signaculo, se duxerint accingendos, suorum venia peccatorum, quæ dari consuevit euntibus in subsidium *Terræ Sanctæ* [a].

mandat, ut supra cum facultate delegandi.

Indulgentia Terræ Sanctæ Cruce signatis impertitur.

Datum Anagniæ VIII. Idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo [b].

Facultatem impertitur absolvendi percussores viol. Clericorum. (Ex ARCHIVO VATIC. in Reges. Pontif. epist. 564. an. 1.)

XCIII. Anno 1255. die 6. Augusti.

ALEXANDER &c. *Eidem*.

Causa concessionis

UT eo gratiosior habearis ab aliis, quo major tibi ab Apostolica Sede fuerit concessa potestas; absolvendi Clericos, & Laicos [c] juxta formam Ecclesiæ, qui in illis Provinciis, in quibus contra Paganos [d] tibi prædicationem *Crucis* commisimus [e], pro violenta injectione manuum in *Canonem* inciderunt [f], discretioni tuæ concedimus auctoritate præsentium facultatem; dummodo ipsorum excessus adeo gravis non fuerit & enormis, propter quem prædicta Sedes esset merito consulenda.

absolvendi a sententia Canonis.

Conditione apposita.

Datum Anagniæ VIII. Idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo [g].

Item elargiendi Indulgentiam Terræ Sanctæ iis, qui sumto Crucis signo contra Paganos iverint, vel alios miserint, & commutandi vota. (Ex cit. Reges. Pontif. ARCHIVI VATIC. epist. 564. an. 1.)

XCIV. Anno 1255. die 7. Augusti.

ALEXANDER &c. *Eidem*.

Alia concessionis causa.

QUIA *Crucis* negotium, quod tibi contra Paganos prædicandum commisimus, optatum consequi volumus incrementum; omnibus Christi fidelibus *Crucis* signaculum suscepturis, non solum qui hujusmodi negotium in propriis personis subierint, verum etiam qui adversus *Paganos* eosdem miserint in expensis suis bellatores idoneos juxta proprias facultates, illam *indulgentiam*, idemque privilegium auctoritate nostra concessas, quæ transeuntibus in *Terræ Sanctæ* subsidium conceduntur; commutandi quoque *vota* in hujusmodi negocium, Jerosolymitano, & aliis similibus votis dumtaxat exceptis, facultatem tibi duximus concedendam.

Cum indulgentia, & privilegio.

Datum Anagniæ VII. Idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut quoscumque prædicationem Crucis contra Paganos impedientes censuris Ecclesiasticis coercere valeat. (Ex REGES. VATIC. epist. 309., & WADDINGO in Reges. Pontif. n. 27.)

XCV. Anno 1255. die 7. Augusti.

ALEXANDER &c. *Eidem*.

CUM in Polonia, Bohemia, Moravia, & Austria prædicationem *Crucis* contra Paganos tibi sub certa forma duxerimus committendam [h]; ne hujusmodi *Crucis* negotium per aliquorum insolentiam valeat impediri; compescendi Clericos, & Laicos per censuram Ecclesiasticam, cujuscumque sint dignitatis, vel Ordinis, qui eisdem Paganis

Præcedentes suas litteras commemorat.

Illisque adjungit facultatem censuris Eccles. impedientes coercendi.

(a) TERRÆ SANCTÆ: nempe plenam, & absolutam ex Generali Concilio Lateranen. IV. anno 1215. celebrato, aliisve Ecclesiæ, & Rom. Pontif. monumentis.

(b) Ad eumdem Fr. Bartholomæum extant aliæ litteræ anno sequenti die 15. Julii, quæ infra dantur, præter sequentem epistolam, annoque 1257. die 5. & 20. Januarii ejus extat mentio in aliis litteris, nec non die 5. Aprilis.

(c) ABSOLVENDI CLERICOS, ET LAICOS: Quorum absolutio in hoc casu reservata est Papæ.

(d) CONTRA PAGANOS: In superiore *Bulla* nominatos.

(e) COMMISIMUS: Ut in cit. præcedenti Bulla.

(f) IN CANONEM INCIDERUNT: C. *Si quis suadente* 17. q. 4. ex Innocentio II. statuente: *Si quis suadente Diabolo in Clericum, vel Monachum manus violentas injecerit, anathematis vinculo subjaceat; & nullus Episcoporum præsumat eum absolvere.*

(g) Biennio post renovavit Pontifex hanc concessionem per litteras *Ut commissum tibi* &c. die 5. April., sed quo differat, vide notam (c) ad eam epistolam.

(h) COMMITTENDAM: Ut in præcedenti Epistola die 6. Augusti hoc anno scripta *Ut eo gratiosior*.

ganis auxilium aliquid præstiterint, vel favorem in derogationem fidei Christianæ, aut ipsum negotium per se, vel per alios temere præsumpserint impedire, liberam tibi auctoritate præsentium tribuimus facultatem.

Datum Anagniæ vII. Idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Boleslai Ducis Cracoviæ, ac Sandomiriæ donationem pauperibus, infirmis, & Monasterio Zavicosten. factam confirmat. (Ex Archivo Vatic. in Reges. Pont. ep. 572. an. 1.)

XCVI. Anno 1255. die 9. Augusti.

ALEXANDER &c.

a *Dilecto filio nobili viro* B. [a] Cracoviæ, *& Sandomeriæ Duci Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Narratio expositionis Ducis

de Hospitali Zavichosti a se constructo, b

EX parte tua fuit propositum coram Nobis, quod tu pro cælestibus felici commercio terrena commutans cuidam *Hospitali* per te in oppido tuo in *Zavichost* [b] Cracovien. Diocesis constructo ad opus infirmorum, & pauperum, ac etiam pro relevandis necessitatibus *Monasterii* pauperum Dominarum Ordinis Sancti Damiani positi in Oppido supradicto quasdam villas, possessiones, (atque dotato,) & redditus ad te de jure spectantes pro tua, & tuorum salute in perpetuum contulisti, dictum *Hospitale*, ac homines, & colonos ipsius multis libertatibus muniendo; prout in litteris inde confectis, & tuo sigillo munitis plenius continetur. Nos itaque devotionis tuæ precibus inclinati, (quod confirmatur a Papa.) quod super iis a te pie, ac provide, & sine alieni juris præjudicio factum est, ratum habentes & gratum, illud auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, qui talis est.

Diploma donationis Ducis. Exordium. 2. Reg. 14. 14.

" In nomine Domini Amen. Quoniam *omnes morimur, & quasi aqua dilabimur*; ne mortalium gesta celebri, & perpetua memoria semper digna temporum decursu in oblivionem adducta queant apud posteros nostros pati ex ambiguitate discrimen; digne solent perpetuatæ res instrumentorum munimine cum expressione Testium perempnari. Hinc est, quod Nos *Boleslaus* Dei gratia Cracoviæ, & Sandomeriæ Dux universis Christi fidelibus in omne sæculum præsens pariter, & futurum præsentibus facimus manifestum; quod pro remedio felicis animæ Patris nostri claræ memoriæ illustris Cracoviæ & Sandomeriæ Ducis *Lestkonis* [c], & incolumitate nostra, & nostræ ingenuæ genitricis *Grimizlavæ* [d], & *Chunegundis* [e] nostræ generosæ Consortis semper proponentes Deum in conspectu nostro, a quo habemus, quod vivimus, & paternorum Principatuum gubernacula possidemus, constructo per Nos in *Zavichost* Oppido nostro Cracovien. Diocesis *Hospitali* ad usum *Monasterii* [f] Ordinis Pauperum Dominarum Sancti Damiani Assisii auctore Deo per nos etiam consumandi [g] in Oppido supradicto, & sustentationem etiam infirmorum, & egenorum in perpetuum libere duximus conferendum Venderevice [h], & Saulovvice [i], & Bresczani [k], & Wangricæ [l], & Dambeni, & Chottou [m], & Wosceniki [n], & Winare, & Sobotku, & Wesceni-

(Pro quorum salute pium opus operatur. — Nomina Villarum, & rerum pro dote Hospitalis, & Monasterii.)

" ce,

(a) Viro B.: *Boleslao*, ut infra, cognomento *Pudico*, de quo in to. 1. hujus Bullarii p. 758. 2. (g)

(b) In Zavichost: Oppido Poloniæ minoris in Palatinatu Sandomiriæ, a qua Civitate 2. mill. Germanicis distare dicitur ad fluvium Vistolam.

(c) Lestkonis: Cujus mentionem fecimus in 1. hujus Operis tomo p. 758. 2. (e)

(d) Grimizlavæ: quæ nostris fundavit Cœnobium *Zavvichost*, quod 3. est *Custodiæ* Cracovien. in Provincia tunc Bohemiæ ex veteri *Provinciali* Ordinis nostri apud Polychronicon, & Barthol. Pisanum Conform. xi., in eoque humata fuit anno 1258. ex ejus epitaphio in Ecclesia dicti Cœnobii posito, & ab autore *Supplementi* Vaddinghi ad ann. 1258. n. 7. relato.

(e) Chunegundis: Cujus *Vitam* leges in Annal. Waddingi ad ann. 1279. n. 5., & ejus Supplemento ad ann. 1292. num. 3. & seqq.

(f) Monasterii: exemplo S. *Elisabethæ* Hungaræ uxoris ejus amitæ; & instar B. *Agnetis* Bohemæ Hospitalis cum Monasterio fundatricis.

(g) Per nos etiam consummandi: Ante annum tamen 1241. erecti; si verum refert Longinus lib. 7. Hist. Polon. ad annum 1268., ubi ait *B. Salomeam* a morte mariti *Colomani* sub initium anni 1241. in bello contra Tartaros cæsi Ordinem S. Claræ in Monasterio Zavicosten., dein in Cracovien. 28. *annos* professam tandem Sancte occubuisse, & ad cælestem sponsum ascendisse anno 1268 mense Novembri. Nondum igitur perfectum erat, & ad finem perductum *Zavicostense* Monasterium; Sed de hac re alias, & alio loco erit fusior, dilucidiorque sermo.

(h) Vanderevice: Waddingus, qui hoc diploma vidit, & citat ad ann. 1258. n. 27., legit *Venderovia*.

(i) Saulowice: *Saulovia* apud cit. Waddingum.

(k) Breszani: *Bresani* ex cit. Waddingo.

(l) Wangrice: *Vagrovia* ex eodem.

(m) Chottou: *Chotovo* ex eodem.

(n) Wosceniki: *Vostbenitki* ex eodem.

Alexander PP. IV. An.Ch. 1255.

,, ce, quæ nunc *Ostrou* dicitur, Villas[a],
,, & sex mansos circa *Zavichost* supra-
,, dictum, & duas sorres in Prezvvod,
,, & Ecclesiam in Tatnovvez cum om-
,, nibus pertinentiis suis, & de *Sale* in
,, Bohna quadraginta marcarum puri ar-
,, genti; & totum valorem alvei *Salis*,
,, qui *Corito* vulgariter appellatur, in
,, loco, qui *magnum Sal* communiter
,, nuncupatur, & marcam auri de The-
,, loneo populariter dicto *Brona*; an-
,, nuos reddirus specialiter pro necessi-
,, taribus dicti *Monasterii* relevandis ei-
,, dem secundum conventionis formam,
,, prout taxatum fuerit, certis tempo-
,, ribus persolvendos; decernentes ut

Munus Rectorum Hospitalis.

,, *Rectores* dicti *Hospitalis*, qui eidem
,, pro tempore, aut perpetuo fuerint
,, deputati, juxta dispositionem Vene-
,, rabilis Sponsæ Christi germanæ no-
,, stræ, quondam Galitiæ Reginæ, so-
,, roris *Salomeæ*[b] Monasterii, & Ordi-
,, nis prædictorum, degentes sub obe-
,, dientia Abbatissæ *Monasterii*, & Or-
,, dinis eorumdem firmiter teneantur
,, de prænotati facultatibus *Hospitalis*
,, indigentias relevare *Monasterii* sæpe-
,, dicti, eidem per nos memorati *Hos-*
,, *pitalis*, & omnium bonorum ad idem
,, pertinentium, proprietatis, & posses-
,, sionis juribus reservatis. Et ut supra-
,, dicti *Hospitalis* bona, quæ idem no-
,, stram taliter, ut prætactum est, do-
,, nationem obtinet in præsenti, & quæ
,, in futurum est auctore Deo justis mo-
,, dis, & legitimis adepturum, possint
,, sufficere ad sustentationem *Monasterii*
,, memorati, & aliorum Christi paupe-

Exemptiones incolarum, & colonorum Monasterii.

,, rum cum infirmis; dignum duximus
,, omnia eadem pro se, & omnibus in-
,, colis, & colonis suis absolvere indi-
,, stincte ab omni servitio terræ, sive
,, sit ordinarium, sive casuale, & a *Stro-*
,, *sa*[c], & *Povvolovve*[d], & *Poradelve*[e],
,, & *Naramb*[f], & *Targove*[g], & *Myto*,
,, quod Latine *Theloneum* dicitur, &
,, aliis etiam omnibus omnium expensa-
,, rum Principis solutionibus; & a *Pre-*
,, *vvod*[h], & *Povvoz*[i], & *Stan*[k], & aliis
,, servitiis, & procurationibus ipsius
,, Principis, & Nunciorum ejusdem, &
,, Venatorum ipsius, quibuscumque ipsæ
,, servitutes, & procurationes, & solu-
,, tiones nominibus censeantur; etiam
,, hoc adjecto, quod eorumdem incolæ,
,, & coloni prædicti per nos in omni
,, causa exempti a Palatinorum, & Ca-
,, stellanorum, & Judicum provincia-
,, lium, & quorumlibet nostrorum Offi-
,, ciatorum[l] judiciis ad nostram, & no-
,, strorum posterorum dumtaxat per lit-
,, teram valeant præsentiam provocari,
,, pecuniaria pœna *Hospitali* præfato ex
,, nostra, vel nostrorum posterorum sen-
,, tentia reservata. Decernimus etiam,
,, ut supradicti exempti ad ædificatio-
,, nem, & reparationem Castrorum, &
,, ad expeditiones venire, aut aliqua
,, servitia, vel subsidia impendere nul-
,, latenus teneantur. Quibus etiam
,, construendi molendina, & locandi so-
,, luturas censuum sæpedicto *Hospitali*
,, tabernas liberam concedimus faculta-
,, tem. Testes autem hujus rei sunt ii:

Testes regali.

,, Fulco noster Cancellarius, Lesota
,, Scarbimirien. Præpositus, Laurentius
,, Beati Floriani in Cracovia, & Wer-
,, nerus Sanctæ Mariæ in Zavichost Ca-
,, nonici, & alii quamplures Cracovien.
,, Diocesis Clericorum. Ex Laicis au-
,, tem Clemens Cracoviæ, & Seognevus
,, Sandomitiæ Palatini, Sulco Wisli-
,, cien, & Petrus de Woynitz Castellani,
,, & quamplures alii Curiales. Datum
,, in Zavichost Anno Dominicæ Incar-
,, nationis M. CC. LV. Indictione XIII.,
,, XIV. Kalendas Maji. " Nulli ergo om-

Anno 1255. die 18. Aprilis. Clausula Pontificis prohib.

nino hominum liceat hanc paginam no-
stræ confirmationis infringere, vel ei &c.
Si quis autem &c.

Datum Anagniæ v. Idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut

(a) Villas: X. refert diploma, sed cit. Waddingus ait ad numerum XXV pervenisse *præter prædia, lacus, ... alias, & alia beneficia*; quod exscripsit ex Rodulphio lib. 3. f. 291., quasi ille alium hujus diplomatis codicem evolverit.

(b) Sororis Salomeæ: Ad quam sanctimonialem extat 570 Innocentii IV epistola anno superiore die 3. Augusti data, & paulo ante laudata, & ut videtur, de prædictis *villis* recipiendis pro suo Monasterio.

(c) A Strosa: Nempe a vigilia al. custodia, ut infra in Bulla 149. & 150., vulgo Ital. *Sentinella* al. *Guardia*.

(d) Powolowe: A Bobum præstatione, vel solutione.

(e) Poradelve: Alio vectigalis genere.

(f) Naramb: Al. *Naraz.*, ut in 150. Bulla.

(g) Targove: Mercato, nundinisve; *Theloneo* autem, nempe a vectigalis solutione, Italice *Gabella*.

(h) Prewod: Ductoris officio vulgo Ital. *guida*, vel socio itineris.

(i) Powoz: Vectura, ductuque carrorum.

(k) Stan: Hospitio, al. *Stam*, ut in Bulla 149.

(l) Officiatorum: officiis oneratorum.

Ut Fratres compelli nequeant ad recipiendam curam Monialium. (Ex SPECULO MINOR. tract. 1. fol. 6. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. num. 38., & ex FIRMAMEN. trium Ordinum S. P. F. par. 2. tract. 1. fol. 13.)

XCVII. Anno 1257. die 18. Augusti.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . . Generali, & Provincialibus Ministris, & aliis Fratribus de Ord. Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Vitrorum petitionis tenor.

PETITIO vestra Nobis exhibita continebat, quod *Moniales* quamplurium Monasteriorum, quæ Ordini *Sancti Damiani* fore se asserunt, Diœcesana lege Diœcesanis Episcopis subjectorum nostras tunc Ostien., & Velletren. Episcopi, cui cura ipsius Sancti Damiani Ordinis a Sede Apostolica erat commissa, ad vos literas [a] impetrarunt, ut Monasteriorum ipsorum solicitudinem gerentes & curam eis correctionis, & visitationis officium impendatis, & ministretis Ecclesiastica Sacramenta. Quia vero quædam ex *Monialibus* ipsis interdum discurrunt per patriam, cum deberent potius vivere sub Clausura; iidem Diœcesani, ad quos cura Monasteriorum ipsorum noscitur pertinere, non solum contra *Moniales* ipsas, verum etiam contra vos, quibus invitis earum cura interdum committitur, sæpius concitantur; super quo petiistis a Nobis per ipsius Sedis providentiam subveniri. Cum autem intentionis nostræ non existat, vos gravare super hoc, seu Diœcesanis ipsis [b] aliquod præjudicium generare, vobis universis, & singulis auctoritate præsentium indulgemus, ut ad gerendam curam aliquorum Monasteriorum prædicti Ordinis *Sancti Damiani*, vel eis hujusmodi officium impendendum, seu ministrandum Sacramenta prædicta, nisi ad Romanam Ecclesiam

& occasio.

Pontifex indulget, ut supra.

A nullo pertineant mediante, minime teneamini prætexu aliquarum literarum a Nobis ad vos obtentarum, vel obtinendarum in posterum [c], absque speciali mandato nostro faciente de exemptione ipsorum Monasteriorum plenam, & expressam de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Insuper vobis concedimus, ut vos intromittere non teneamini de Monasteriis ipsis *Sancti Damiani* Ordinis de novo exemptis, aut B de cetero eximendis absque speciali mandato nostro. Nulli ergo omnino hominum &c. nostræ concessionis &c.

Alia concessio.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ xv. Kal. Septembris, Pontificatus Nostri Anno Primo [d].

Ut Roglerium Finectam in possessionem quorundam Castrorum inducat, & tueatur. (Ex REGES. VATIC. epist. 574. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. num. 29.)

XCVIII. Anno 1255. die 21. Augusti.

C ALEXANDER &c.

Dilecto filio Fratri Ruffino [e] *Capellano, & Pœnitentiario nostro, Vicario in Sicilia, & Calabria dilecti filii nostri Octaviani* [f] *Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconi Cardinalis Apostolicæ Sedis Legati Sal., & Apostol. Benedict.*

Roglerius valde commendatur.

EXIMIA dilecti filii nobilis viri *Roglerii Finectæ* de Lentino [g] fidelis D nostri merita sic præeminent, & præfulgent; quod dum præcellentiam, & claritatem ipsorum attendimus, tot illa digna gratiis, & beneficiis arbitramur, quod vix aliquis Nobis modus retributionis occurrit, per quem eorum altitudinem condigno possimus præmio compensare; propter quod accinti sedulo sumus, & vigiles; & circa hoc frequenter cogitatio nostra versatur, ut pro talibus, tantisque meritis personam suam E & opportunis fulciamus munificentiis, & congruis honoribus exaltemus. Cum igi-

(a) LITERAS: Quæ non habentur in Annal. Minor., & forsan non extant, vel latent.
(b) IPSIS: Alibi legitur *Episcopis*, & recte.
(c) INPOSTERUM: Hinc usque ad finem Firmamenta trium Ordinum non nihil variant, quæ consuli possunt.
(d) Idem concesserat Innocentius IV. anno 1252. die 8. Julii eodem fere tenore, ut supra.
(e) FRATRI RUFFINO: Ordinis Minorum, de quo in aliis hujus Pontificis litteris hoc anno dat. die 29. Januarii, 20. Julii, 27. Augusti &c.
(f) OCTAVIANI: In editis per Waddingum legitur *Ordinis*, sed imperite, & sine sensu recto; unde reposuimus *Octaviani*, ut habetur in epist. ad eumdem Fr. Ruffinum hoc an. die 29. Januarii dat., & in alia die 20. Julii.

(g) DE LENTINO: *Leontio* Ptolomæo vulgo *Lentini*; urbs quondam maxima, & Episcopatus etiam sub Syracusano Metropolitano Siciliæ, dum Græci ibi dominabantur, ab ora maritima 5. mill. pass. distat media fere inter Cataniam, & Syracusas. *Rogerius Finecto* dicitur arcis Lentin. Præfectus ab autore de Gestis Friderici II. & filiorum ejus. Hunc auctor Bullarii O. P. to. 1. Bul. 221. & 222. & seqq. to. 1. *De prudentia &c.* 7. Martii 1251. cum Fr. *Rogerio de Lentino* Ord. Prædicat. confundit: hic Roglerius *vir nobilis* appellatur; ille semper *Fr. Rogerius* O. P., qui anno 1252. die 7. Febr. promotus fuit ad Episcopatum Melphien., hic autem adhuc hoc anno erat in seculo.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

Compensatio meritorum ejus per Pontificem.

igitur intendamus ad præsens eidem nobili in Regno Siciliæ de aliquibus bonis ad demanium [a], seu excadentias [b] Curiæ pertinentibus, ex quibus sibi redditus valentes circa ducentas uncias auri [c] annuatim perveniant, providere, ipsius supplicationibus inclinati *Bizini* [d], *Modicæ* [e], *Sicli*, & *Palatioli* Castra Siracusanæ Diœcesis; cum sicut asserit, ipsorum redditus, seu proventus circa hujusmodi unciarum summam annuatim attingant; cum hominibus infeudatis, & non infeudatis, terris cultis, & incultis, silvis, pascuis, pratis, aquis, aquarumque decursibus, & cum omnibus honoribus, justitiis, jurisdictionibus, & pertinentiis ad prædicta Castra spectantibus, sibi, ejusque successoribus in devotione Rom. Ecclesiæ persistentibus de Fratrum nostrorum consilio, & assensu in feudum concessimus de gratia speciali. Quo circa mandamus, quatenus eumdem nobilem in corporalem possessionem dictorum Castrorum per te, vel per alium inducas, & tuearis inductum, faciendi sibi ab hominibus eorumdem Castrorum fidelitatis juramenta præstari; fidelitate prædictæ Romanæ Ecclesiæ semper salva; & de redditibus, ac proventibus, quæ Curia inibi consuevit habere, integre responderi. Contradictores, & rebelles districtione, qua convenit, appellatione postposita, compescendo.

4. Castra ei in feudum traduntur, ejusque successoribus.

Mandat Pontifex, ut supra.

Datum Anagniæ xiI. Kal. Septembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut Nicolaum de Sanducia inducat in possessionem cujusdam Casalis. (Ex Reges. Vatic. ep. 121. apud Wadding. in Reges. Pontif. n. 31., al. epist. 574. n. 3. ex Cod. Vatic.)

XCIX. Anno 1255. die 27. Augusti.

ALEXANDER &c. *Eidem*.

Nicolaus de Sanducia commendatur.

MAtris Ecclesiæ &c. [f] (usque) *non repellat*. Attendentes igitur, quod dilectus filius, nobilis vir *Nicolaus de Sanducia*, sororius nobilis viri *Rogleri Finectæ* de Lentin. [g] fidelis nostri ad devotionem, & fidelitatem ipsius Ecclesiæ de sua salute sollicitus redit, dulci, & suavi ejus dominio humiliter se submittens, ac volentes ipsum in hujusmodi devotione congruis firmare favoribus, & condignis gratiis confovere, Casale *Scordiæ Suitan*. situm in Territorio Lentin. cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, cujus proventus quindecim unciarum auri summam annis singulis valere dicuntur, ipsi ejusque hæredibus in fidelitate ipsius Ecclesiæ persistentibus in feudum sub debitis, & consuetis servitiis concessimus de gratia speciali. Ideoque mandamus, quatenus ipsum, vel Procuratorem suum in corporalem possessionem ipsius Casalis per te, vel per alium inducas, & tuearis inductum, faciens sibi ab hominibus ejusdem Casalis fidelitatis juramenta præstare; fidelitate Romanæ Ecclesiæ semper salva; & de juribus, ac proventibus, quæ Curia inibi consuevit habere, integre responderi. Contradictores, & rebelles districtione, qua convenit, appellatione postposita, compescendo.

Casale Scordiæ in feudum ei, ejusque hæredibus traditur.

Mandat Pontifex, ut supra.

Datum Anagniæ vi. Kal. Septembris, Pontificatus Nostri Anno Primo [h].

Constituitur Episcopus Tarvisinus. (Ex Regesto Vaticano epist. 558. & Waddingo in Reges. Pontif. num. 30.)

C. Anno 1255. die 27. Augusti.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Fr. Alberto [i] *de Minorum Ordine Electo* Tarvisino *Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

Exordium ex summi Pastoralis officii cura, & sollicitudine.

AD culmen Summi Apostolatus assumpti generalis Ecclesiæ regimini præsumus, illius licet immeriti vices gerentes in Terris, qui sine fine regnat in

(a) Ad Demanium: Idest dominium ita Gallice vocatum.
(b) Excadentias: Nempe caduca bona, quæ in fiscum cadunt sive ex commisso, sive alia quavis ratione, inquit Carolus Fresnensis in suo Glossario mediæ, & infimæ latinitatis.
(c) Ducentas uncias auri: Uncia auri ann. 1343. quinque florenis pendebatur ex monumento apud Raynaldum ad eum annum num. 81.
(d) Bizini: Al. Bidini nunc vicus, seu Oppidulum vulgo *S. Giovanni di Bidini*, & *Vizzini* in Valle Natina 6. mill. ab ora littorali.
(e) Modicæ: Al. *Motuca*, seu *Motyca* nobile Oppidum in eadem Valle.
(f) Matris Ecclesiæ: Maius Ecclesiæ &c. legitur apud Waddingum, sed codex Vaticanus nobis exscriptus habet: *Matris Ecclesiæ &c.*
(g) De Lentin: Ut in prædicta Epistola hoc anno die 22 Augusti ad eumdem data.
(h) Adhunc Fr. Rufinum extat etiam 202. epistola *Dilecta in Christo &c.*, ut infra.
(i) Fr. Alberto: Cognomento *Ricco* patritio Vicentino, de quo Rodulphius lib. 2. Hist. Seraph., Waddingus in Annal. Min. ad hunc annum n. 27. & in lib. de

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

in Cælis Unigenitus Dei Filius JESUS CHRISTUS. Verum magni Nobis ex hoc rimoris materia imminet; & dum incumbentis folicitudinis attendimus farcinam, mens nimirum noftra ftupefcit: nam cum fufcepta cura debitum paftoralis officii continua inftantia exigat, & Nos ex noftra fimus infufficientia non folvendo, poffumus non immerito formidare, ne minus plene commiffam Nobis poteftatis plenitudinem exequamur, quamquam circa crediti Nobis Dominici gregis cuftodiam, quantum ex infirmitate valemus humana, negligentiæ fomno ab oculis cordis excuffo, diligentia fedula vigilemus, firmam tamen fpem, fiduciamque tenentes, quod ille, qui Nos voluit fuum fieri Vicarium, Nobis ad portandum utiliter impofitum humeris noftris onus, virtutis gratiam affidue largietur.

Spem, & fiduciam prabet, qui tantum onus ex alto tribuit.

Ecclefiis omnibus folertia indefeffa profpicimus earum providere utilitatibus, & indemnitatibus præcavere ftudentes in eo potiffime, ut talibus gubernatio committatur ipfarum, quorum ftudio laudabilibus in fpiritualibus, & temporalibus proficiant incrementis.

Solertia indefessa in Ecclefiarum provifione adhibenda.

Sane Tarvifin. Ecclefia Paftore vacante, Capitulum ejufdem Ecclefiæ vocatis omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode intereffe, die ad eligendum præfixa convenientes in unum te tunc Lectorem *Fratrum Ordinis Minorum* in Epifcopum ipfius Ecclefiæ concorditer poftularunt; quibufdam ipfius Ecclefiæ Canonicis, qui intereffe, vel fuas vices aliis committere noluerunt, *Bartholomæum Quirinum* (a) Clericum de Venetiis poftulantibus in Paftorem Ecclefiæ fupradictæ. Procuratoribus itaque partium in noftra, & Fratrum noftrorum præfentia conftitutis, petebat inftanter ejufdem Capituli Procurator poftulationem de te factam utpote canonice, & concorditer celebratam admittere de benignitate Apoftolica curaremus: Procurator ve-

Ecclefia Tarvifina vacante,

Fr. Albertus Lector Fratrum Tarvifin. eligitur in Epifcopum illius urbis,

a eligitur & Bartholomæus Quirinus.

A ro partis alterius quafdam exceptiones poft poftulationem de te factam allegans illam repelli tanquam minus concordem & Canonicam poftulabat. Cumque diutius fuiffet fuper his coram Nobis, noftrifque Fratribus difceptatum, demum Nos utriufque partis rationibus plenius intellectis; licet tu coram Nobis, & eifdem Fratribus poftulationi de te celebratæ, omnique juri, fi quod exinde tibi acquifitum fuerat, fpontanea ceffferis

B voluntate humiliter fupplicans, ut paupertatis, & humilitatis fanctum propofitum, quod longo jam fueras amplexus tempore, fineremus a te finaliter exequi; ac prædictæ Ecclefiæ de perfona ftuderemus idonea providere; attendentes tamen donum fcientiæ, religionis eminentiam, honeftatem morum, circumfpectionem laudabilem, & providentiam circumfpectam, quæ te in noftris, & Fratrum

C prædictorum oculis dignum reddunt quamplurimum, & acceptum. Confiderantes etiam, quod præfatus *Bartholomæus* nullo juris in his muniebatur fuffragio; ac volentes prædictæ Ecclefiæ, ne ex vacatione diutina gravia incurreret in fpiritualibus & temporalibus detrimenta, de idoneo providere Paftore, te de prædictorum Fratrum confilio, & Apoftolicæ plenitudine poteftatis ipfi Ecclefiæ in Epifcopum præfecimus & Pafto-

D rem; fperando, quod tua circumfpectione, ac induftria Ecclefia ipfa tam circa fpiritualia, quam temporalia fufcipiet, favente Domino, incrementa: ideoque difcretioni tuæ per Apoftolica fcripta mandamus, quatenus devote fufcipiens impofitum a Domino tibi onus, & fubmittens fortitudinis tuæ collum ad hujufmodi folicitudinis farcinam mente ftabili deferendam, ad prædictam Ecclefiam te perfonaliter conferre procures; gerens

E follicite curam ejus, gregem in illa tibi commiffum doctrina verbi, & operis informando; ita quod eadem Ecclefia cum dili-

Utraque Capituli pars caufam defert ad Sedem Apoftol.

Fr. Albertum fponte cedentem, & renuentem Pontifex promovendum cenfet.

& laudibus, encomiifque extollit,

Ecclefiæ Tarvifinæ Paftorem declarat.

& præcipit ei, ut dignitatis onus fufcipiat.

de Scriptor. Ord. Minor. ac Ughellus in tom. 5. Ital. Sac. de Tarvifin. Epifc. num. 41. ubi tradit ftrenue temporibus turbidis fub Ezelino Tyranno, ejufque fratre Alberico Ecclefiam rexiffe ufque ad annum 1275.; *Vir religiofus, & juftus, moribus, ac honeftate perfpicuus, qui multum & inftantiffime laboravit ad Civitatis aegatæ reformanda; & tam tempore guerræ, quam pacis multa pertulerat Romæ, & alibi, ut Civitas Tarvifina eximeretur de fervitute; foret S. Matris Ecclefiæ fubdita, & fidelis; & ad libertatem priftinam deveniret*: inquit autor coævus Rolandinus Patavinus in Chron. lib. 12. cap. 2. ad annum 1259.

(a) BARTHOLOMÆUM QUIRINUM: Hic anno 1268. erat *Plebanus*, five Rector Ecclefiæ S. Mariæ Formofæ Venetiis ex monumentis Mff. illius Ecclefiæ ufque ad menfem Julium anni 1273., & paulopoft factus eft Epifcopus *Venetiarum*, cujus mentio extat ufque ad annum 1288 in lapidea infcriptione Ecclefiæ S. Nicolai in Littore; & de eo Ughellus tom. 5. Ital. Sac. Epifc. Venet. num. 32, & Rodulphius lib. 2., eumque fecutus Waddingus ad annum 1274. num. 31. Minoritam faciunt.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

diligentiæ studio in spiritualibus, & temporalibus, auctore Domino, laudabiliter augmentetur.

Datum Anagniæ vt. Kalend. Septemb.
a Pontificatus Nostri Anno Primo [a].

Fr. Bartholomæum O. P. a se in Episcopum Pacten. consecratum, explosa Matthæi promotione a Fr. Rufino O. M. facta, Capitulo infrascripto commendat. (Ex Archivo Vatic. in Regest. Pontif. epist. 579. an. 1.)

CI.
Anno 1255. die 28. Augusti.

ALEXANDER &c.

b *Dilectis filiis Capitulo* Pacten. [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Narratio facti.

c OLim fel. record. Innocentius Papa [c]
prædecessor noster de potestatis
plenitudine, Fratrum suorum communica-
to consilio, Venerabilem Fratrem nostrum
d *B.* [d] de Ordine Prædicatorum *Pacten.*
Episcopum, cui de vitæ munditia, reli-
gionis zelo, dono scientiæ, disciplina
morum, providentia temporalium & spi-
ritualium laudabile testimonium perhi-
betur, Pacten. Ecclesiæ præfecit in Epis-
e scopum & Pastorem [e]; & Nos postmo-
dum ad apicem Summi Apostolatus as-
f sumpti [f] munus ei consecrationis duxi-
g h mus impendendum [g], quondam *Philippo* [h],
qui se pro Pacten. gerebat Episcopo, su-
per eodem Episcopatu perpetuum silen-
tium imponentes. Verum eodem *Phi-
lippo* viam universæ carnis ingresso, dilec-
i ctus filius *Frater Rufinus* [i] dilecti filii
k nostri O. [k] Sanctæ Mariæ in Via lata Dia-

Fr. B. O. P. assumitur Episcopus Pacten. ab Innoc. PP.

& ab Alexandro consecratur.

A coni Cardinalis Apostolicæ Sedis Legati
l in Sicilia & Calabria Vicarius [l] eamdem
m Pacten. Ecclesiam *Matthæo* [m] nato Leo-
nardi de Aldierio Civis, & Capitanei Mes-
sanen., & administrationem ipsius de fa-
n cto dicitur commisisse [n]. Nos igitur quic-
quid de præfato *Matthæo*, vel quocum-
o que alio per eumdem *Fratrem* [o] circa
prædictam Ecclesiam, & administratio-
p nem ipsius, vel per quemcumque alium [p]
cujuscumque auctoritatis per electionem,
B seu nominationem, aut postulationem in
dicti Episcopi præjudicium factum, sive
præsumptum est, cassum & irritum nun-
ciantes, Universitati vestræ per Aposto-
lica scripta mandamus, quatenus eum-
q dem *Episcopum* [q], cum ad vos perve-
nerit, devote, ac hilariter admittentes
sibi tanquam Patri & Pastori animarum
vestrarum impendatis obedientiam, & re-
verentiam debitam; ac ejus salubribus
mandatis & monitis efficaciter intenda-
C tis; ita quod ipse vos devotionis filios,
& vos eum Patrem invenisse benivolum
gaudeatis. Alioquin sententiam, quam
ipse rite tulerit in rebelles, ratam habe-
bimus, & faciemus, auctore Domino,
inviolabiliter observari.

Legati S. A. Vicarius alium promovet.

quem Pontifex nullum esse fancit.

& mandat Episcopum a se ordinatum recipi.

cum solita comminationis clausula.

Datum Anagniæ v. Kalendas Septem-
r bris, Pontificatus Nostri Anno Primo. [r]

D *Monasterium sub A. S. protectione suscipit, exemptionem Episcopalem confirmat, & pluribus privilegiis locum exornat.* (Ex Autographo dicti Monasterii SS. Naboris & Felicis Bononien.)

ALE-

(a) Scripsit etiam Pontifex paulopost ad Tarvisinos de *Alberto* eis Episcopo constituto, quem & eisdem commendat, ut infra.

(b) Pacten.: Urbis Siciliæ maritimæ in ora occidua sub Archiepiscopo Messanen. a Lucio III. circa annum 1182. *Liparensi* Episcopatui unitæ, a qua divulsa est anno 1399. opera Bonifacii IX.

(c) Innocentius Papa: IV. hujus nominis.

(d) Fratrem nostrum B.: *Bartholomæum* Varellum Leontinen. Siculum, de quo Rocchus Pyrrhus in Sicilia Sacra, Ughellus to. 1. Italiæ Sac. de *Liparen.* Episc. n. 15., & Scriptores illius Ordinis Prædicat.

(e) Præfecit in Episcopum, et Pastorem: Anno 1252., inquit Raynaldus ad eum ann. num. 6. citans Regesti Pontif. epist. 285. lib. 9., anno 1253. cit. Ughellus; sed Bulla *Meritorum evidentia &c.* Innocentii IV., qua hunc *Electum* præficit Ecclesiæ Pacten., data est die 5. Januarii ex 10.7. Bullarii Ord. Prædicat. p. 513., & 28. Martii anno 1254., estque 25. hujus Pontificis in tom. 1. dicti *Bullarii* Ord. Prædicat., cujus auctor p. 264. labitur, dum putat eo tempore Pacten. Ecclesiam a Liparensi disjunctam fuisse.

(f) Assumpti: Anno 1254. die 12. Decembris, & die 21. coronati.

(g) Impendendum: Die & mense incerto.

(h) Philippo: Quem Ughellus, quia hanc epistolam non aspexit, inter veros Episcopos collocavit loco cit. n. 14., aitque sedisse anno 1250., & occubuisse anno 1253. uti & Rocchus Pyrrhus; erat autem sectarius Friderici II. Imp. jam depositi, & ab eo in Pacten. & Liparen. Cathedras intrusus.

(i) Fr. Rufinus: De quo vide superiorem ad eum epistolam xxii., rerum gestarum nascius, utpote longe distans.

(k) Filii nostri O.: *Octaviani*, ut in epistula xiv. hujus Pontificis superius relata.

(l) Vicarius: Ex prædicta xiv. epistola.

(m) Matthæo: Cujus Ughellus citatus non meminit; Pyrrhus vero eum post Bartholomæum recenset ex Regest. Vatic., sed nudo nomine, & sine promotionis modo.

(n) Commisisse: Forsan anno 1253., quo *Philippus* asseritur defunctus; vel potius anno 1255. ineunte, vel exeunte anno 1254. ex hac epistola, qua dicitur *Philippus* adhuc vixisse, cum hic Pontifex munus consecrationis contulit Fr. *Bartholomæo*.

(o) Fratrem: Nempe *Rufinum* supradictum.

(p) Per quamcumque alium: Etiam Apostolicæ Sedis Legatum.

(q) Eumdem Episcopum: sc. Fr. Bartholomæum Ord. Prædicat.

(r) Scripsit postea Pontifex etiam Clero Pacten., Messanen., & Panormit. Archidiaconis, ac populo Pacten. & Liparen. pro eodem Episcopo B.

CII.
Anno 1255. die 28. Augusti.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . . Abbatissæ Monasterii S.Francisci *de strata S.Stephani* Bononien.[a], *ejusque Sororibus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuam memoriam.*

b RELIGIOSAM vitam eligentibus &c.[b] Eapropter dilectæ in Christo filiæ vestris justis postulationibus clementer annuimus &c. Monialium inclusarum S. Damiani Assisinat., & *Formulam* vitæ vestræ a fel. record. Gregorio Papa prædecessore nostro Ordini vestro traditam, cum adhuc esset in minori officio constitutus, in eodem loco institutus esse dignoscitur &c. Præterea quascumque possessiones &c. Locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, & viginti tornaturas terræ ipsi Monasterio adjacentes cum terris, vineis, pratis, nemoribus, usuagiis, & pascuis in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Liceat quoque vo-
c bis &c.[c] Præterea omnes libertates & immunitates, quas Monasterio vestro bo-
d næ memoriæ . . .[d] Bononien. Episcopus Capituli sui accedente consensu indulsisse dignoscitur, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum præsenti Privilegio inseri fecimus, qui talis est.

Litteræ Episcopalis exemptionis.

" HENRICUS Divina miseratione Bo-
,, nonien. Episcopus dilectis in Christo
,, filiabus . . . Abbatissæ, & Sororibus
,, pauperibus Monialibus inclusis Mona-
,, sterii *S.Francisci* de Strata S.Stepha-
,, ni Bononien. salutem & benedictio-
,, nem. Cum vos Divina gratia inspi-
,, rante Monasterium in honore *S.Fran-*
,, *cisci*, & gloriosæ semperque *Virginis*
,, *Mariæ* in contrata prædicta prope
,, Ecclesiam S. Juliani construxeritis, ut
,, ibidem Domino famulantes devote
,, pro vobis,& aliis peccatoribus possitis
,, orare; a Nobis humiliter postulastis,
,, ut Monasterium vestrum cum possessio-
,, nibus suis circumpositis usque ad vi-
,, ginti tornaturas terræ tantum; & per-
,, sonas ibidem Domino servientes in-
,, tuitu pietatis, & pro redemptione
,, peccatorum nostrorum a jure Episco-
,, pali, seu alterius conditionis grava-
,, mine tam in temporalibus, quam in
,, spiritualibus pleno jure eximere de-
,, beremus. Eapropter, dilectæ in Chri-
,, sto filiæ, vestræ piæ, ac humili peti-
,, tioni pio concurrentes assensu ad pre-
,, ces Sanctissimi Patris Nostri Domini
,, GREGORII Summi Pontificis, & Do-
,, mini Raynaldi Ostien. Electi, & Apo-
,, stolicæ Sedis Legatorum D. Jacobi
,, *Prænestin.*Electi, & D.Oddonis S.Ni-
,, colai in Carcere Tulliano[e] *Diaconi* e
,, *Cardinalis* præfatum Monasterium
,, cum possessionibus suis circumpositis
,, usque ad XX. tornaturas terræ tantum,
,, & personas ibidem nunc, & in futu-
,, turum commorantes ab omni jure
,, Episcopali, & cujuslibet conditionis
,, obligatione tam in temporalibus,
,, quam in spiritualibus pleno jure exi-
,, mimus, nihil aliud Nobis in eisdem
,, nisi unam libram ceræ pro Synodo re-
,, servantes annis Nobis singulis persol-
,, vendam, & Ecclesiastica Sacramenta,
,, quæ dumtaxat, cum a vobis fuerimus
,, requisiti, Nos, & nostri successores
,, vobis gratis, & sine pravitate aliqua
,, impendemus. Dat. apud Regium[f] die f
,, quarto Februarii exeuntis Anno Do-
,, mini MCCXXXII.

Anno 1232. die 25. Februarii.

Litteræ Capituli Bononien. exemptionem confirmantis.

,, In De nomine Amen. Anno a Na-
,, tivitate D. N. JESU CHRISTI millesimo
,, ducentesimo trigesimo secundo, tem-
,, pore

(a) MONASTERII S. FRAN. . . . BONONIEN.: Cujus meminimus in nu. (a) ad Bullam 394. Innocentii IV., addendumque, inditum ei fuisse titulum *S. Francisci*, quod ille Fratrum Minorum primum fundatur fuerit sub titulo *S. Mariæ*; eique annexum *Cœnobium* XII. Fratrum extasse a Thaddæo Alderotto cive Bononien. pro Sanctimonialibus in erviendis erectum, cujus est mentio in veteri *Provinciali* Ordinis apud Jurdanem auturem Polychronici *S. Francisci prope Bononiam*, apud Pisanum vero *S. Francisci cum Monasterio*.

(b) ELIGENTIBUS &c.: Videas simile diploma pro Monasterio S.Catharinæ Genuen. hoc anno die 30 April. relatum usque ad illa verba *duximus exprimenda vocabulis*; nam supracitatum Innocentii IV. apud Waddingum alicubi mancum est.

(c) QUOQUE VOBIS &c.: Ut in laudato diplomate Genuen. usque ad illa *audeant exercere*.

(d) BONÆ MEMORIÆ . . .: *Henricus*, ut infra.

(e) S. NICOLAI IN CARCERE TULLIANO: De Marchionibus Montis Ferrati, cujus mentio facta est ad epistolam 122. Gregorii IX. tom. 1. p. 121. vulgatam not. (e)

(f) APUD REGIUM: Quo Episcopus se contulerat anno 1231. circa initium men. Septembr. ex Sigonio de Episc. Bononien.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1255.

„ pore Domini GREGORII PAPÆ,&Domini FR. Romanorum Imperatoris indictione quinta in Civitate *Bononien.*in Canonica majoris Ecclesiæ [a] Bononien. congregato Capitulo ejusdem Ecclesiæ per me Notarium lecta fuit coram eis exemptio facta a D. Henrico Bononien Episcopo de Monasterio *S. Francisci*, & personis, & possessionibus ejusdem. Quibus omnibus dictum Bononien. Capitulum consensit, & ea confirmavit, & approbavit, & suum sigillum apposuit; & Dominus Henricus Bononien. Episcopus etiam suum sigillum apponi fecit; & hæc fuerunt die secundo exeunte Februario [b]; & interfuerunt de Capitulo Dominus Judex Archipresbyter, Domini Guidus & Tavianus [c] Presbyteri, D. Andreas, D.Gnido Grassus [d], D.Adegerius Bononien.Ecclesiæ Diaconus, D. Guido Albagnoli, D. Jacobus Lambertinus, D. Henricus Nepos D. Episcopi, D. Prezevallis. & D. Tavianus de Muxello. Testes ad hoc vocati & rogati fuerunt Magister Azo Seuen. [e], Magister Manzator de Tuscia, Magister Bernardus Parmen., Magister Bene Canonicus Faventinus, D. Tomaxius Judex filius quondam Galloprexi Presbyter, Albertus de Ponteclo, & Magister Johannes de Muxello. Postea vero incontinenti Dominus Presbyter Albertus Johannes [f] prædictis consensit, & approbavit ea, & confirmavit [g] ut alii fratres sui Bononien. Canonici supra fecerunt. Item Dominus Presbyter Probus Bononien. Canonicus prædictis consensit, & approbavit ea, & confirmavit. Item Dominus Zoenus Bononien. Canonicus [h] prædictis omnibus consensit, & ea approbavit. Item Magister Tancredus Bononien. Archidiaconus prædictis omnibus consensit & ea approbavit. Et ego Magister Guido S.Michaelis Bononien. Capellanus auctoritate Imperiali Notarius prædictis omnibus interfui, &, ut supra legitur, rogatus scripsi, & subscripsi.

Anno 1235. die 27. Februar.

Annuus census Romanæ Ecclesiæ persolvendus.

Ad indicium autem hujus perceptæ a Sede Apostolica libertatis unam *libram ceræ* Nobis, nostrisque Successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica &c. [i]

Subscriptiones Romanæ Ecclesiæ.

Ego ALEXANDER *Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.*

Cum Symbolo: *Suscipe Domine servum tuum in bonum.*

Ego Odo Tusculanus Episcopus.
Ego Stephanus Prænestinus Episcopus.
Ego Fr. Johannes tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardin. ss.
Ego Fr. Ugo tit. S. Sabinæ Presbyter Cardin. ss.
Ego Riccardus S. Angeli Diac.Card. ss.
Ego Petrus S. Georgii ad Velum aureum Diac. Cardin. ss.
Ego Octavianus S. Mariæ in Via lata Diac. Cardin. ss.
Ego Willelmus S. Eustachii Diaconus Card. ss.
Ego Ottobonus S. Adriani Diaconus Card. ss.

Datum Anagniæ per manum Guillelmi Magistri Scholarum Parmen. S. Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarii v. Kal. Septembris indictione decima tertia Incarnationis Dominicæ Anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto Pontificatus vero D. Alexandri Papæ Quarti Anno Primo.

Fr. Al-

(a) IN CANONICA MAJORIS ECCLESIÆ: *In majori Ecclesia* perperam habet cit. Bulla 394. Innocentii IV. apud Waddingum.
(b) EXEUNTE FEBRUARIO: *Exeunte Martio* legimus apud cit. Waddingum.
(c) TAVIANUS: Corrupte pro *Octavianus*.
(d) GRASSUS: *Grassus* habet diploma Waddingi.
(e) AZO SENEN.: *Acbosenen.* extat apud Waddingum.
(f) JOHANNES: abest a diplomate Waddingiano.
(g) CONFIRMAVIT: Cetera usque ad *Item Mag. Tancredus* desunt apud cit. Waddingum.
(h) ZOENUS BONONIEN. CANONICUS: Ille qui postea factus est Episcopus Avenionensis, de quo in epist. Urbani IV. *Significantibus* anno 1261., *Sua nobis &c.* anno 1262., & *Exposuit nobis* &c. anno 1264. die 30. Julii scripta, & infra suo loco legenda.
(i) ECCLESIASTICA &c.: Ut in cit. diplomate Genuen. Monasterii usque ad subscriptiones. Alias notas videre quiveris ad dictam Innocentii IV. 394. *Bullam* in 10. t. p. 396., quam hoc loco recudimus ex autographo correctiore.

Fr. Albertum a se Tarvisin. Episc. constitutum commendat Capitulo & Clero illius Civit. (Ex ARCHIVO VAT. in Regest. Pontif. ep. 593. teste & RAYNALDO ad hunc annum n. 16.)

ALEXANDER &c.

CIII.

Anno 1255. die 3. Septembr.

Dilectis filiis Capitulo Tervisin.[a], *& Clero Civitatis, & Dioecesis* Tervisin. *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

a

Ab se constitutum Episcopum commitat.

CUM Nos venerabilem fratrem nostrum *Fr. Albertum*[b] Ord. Min. Episc. Tervisin. tunc Lectorem[c] FF. ejusdem Ord. *Tervisin.* Ecclesiæ tunc vacanti de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis in Episcopum præfecimus & pastorem; Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus,

b

c

mandatque, quod supra dictum est,

quatenus eumdem Episcopum tanquam Patrem & Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes, sibi obedientiam & reverentiam debitam impendatis ejus monitis & mandatis salubribus humiliter intendendo. Alioquin sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore

cum clausula comminatione.

Domino inviolabiliter observari.

Datum Anagniæ III. Nonas Septembris, Pontificatus Nostri Anno primo.

Benedictam S. Mariæ Syracus. Abbatissam a Matthæo Electo Syracus. destitutam, amotamque mandat restitui, & confirmari. (Ex ARCHIV. VATIC. in Regest. Pontif. ep. 618. an. 1.)

ALEXANDER &c.

CIV.

Anno 1255. die 5. Septembr.

Dilecto filio Fratri Rufino[d] *Pænitentiario nostro, in* Calabria, *& Sicilia dilecti filii nostri* O.[e] *S. Mariæ in Via Lata Diac. Card. Apostolicæ Sedis Legati Vicario Sal., & Apostol. Bened.*

d

e

Narratio facti.

DILECTA in Christo filia *Benedicta* Monialis Monasterii Sanctæ Mariæ Monialium *Syracus.* Ordinis Sancti

A Benedicti[f] transmissa nobis petitione monstravit, quod olim, *Margarita* Matre sua Abbatissa ipsius Monasterii viam universæ carnis ingressa, bonæ memoriæ Syracusan. Episcopus[g] ipsam *Benedictam*, prout spectabat ad eum, Abbatissam ejusdem Monasterii deputavit; in quo per triennium laudabiliter dicitur ministrasse. Verum dicto Episcopo rebus humanis exempto, *Matthæus* Syracusan. Electus[h] proponens, quod ad ipsius

f g

Abbatissa Syracus. defunctæ Episcopus loci filiam ejus substituit.

h

B Monasterii regimen eadem *Benedicta* immediate succedere non poterat matri suæ[i], eam destituit a regimine Monasterii supradicti. Quare fuit Nobis ex parte ipsius humiliter supplicatum, ut subvenire sibi super hoc de consueta Sedis Apostolicæ providentia curaremus. Attendentes igitur laudabilia testimonia, quibus industriam ipsius *Benedictæ* multipliciter audivimus commendari; ac volentes eam propter hoc favore prose-

Quam post triennium Syracus. Electus ab officio deponit.

i

Deposita recurrit ad Pontificem.

qui mandat id, quod supra.

C qui, ac gratia speciali, mandamus; quatenus cum ea, si alias est idonea, ut impedimento hujusmodi non obstante ad regimen ejusdem Monasterii, si Deus dederit, assumi valeat, auctoritate nostra studeas dispensare; prout, pensatis circumstantiis universis, videris expedire.

Datum Anagniæ Nonis Septembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

D

Significat, se jam Innocentii IV. Constitutionem contra Religiosos revocasse; mandatque, quosdam Prælatos Eccles. adhuc juxta eam ordinantes contra FF. Minores compesci. (Ex SPECULO MINOR. tract. 2. fol. 26., & ex eo WADDINGUS in Annal. Minor. sub hunc annum num. 13., ac RODERICUS in Bullario Regul. tom. 1. Bul. 3. Alex. IV., FIRMAMENTA etiam trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 25.)

(a) CAPITULO TERVISIN.: Al. Tarvisin. vulgo *Treviso* in Forojulien. Provinciæ finibus, ditioneque Venetæ; inde namque *Marchia Tarvisina* olim amplioris extensionis.

(b) FR. ALBERTUM: De quo vide *Bullam* superiorem *Ad culmen summi &c.* die 27. Augusti editam.

(c) TUNC LECTOREM: quem postea, ut nunc, *Regentem* studiorum, Gymnasiique vocare cœperunt.

(d) FR. RUFINO: Ord. Minor. supra non semel memorato.

(e) FILII NOSTRI O.: *Octaviani* Ubaldini, ut in epist. XIV. supra relata.

(f) SYRACUS. ORDINIS S. BENEDICTI: In cujus Annalibus nulla hujus Monasterii mentio habetur.

(g) BON. MEM. SYRACUS. EPISCOPUS: *Raynaldus* de Lusio Acheruntinus ab anno 1248. usque ad ann. 1254. rexit ex Roccho Pyrrho in not. Syraculana.

(h) SYRACUSAN. ELECTUS: *Matthæus de Magistro* Panormitanus ex cit. Pyrrho.

(i) SUCCEDERE NON POTERAT MATRI SUÆ: fundatur enim in C. *Ad extirpandas* tit. de filiis Presbyterorum, & C. *Dilectus filius*, ubi sancitur, Rom. dumtaxat Pontificem dispensare posse cum legitimo filio, ut Beneficium proxime a patre possessum valeat obtinere; idque, inquit autor glossæ v. *amovere*, vetitum, ne videantur Beneficia Eccles. per quamdam veluti hæreditariam successionem conferri; hinc Pontifex iste de hac *Benedicta* scripsit; *ad regimen ejusdem Monasterii, impedimento hujusmodi non obstante, auctoritate nostra studeas dispensare.*

Alexander PP. IV. An.Ch.1255.

CV.

Anno 1255. die 12. Septembr.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus . . . Spoletano [a], *&* . . . Assisinen. *Episcopis* [b] *Salut.*, *& Apostol. Benedict.*

Innocentii IV. prædecessoris sui litteras contra Religiosos commemorat.

QUædam ab Apostolica Sede tempore fel. record. Innocentii Papæ Prædecessoris nostri litteræ processerunt [c]; in quibus &c. [d] Venerabilibus fratribus nostris universis Archiepiscopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, & aliis Ecclesiarum Prælatis, & ceteris Personis Ecclesiasticis tam Sæcularibus, quam Regularibus cujuscumque Ordinis, vel Professionis existerent, nostris dantes litteris [e] in mandatis, ut per hujusmodi litteras vel occasione mandatorum, seu præceptorum, aut sententiæ, quæ continent, nihil prorsus agerent; cum nullam ex tunc haberent efficaciam, vel vigorem [f]. Sed sicut intelleximus, nonnulli Episcopi, & Prælati Ducatus Spoletani, & Patrimonii [g], deliberatione nostra super præmissis litteris nullatenus exspectata, dilectis filiis *Fratribus Ordinis Minorum* post hujusmodi revocationem nostram inhibere generaliter, vel specialiter præsumpserunt, ne in locis suæ jurisdictionis prædicent, nisi licentiam ab eis super hoc habuerint specialem: & hi, quibus concessa fuerit hujusmodi licentia, testimonialibus litteris de hoc ostendant se munitos: excommunicationis comminantes se laturos sententiam tam in prædicantes, quam in audientes, si secus extiterit attentatum. Volunt etiam, quod illi, quibus prædicandi concedunt licentiam, de hujusmodi comminatione sententiæ frequenter in suis prædicationibus faciant mentionem. Inhibent quoque Parochianis suis prædictis Fratribus sua confiteri peccata; ne hac occasione ad ipsos accedere; & Fratribus, ne aliquos in suis Ecclesiis recipere

Prælati Ducatus Spoletani, & Patrimonii insistunt Innocentianis statutis.

A ad divina præsumant. Quidam insuper Parochiales Sacerdotes eosdem Fratres gravare, & molestare non cessant in animarum suarum periculum, ipsorum Fratrum injuriam, ac scandalum plurimorum. Cum igitur memoratum Ordinem pro eo maxime, quod fuit Nobis in minori tunc officio constitutis ab Apostolica Sede commissus, charitate præcipua diligamus; & *Fratres* ejusdem Ordinis tamquam prædilectos, & singu-

Pontifex se Ordinis Minorum Protectorem fuisse ante Pontificatum refert.

B lares filios intra mentis ubera carius amplexemur; iidemque Fratres firmarint in Nos, utpote in specialem Patrem, totius reverentiæ, ac devotionis affectus, propter quod constanter in animo gerimus ipsos, & eumdem Ordinem Apostolicæ benevolentiæ affluentia confovere; eisque continue adesse præsidiis opportunis: Nos pati nolentes, quod aliquid attentetur in ipsorum Fratrum præjudicium, & gravamen; hujusmodi

Ingens Pontificis erga Ordinem FF. Minorum affectus.

C inhibitiones per dictos Prælatos, & Sacerdotes, seu per quoscumque alios factas, necnon ordinationes quaslibet, & quoscumque processus contra Fratres ipsos, & eorum Ordinem post prædictam revocationem nostram habitos auctoritate Apostolica duximus revocandos; ac reducentes prædictos Fratres in eum statum, in quo, priusquam prædictæ ipsius Prædecessoris manarent litteræ, fuisse noscuntur, decernimus irri-

D tum, & inane quidquid per quemcumque in ipsorum præjudicium hactenus extitit, vel extiterit de cætero, antequam super prædictis declaraverimus litteris, attentatum. Ideoque Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus prædicta omnia in locis, in quibus expedire videritis, solemniter per vos, vel per alios denunciare curetis; non permittentes prædictos

Mandat Pontifex, ut supra.

E *Fratres*, eorumque Ordinem contra hujusmodi revocationem, & constitutionem nostram ab aliquibus molestari: mo-

lesta-

(a) Spoletano: *Bartholomæo* anno 1236. assumpto, qui usque ad annum 1271. Ecclesiam suam rexit ex Ughello tom. 1. Ital. Sac. in Spolet. Episc.

(b) Assisinen. Episc.: *Fr. Nicolao* de Carbio ex Ordine Minor. anno circiter 1247. electo, ut supra ad eum annum ostendimus.

(c) Litteræ processerunt: quæ tamen nunc non inveniuntur, sed de eis fit mentio in aliis Alaxandri litteris super hac re datis anno præcedenti die 22. Decembr. incip. *Nec insolitum est &c.*

(d) In quibus &c.: Ut in Bulla 2. memorata; *Nec insolitum est &c.* omisso Exordio, usque ad illa: *Duximus penitus revocanda*.

(e) Nostris dantes litteris: Incipientibus; *Nec insolitum est &c.* in fine anni superioris, & initio sui Pontificatus, in quibus ea omnia recenset, quæ in his commemorat, & sine exordio repetit.

(f) Vel vigorem: Hoc loco desinunt supradictæ primæ litteræ *Nec insolitum est &c* quæ sunt universales; hæ autem contra Prælatos Eccles. Ducatus Spoletani, & Patrimonii, ac pro solis Fratribus Minoribus.

(g) Patrimonii: S. Petri, in quo urbes extant Viterbium, Urbsvetus, Horta, & uno verbo Tuscia Romana, seu ad Ecclesiam Romanam pertinens.

lestatores, & contradictores hujusmodi per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstante constitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali [a]. Quod si non ambo id exequendis poteritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Cum Jorogatione &c. a

Discreta commissio.

Datum Laterani II. Idus Septembris, Pontificatus Nostri Anno Primo [b].

b

B

Relaxantur 100. dies pœnitentiæ sacramen. injunctæ porrigentibus manus adjutrices pro complemento Ecclesiæ S. Francisci Bononien. (Ex Archivo Conventus S. ejusdem memoratæ Civitatis.)

CVI.
Anno 1255. die 17. Septembr.

ALEXANDER &c.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

c

Exordium. Rom. 14. 20. Ecclesia FF. Minorum Bononiæ construitur.

QUONIAM, ut ait Apostolus &c. [c] Sane dilecti filii Minister, & Fratres Ordinis Fratrum Minorum *Bononien.* ibidem, sicut accepimus, Ecclesiam cœperunt construere [d], in qua Divinis possint laudibus deservire. Cum itaque ipsis propter Christum extremæ ferentibus sarcinam paupertatis ad hoc Fidelium subsidium sit plurimum opportunum; universitatem vestram rogamus, & hortamur in Domino in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus eis pias eleemosynas, & grata charitatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram Ecclesia memorata valeat consummari; & vos per hæc, & alia bona, quæ Domino inspirante feceritis, ad æternæ possitis fœlicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui Fratribus prædictis pro dicta Ecclesia consummanda manum porrexerint adjutricem, A centum dies de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. Præsentibus post sex annos [e] minime valituris.

d

Hortatur Pontifex Fideles ad subveniendum.

C

D

& Indulgentias largit.

E

Datum Anagniæ xv. Kalendas Octobris Pontificatus Nostri Anno Primo [f].

limitata concessione e f

Jubet iterum locum Venetiis de Vinea dictum, & a Marco Ziano N. V. pro Conventus Fratrum constructione relictum recipi non obstantibus statutis Ordinis. (Ex Autographo Archivi Conventus S. Mariæ Gloriosæ Min. Convent. Venet.)

CVII.
Anno 1255. die 19. Septembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis... Ministro, & Fratribus Ordinis Minorum de Venetiis *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Alias suas litteras commemorat.

CUM Nos dilectis in Christo filiabus nobilibus mulieribus Constantiæ filiæ nobilis viri ... *Marchionis Estensis*, & Medaniæ Comitissæ, olim Johanni Campulo, Marco Baduario, & Marchisinæ uxori ejus Executoribus testamenti quondam *Marci Ziani* de Venetiis Civis sub certa forma dedermus litteris in mandatis, ut locum, qui *Vinea* dicitur, situm in Venetiis vobis ab eodem Marco pro animæ suæ remedio in ultima voluntate relictum assignare vobis sine aliqua dilatione, & difficultate procurent; universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus locum ipsum ab eisdem Executoribus; contrariis vestri Ordinis statutis, seu mandato quolibet nequaquam obstantibus; recipere sine aliqua dilatione curetis [g].

Mandat Pontifex ut supra

Statuto Ordinis derogans.

g

Datum Anagniæ XIII. Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Primo [h].

h

Repetit libros, & alia ab Innocentio IV. in Sacrario Conventus, & Ecclesiæ Assisiat. S. Francisci deposita. (Ex Archivo præfati Conventus apud Autorem Collis Paradisi lib. 2. pag. 23.)

(a) In Concilio Generali: Lateranensi IV. anno 1215. sub Innocentio III. celebrato cap. 37.

(b) Aliam similis tenoris Epistolam dedit Pontifex Episcopis Ferrarien., & Imolen. hoc anno die 12. Decembris, ut infra.

(c) Apostolus &c.: Ut in Bulla hoc anno 1255. die 16. April. edita.

(d) Construere: Jam a multo tempore ædificium Ecclesiæ hujus inceptum fuerat, ut antea dictum est; sed ingens moles ob varios casus nonnisi post ann. 1260. ad perfectionem adducta fuit.

(e) Post sex annos: Ideo quod post illud tempus fabricam perfici posse sperabatur; quod & factum est.

(f) Alias *Indulgentias* huic Ecclesiæ concesserat Pontifex hoc anno die 27. Julii *Cum ad promerenda &c.* sed pro cultu Sanctorum *Francisci & Antonii*.

(g) Idem scripserat Pontifex hoc anno die 14. Maii iisdem, & eodem exemplo, ut supra videri potest; cur autem litteras iteraverit, nobis incompertum; nisi forsan quod repugnaret paupertati altissimæ FF. Minorum, cum eis tolleretur mendicitas, ususque pauper.

(h) Notas pro hac epistola videas, si lubet, in supradicta die 14. Maji scripta.

ALEXANDER PP. IV.
An. Ch. 1255.

CVIII.
Anno 1255. die 24. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Guardiano *S. Francisci*, *vel ejus Vicario* Assisiat. *Ord. Minor. Sal.*, *& Apostol. Benedictionem*.

a
Innocentius IV. PP. libros, & alia deponi curat in Sacrario ecclesiæ S. Francisci Assisii.

b c

quæ Alexander PP. repetit, & ad se deferri jubet.

CUM fel. record. INNOCENTIUS PAPA [a] prædecessor noster libros, & quædam alia per dilectum filium Fratrem *Laurentium* nunc electum *Antibaren.* [b] in Sacristia [c] Ecclesiæ S. Francisci fecetit commendari; devotioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus libros, & bona ipsa Petro servienti nostro latori præsentium facias assignari, quæ autem assignaveris ei, Nobis tuis literis intimate procures.

Datum Anagniæ VIII. Kalend. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut Ministri Generales statim ac eliguntur, exequi suum officium possint, ac absolvi, deponique in generali Capitulo juxta Regulam. (Ex REGES. VATIC. epist. 707. apud WADDINGUM in Reges. Pontif. num. 32. extat & Avenione APOGRAPHUM in Archivo Conventus S. Francisci.)

CIX.
Anno 1255. die 4. Octobris.

d

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Generali [d], *ac Provincialibus Ministris, & aliis Fratribus Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

A

INTER alia, quibus ex injuncto Nobis officio Apostolatus intendimus, Religionis sacræ specialiter desiderantes augmentum; & Ordinem vestrum prærogativa favoris, & gratiæ non immerito prosequentes, cum a suæ institutionis exordio laudabilibus continue profecerit incrementis; ipsius Ordinis cultum affectione plena diligimus, & cupimus votivis semper in Domino successibus ampliari, eidem Ordini sollicite curantes in iis, quæ salubria, & opportuna sibi cognoscunt, providere. Cum itaque, sicut Nobis exponere curavistis, tu fili *Generalis* Minister, & prædecessores tui juxta ejusdem Ordinis consuetudinem observatam hactenus, & a Sede Apostolica toleratam statim, postquam electi secundum prædicti *Regulam* [e], & Constitutiones Ordinis extitistis, Fratrum ipsius curam gesseritis ministerii officium plene, ac libere in omnibus exercentes; iidem Fratres vobis devote, & humiliter obedierint, ac intenderint reverenter; & in eadem *Regula* sit expressum [f], ut *Generalis* Minister, qui pro tempore fuerit, a ministerii officio amoveri valeat a prioribus Provincialibus Ministris, & Custodibus in generali Capitulo congregatis; Nos volentes ambiguitatis scrupulum in hac parte de vestris cordibus amputare [g]; ac Ordinem ipsum a Sancta Sede approbatum, eadem honestate floridum, præclarum scientia, & virtute fœcundum, privilegio Apostolicæ gratiæ attollere singulari; vestris supplicationibus inclinati, ut Successores *Generales* tui Ministri, qui erunt

B C D

Eximium Ordinis encomium.

Fratrum expositionis tenor.

Ordinis consuetudo circa Gen. Ministri munus.

e

f

& definitorum in Comitiis Gen. potestatem.

g

Pontifex Ordinem commendat, & privilegio exornat.

Fratrum precibus annuens, & statuens ut supra

(a) INNOCENTIUS PP.: Hujus nominis IV. anno superiori exeunte vita defunctus.

(b) FR. LAURENTIUM NUNC ELECTUM ANTIBAREN. Qui hoc anno successit in Archiepiscopatu Antibaren. Fr. Gostrido O. M. anno 1253 die 12. Aprilis assumpto ex epistola Innocentii IV. *Qui ad cathedram &c.* eo tempore data, idque a nobis relata: anno 1247. ipse Fr. Laurentius *Papæ Pœnitentiarius legatus* fuerat Apostolicus Orientis cum plena potestate in illis Patriarchatibus, & Ecclesiis, ut ea litteris Innocentii IV. eo anno datis die 1. Junii, 3. & 7. Augusti; assumptionis autem ejus ad hanc Ecclesiam in Dalmatia Metropolim testatur Paulus Pansa in vita ejusdem Innocentii IV. Hujus extat mentio Romæ in quadam inscriptione Ædis Sanctæ Agnetis apud Andream Victorellum in Addit. ad Ciaconium in vita Alexandri IV. hujusmodi *Anno Domini 1256. ind. 14. eo die, quo festum B. Vitalis celebratur* (idest die 28. April.), *D. Alexander PP. Quartus &c. Huic consecrationi interfuerunt &c. Laurentius Archiepiscopus Sclavinensis, Episcopus Marocensis cum aliis pluribus Religiosis &c.* dictus autem est Archiepiscopus *Sclavinensis*, quia Antibaris Metropolis erat Dalmatiæ, & Sclaviniæ, al. Selavoniæ. Hic fortan est ille *Fr. Laurentius de Ordine Minorum Archiepiscopus*, qui anno 1265. interfuit Assisii consecrationi Ecclesiæ S. Claræ die 30. Augusti a Clemente IV. peractæ cum pluribus S. R. E. Cardinalibus, & Antistitibus Eccles. ex monumentis Ms. Assisiat. Monasterii S. Claræ.

(c) SACRISTIA: vulgo pro *Sacrario*, ubi sacra reponuntur, & servantur ex Strabone lib. *De reb. Eccles.* cap. 6., in nostro autem Assisiati *Sacrario* diu reposita, & asservata fuisse bona, & *instrumenta* Romanæ Ecclesiæ palam faciunt ea, quæ attulimus in primo hujus Operis tomo pag. 772. (e), & ex Annal. Eccles. Card. Baronii ad ann. 1191. num. 56. & seqq. de extractis monumentis ex *Camera juxta Sacristiam superiorem, ubi thesaurus in Archivis Romana Ecclesia conservatur*, e per Mag. Joannem de Amelio Archidiaconum Forojulien., & Cameræ Apostolicæ Clericum jussu Benedicti XII. Papæ *datum, & actum Assisii in loco Fratrum Minorum in Palatio Domini Papa* Anno 1339. die 20. Martii indict. 7. Pontificatus vero Benedicti XII. ann. 5. Ibi quoque *pecuniam* dictæ Ecclesiæ, & aliarum nobilium personarum tanquam in loco tutissimo depositam a viris sacrilegis tempore intestini belli direptam scribit ex Reges. Vatic. Waddingus ad ann. 1321. n. 39. *Arma* itidem ibi, & armaturæ custodiebantur, ut ex epistola Clementis IV. *Recepimus Arma &c.* anno 1268. die 27. Junii scripta, & infra suo loco danda.

(d) GENERALI: *B. Joanni Parmensi*, quem non multo post officium supremæ Præfecturæ deposuisse ferunt.

(e) REGULAM: Cap. 8. de electione Generalis Ministri.

(f) SIT EXPRESSUM: Eodem cap. 8.

(g) AMPUTARE: Scrupulus, quem Pontifex amputare se velle scribit, ortus inde videtur, quod Minister Generalis a pluribus in multis apud Pontificem accusatus instabat, ut absolveretur ab onere, plerisque, qui recte de eo sentiebant, reclamantibus: accusatoribus vero, quos ejus recta, ipsis tamen severior, disciplina tangebat, amovendum contendentibus; de qua re legi potest Waddingus in Annal. Minor. ad ann. 1256. num 2. & 3.

erunt pro tempore, statim postquam electi secundum *Regulam*, & Constitutiones fuerint supradictas, eo ipso veri ejusdem Ordinis effecti *Generales* Ministri curam animarum Fratrum ipsius Ordinis plene habeant, & libere gerant; ipsos quoque Fratres auctoritate propria ligare, ac solvere valeant; nec non in eodem agere Ordine, quæ ipsi Ministri, & Diffinitores ad hoc electi juxta memoratas Constitutiones eisdem Ordini, & Fratribus secundum Deum viderint expedire, aliasque Ministerii officium licite in omnibus exercere: iidemque Fratres tibi *Generali* Ministro, & Successoribus tuis humiliter, & devote obediant, & intendant; & præfati Successores, & tu *Generalis* Minister a Provincialibus Ministris, & Custodibus secundum *Regulam*, & Constitutiones ejusdem Ordinis absolvi, & amoveri possitis auctoritate præsentium indulgemus; habentes ratum, & firmum quidquid super præmissis per te, *Generalis* Mioister, dictosque prædecessores Fratres, & Diffinitores factum, & observatum est hactenus; coocessa tibi exequendi Ministerii officium quoad præmissa omnia, & alia libera facultate. Nulli ergo &c. concessionis &c. Si quis &c.

De potestate ipsius Ministri Gen. a die suæ electionis.

Et definitorum præfatorum in dictum Ministrum.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ IV. Nonas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Primo [a].

Rigorem Regulæ *a se, dum Cardinalis Protector Ordinis erat, in pluribus mitigatam confirmat*. (Ex Autographo Monasterii SS. Naboris, & Felicis Bononien. Ordinis S. Claræ.)

CX.

Anno 1255. die 6. Octobris.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monialium inclusarum Monasterii S. Francisci Bononien. [b] *Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium a concessionis, & confirmationis causa.

Habere percepimus in desiderio vestro continuum, quod per afflictionem carnis assiduam mereamini præmia Beatorum: verumtamen ex fragilitate naturæ adeo spiritus promptitudo retunditur, quod vix absque incursu discriminis in omnibus rigorem *Formulæ* vitæ vestræ [c] perpeti valeatis. Hujusmodi siquidem fragilitatem paterno considerantes affectu, cum essemus io minori officio constituti, rigorem ipsius *Formulæ* in certis articulis pie, ac provide temperavimus; prout in patentibus litteris nostris [d] confectis exinde plenius continetur. Nos igitur, quia pium esse dignoscitur, ut ex provisione Sedis Apostolicæ a vobis jugum Domioi cum suavitate feratur, vestris supplicationibus inclinati hoc, quod a Nobis super hoc factum est, ratum habentes & gratum id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus [e]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

In minori officio concessit, & temperat.

Pontifex vero confirmat.

Clausula prohib. &c.

Dat. Anagniæ II. Nonas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Concedit Prælatis Ordinis, ut Fratres sibi subditos a quacunque irregularitate, & excommunicatione dispensare, & absolvere valeant. (Ex Speculo Minor. tract.2. fol. 118. apud Wadoingum in Reges. Pontif. oum. 33. & ex Autographo Conventus S. Francisci Salmanticen. apud Rodericum in Bullar. Regul. in prævia monitione ad 24. Bullam Innocentii IV., atque Consentiæ ex Gonzaga par.2. Conv.7. Prov. Calabr.)

CXI.

Anno 1255. die 9. Octobris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Generali [d], *& universis Ministris Provincialibus, & Custodibus Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Licet ad hoc Fratrum vestri Ordinis pia desudet intentio, ut ab iis in his, quæ faciunt, prudenter, & provide procedatur &c. [f] Ut singuli vestrum

(a) Idem privilegium Ordini Prædicatorum collatum fuerat ab Innocentio IV., estque 38. Constitutio in to. 1. Bullarii ejusdem Ordinis.
(b) Monasterii S. Francisci Bonon.: V. aliam hujus Pontificis epist. supra ad diem 10. Maji relatam.
(c) Formulæ vitæ vestræ: Nempe *Regula* ab Hugolino Card. Episcopo Ostien. universis Clarissis præscriptæ, & to. 1. p. 263. & 394. vulgatæ.
(d) Litteris nostris: Quæ habentur infra in simili diplomate Monialibus Civitatis novæ, & Tudertinis anno 1258. die 27. Augusti dato.
(e) Communimus: Hoc loco in dictis diplomatibus pro Monasteriis Tudertin., & Civitatis oovæ subduntur litteræ mitigationis Regulæ, quæ ibi videri possunt, & legi.
(f) Procedatur &c.: Adeatur 341. diploma Gregorii IX. die 6. Junii anno 1241. datum eique ad illa *gaudeat gratiosam*.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

strum in *Provinciis*, & *Custodiis* [a] sibi commissis prædictis Fratribus constitutis ibidem absolutione, ac dispensatione indigentibus; sive priusquam Ordinem intraverint, sive postea in casibus excesserint memoratis, impartiri valeant absolutionis beneficium; & dispensare cum eis &c. [b]

Datum Anagniæ VII. Idus Octobris, Pontificatus Nostri Anno Primo [c].

Prohibet, ne ab Ordine ejecti, vel egressi prædicare, Confessiones audire, seu docere audeant, nisi &c., alias excommunicari possint a Prælatis Ordinis. (Ex SPECULO MINOR. tract. 2. fol. 119. RODERICO in Bullario Regul. Bul. 9. & 28. & WADDINGO in Reges. Pontif. n. 34. extat & AUTOGRAPHUM in Salmanticen. Conventu S. Francisci apud cit. Rodericum Bul. 9. & 28. Alex. IV. atque in FIRMAMENTIS trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 20.)

CXII. Anno 1255. die 12. Octobris.

ALEXANDER &c.

Eidem.

JUSTIS petentium desideriis dignum est Nos facilem præbere consensum; & vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Cum igitur &c. [d]

Datum Anagniæ IV. Idus Octobris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Pronunciat per Constitutionem Innocentii IV. nullum privilegiis Fratrum illatum esse præjudicium. (Ex ARCHIVO Ordinis Romæ posito apud SS. XII. Apostolos teste Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph. n. 6. & Leodii in Belgio apud eosd. PP. Min. Conv.)

CXIII. Anno 1255. die 15. Octobr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Generali, & Provincialibus Ministris, & aliis Fratribus, Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostol. Benedictionem.

CUM fel. record. INNOCENTIUS PAPA prædecessor noster olim duxerit statuendum [e], ut exempti quandocumque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, seu contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possint coram Locorum Ordinariis conveniri; & illi quoad hoc suam in ipsos jurisdictionem, prout jus exigit, exercere; vos dubitantes ne per Constitutionem hujusmodi libertatibus, aut immunitatibus vobis, & Ordini vestro per privilegia, & indulgentias ab Apostolica Sede concessis præjudicari valeat; Nobis humiliter supplicastis, ut providere super hoc indemnitati vestræ paterna sollicitudine curaremus. Quia vero ejusdem Ordinis Sacra Religio sic vos apud Nos dignos favore constituit, ut Nobis votivum existat, vos ab omnibus, per quæ vobis possent provenire dispendia, immunes libenti animo præservare; auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut occasione *Constitutionis* hujusmodi nullum eisdem libertatibus, & immunitatibus inposterum præjudicium generetur [f]. Nulli ergo &c. nostræ concessionis &c. Si quis &c.

Statuti Innocentii IV. tenor. — Fratrum dubitatio, atque supplicatio. — Pontifex exaudit, & disponit, ut supra. — Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ Idibus Octobris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Indulget Prælatos Ordinis posse quibuscumque Pontificibus ordinandos Fratres suos præsentare sine examinatione &c. (Ex SPECULO MINORUM tract. 2. fol. 119. RODERICO Bull. 11., & WADDINGO in Reges. Pontif. n. 36. atque FIRMAMENTIS trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 20. & AUTOGRAPHUM extat in Archivo Conv. S. Francisci Salmanticen.)

ALE-

(a) ET CUSTODIIS: Ex hujus Pontificis ampliatione; ut enim pro Ordine Prædicatorum Innocentius IV. anno 1244. die 6. Aprilis hoc diploma dedit *Magistro, & universis Prioribus Provincialibus*; Alexander vero die 18. Martii anno 1258. *Magistro, & universis Prioribus, ac vices Priorum gerentibus*; ita cit. Gregorii diploma *Generali, & universis Ministris Provincialibus* legitur datum, sed Alexander addit *& Custodibus*.

(b) CUM EIS &c.: Ut in dicto diplomate usque ad finem, ac *datum &c.* hoc etiam loco Gregorius apposuerat id faciendum *de consensu discretorum Fratrum vestrorum, qui litterati sint, & Deum timentes*; quod Alexander sustulit.

(c) Gregorianum diploma renovavit Innocentius IV. anno 1243 & 1244. ut in I. hujus Bullarii tomo; Alexander vero iteravit insequenti anno idibus Februar. cujus autographum habetur Leodii in Belgio apud nostros PP. Convent., die etiam 22. Octobr. ex cit. Gonzaga. Horum unum Alexandri adducit vetus autor Barthol. Pisanus Conform. 12. in expositione VII. Capitis Regulæ Fratrum Minorum.

(d) CUM IGITUR &c.: Videas hanc ipsam decretalem epist., quam ediderat & Innocentius IV. ann. 1246. die 9. Septembr., quæ supra legitur; & Alexander IV. Ord. Prædicatorum contulit anno 1256. die 19. Junii, quæ est 105. tom. 7. Bullarii ejusdem Ordinis.

(e) STATUENDUM: C. *Volentes libertatem* tit. 7. *de privilegiis* in 6. lib. 5.

(f) Hoc ipsum jam declaraverat ipsemet Innocentius IV. litteris fere iisdem *Cum olim duxerimus &c.* dat. anno 1251. die 27. Decembr., annoque sequenti innovatis non semel, ut ibi.

CXIV.

Anno 1255. die 16. Octobris.

a

ALEXANDER &c. A

Dilectis filiis ... Generali [a], *& universis Provincialibus Ministris Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium ab Ordinis Minoritici encomio.

CONVENIT, ut sacer & lucidus vester Ordo, sicut Religionis altitudine pollet, sic per Sedis Apostolicæ gratiam privilegio fulgeat speciali. Attendentes igitur, quod ejusdem Ordinis Fratres de locis ad loca ipsius Ordinis sæpius transf- B mittuntur; propter quod stabilem, & perpetuam in certis, & determinatis ejusdem Ordinis domibus non faciant mansionem; considerantes etiam, quod bonos, & idoneos, ac approbatos a vobis Fratres facitis ad *Ordines* promoveri, vestris supplicationibus inclinati, ut liceat vobis ordinandos *Fratres* ejusdem Ordinis quibuscumque malueritis Catholicis Pontificibus communionem, & gratiam prædictæ Sedis habentibus præsentare, ipsique C Pontificibus præsentatos a vobis Fratres sine qualibet examinatione [b] per eosdem Pontifices facienda, & absque omni promissione, vel obligatione ipsorum ordinandorum *Fratrum* ad Ordines promovere; vobis, & Ordini vestro auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Ex variis considerationibus.

Supplices Fratres Pontifex exaudit, & concedit, ut supra.

b

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ xvII. Kal. Novemb. Pontificatus Nostri Anno Primo [c].

c

Ne Fratres ad deferendas litteras, vel exequendas sententias contra aliquos a quocunque compellantur. (EX SPECULO MINOR. tract. 2. fol. 119., RODERICI Bullario Regul. Bul. 10., & WADDINGO in Regesto Pontif. n.35., extatque AUTOGRAPHUM Salmanticæ in Archivo Conv. S. Francisci.)

ALEXANDER &c.

CXV.

Anno 1255. die 16. Octobris.

Eisdem.

Exordium.

CONVENIT, ut sacer, & lucidus vester Ordo, sicut Religionis altitudine pollet, sic per Sedis Apostolicæ gratiam privilegio fulgeat speciali. Vestris itaque supplicationibus inclinati, ut nullus Archiepiscopus, vel Episcopus, aut quivis alius Prælatus Ecclesiasticus, seu eorum Vicarii, vel Officiales vos, aut aliquem de vestris *Fratribus* ad portandum, seu deferendum litteras, vel exequendum, aut denunciandum sententias contra Principes Seculares, Communitates, Populos, seu quoscumque benefactores vestros cogere valeant sine prædictæ Sedis mandato, vel licentia speciali expressam faciente de hac indulgentia mentionem: neque vos, vel quisquam *Fratrum* vestri Ordinis parere, vel intendere teneamini super his monitionibus, mandatis, aut jussionibus eorumdem auctoritate præsentium indulgemus; decernentes irritum & inane, quidquid circa hoc contra hujusmodi indulti tenorem a quocumque fuerit attentatum [d]. Nulli ergo &c. nostræ concessionis, & constitutionis &c. Si quis &c.

Fratrum supplicationibus annuit Pontifex, & indulget, ut supra.

d

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ xvII. Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Primo [e].

e

D

Episcopo Marochien. prædicatori Crucis in Hispania contra Saracenos Africæ, ac in eo munere ab se delegatis dantur privilegia. (EX VATIC. ARCHIVO in Regest. Pontif. epist. 691. an.1.)

ALEXANDER &c.

CXVI.

Anno 1255. die 17. Octobr.

f

Venerabili Fratri ... [f] *Episcopo* Marrochit. *Apostolicæ Sedis Legato Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

E

CUM tibi, in cujus ore non est verbum Domini alligatum, prædicatio *Crucis* per Hispaniam pro negotio *Afri-*

2. Timoth. 2.9.

Commissionis prædicationis Crucis in Saracenos Afric. causa.

(a) GENERALI: B. Joanni Parmensi.
(b) SINE QUALIBET EXAMINATIONE: Hoc privilegium jampridem abolitum fuit.
(c) Idem privilegium concessit Pontifex Ordini Prædicatorum anno 1257. die 20. Septembr. ex hujus Pontificis Bulla 179. tom. 1. in ejusdem Ordinis Bullario nuper edito; Ordini autem nostro iteravit insequenti anno nonis Februarii, ut infra.
(d) Adducit hoc privilegium Pontifex, & cum pluribus aliis confirmat in suo magno diplomate incip. *Virtute conspicuos &c.* ann.1259. die 5. Augusti edito §.14.
(e) Simile huic, nisi idem sit privilegium, ne Fratres Minores ab Apostolicis Legatis compelli possint, ut ordinariorum Judicum officio fungantur dat. 5. Augusti Pontif. anno 2. extat autographum Consentiæ in Chartophilacio veteris Conventus S. Francisci ex Gonzaga par. 2. Conv. 7. Prov. Calabriæ.
(f) VEN. FRATRI ...: Lupo O. M., ut ex pluribus epistolis præcedentibus, & subsequentibus apparet, ac infra 27. Novembris.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

Africæ ad instantiam charissimi in Christo filii nostri ...[a] Regis Castellæ & Legionis illustris, qui dictum negotium prosequendum potenter assumpsisse dinoscitur[b], a Sede Apostolica sit commissa[c], ut fideles Christi libentius & ferventius currant ad verbum Domini audiendum; tu *triginta*, vel *quadraginta* dierum; illi vero, quibus hujusmodi prædicationem commiseris, *decem*, seu *viginti* dierum *indulgentiam* omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad vestras solemnes prædicationes accesserint, largiamini; prout videritis expedire. Ut autem nihil omnino desit ad commissum tibi, & eisdem Prædicatoribus officium exequendum, absolvendi juxta formam Ecclesiæ manuum injectores de terra dicti Regis in Clericos, ac incendiarios[d] dumtaxat *crucesignatos*, & assumentes etiam signum *Crucis*; & commutandi in dicta terra abstinentiæ, ac peregrinationis *vota* in voto African. plenam vobis concedimus auctoritate præsentium facultatem; proviso, ut manuum injectores passis injuriam, & incendiarii eis, quibus dampna per incendia intulerunt, satisfaciant competenter; dummodo non fuerit adeo gravis & enormis excessus manuum injectorum, quod merito sint ad Sedem Apostolicam destinandi. Et quia multæ ad tantum negocium necessariæ sunt expensæ; recipiendi ad opus prædicti Regis ab Executoribus Testamentorum sponte ad idem negocium dare volentibus indistincte, & personis aliquibus non expressis legata, seu relicta libera, sit vobis de nostra permissione facultas. Eadem quoque auctoritate vobis concedimus, ut per Plebanos, & alios Ecclesiarum Rectores, nec non & simplices Sacerdotes ad prædicationem vestram possitis populum convocare; per quos etiam, si qui voluerint, poterunt secure recipere signum *Crucis*. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Indulgentia varia conceditur.

& facultas absolvendi a censuris Crucesignatos.

votaque commutandi.

conditionibus appositis.

Item recipiendi legata indistincte facta pro Regis opere,

convocandique opera Rectorum Ecclesiarum, aliorumque Sacerdotum.

Datum Anagniæ xvi. Kalen. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut vocatis iis, quorum de finibus trium Episcopatuum Hispaniæ interesset, Diœceses circumscribat, eisque limites assignet de peritorum consilio. (Ex Vatic. Archivo in Reges. Pontif. epist. 703. an. 1.)

ALEXANDER &c.

CXVII. Anno 1255. die 18. Octobris.

Eidem.

CUM carissimus in Christo filius noster Rex Castellæ & Legionis illustris in Terris per eum, & progenitores suos recuperatis de Saracenorum manibus tres videlicet *Carthaginensem*[e], *Silvensem*[f], & *Pacensem*[g] Ecclesias erexerit Cathedrales; & quia de limitatione Diœc. earundem pro eo, quod diutius fuerunt a Sarracenis detentæ[h], non potest scripto, vel testimonio edoceri: ne hac occasione Dioceses ipsæ remaneant indistinctæ, vocatis omnibus, quorum interest, limitandi eas de consilio peritorum, ac compescendi contradictores per censuras Ecclesiasticas plenariam tibi concedimus auctoritate præsentium facultatem.

Datum Anagniæ xv. Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Primo[i].

Bulla

(a) Filii nostri ...: Alphonsi X. alias, & pluries memorati.

(b) Assumpsisse dinoscitur: Nempe bellum inferendi Saracenis Africæ; ut habetur ex epist. 435. & 436. Innocentii IV. *Carissimus in Christo &c.* anno 1252. scriptis, & in I. hujus Operis tomo relatis.

(c) Sit commissa: Hoc anno per litteras *Ad regimen universalis &c.* die 13. Maji scriptas, & supra relatas.

(d) Et incendiarios: Utpote casus Summo Pontifici reservati.

(e) Carthaginen.: Cui Pontifex Episcopum præfecit Fr. *Petrum* Galæcum O. M. circa ann. 1248. ex epist. 203. & seqq. Innocentii IV. in primo hujus Operis tomo relatis p. 524. & seqq.

(f) Silvensem: Quæ civitas vulgo *Elva*, & *Yelves* juxta varios Hispanorum dialectos nominatur, Latinis autem *Helva* in Algarbiis ad Lusitaniam spectantem nunc sub Archiepiscopo Ulyssiponensi, cujus primus Episcopus extitit *Garsias* in litteris Urbani IV. & Alphonsi Regis anno 1263. commemoratus apud Raynaldum ad eum annum n. 38. & 50.

(g) Pacensem: Pacem Augustam vulgo *Badajoz* Provinciæ Extremaduræ caput in Legionis Regno, & Lusitaniæ confinio 3. leucis distantem ab Helvis vel Silvis proxime memoratis sub Archiepiscopo Compostellano, ejusque primus Episcopus fuit *Fr. Petrus Perez* ex Ord. Min. testante Waddingo ad ann. 1268. n. 8. 2. edit.

(h) A Sarracenis detentæ: Paulopost enim initium sæculi Ecclesiæ viii. Hispaniam ingressi sunt ex Africa Saraceni, & pedetentim magnam illius partem occuparunt.

(i) Refert hanc epistolam & Raynaldus in Annal. Eccles. ad hunc annum n. 51. sed sine loco, die, ac anno, quibus sit data.

Bulla Canonizationis San. Claræ Assisiaten. (Ex FIRMAMENTO trium Ordinum par.2. tract. 2. fol.1. al. 55. SEDULIO in Hist. Seraph., WADDINGO in Annal. Minor. ad hunc annum num. 6. *Bullario* Rom. Bul.20. tom.3. al. Bul.3. tom. 1., extat AUTOGRAPHUM Parisiis in Cœnobii Minot. Archivo, vulgavit & FONTANINUS in Codice Canonizationum n. 51., & BOLLANDI Continuatores Act.SS. tom.2. Augusti die 12. p.749. & seqq. in Comment. prævio §. IV.)

CXVIII. Anno 1255. die 19. Octob. al. 26. Sept.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus universis Archiepiscopis, & Episcopis per Regnum Franciæ *constitutis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Encomia S. Claræ a nomine desumpta.

CLARA claris præclara meritis magnæ in Cælo claritate gloriæ, ac in Terra miraculorum sublimium clare claret. Claræ hujus arcta, & alta Religio hic coruscat; hujus sursum æterni præmii radiat magnitudo; hujusque virtutis magnifica mortalibus illucescunt. Huic Claræ intitulatum hic fuit summæ privilegium paupertatis: huic in excelso rependitur inæstimabilis copia thesaurorum; huic a Catholicis plena devotio, & honoris cumulus exhibetur. Hanc Claram sua fulgida hic insignierunt opera; hanc Claram in alto Divinæ lucis clarificat plenitudo; hanc Christianis populis prodigiorum ejus insignia stupenda declarant. O Clara multimode rivulis prædita claritatis! ante conversionem tuam utique clara: in conversione clarior; in claustrali conversatione præclara, & post decursum vitæ præsentis spatium clarissima illuxisti! Ab hac Clara clarum exempli speculum huic sæculo prodiit; ab hac inter amænitates cœlestes suave lilium virginitatis offertur; ab hac in terris manifesta subventionum remedia sentiuntur. O admiranda Claræ beatæ claritas, quæ quanto studiosius per singula quæritur, tanto splendidior in singulis invenitur! Emicuit hæc, inquam, in hoc sæculo; in Religione præfulsit; in domo illuxit ut radius, in Claustro coruscavit ut fulgor. Emicuit in vita; post mortem radiat: claruit in terra; in cælo relucet.

A O quanta hujus vehementia luminis, & quam vehemens istius illuminatio claritatis! Manebat quidem hæc lux secretis inclusa claustralibus, & foris micantes radios emittebat: colligebatur in arcto Cœnobio, & in amplo sæculo spargebatur; servabatur integra, & extra manabat. Latebat namque Clara, sed ejus vita patebat: silebat Clara, sed sua fama clamabat: celabatur in cella, & in urbibus noscebatur. Nec mirum, quia B lucerna tam accensa, tam lucens abscondi non poterat, quin splenderet, & clarum in Domo Domini daret lumen. Nec recondi poterat vas tot aromatum, quin flagraret; & suavi odore Dominicam aspergeret mansionem: imo cum in angusto solitudinis reclusorio alabastrum sui corporis hæc dure contereret; tota omnino Ecclesiæ aula sanctitatis ejus odoribus replebatur. Sane cum ipsa, dum adhuc puella esset in sæculo, C hunc Mundum fragilem ab ætate tenera transilire studeret; & pretiosum suæ virginitatis thesaurum illibato semper pudore custodiens, charitatis, & pietatis operibus vigilanter intenderet; ita quod ex ea gratia, & laudabilis ad vicinos alios fama prodiret: B. Franciscus, audito hujus famæ præconio, cœpit confestim hortari eam, ut ad Christi perfectam induceret servitutem. Quæ factis D illius monitis mox adhærens, & Mundum cum terrenis omnibus abdicare, ac soli Domino in paupertate voluntaria famulari desiderans hoc suum fervens desiderium, quam cito potuit, adimplevit: quia tandem cuncta sua bona, ut una secum quidquid etiam habebat, Christi obsequio deputaret, in eleemosynas, & pauperum subsidia distribuit. Cumque de sæculi strepitu fugiens ad quamdam Campestrem declinasset E Ecclesiam [a]; & ab ipso Beato Francisco facta ibi recepta Tonsura processisset in aliam [b]; consanguineis ejus ipsam exinde reducere molientibus; illa protinus amplectens Altare, pannosque apprehendens ipsius, crinium sui capitis incisura detecta, eisdem consanguineis in hoc fortiter restitit, & constanter; quia cum jam esset mente integra juncta Deo,

Breve ejus vitæ compendium, & primum de ejus conversione,

& S. P. Francisci exhortatione.

Ad B. Francisci monita Mundum abdicat,

& a B. Francisco crinium tonsuram accipit. a b

(a) CAMPESTREM DECLINASSET ECCLESIAM: Vocabulo *S. Mariæ Angelorum al. Portiuncula* ad 1500. p. Assisio distantem, ubi S. Franc. cum Sociis morabatur.

(b) PROCESSISSET IN ALIAM: S. *Pauli* Monialium Ord. S. Benedicti ex Waddingo ad annum 1212. n. 22.

Damianitarum Monialium Ordo exoritur, postea Clarissarum appellatum. a

per Orbem longe diffusus. b

Deo, pati non poterat ab ejus servitio se divelli. Denique cum ad Ecclesiam Sancti Damiani [a] extra Civitatem Assisiatem, unde traxit originem, per eumdem Beatum Franciscum adducta fuisset; ibi ei Dominus ad amorem, & cultum assiduum sui nominis plures socias aggregavit. Ab hac siquidem insignis, & sacer Ordo Sancti Damiani per Orbem jam longe diffusus salutare sumpsit exordium. Hæc adhortante ipso B. Francisco huic novæ, sanctæque Observantiæ sequendum dedit initium [b]; hæc bujus magnæ Religionis fuit primarium, & stabile fundamentum; hæc hujus alti operis lapis extitit primitivus. Hæc genere nobilis, sed conversatione nobilior virginitatem, quam prius etiam custodierat, sub hac sanctimoniæ Regula præcipue conservavit. Hanc postmodum

Mater imitatur filiam, eamque sequitur. c

Religionem Mater ejus Hortulana nomine [c] piis intenta operibus ipsius natæ sequendo vestigia devote suscepit; in qua demum hæc optima Hortulana, quæ in Horto Dominico protulit talem plantam, conclusit feliciter dies suos. Post

B. Clara Monasterii Assisiatis Abbatissa.

aliquot vero annos ipsa Beata Clara Monasterii, & Sororum regimen nimis ejusdem Sancti Francisci devicta importunitate recepit. Hæc utique fuit arbor procera, & eminens, longis distincta ramis, quæ in agro Ecclesiæ dulcem fructum Religionis attulit; & ad cujus delectabilem umbram sub illius amænitate fructum hujusmodi libaturæ cucurrerunt undique multæ alumnæ Fidei, & concurrunt. Hæc fuit nova munda vallis Spoletana, quæ novum aquæ vitalis fontem ad refectionem animarum, & commodum propinavit; qui jam per diversos rivulos in Territorium Ecclesiæ derivatus plantaria Religionis infundit. Hæc fuit altum sanctitatis candelabrum vehementer in Tabernaculo Domini rutilans;

Cujus ad exemplum plurimæ ejus Institutum sunt amplexæ.

ad cujus ingentem splendorem plurimæ properant suas de illius lumine lampades accendentes. Hæc profecto in arvo Fidei plantavit, & coluit vineam paupertatis, de qua fructus salutis pingues, & divites colliguntur. Hæc in prædio

A Ecclesiæ humilitatis hortum constituit multiplici rerum conferrtum inopia, in quo magna virtutum copia reperitur. Hæc in Religionis districtu arcem arctæ abstinentiæ fabricavit; in qua larga spiritualis alimoniæ refectio ministratur. Hæc fuit pauperum Primiceria, Ducissa humilium, Magistra continentium, & pœnitentium Abbatissa. Hæc suum Monasterium, creditamque in illo sibi familiam sollicite, ac prudenter in timo-

Qualiter B. Clara rexerit discipulas.

B re, & servitio Domini, & plena Ordinis observantia gubernavit; vigil in cura, in ministerio studiosa, in exhortatione attenta, diligens in admonitione, in correctione moderata, temperata in præceptis, in compassione præstabilis, discreta in silentio, in sermone matura, & consulta in cunctis ad perfectum regimen opportunis, volens magis famulari, quam dominari; & honorare potius, quam honore sustolli. Hujus vita

Ejus Vita erat aliis liber, vivendique regula.

C erat aliis eruditio, & doctrina; in hoc libro vitæ cæteræ vivendi Regulam didicerunt; in hoc vitæ speculo reliquæ vitæ semitas inspexere. Corpore namque sistebat in terra, sed animo versabatur in Cælo: humilitatis vasculum, armarium castitatis; charitatis ardor; dulcor benignitatis; patientiæ robur; nexus pacis; & familiaritatis communio: mitis in verbo, lenis in facto, & in omnibus

D amabilis, & accepta. Et ut carne depressa, convalesceret spiritu (quia quisque hoste suo debilitato fit fortior) nudum solum, & interdum sarmenta pro

Ejus lectus

lecto habebat; & pro pulvinari sub capite durum lignum: unaque tunica cum

habitus

mantello de vili despecto, & hispido panno contenta, his humilibus indumentis ad operimentum sui corporis utebatur; aspero cilicio de cordulis crinium Equorum contexto nonnumquam adhi-

cibus, & potus.

E bito ad carnem. Arcta quoque in cibo, & in potu districta tanta se in his frænabat abstinentia, quod longo tempore tribus diebus in hebdomada, videlicet secunda, quarta, & sexta feria, nihil penitus pro sui corporis alimento gustavit; reliquis nihilominus diebus adeo se ciba-

(a) AD ECCLESIAM S. DAMIANI: Ubi diu S. Clara cum suis discipulis habitavit, unde primitus dictæ sunt *Damianitæ*, & Sorores *S. Damiani*.

(b) HUIC NOVÆ, SANCTÆQUE OBSERVANTIÆ SEQUENDUM DEDIT INITIUM: Non igitur professa est *S. Benedicti* Regulam, ut quidam imperite effutiunt; si novam inchoavit.

(c) MATER EJUS HORTULANA NOMINE: de qua auctor antiquus in prima S. Claræ Vita, ingenue & in pietate plura profert, & postea Waddingus, & alii.

cibariorum paucitate restringens, quod aliæ de ipsa, quomodo sub tam forti districtione subsistere poterat, mirabantur. Vigiliis insuper, & orationibus assidue deduci, in his præcipue diurna, & nocturna tempora expendebat. Diutinis tandem perplexa languoribus, cum ad exercitium corporale non posset surgere per se ipsam, Sororum suarum suffragio levabatur; & ad tergum ejus fulcimentis oppositis, propriis manibus laborabat; ne in suis esset etiam infirmitatibus otiosa; unde de panno lineo hujus sui studii, & laboris plura pro Altaris Sacrificio *Corporalia* fieri fecit, & per plana, & montana Assisii diversis Ecclesiis exhiberi. Amatrix vero præcipua, & colona sedula paupertatis sic illam suo affixit animo; sic eam in suis desideriis alligavit; quod semper in ipsius directione firmior, & ardentior in amplexu a districta, & delectabili ejus copula pro nulla umquam necessitate discessit; nec aliquibus potuit induci suasibus ad consentiendum, quod suum Monasterium proprias possessiones haberet; quamquam felicis recordat. GREGORIUS PAPA Prædecessor noster de multa indigentia ipsius Monasterii pie cogitans libenter illi voluerit pro Sororum ejus sustentatione possessiones sufficientes, & congruas deputare. Verum quia magnum, & splendidum luminare supprimi non potest, quin radios proferat claritatis; in ipsius etiam vita multis, & variis miraculis virtus suæ sanctitatis effulsit. Nam cuidam de Sororibus ipsius Monasterii vocem, quam a longo tempore quasi omnino perdiderat, restauravit. Alii officio linguæ penitus destitutæ loquelam restituit expeditam; alteri aurem surdam aperuit ad auditum; laborantem febre, tumentem hydropisi, plagatam fistula, & aliis oppressas languoribus liberavit, facto Crucis signaculo super eas. Quemdam Fratrem de Ordine Minorum sanavit ab insaniæ passione. Cum autem quadam vice oleum in Monasterio totaliter defecisset, ipsa vocato Fratre, qui erat eidem Monasterio pro colligendis eleemosynis deputatus, accepit urceum, atque lavit, vacuumque juxta fores ipsius Monasterii posuit, ut

Vigiliæ, & orationes.

Labor etiam in infirmitate.

quam paupertatis studiosa

recuset possessiones a Gregorio IX. exhibitas.

Quædam ejus miracula in vita recensentur.

A illum idem Frater pro oleo acquirendo deferret: quem cum vellet ipse apprehendere, invenit eum oleo beneficio Divinæ largitatis impletum. Rursum cum uno die non nisi unius panis medietas pro refectione Sororum in eodem Monasterio haberetur; ipsa medietatem eamdem jussit in frusta distribui, & Sororibus dispensari; quam inter manus frangentis ille, qui vivus est panis, & dat escam esurientibus, multiplicavit in

B tantum, quod quinquaginta sufficientes factæ fuerint exinde portiones, & Sororibus discumbentibus distributæ. Per hæc, & alia signa conspicua suorum, dum adhuc viveret, innotuit præeminentia meritorum. Nam & cum in extremis ageret, candidus Beatarum Virginum cœtus micantibus coronis ornatus, in quo una ex ipsis eminentior, & fulgidior apparebat, visus est demum in-

C trare, ubi eadem Christi famula decumbebat, & usque ad lectum ejus procedere, ac circa eam quasi visitationis officium ad confortationis solamen quodam humanitatis studio exhibere. Post obitum vero ejus [a] quidam, qui morbo caduco ruebat, & propter crus contractum gradi non poterat, ad sepulcrum delatus ipsius fuit ibi, crure ipso quasi fragoris sonitum faciente, ab utraque infirmitate curatus. Curvi, renibus,

D membrisque contracti, præcipites furia, & dementi furore ferales receperunt ibidem integram sospitatem. Cuidam sua dextera manus, cujus ipse usum ex illata sibi vehementi percussione ita perdiderat, quod nihil omnino per eam, veluti prorsus inutilem, poterat operari, fuit ad actum suum pristinum ipsius Sanctæ meritis plenarie reformata. Alius, qui diutina cæcitate lumen amiserat oculorum, cum ad idem sepul-

E chrum sub ducatu alterius accessisset, recuperato inibi visu, rediit exinde sine duce. His, & quamplurimis aliis operibus, & miraculis hæc venerabilis Virgo resplenduit gloriosis; ut evidenter appareat adimpletum id, quod de ipsa mater ejus, dum esset ex ea gravida, & oraret, dicitur audivisse; videlicet quod paritura erat quoddam lumen, quod Orbem plurimum illustraret. Gaudeat ita-

Psal. 141. 7.

A Beatis Virginibus ægrota visitatur.

a Miracula ejus post obitum.

Vaticinium ad matrem adimpletum.

(a) POST OBITUM VERO EJUS: Anno 1253. die 11. Augusti sequutum ex scriptoribus ejus Vitæ.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1255.

que Mater Ecclesia, quod talem genuit, & educavit filiam, quæ tamquam virtutum fœcunda parens multas Religionis alumnas suis produxit exemplis; & ad perfectum Christi servitium pleno magisterio informavit. Lætetur & devota turba Fidelium, quod Rex Cœlorum, & Dominus Sororem ipsorum, & sociam, quam sponsam sibi elegerat, ad suum præcelsum, & præclarum Palatium cum gloria introduxit. Nam & Sanctorum congaudent agmina, quod in superna eorum Patria novellæ regalis sponsæ nuptiæ celebrantur. Cæterum, quia congruit, ut quam Dominus exaltavit in Cœlo, Catholica Ecclesia veneretur in terra: quia de sanctitate vitæ, ac miraculis ejus diligenti, & attenta inquisitione, ac examinatione districta, & solemni discussione præmissis liquido constitit, licet alias etiam, & in propinquis, & in remotis partibus satis essent præcognita lucida ejus acta: Nos de communi Fratrum nostrorum, & Prælatorum omnium tunc apud Sedem Apostolicam existentium consilio, & assensu de Omnipotentia Divina confisi, auctoritate Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, ac nostra ipsam Catalogo Sanctarum Virginum duximus adscribendam [a]. Ideoque Universitatem vestram monemus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus *secundo Idus Augusti* festum ejusdem Virginis devote, ac solemniter celebretis, & faciatis a vestris subditis venerabiliter celebrari: ut ipsam habere mereamini apud Deum piam, & sedulam adjutricem. Et ut ad venerandum ejus sepulchrum avidius, & copiosius Christiani populi confluat multitudo, ac celebrius ipsius festivitas præcolatur; omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad illud cum reverentia, in ejusdem Virginis festo, vel etiam infra ipsius festi octavas annuatim accesserint ipsius suffragia humiliter petituri; de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi unum annum, & quadraginta dies de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus.

Pontifich ad Ecclesiam, & Fideles verborum conversio.

Congruit exaltatos in Cœlo venerari in terra.

Catalogo SS. Virginum adscribitur;

Et ejus dies festus indicitur celebrandus.

Indulgentia quotannis ad ejus sepulchrum.

Datum Anagniæ XIV. Kalen. Novembris [b], Pontificatus Nostri Anno Primo. b

---

Quod Fratres transferentes se de loco ad locum ædificia relicta vendere, vel ædificiorum materiam cum utensilibus secum deferre, demptis Ecclesiis, valeant. (Ex SPECULO MINOR. tract.2. fol.28., RODERICI Bullario Regul. Bul. 7., & WADDINGO in Regesf. Pontif. n. 37., necnon FIRMAMENTIS trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 26. Extat authenticum exemplar etiam JADERÆ apud FF. Min. Observ. ex GONZAGA par.2.Conv. 12. Prov. Dalmatiæ.)

ALEXANDER &c. CXIX.

Anno 1255. die 25. Octobris.

Dilectis filiis ... Generali Ministro [c], *& Provincialibus, Custodibus, Guardianis, necnon universis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* c

Fratrum delationis tenor.

EX parte vestra fuit propositum coram Nobis, quod nonnulli Archiepiscopi, & Episcopi, & alii Ecclesiarum Prælati, cum Fratres vestri Ordinis de locis suis ad alia loca eis, & ipsi Ordini pia Sedis Apostolicæ, vel aliorum Christifidelium liberalitate concessa transferri contigerit [d]; priora loca violenter occupent, & tam ea, quam libros, calices, & paramenta [e] sibi vendicare præsumant in animarum dispendium, dicti Ordinis præjudicium, & scandalum plurimorum. Nos igitur super his paterna sollicitudine providere volentes, ut liceat eisdem Fratribus, cum de prioribus

d

e

Pontificia provisio indulgentia ut supra.

(a) ADSCRIBENDAM: Hoc anno circa diem ejus migrationis Anagniæ in Ecclesia majori ex Autore ejus vitæ veteris; in die *Assumptionis* B. Virginis Mariæ ex Fr. Marco Trivitano O. M. in sua diplomatum Rom. Pontif. collectione anno 1424. facta, & a nobis in Præfatione commemorata, *de Indulgentiis* ab Alexandro IV. concessis Ordini differente.

(b) XIV. KALENDAS NOVEMBRIS: alibi, ut in prædicto Firmamen. trium Ordinum, & in *Bullario* Romano, legitur datum *VI. Kalendas Octobris anno I.*, quia plures litteras dedit Pontifex, & ad diversos de hujus solemnis canonizationis tempore discordes, teste Waddingo in Annal.Minor. ad hunc annum num.5., ut istæ, quæ ad solos Regni *Franciæ* Prælatos Eccles. directæ sunt. Est namque verisimile, ea Sanctarum fastis adscripta, si non eodem die, paulopost tamen mense Augusto litteras dedisse pro ejus cultu, & veneratione; sane Gonzaga par. 1. in descriptione Conventus Parisien. testatur ibi extare autographum *dat. Anagniæ VI. Kalend. Octobris.*

(c) GENERALI MINISTRO: B. Joanni Parmensi, de quo alias actum est.

(d) TRANSFERRI CONTIGERIT: Idque quidem frequenter eo, quod Cœnobia ab initio fere omnia extra Civitates, & loca constructa erant; & modo distantia eorum a locis; modo bellorum furentium insultus, & ruina, aliaque incommoda cogebant loca nova quærere, & accipere.

(e) PARAMENTA: Pro rebus ad apparatum, & ornatum tam personæ, quam rei, locique Sacri inservientibus.

bus locis ad alia loca se transferunt, tam ædificia, seu omnem ædificiorum materiam locorum, quæ dimittunt, exceptis dumtaxat *Ecclesiis*, quam libros, calices, & paramenta prædicta ad alia loca transferre; ac ædificia ipsa cum solo, & aliis ad eadem loca pertinentibus præter *Ecclesiam*, per Procuratores a vobis filiis Ministris ad hoc deputatos vendere; ipsorumque pretium in aliorum locorum, ad quæ dicti Fratres se transferunt, ædificationem, seu alias in eorum utilitatem convertere; cum ipsa priora loca, & alia loca Fratrum ad Nos, & Apostolicam Sedem specialiter pertinere noscantur [a]; præsentium auctoritate indulgemus; districtius inhibentes, ne aliquis prædictorum Prælatorum, seu quævis alia persona Ecclesiastica, vel Sæcularis prædicta bona, seu loca occupare, accipere, seu usurpare, aut quocumque modo sibi vendicare præsumat absque licentia Sedis Apostolicæ speciali; decernendo irritum, & inane, quidquid contra hujusmodi concessionem, & inhibitionem nostram per quoscumque fuerit attentatum [b]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Loca Fratrum ad Sedem Apostol. pertinent.

Ejusdem Pontificis inhibitio.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ xiI. Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Insigne reddit testimonium de Stigmatibus S. P. Francisci. (Ex FIRMAMENTO trium Ordinum par.2. tract.2. fol.94., ex ARCHIVO ASSISIAT. Conv. S. Francisci apud Autorem Collis Paradisi lib.1.pag.80., & WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum n.9., ac in BULLARIO ROMANO tom.3. Bul.25.sl.4.tom.1., eoque ROORICI tom.1. Bul. 12. ex AUTOGRAPHO Conventus Sancti Francisci Salmanticen., FIRMAMENTIS 3.Ord. par.5. tract.2. fol. 39., & Parisiis ex GONZAGA par. 1. de Conv. Paris.)

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1255.

CXX.

Anno 1255. die 29. Octobr.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostol. Bened.

BENIGNA operatio divinæ voluntatis in Cælo potens, & innovans singula [*] sapienter, & immutans mirabilia super terram, postquam Dei Filius victor mortis ad Patrem, unde descenderat, vehiculo propriæ Majestatis ascendit, mirificæ fortitudinis viros ad consumationem Sanctorum diversis temporibus suscitavit, a quibus testimonium spei gloriæ cum Christo in Deo reconditæ firmaretur; & Ecclesiæ Sanctæ ad promissam requiem festinandi in hoc peregrinationis exilio, quod tædiosa desiderii ejus dilatione protrahitur, per ipsos consolationis solatium perveniret. Inter alios autem diebus nostris BEATUS FRANCISCUS almus Christi Confessor apparuit signis, & virtutibus gloriosus; qui clarissimus pie vivendi meritis, & exemplis Sanctam fœcundavit Ecclesiam; & caligantia præsentis ætatis tempora fulgoris sui lampade illustrans viam justitiæ perfecte præparans in Eremo altissimæ paupertatis, quam ipse currens, & alacriter exultans contra carnem, mundum, & diabolum, velut gygas traxit post se de inferni faucibus, & traduxit ad Dominum populum humilem bonorum operum sectatorem; sicut effusa super faciem Orbis Terræ copiosa professionis ejus religiosa generatio patefacit. Ut autem ad illuminationem Gentium celebris ejus memoria, tamquam rutilum sydus in corusco firmamenti mystici æthere servaretur; multis cum Divina potentia adhuc militantem inter homines; & demum in Sanctorum agmine triumphantem dignata est clarificare miraculis; quæ felicis record. GREGORIUS PAPA [c] prædecessor noster, ne illa vel perverteret æmula sanctitatis iniquitas, vel oblivionis digitus, qui rebus gestis cito superducitur, abolesceret; solertissimis

Exordium a mira Dei providentia.

* s. signa. Ecclesiast. 36. 6.

Encomia Pontificis de S. Francisco.

Tit 2. 14.

Miracula S. Francisci Gregorius IX. annotari curavit.

(a) PERTINERE NOSCANTUR: juxta declarationes Gregorii IX., & Innocentii IV. in Regulam Fratrum Minorum.

(b) ATTENTATUM: Adducit hoc privilegium ipse Alexander in sua Constitutione dicta *Mare magnum incip. Virtute conspicuos &c.* §. 30., illudque renovavit insequenti anno die 30. Januarii, ut infra.

(c) GREGORIUS PAPA: Hujus nominis IX.

tissimis inquisitionibus indagata, & comperta fidelissimis documentis fecit ad laudem Dei, & augumentum *Fidei*, & instructionem salubrem tam præsentium, quam etiam futurorum monumentis perpetuis commendari [a], eumdem Confessorem Sanctorum catalogo adscribendo, sicut in plurimis locis liquido per ipsius prædictas litteras apparet harum seriem explicite continentes [b]. Porro quia longum esset, nedum exarare per singula, verum etiam succincta relatione perstringere clara virtutis divinæ prodigia, quæ tam in operationibus sanctitatis, quam etiam in aliis mirabilibus argumentis probaverunt eumdem *Confessorem* tenere cum Sanctis solium gloriæ in excelsis; signanter vobis ante oculos proponere volumus recolenda frequentius, & vehementius admiranda illa saltem jucunda dominicæ passionis *insignia*; quæ in ejusdem Sancti corpore manus cælestis operationis impressit. Viderunt namque oculi fideliter intuentes, & certissimi palpantium digiti palpaverunt; quod in manibus ejus, & pedibus expressa undique similitudo clavorum de subjecto proprio carnis excrevit, vel de materia novæ creationis accrevit [c], quæ equidem idem Sanctus studiose ab oculis hominum, quorum refugiebat gloriam, dum viveret, abscondebat. Inventa est patentius in ipsius Defuncti corpore non inflicta humanitus, nec facta plaga vulneris lateralis, quasi aliquid instar lateris *Salvatoris*, quod salvationis, & redemptionis humanæ in Redemptore Nostro protulit Sacramentum: quæ quidem plaga, sicut quosdam ex Fratribus sibi familiariter adhærentibus latere non potuit propter defluxum humoris; sic diu antea viruerat in vivente. Hæc igitur mira, & decora novæ demonstrationis indicia magnæ debent esse devotionis divitiæ Christianis, & inæstimabiles Religiosis deliciæ in spiritualibus communis Ecclesiæ orthodoxæ: cum ex his sincera Fides Christi accipiat, quod etiam illi possint esse passionis Christi sine extrinseco perse-

Præclarum de ejusdem Sancti Stigmatibus testimonium

maxime de lateris vulnere.

A quatuor consortes, qui pro ejus amore carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis voluntarie crucifigunt. Sane de præfato Sancto hæc certius asserentes, indoctas fabulas, seu vanæ inventionis deliramenta non sequimur: cum ea Nobis dudum nota fecerit plenior fides rerum; quando videlicet in minoribus constituti Confessoris ejusdem familiarem ex munere Divino meruimus habere notitiam, præfati Prædecessoris nostri B domesticis obsequiis tunc temporis insistendo. Cum igitur oporteat cavere prudenter, ne tanta patrocinii gratia humano generi cælitus in memorato Confessore collata in vacuum assumatur; Universitatem vestram rogamus, monemus, hortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus ejusdem Confessoris pretiosa merita celebritate annua, prædicatione frequenti, & C veneratione assidua recensentes, ad ipsius devotionem gratiæ Divinæ memoriam subditos vestros salubribus excitetis monitis, ut eo pro universo Fidelium populo, ac præsertim pro his, qui eum invocarint, Divinam misericordiam implorante, mereantur supplices, quod operum possibilitas obtinere non potest, ejus intercessionibus impetrare. Nemo itaque eidem Sancto audeat de cetero esse molestus in corpore suo Christi triumphalia D *Stigmata* præferenti. Si quis igitur spiritu temerariæ præsumptionis insaniens, Divini muneris invidus, Apostolica indicia sacrilegus impugnator præmissa, vel alia prodigiorum signa, quibus in Ecclesia Dei sanctitas prædicti Confessoris eluxit, improbæ contradictionis morsibus obtrectanda crediderit: volumus, & mandamus, ut cum sanæ menti restituat judicialis severitas disciplinæ; ita quod districta proprii Prælati castigatione correctus E Dei opera blasphemare desistat; & Fidei Catholicæ fructus de pia mirabilium Domini credulitate pullulans non arescat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, confirmationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Galat. 5. 24.

2. Petri 1. 16.

Nota hæc ipsi Pontifici,

qui Fideles Christi ad horum Stigmatum reverentiam excitat; idque Prælatos Ecclesiæ procurare mandat.

Galat. 6. 17.

Impugnatores vero eorum severe castigari jubet.

Clausula prohib. &c.

(a) MONUMENTIS PERPETUIS COMMENDARI: Jussu enim Gregorii IX. Fr. Thomas de Celano omnium primus composuit Historiam Vitæ S. P. Francisci, quæ dicitur *Legenda antiqua*, & etiam *Gregorii IX.*
(b) CONTINENTES: Plures enim litteras de Canonizatione S. Francisci emisit Gregorius IX., quæ videri possunt supra ad annum 1228.
(c) ACCREVIT: Quod habet & S. Bonaventura in *Legenda* S. Francisci, estque peculiare Stigmatum ejusdem Sancti.

re. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei &c.

Datum Anagniæ IV. Kalendas [a] Novembris, Pontificatus Nostri Anno I. [b]

Jubet Episcopo Morinen., ut Fratribus Ipren. permittat se se ad alium locum transferendi, ibique ædificandi sine juris alieni præjudicio. (Ex Vatic. Tabulario epist. 714. Reges. Pontif. an. 1.)

CXXI. Anno 1255. die 1. Novembr.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... Episcopo Morinen. [c] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Fratrum Ipren. expositio.

EX parte dilectorum filiorum ... Guardiani, & Fratrum Minorum Villæ *de Ypra* [d] Morinen. Diocesis fuit propositum coram Nobis, quod dilecti filii Scabini [e], & Communitas ejusdem Villæ attendentes provide, quod dicti Fratres in loco, in quo degunt ad præsens [f], cum ea commoditate, quam decet pauperes pro Chisto voluntarie mendicantes, non poterant commorari; pio super hoc eis compatientes affectu ipsis *Guardiano*, & Fratribus quoddam solum, quod dicitur *Bele*, situm infra prædictam Villam, ut se transferrent ad illud, dilectæ in Christo filiæ nobilis Mulieris ... [g] Comitissæ *Flandriæ*, quæ in prædicta Villa jurisdictionem obtinet temporalem, ad id accedente consensu, prout spectabat ad eos, liberaliter concesserunt; sicut in ipsorum Scabinorum, & Communitatis, ac Comitissæ litteris confectis [h] exinde plenius perspeximus contineri. Ideoque Fraternitati tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus prædictis Guardiano, & Fratribus transferendi se ad prædictum solum, ac ædificandi super eo, ut devotum ibidem impendant Domino famulatum, facultatem liberam, cujuslibet contradictione, inhibitione, appellatione, novi operis denunciatione, & quibuslibet aliis impedimentis, seu si dilectis filiis ... Præposito, & Capitulo Ecclesiæ *Sancti Martini* [i] ejusdem Villæ ab Apostolica Sede indultum existat, quod nulli Religiosi infra fines suæ Parochiæ habitare valeant, vel Ecclesiam fundare de novo, nequaquam obstantibus, auctoritate nostra concedas; Contradictores monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam compescendo. Verum quia sic præfatis Guardiano & Fratribus intendimus facere gratiam, quod jus alterius non lædatur, prædictis Præposito, & Capitulo jura *Parrochialia* [k], videlicet primitias, oblationes, decimas, sepulturam, & mortuaria, sicut eis competunt, post factam ipsis Guardiano, & Fratribus hujusmodi gratiam, integre reservamus, nolentes eisdem Præposito, & Capi-

De alio ipsis loco concesso. — cum assensu Comitiss. Flandriæ. — Mandat Pontifex superius dicta, — obstantibus derogatio. — Salvis tamen Juribus Parochialibus.

(a) IV. Kalendas Novembr.: Apud cit. Rodericum legitur *IX. Idus Novembr.*, sed creditur error Amanuensis, ut apud eundem quamplures occurrunt; attamen Constantiæ in Svevia extat autographum sub plumbo in Archivo Conventus S. Francisci dat. *Anagniæ IV. Non. Novembris Pontific. anno I.*, ut in illo relato in litteris Nicolai IV. infra citandis; unde videtur plures litteras dedisse.

(b) Aliud testimonium de hac re Pontifex exhibuit anno sequenti per litteras incip. *Grande, & singulare miraculum &c.*, quæ infra suo loco dantur. Litterarum autem hujus anni mentionem perhibet Barthol. Pisanus conform. 31. par. 2. & ipse Pontifex in aliis an. 1255. die 25. Julii datis incip. *Quia longum esset &c.*, atque S. Antoninus Hist. par. 3. tit. 24. cap. 2. §. 10., aitque, Alexandrum asserere, se illa propriis oculis inspexisse, addens etiam litteras dedisse *Archiepiscopo Genuensi*, ut illos, qui de imagine S. *Francisci* in Ecclesia S. Mariæ de Vineis, & Monasterii S. Siari malitiose stigmata delerent, citaret ad comparendum coram ipso pro meritis recepturos, sub anathematis pœne inhibendo, ne quis de cetero similia attentaret; sed hæ litteræ forsan non amplius extant. Videtur tamen has, vel similes vidisse autor coævus Fr. Philippus Perusinus ex ejus ad Gonsalvum Ministrum Generalem epistola apud Waddingum ad ann. 1257. n. 8., qua tradit hunc Alexandrum *detrahentes miracula Sacrorum Stigmatum S. Patris nostri per suas litteras in partibus Lombardiæ sententia & pœna gravi compescuisse*. Præsens autem diploma confirmatum fuit a Nicolao IV. per aliud incipiens; *Quasdam litteras fel. recordat. Alexandri Papæ IV. &c.* dat. Idibus Septembris anno 1291., quod infra consuli poterit.

(c) Episcopo Morinen.: Al. *Taruanen.* in Gallia Belgica ea in parte, ubi nunc Flandria Occidentalis, qua urbe a Carolo V. excisa, tres in ea diœcesi erecti sunt Episcopatus *Bononiensis* sub Remensi, *Audomarensis* sub Camerecen., & *Iprensis* sub Machlinen. Archiepiscopo; Morinensi autem tunc præerat *Radulfus* ex Gallia Christ. Sammar.

(d) Villæ de Ypra: Tunc quidem Oppidum, nunc autem, ut dictum est, Episcopali dignitate ornatum.

(e) Scabini: Judices, primoresque loci in partibus illis appellantur.

(f) In quo degunt ad præsens: Quandonam Ordo Minorum FF. in hac Terra susceptus fuerit, fatente etiam Waddingo in Annal. Minor. ad ann. 1233. n. 41., incertum est; illud ex hac epistola conjicimus, eatasse extra Oppidum in loco minus apto; novum vero intra, eratque 3. al. 4. *Custodia Flandriæ* in Provincia Franciæ.

(g) Nobilis mulieris ...: *Margarita*, de qua diximus ad Innocenti IV. epistolam 216. in I. hujus Operis tomo relatam p. 468. (c)

(h) Litteris confectis: Quæ ad nos non fuerunt transmissæ.

(i) Ecclesiæ S. Martini: illius loci primariæ, atque Collegiatæ.

(k) Jura Parochialia: Gregorius IX. epistola 63. in I. hujus Operis tomo relata p. 41. qui *Parochiale* exposuit esse *oblationes*, *decimas*, & *primitias*; hic autem addidit *sepulturam*, & *mortuaria*.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

Capitulo pro hoc in iis aliquod præjudicium generari.

Datum Anagniæ Kalendis Novembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Mandat, ut Fratribus Ord. Minor. Anagninis permittant ligna ficca perpetuo sibi cædere in nemoribus Communitatis dictæ Civitatis. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Cœnobii S. Angeli ejusdem Ordinis, & Civitatis, teste etiam THEULO in Appar. Minor. lib. 5. cap. 1.)

CXXII. Anno 1255. die 4. Novembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Rectoribus, & Consilio Anagnin.[a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Causa concessionis.

PAUPERTATI dilectorum filiorum Fratrum Minorum de *Anagnia*[b] volentes paterna diligentia providere Universitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus ob reverentiam Apostolicæ Sedis, & nostram usum lignorum siccorum[c] in nemoribus Communitatis[d] Civitatis vestræ ad perpetuum opus eorum concedatis eisdem: non obstante contrario Civitatis prædictæ statuto[e] juramento confirmatione Apostolica, seu quocumque munimine roborato, a quo vos duximus auctoritate præsentium absolvendos.

Mandat id, quod supra, obstanti derogando.

Datum Anagniæ II. Nonas Novembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Ne de legatis Fratribus O. M. factis exigatur portio canonica, sed potius eleemosynis iidem releventur. (Ex AUTOGRAPHO Archivi Conventus S. Francisci Ariminensis.)

CXXIII. Anno 1255. die 21. Novembr.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Rectoribus, & aliis Ecclesiarum Prælatis per Lombardiam, & Romandiolam *constitutis, ad quos literæ istæ pervenerint, Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Constitutionis edendæ causa.

DE pia, & sancta conversatione dilectorum filiorum Fratrum de Ordine Minorum, qui sunt in vestris partibus constituti, frequenter evenire percipimus, quod quando aliqui Fideles partium earumdem seculum relinquentes bona sua piis locis, & pauperibus deputant; aliqua de bonis ipsis prædictis Fratribus pro ædificiis, libris, & vestibus, ac aliis eorum necessitatibus largiuntur; nonnulli vero aliqua bona ad se spectantia Fratribus eisdem pro similibus rebus, & necessitatibus Divinæ retributionis intuitu in ultima voluntate relinquunt; conantibus vobis aliquando *mediam*, quandoque *tertiam*, seu *quartam* partem de bonis ipsis prætextu portionis canonicæ ab eisdem Fratribus extorquere in grave ipsorum præjudicium, & scandalum Fidelium prædictorum. Nos itaque misericorditer attendentes, quod non solum indecens, & indignum, imo & penitus ab omni humanitate remotum, aliquid de præmissis ab eisdem Fratribus exigi, qui sub extrema paupertate viventes de Prælatorum, & Ecclesiarum eleemosynis deberent potius sustentari: ac etiam volentes, quod nihil ab eis occasione prædictæ canonicæ portionis de his ulterius auferatur; Universitatem vestram per Dei misericordiam obsecramus, & in remissionem vobis injungimus peccatorum, ac per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus circa personas dictorum Fratrum affectum benevolum, pro Divina, & nostra reverentia dirigentes,

Prælati Eccles. de legatis Fratribus factis portionem extorquent.

Pontifex id vetat, & mandat ut supra.

(a) ANAGNIN.: Olim in Latio Hernicorum capitis nunc in Campania Romana sub ecto que Romani Pontificis dominio civitatis in colle positæ inter *Signiam* ad occasum, & *Ferentinum* ad ortum 5. mill. pas. distans, & totidem *Palianum* in cæciam; patriæ plurium Roman. Pontificum, quorum & Alexander iste fuit.

(b) FRATRUM MINORUM DE ANAGNIA: Quorum primus, & antiquior locus a S. P. Francisco, vel eo vivente (ut volunt) acceptus extra Civitatem portamque Romanam al. S. Francisci ad mille pass. versus occasum in Colle Portuum al. *de Porti* nuncupatus fuit, nunc *colle di S. Francesco* vulgo, ubi decessit ex hac vita *Fr. Aymo* Anglus Minister Generalis anno 1244. & anno 1296. habita sunt Comitia Gen. præsidente Bonifacio VIII., in quibus electus fuit Minister Generalis Fr. Joannes a Muro Vallis Picenus postea S. R. E. Cardinalis: Deinde alium locum *S. Blasii* a Clarissis Fratres obtinuerunt anno 1290. a Nicolao IV. confirmatum diplomate *Cum a nobis petitur &c.* pridie nonas Augusti, non tamen habitatum, ut intra suo loco.

(c) LIGNORUM SICCORUM: Non quorumcunque, sed talium.

(d) NEMORIBUS COMMUNITATIS: Neque cujusvis loci, aut personæ, sed determinatorum.

(e) STATUTO: Ut in antiquis dictæ Civitatis Capitularibus.

tes, nihil ab eis de bonis hujusmodi ulterius exigatis; sed onera paupertatis eorum de donorum vestrorum subsidiis potius relevetis, ita quod exinde apud Nos gratiosi favoris augmentum vobis proveniat, & nulla super hoc orationis necessitas intercedat.

Datum Laterani XI. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri Anno Primo [a].

Ut Episcopus Marochien. cum consilio Archiepiscopi Compostellani constituat Episcopos in Ecclesiis a Rege Castellæ Saracenis ereptis & eripiendis, quarum Metropolitani ignorabantur. (Ex Archivo Vaticano in Regest. Pontif. epist. 726. sn. 1.)

CXXIV.

Anno 1255. die 27. Novembr.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri Lupo [b] *Episcopo Marrochitano Apostolicæ Sedis Legato in Africa Sal. & Apostolic. Benedic.*

Commissionis occasio

CUM per strenuitatem, & potentiam tam charissimi in Christo filii nostri ... [c] Regis Castellæ, ac Legionis illustris, quam etiam progenitorum suorum multæ Dioceses [d], quæ dudum Christianorum fuerant, de Sarracenorum sint manibus liberatæ; in quibus post earum recuperationem adhuc non fuerunt aliqui Episcopi instituti; nec discerni possit, in quorum Metropolitanorum Provinciis existant [e] Dioceses memoratæ, cum inter quosdam Metropolitanos illarum partium super hoc quæstio ventiletur [f]: Nos ipsius Regis supplicationibus inclinati instituendi de consilio & assensu Venerabilis Fratris nostri ... Archiepiscopi *Compostellani* [g] primos Episcopos tam in Diocesibus acquisitis, quam etiam per ipsius Regis potentiam acquirendis; ac compescendi contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione remota, ita tamen, quod per hoc præfato Archiepiscopo in Episcopos ipsos, aut Dioceses, seu Ecclesiarum earumdem nil juris, nec aliqua acquiratur jurisdictio; & locorum Metropolitanis nullum præjudicium generetur; plenam tibi concedimus auctoritate præsentium facultatem.

de Ecclesiis nuper Sarracenis ereptis,

& inter Metropolitanos de ipsis controversia.

Pontifex injungit, ut supra,

addita conditione.

Datum Laterani v. Kalendas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut ultra quadragenarium numerum non possint ullam Monialem recipere. (Ex Reges. Vatic. epist. 734., & Wadingo in Regest. Pontif. num. 38.)

CXXV.

Anno 1255. die 27. Novembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & Conventui Monialium inclusarum Monasterii S. Elisabethæ Remen. [h] *Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Utile Pontificis documentum.

ETsi multitudo in Ecclesiis, quarum vix paucis sufficiunt facultates, potius sit oneri, quam honori; in illis tamen multitudo fortius est vitanda, ubi nullæ nulli sufficiunt; cum personæ degentes ibidem se ipsas, & sua salubriter abnegantes supremam elegerunt paupertatem, Mundum sibi crucifigendo secundum Apostolum, & se Mundo. Ne igitur Monasterium vestrum se nimia Sororum multitudine oneretur, sed potius Personæ inibi Domino famulantes per nostram providentiam optatæ quietis dulcedine perfruantur, vestris supplicationibus inclinati, ut ultra quadragenarium Sororum numerum aliquam in Monacham, vel Sororem recipere valeatis absque speciali Apostolicæ Sedis mandato faciente plenam, & expressam de inhibitione hujusmodi mentionem, auctoritate vobis præsentium similiter inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel &c. Si quis autem &c.

Gal. 6. 14.

Provisio Pontificia inhibendo ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani v. Kalendas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

(a) Eadem *Constitutio* iterata fuit hoc anno idibus Decembris, anno 1256. nonis Aprilis, anno 1257. diebus 8. Januar., & 2. Febr., atque anno 1260. Kalend. Decembr. variarum tamen Provinciarum Prælatis missa, ita & Ordini Prædicat. diversis annis collata, ut ex illius Ordinis Bullario tom. 1.

(b) Ven. Fratri Lupo: Cujus mentio extat paulo superius nempe sub die 17. Octobr. epist. 108.

(c) Filii nostri ...: Alphonsi X. ibidem, & alias memorati.

(d) Multæ dioceses: sive Civitates, quas in Annal. Eccles., Historicisque Rerum Hispan. quisque legere poteris.

(e) Existant: Uti *Silvensis*, *Pacensis* &c. de quibus in 108. epistola ad prædictum Episcopum data, & paulo ante relata.

(f) Ventiletur: Nempe inter Tarraconen., & Toletanum, forsan & Hispalensem.

(g) Compostellani: Utpote neutralis, expersque dissidii, ac petitionis juris.

(h) Remen.: In Belgio, ac Campania Gallica Archiepiscopatus notissimi, de cujus Clarissarum Monasterio dictum est ad Bullam *Cælestia quærentibus* &c. anno 1253. die 4. Julii publicatam in I. hujus Operis tomo.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

A

Ne compelli possint ad vendenda bona sibi relicta, vel secum in Monasterium delata. (Ex Reges. Vatic. epist. 734. & inde apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 39.)

CXXVI. Anno 1255. die 27. Novembris.

ALEXANDER &c.

Eisdem.

Petitionis Monialium tenor.

Exhibita Nobis vestra petitio continebat, quod cum sæpe contingat, ut nonnullæ hujus sæculi vanitatibus abdicatis se, & sua in Monasterio vestro Christo dicantes, eidem bona propria conferant in vestras, & ipsius Monasterii utilitates perpetuo convertenda; nonnulli Ecclesiastici Domini, & etiam sæculares ad distrahendum, vendendum, alienandum, & extra manus vestras ponendum bona hujusmodi tempore possessionis per vos habitæ prædictorum vos infra annum compellunt, prætextu cujusdam pravæ consuetudinis [a], quæ dicenda potius est curruptela; quæ, prout asserit, in illis partibus inolevit. Unde quia frequenter propter hujusmodi distractionem, venditionem, seu alienationem dictorum bonorum, quam facere cogimini, damna gravia, & maxima incurritis detrimenta; res prædictas propter hujusmodi temporis brevitatem pro multo minori, quam valeant, aliis concedendo; Nobis humiliter supplicastis, ut providere vobis super hoc paterna solicitudine curaremus. Volentes itaque vestris, & dicti Monasterii indemnitatibus præcavere, quod bona vobis, & dicto Monasterio sic collata, & in posterum conferenda, de quibus ii, qui ea conferunt, liberam disponendi habeant, vel habuerint facultatem, distrahere, vendere, seu extra manum ponere compelli ab aliquo minime valeatis; prædicta consuetudine non obstante auctoritate vobis præsentium indulgemus. Nulli ergo &c. nostræ Concessionis &c. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Prava quorundam Dominorum consuetudo,

ob quam Monasterio damnum infertur.

Monialium supplicationibus

Pontifex annuit, & concedit ut supra,

derogando consuetudini.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani v. Kalendas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut Fratres ad loca Interdicto Eccles. supposita venientes divina celebrare possint servata juris solemnitate. (Ex Autographo Conventus S. Francisci Salmanticen. apud Rodericum in Bullario Regularium tom. 1. Bul. 22. Alex. IV., & in Firmamentis trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 20.)

CXXVII. Anno 1255. die 1. Decembris.

ALEXANDER &c.

B

Dilectis filiis Generali, & Provincialibus Ministris, ac ceteris Fratribus de Ordine Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Eis, qui sanandis animarum morbis verbo intendentes opere solerter invigilant &c. [b]

Datum Laterani Kalendis Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

C

Privilegium jam ab Innocentio IV. infrascripto Monasterio collatum renovat, & confirmat. (Ex Archivis majoris Ecclesiæ Pennensis, & prædicti Monasterii.)

CXXVIII. Anno 1255. die 1. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ Monasterii S. Spiritus de Civitate Pennen. [c], *ejusque Sororibus tam præsentibus, quam futuris Regularem vitam professis in perpetuum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

D

Exordium;

Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium &c. [d] *(usque) fecimus roborari.* Ad indicium autem hujus perceptæ a Sede Apostolica libertatis unam *libram ceræ* Nobis, nostrisque successoribus annis singulis persolvetis [e]. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat &c. [f] *(usque)* Amen. Amen.

Annuus Census Romanæ Ecclesiæ debitus,

Clausula prohib. &c.

E

Ego Alexander *Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.*

Subscriptiones Romanæ Ecclesiæ.

Ego Stephanus Prænestinus Episcopus subsct.

Ego

(a) Consuetudinis: Quæ tamen aliquibus in locis hucusque viget, nec prava asseritur.

(b) Invigilant &c.: Vide *Bullam* hoc anno die 12. Julii editam.

(c) De Civitate Pennen. De quo Monasterio, ac Civitate dictum a nobis est in nota (b) ad privilegium Innocentii IV. anno 1252. die 9. Novembris *Religiosam vitam &c.* to. 1. pag. 637.

(d) Præsidium &c.: Videatur præfatum Innocentii IV. diploma, ac privilegium.

(e) Persolvetis: §. Iste de annuo *censu* abest a memorato Innocentiano privilegio, & forsan exscribentium oblivione, ac oscitantia.

(f) Liceat &c.: Ut in supradicto Innocentii diplomate.

Ego Frater Johannes tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis sub.
Ego Frater Ugo tituli S. Sabinæ Presbyter Cardinalis sub.
Ego Riccardus S. Angeli Diaconus Cardinalis sub.
Ego Petrus S. Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis sub.
Ego Ottobonus S. Adriani Diaconus Cardinalis sub.

Datum Laterani per manum Guillelmi Magistri Scholarum Parmen. S. R. E. Vicecancellarii IV. Nonas Decembris indictione ... [a] Incarnationis Dominicæ Anno MCCLV., Pontificatus vero Domini Alexandri PP. IV. Anno I.

Ut Monialibus S. Mariæ de Gattajola provideat de aliquo Monasterio deformato Lucanæ Diœcesis. (Ex Regest. Vatic. epist. 79. in Privilegio hujus Pontificis *Ea quæ judicio &c.* Dat. anno 1258. die 18. Martii apud WADDINGUM in Annal. Min. ad annum 1258. num. 50. Regest. Pontif., & ex ARCHIVO Conventus S. Francisci Oppidi Foccchii.)

CXXIX. Anno 1255. die 4. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio ... Plebano de Birbinaria Lucanæ *Diœc. Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

Pontificis pro Monasterio Monialium de Gattajola sollicitudo.

CUPIENTES dilectarum in Christo filiarum Abbatissæ, & Conventus Monasterii Sanctæ Mariæ *de Gattajola* [b] Ordinis Sancti Damiani Lucanæ Diœcesis inopiam ipsam, prout pro certo didicimus, deprimentem, earumque incommoditates congruis remediis relevari; discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eisdem aliquod Monasterium, Ecclesiam, seu locum in Civitate, vel Diœcesi Lucana cujusvis Ordinis deformatum, & Diœcesana lege Venerabili Fratri nostro Lucano Episcopo non subjectum, quem in suo Ordine videris non posse de facili reformari, Monasterio *Sancti Pontiani* [c] Ordinis Sancti Benedicti dumtaxat excepto; auctoritate nostra cum omnibus possessionibus, juribus, & pertinentiis suis concedas ab ipsis perpetuo retinendum, inducens ipsas, vel earum Procuratorem pro eis in corporalem possessionem eorum, & defendens inductas, amotis exinde personis, quæ ibidem fuerint; & alibi, prout expedire videris, collocatis. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Quid mandat, ut supra.

c Exceptione adjecta de Monasterio Sancti Pontiani.

Datum Laterani II. Nonas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo [d].

Jubet, Fratres ad dignitates Eccles. assumptos bona, quæ penes se habebant, Ordini resignare debere. (Ex SPECULO MINOR. tract. 1. fol. 6., & WADDINGO in Regest. Pontif. num. 40., necnon BULLARIO ROM. Bul. 23. Alex. IV. tom. 3. al. Bul. 5. tom. 1., ac RODERICO in *Bullario* Regul. tom. 1. Bul. 4. Alex. IV., FIRMAMENTISQUE trium Ordinum S. P. F. par. 2. tract. 1. fol. 14. Extat & authenticum exemplar JADERÆ apud FF. Minores Observ. ex GONZAGA par. 2. Conv. 12. Prov. Dalmatiæ.)

CXXX. Anno 1255. die 5. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Generali, & Provincialibus Ministris Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Fratrum expositionis tenor.

EX parte vestra Nobis fuit intimatum, quod cum contingat interdum ad *Episcopalem*, & alias superiores, seu inferiores *dignitates* aliquos de Fratribus vestri Ordinis promoveri; ipsi libros, & alia, quæ tempore suæ promotionis habebant, licet non ad eos, cum proprium eis habere non liceat; sed ad Ordinem pertineant memoratum; propriis usibus applicare præsumunt in sua-

(a) INDICTIONE ... : XIII. A Kalendis Januarii juxta communem, vulgatemque usum, quem nonnulli circa initium hujus sæculi XIII. invaluisse scripserunt; vel 14. a Kalendis Septembris ex usu veteri, quem hic *Scriptor Apostolicus* tenuisse videtur ex *Bullis* Innocentii IV anno 1252. diebus 28. Octobris, & 9. Novembris supra relatis.

(b) MONASTERII S. MARIÆ DE GATTAIOLA: Cujus hæc prima mentio occurrit in Annal. Min. ad annum tamen 1258. num. 28., sed quo anno, & a quonam fundatum fuerit, extat in *Bulla* Honorii III. *Sacrosancta Romana &c.* anno 1222. die 19. Septembris edita, & supra relata; & in alia Gregorii IX. *Religiosam vitam &c.* anno 1229. die 12. Novembris conscripta.

(c) MONASTERIO S. PONTIANI: *Monasterium SS. Philippi & Jacobi in Pontiano* prope Lucam dicitur a Mabillonio lib. 51. Annal. Benedict. ad annum 997. n. 62. sed valde jejune.

(d) De hac re iterum eidem Plebano Pontifex litteras dedit anno sequenti die 30. Septembris incip. *Cum mandatum &c.* quæ infra dabuntur.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

Eorundem supplicationem

fuarum præjudicium animarum; quare A supplieiter postulastis a Nobis, ut providere super hoc salubriter curaremus. Nos igitur eorumdem *Fratrum* saluti, & indemnitati vestri Ordinis paterna volentes solicitudine providere; ut *libros*, & *alia*, quæ ipsos promotionis suæ tempore habuisse, seu habere constiterit, tibi, fili Generalis Minister, vel suis Provincialibus Ministris, submota qualibet dilatione, resigneot ipsi *Fratres* jam promoti in virtute obedientiæ; illis B autem, quos promoveri contigerit, ne resignare differant, auctoritate præsentium duximus injungendum; nisi forsan vos ipsorum usus eis ad tempus concesseritis de gratia speciali [a].

Pontifex exaudit, & jubet, ut supra,

conditione adjecta.

a

Datum Laterani Nonis Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo [b].

b

Ne legendi Parisiis in aliqua facultate copiam faciat iis, qui Bullæ incip. Quasi li- C gnum; *obtemperare noluerint.* (Ex Boulæo Hist. Univers. Parisien. tom. 3. p. 293. & Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 48. Alexand. IV.)

CXXXI. Anno 1255. die 7. Decembris.

AELXANDER &c.

Dilecto filio... Cancellario Parisien. Salutem, & Apostol. Benedictionem.

Suas pro studio Parisien. litteras commemorat.

LIcet Nos olim pro Studii Parisien. conservatione quædam circa Studium ipsum de Fratrum nostrorum consilio provide duxerimus ordinanda; prout in litteris nostris exinde confectis, quæ: *Quasi lignum vitæ* [c]: incipiunt, plenius continetur: nonnulli tamen Magistri, & Scolares Parisien. [d] ordinationem ipsam, ut audivimus, observare non curant; immo io ipsius Studii perturbatione contra ipsam multiplicitur

c

d

moliuntur. Volentes igitur, ut præfata nostra ordinatio ab omnibus reverenter, & simpliciter observetur; discretioni tuæ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus regendi Parisius in aliqua facultate nemioi licentiam tribuas, qui dictam ordinationem noluerit observare.

Mandat Pontifex id, quod supra.

Datum Lateraoi VII. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo [e].

e

Ut excommunicent etiam nominatim, excommunicatosque denuncient temerarios violatores Bullæ, quæ incipit: Quasi lignum vitæ. (Ex Bullario Ordinis Prædicat. tom. 1. Bul. 49. Alexandri IV.)

ALEXANDER &c.

CXXXII. Anno 1255. die 7. Decembris.

Venerabilibus Fratribus Aurelianen. [f], *&* Antissioderen. [g] *Episcopis Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

f g

Suarum præcedentium litterarum commemoratio.

CUM Nos olim pro Studii *Parisien.* conservatione quædam circa Studium ipsum de Fratrum nostrorum consilio provide duxerimus ordinanda; prout in literis nostris inde confectis, quæ *Quasi lignum vitæ* incipiunt [h], continetur plenius; vobis executoribus deputatis [i]; vos, ut audivimus, in Magistros, & Scholares Parisienses, qui ordinationem ipsam observare non cu- D rant, monitione præmissa, *excommunicationis* seotentiam generaliter, exigente justitia, promulgastis. Verum, quia, ut dicitur, quidam ex eisdem Magistris [k], & Scholaribus ordinationis nostræ temerarii transgressores sententiam ipsam in animarum salutem periculum, & scandalum plurimorum contemnunt; Fraternitati vestræ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quate-

h

i

Quidam Universitatis Parisien. ordinationem Pontificiam contemnunt.

k

Mandat Pontifex, ut supra.

(a) Specialis: Hoc autem prohibuit Benedictus XIII. per Constitutionem supra memoratam *Postulat humilitati &c.*, Clemens vero IV. Constitutione supradicta eos voluit esse a Pontificalis exercitio muneris suspensos, qui bona memorata Religioni non resignaverint.

(b) Idipsum concessit Pontifex hoc anno die 11. Maji Ordini Prædicatorum ea Bul. 45. tom. I. Alex. IV. quod & Fratribus Ordin. Min. confirmavit Benedictus XIII. anno 1724. die 7. Martii per Constitutionem *Postulat humilitati nostræ*. Clemens etiam IV. per litteras *Providentia laudabilis &c.* anno 1268. die 9. Junii idipsum statuit pro utroque Ordine.

(c) Quasi lignum vitæ: Ut supra ad diem 14. Aprilis hujus anni pag. 70.

(d) Nonnulli tamen Magistri, et Scolares Parisien.: Non igitur *omnes*, ut mentitur cit. Boulæus harum, aliarumque in hac causa litterarum subdolus commentator, ac interdum depravator.

(e) Aliquos lectionis varietates ex Boulæo utpote parvi momenti legi possunt apud cit. Bullarium O. P. Has porro litteras Pontifex iteravit anno 1257. die 7. Januarii, ut infra.

(f) Aurelianensi: *Guillelmo* de Bussis S. Ludovici Regis a sanctioribus consiliis, de quo Maurini in Gallia Christiana tom. 8.

(g) Antissiodorensi: *Guidoni* de Meloto ex eadem Gallia Sammarthan.

(h) Quasi lignum vitæ incipiunt: Hoc anno die 14. Aprilis datis, & supra eo loci publicatis.

(i) Executoribus deputatis: per litteras *Controversiam dudum &c.* eodem die 14. Aprilis editis.

(k) Magistris: Videlicet Guillelmo de Sancto Amore, Odone Duacensi, Nicolao Decano de Barro, & Christiano Bellovacensi ex aliis Pontificis hujus litteris, non omnes, ut commentus est Boulæus paulo ante citatus.

quatenus illos, qui præfatam ordinationem nostram, quam ab omnibus Magistris, & Scholaribus *Parisius* commorantibus firmam, & illibatam servari volumus; quacumque arte, vel ingenio servare non curant; monitione præmissa, nominatim, ac specialiter excommunicare, ac excommunicatos denunciare, per vos, ac alios, ubicumque expedire videritis, usque ad satisfactionem condignam, appellatione aliqua, seu eorum, qui, postquam eis de præfata ordinatione nostra innotuit, a dicta Universitate recessisse dicuntur, nequaquam obstantibus, nullatenus postponatis. Quod si non ambo iis exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Districta commissio.

Datum Laterani VII. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut de male acquisitis, quorum restitutio, cui facienda, nescitur, & de redemptionibus votorum excepto Hierosolymitano summam 200. libr. Raven. recipere valeant. (Ex Autographo Archivii Monasterii Vallisgloriæ Hispellen.)

CXXXIII. Anno 1255. die 8. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monasterii Vallisgloriæ [a] *Spoletan. Diœcesis Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Causa concessionis.

NEcessitatibus vestris paterno compatientes affectu, quod de usuris, rapinis, & aliis male acquisitis, si quibus horum restitutio fieri debeat, inveniri non possint; necnon de redemptionibus *votorum* auctoritate Diœcesanorum prius factis, Hierosolymitano dumtaxat excepto, usque ad summam *ducentarum librarum* Ravennaten. [b] monetæ recipere valeatis, auctoritate vobis præsentium indulgemus; si alias pro similium receptione non estis a Nobis hujusmodi gratiam consecutæ; ita quod voventes ad executionem hujusmodi, & alii ad restitutionem aliam faciendam eorum, quæ vobis contulerint, & per vos ipsis non fuerint restituta, minime teneantur; sed ad restituendum residuum acquisitorum taliter, si quod fuerit, remaneant nihilominus obligati. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

& conditio adjuncta.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani VI. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo [c].

Marochii Episcopo ob difficultates loci, & gentis, inter quam degebat, indulget, ut usque ad quinquennium Sedem Apostolicam visitare non teneatur. (Ex Archivo Vatic., Regestoque Pontif. epist. 730. an. 1.)

ALEXANDER &c.

CXXXIV. Anno 1255. die 9. Decembr.

Venerabili Fratri Lupo [d] *Episcopo* Marrochit. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

FIdei tuæ puritas, & devotio, quam ad Nos, & Romanam habes Ecclesiam, promerentur, ut tuis petitionibus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Cum igitur, sicut Nobis exponere curavisti, positus in medio nationis perversæ, nonnisi de permissione *Sarracenorum*, in quorum dominio tota Diœcesis tua consistit; & difficultate maxima Sedem valeas Apostolicam visitare: Nos tuis devotis precibus inclinati, quod ad visitandum Sedem eamdem usque ad *quinquennium* [e] minime tenearis, auctoritate tibi præsentium indulgemus [f]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario con-

Causa concessionis.

Clausula prohib. &c.

(a) Monasterii Vallis gloriæ: De quo pluries actum est in to. 1. hujus Operis, ubi videas *Hispellen.* Monasterium; & in hoc 10. sub die 20. Januarii hujus anni pag. 9.

(b) Librarum Ravennaten.: Cujus antiqui valoris calculum exhibere difficile est. Jo. Antonius Pinius de Monetis Ravennat. disserens cap. 5. docet hanc libram posterioribus temporibus ad duos Julios redactam esse; incertum tamen, an recte; sed nobis prope certum, diversam illam, altiorisque valoris a præsenti extitisse, uti alia ubique monetarum genera.

(c) Videantur aliæ hujus Pontificis litteræ *Ex tenore &c.* anno 1257. die 29. Januarii, & *Exhibita nobis &c.* Calend. Decembris scriptæ.

(d) Ven. Fratri Lupo: De quo paulo ante actum est ad diem 27. Novembris.

(e) Usque ad quinquennium: Innocentius vero IV. anno 1246. eidem indulserat, ut usque *ad decennium* visitare Sedem Apostolicam non teneretur per simile diploma *Fidei tuæ puritas &c.* die 11. Novembris emanatum; ut in primo tomo hujus Bullarii p. 441.

(f) Indulgemus: Biennio tamen post & suas, & Innocentii IV. concessiones pro hac visitatione sustulit Constitutione *Importuna multorum &c.* die 3. Augusti edita, & in novo Bullario Rom. to. 3. legenda; nec non apud Raynaldum ad ann. 1257. n. 50.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1255.

contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Laterani v. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Episcopum Anglonen, a se consecratum, & ab Innocentio IV. confirmatum commendat Capitulo illius Civitatis. (Ex Archivo Vatic. in Regest. Pontif. epist. 755. an. 1.)

CXXXV. Anno 1255. die 9. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Capitulo Anglonen.[a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Narratio electionis Episcopi Anglonen.,

CUM dilectus filius Frater Henricus *Baren.* Electus[b] Venerabilem Fratrem nostrum D.[c] de Squillaco Ordinis Fratrum Minorum Anglonen. Episcopum *Anglonen.* Ecclesiæ tunc vacanti auctoritate litterarum fel. record. Innocentii Papæ[d] prædecessoris nostri sibi super provisione ipsius Ecclesiæ directarum præfecisset in Episcopum & Pastorem[e]; tandem idem Prædecessor, quod ab eodem *Baren.* Electo factum extitit in hac parte, per suas litteras confirmavit[f]; ac sibi per Nos tunc in minori officio constitutos munus fecit consecrationis impendi[g]. Quocirca discretioni vestræ ad instar ipsius Prædecessoris[h] per Apostolica scripta mandamus, quatenus memoratum Episcopum, tanquam Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes sibi obedientiam & reverentiam debitam impendatis, ejus monitis & mandatis salubribus intendendo. Alioquin sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inviolabiliter observari.

& confirmationis ejusdem, atque consecrationis. Pontificisque commendatio cum clausula comminatoria.

Datum Laterani v. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmat eis Ecclesiam S. Claudii a Gregorio IX donatam. (Ex Regesto Vatic. epist. 765., & Waddingo in Regest. Pontific. num. 42.)

CXXXVI. Anno 1255. die 11. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Mariæ de Civitate Fulginaten.[i] *Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

CUM a Nobis petitur &c.[k] Devotionis igitur vestræ supplicationibus benignum impartientes assensum, Ecclesiam *Sancti Claudii* Fulginaten., quam, sicut asseritis, fel. record. Gregorius Papa[l] prædecessor noster suis emptam sumptibus Monasterio vestro pia liberalitate contulit[m], sicut illam juste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos eidem Monasterio auctoritate Apostolica confirmantes, Ecclesiam ipsam de novo vobis nihilominus concedimus de gratia speciali. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel &c. Si quis &c.

Monialium petitionibus annuit Pontifex, & confirmat, quod supra &c. Clausula prohib. &c.

Datum Laterani III. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo[n].

Donationem Episcopi Fanen. *de Canon. portione Monasterio factam confirmat.* (Ex Regesto Vatic. epist. 741., & ex Waddingo in Regest. Pontif. num. 41.)

ALE-

(a) Anglonen.: Civitatis vulgo *Agnone* olim in Lucania nunc Basilicata sub Archiepiscopo Acherontino jampridem dirutæ, cujus Episcopus *Tursi* in Oppido moratur.

(b) Henricus Baren. Electus: O. P., de quo dictum est in primo hujus nostri Bullarii tomo p. 690.(c)

(c) D.: *Deodatum*, ut in præfato primo to. p.690.(d)

(d) Innocentii Papæ: Hujus nominis IV., cujus litteras ad Electum Baren. dat. anno 1253. die 27. Novembris habes in cit. primo to. p. 691. 2.

(e) Præfecisset in Episcopum et Pastorem: Anno 1253 die 10. Decembris ex dicti Baren. Electi litteris ibidem p. 691. 2. legendis.

(f) Confirmavit: Anno 1254. die 17. Januarii diplomate *Olim bonæ memoriæ &c.* ibi p. 691. vulgato.

(g) Munus consecrationis impendi: Cum esset Episcopus Ostien. & Veletren., idque anno 1254. post diem 7. Januarii.

(h) Ad instar ipsius Prædecessoris: Qui anno 1254. die 9. Januarii litteris incipien. *Cum dilectus filius &c.* Electum Anglonen. Fr. Deodatum Capitulo ejusdem Civitatis commendavit; suoque loco cit. primi tomi p. 690.

(i) S. Mariæ de Civitate Fulginaten.: Ita in editis a Waddingo, sed reponendum *de Caritate* ex ipsomet Waddingo ad annum 1228. num. 94., ubi citat Jacobillum de Episcopis Fulginaten.

(k) Petitur &c.: Videatur hujus Pontificis *Bulla* pro Monialibus Faventinis edita anno 1255. die 20. Januarii.

(l) Gregorius Papa: IX. hujus nominis.

(m) Contulit: Anno 1228. inquit cit. Waddingus ex Jacobillo, monumentum tamen hujus donationis nobis non innotuit.

(n) Extat vero aliud *Gregorii IX.* monumentum pro hoc Fulginaten. monasterio *S. Mariæ* editum anno 1236. die 1. Octobris incip. *Ut intemerata consistant &c.* & aliud Nicolai III. anno 1278. die 10. Julii *Cum a nobis petitur &c.*, quo vocatur *Monasterium S. Claudii juxta flumen Topini extra muros Fulginaten.*

CXXXVII.
Anno 1255. die 12. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Cristo filiabus . . . Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctorum Philippi, & Jacobi Fanen. [a] *Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium. b
Petitio Monialium.

JUstis petentium desideriis &c. [b] Sane petitio vestra Nobis exhibita continebat, quod Venerabilis Frater noster Episcopus *Fanen.* [c] in solatium, & consolationem aliquam paupertatis vestræ, quam propter Deum voluntarie subiistis, de universis, quæ vobis in ultima voluntate Christifideles duxerint de cetero relinquenda, debitam sibi de jure, vel loci consuetudine *portionem* vobis in perpetuum pia, & provida liberalitate donavit; prout in literis inde confectis sigillo suo munitis plenius vidimus contineri. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod per ipsum Episcopum in hac parte factum est, ratum habentes, & gratum; non obstante quod in hoc consensus non fuit Fanen. Capituli requisitus; auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem literarum ipsarum præsentibus inseri facientes, qui talis est: „ ADJUTUS [d] miseratione divina Fanen. Episcopus dilectis in Christo Sororibus *Scholasticæ* Abbatissæ, ac cæteris in Monasterio SS. Philippi, & Jacobi commorantibus salutem in Domino. Deus, qui inter cetera miracula suæ potentiæ constantiam sexui fœmineo dignoscitur contulisse; qui sua novit etiam providentia, quos elegit; vos adeo sibi conjunxit in sponsas, ut nullum præter eum velitis admittere amatorem; & ob hoc dignum est, & omni congruum honestati, ut servi Christi diligant sponsas ejus, & illum in illis honorent; quem velut agrum coronis vernantibus, & liliis albescentibus quocumque ierit in Patria cælesti sequuntur. Hinc est, quod, dilectæ in Christo Sorores, vestræ paupertati, & consolationi compatimur; & futuro vestro statui providemus, nolentes, quod absit, successores nostros materiam assumere querelarum; & causam assumere contra vestrum Collegium litigandi. Cum enim pro nobis, & eis, nostrisque successoribus singulis horis vos orare non pigeat; nec nos volumus commutationis spiritualis beneficium denegare. Eapropter quidquid ex fidelium testamento, vel codicillo, vel qualicumque ultima voluntate vobis, vel loco vestro derelictum fuerit, sive datum, in eo *quartam* vel *tertiam*, quæ nobis, & nostris successoribus secundum Religionis consuetudinem, vel Canonis justitiam pertineret, vobis, & vestris successoribus condonamus; ut nulli defalcationi [e], vel injunctioni subjaceat, quod pia vobis pietas derelinquet. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc conventionis nostræ gratiam infringere, vel ei ausu temerario contraire; alioquin indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Confessorum Paterniani, Fortunati, & Eusebii [f] se noverit incursurum [g]. " Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere; vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Laterani III. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo [h].

Eam Pontifex exaudit, & confirmat ut supra.
Defectum Capituli supplendo.
Diploma donationis Episcopi.
Exordium.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1255.
Causa concessionis paupertas.
Clausula Episcop. prohib.
Clausula Pontificis prohib. &c.

Ne

(a) MONASTERII SS. PHILIPPI ET JACOBI FANEN. Cujus quidem origo, & tempus nobis incompertum, sed tamen paulo ante fundatum coniici potest.

(b) DESIDERIIS &c.: Ut in *Bulla* 112. die 12. Octobris data, & supra relata pag. 78.

(c) EPISCOPUS FANENSIS: *Adjutus* nomine, ut infra ex ejus litteris.

(d) ADIUTUS: non *Arduinus*, ut in prima Waddingi Annal. Min. editione Lugdunensi legitur; sed in altera Romæ curata repositus est *Adjutus*; quo corrigenda est 2. Ughelli Ital. Sac. editio Veneta, ubi post Adjutum ponitur *Arduinus*.

(e) DEFALCATIONI: Idest detractioni, vel subtractioni, ut ex Glossario Fresnensi.

(f) BB. CONFESSORUM PATERNIANI, FORTUNATI, ET EUSEBII: primorum Episcoporum, & Protectorum urbis Fanensis.

(g) INCURSURUM: Deest quidem nota temporis, quo facta fuit ab Episcopo hæc donatio; tamen cum Adjutus promotus fuerit Ecclesiæ Fanensi ab Innocentio IV. anno 1245. ex Regest. Vatic. apud Ughellum to. 1. Italiæ Sac.; liquet post annum illum Epistolam hanc esse conscriptam.

(h) Cum autem Monasterium esset extra Civitatem in via S. Bartholi prope Burgum, anno 1445. jussu Sigismundi Pandulfi Malatestæ Principis dirutum est ob bella, ne hostibus esset usui ad invadendam, & oppugnandam Civitatem, ac Monialibus in Civitate datus est locus *Domus Dei* nuncupatus die 23. Aprilis ex Petro Ant. Amiani in Mem. Hist. urbis Fanensis ad eum annum, & ad ann. 1266.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

Ne teneantur quidquam exhibere Curiæ secularium in causis, quas movent, vel quæ contra eas moventur in utroque foro. (Ex REGESTO VATIC. epist. 766., & WADDINGO in Reges. Pontif. num. 43.)

CXXXVIII.
Anno 1255. die 11. Decembris.

ALEXANDER &c.

Eisdem.

Concessionis occasio.

VIAM, qua sub multæ paupertatis inopia ad Creatorem vestrum per obsequia continuæ devotionis accedere B
elegistis, volentes vobis reddi ab omnibus exactionibus liberam, & a quibusdam præpeditionibus expeditam, devotionis vestræ supplicationibus inclinati, quod in causis, quas contra vos, vel Monasterium vestrum moveri, seu vos contra quosvis movere contigerit, in Foro Ecclesiastico, vel etiam seculari aliquod non teneamini Curiæ secularium exhibere; nec ad id compelli possitis auctoritate vobis præsentium indulgemus. Nulli C
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis &c.

Ad Monialium supplicationes Pontifex indulget &c.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani III. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Quosdam Ecclesiæ Prælatos ad normam Innocentianæ Constitutionis a se revocatæ contra Fratres Minores adhuc pergentes jubet compesci etiam per Eccles. censuram. (Ex ARCHIVO Conventus Sancti Francisci Bononien. Urbis.)

CXXXIX.
Anno 1255. die 12. Decembris.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Ferrarien.[a], *&* Imolen.[b] *Episcopis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

a
b

c QUÆDAM ab Apostolica Sede &c.[c] Sed sicut intelleximus, nonnulli Archiepiscopi, & Episcopi, & E
alii Prælati *Marchiæ Tervisinæ*, & *Romaniolæ*, deliberatione nostra super præ-

A missis litteris nullatenus expectata, dilectis filiis Fratribus Ord. Minorum &c.[d] d
Datum Laterani II. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ad preces Regis Franciæ onus imponit inquirendi in hæreticos per universam Galliam exceptis Pictovii, & Tolosæ terris. (Ex REGES. VATIC. epist. 752. apud WADDINGUM in Annal. Minor. ad hunc annum num. 14. & RAYNALDUM in Annal. Eccles. num. 34. ex parte, ac in BULLARIO Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 52. Alex. IV.)

ALEXANDER &c.

CXL.
Anno 1255. die 13. Decembris.

Dilecto filio..· Priori Provinciali Fratrum Prædicatorum in Francia, & *Guardiano Fratrum Minorum* Parisien. *Sal., & Apostol. Bened.*

Exordium a cura sublevandi depressos, & opprimendi depravatores Fidei.

PRÆ cunctis mentis nostræ desiderabilibus Catholicæ incrementum *Fidei* affectantes nimio utique dolore replemur, cum audimus aliquos, vel sentimus ad illius depressionem quacumque malignitate satagere, vel damnabilibus ipsam depravando reprehensionibus, aut detractionibus, & abrogabilibus derogando, seu commentis eamdem mendacibus pervertendo; ad quorum iniqua sternenda molimina eo animosius aspiramus, quo in animarum stragem perniciosius eos cognoscimus conspirare. Unde,
D quia in aliquibus partibus Regni *Franciæ*[e] adeo infidelitatis error invaluit, e
quod ibi quamplurimi a via veritatis prorsus aversi ruentes per devium falsitatis pestiferas ad concutiendum orthodoxæ murum *Fidei* machinas construebant, molientes ipsum fallacium argumentationum impulsibus demoliri; Sedis Apostolicæ diligentia contra talium dolosam astutiam, ne diffusius serperet morbus iste, remedium adhibuit opportunum,
E instituens illic viros idoneos[f], quorum f
honesta conversatio exemplum tribueret puritatis, & erudita labia doctrinam funderent salutarem, ut sacro ipsorum ministe-

In Francia Regno hæresis invaluit.

Quomodo huic malo primum a S. A. obviatum.

(a) FERRARIEN.: Joanni Quirino Veneto, de quo Ughellus tom. 2. Ital. Sac. etsi parum castigate.
(b) IMOLEN.: Thomæ ab anno 1249. eam Cathedram regenti ex cit. Ughello.
(c) SEDE &c. Ut in *Bulla* anno isto 1255. die 12. Septembris edita, & ibi relata.
(d) ORDINIS MINORUM &c.: Reliqua ut in supradicta *Bulla*.
(e) REGNI FRANCIÆ: testatus Raynerius Sacconus O. P., qui hoc tempore scribebat *Summam de Catharis, & Leonistis, seu Pauperibus de Lugduno*, cap. 6. ex 16. Catharorum Ecclesiis, inquit ille, unam fuisse *Francia* præter Albigensium, & Tolosatium alias; unde in legibus Friderici II. Imp. contra hæreticos latis anno 1239., & quaquesersum ab Innocentio IV. an. 1254. missis, legimus hæreticos *Franciscos* præter alios ex Gallia; Accessit & secta *Pastorellorum* facta anno 1250. de qua plures apud Raynaldum ad eum ann. n. 29.
(f) VIROS IDONEOS: Ex Ordinibus Prædicatorum, Minorum &c.

nisterio præfatæ partes ab hujusmodi contagio purgareotur. Et licet horum ducatu homioes partium earumdem in rectam semitam sint directi, & per hos multis sit ibidem periculis obviatum: cupientes tameo anxie, ut negotium inibi *fidei* jugi profectu, elisis omnino erroribus, fortius convalescat; vigilare ad hoc per Nos, & alios, ptout solettius possumus, non cessamus: & modo circa id ipsum eo studemus attentius, quo carissimum in Christo filium nostrum... Illustrem Regem *Franciæ* [a] ferventiorem sentimus ad idem negotium efficaciter promovendum. Quare habita deliberatione providimus ibidem ad præsens personas aliquas circumspectas pro tanto negotio deputare. Quia igitur de solicitudine, prudentia, & industria vestra firmam in Domino fiduciam obtinemus, vos tamquam inter alios prælectos in prædicto Regno ad instantiam præfati Regis ad hoc duximus deputandos [b], discretioni vestræ per Apostolica scripta districte præcipiendo mandantes, ac in remissionem vobis peccaminum injungentes; quatenus in caritate Dei, hominum timore postposito, virtutem spiritus induentes ex alto, *Inquisitionis* officium contra hæreticos ad extirpandam de Regno ipso, ejusque districtu hæreticam pravitatem, exceptis terris dilecti filii nobilis viri *Pictavii*, & *Tolosæ* Comitis, in quibus *Fidei* negotium certis personis specialiter est commissum [c]; sub spe mercedis æternæ totis assumentes affectibus, sic efficaciter prosequi studeatis, ut per solicitudinis vestræ prudeotiam de prædicto Regno, ac ejus districtu radix iniquitatis hæreticæ succidatur; & vinea Domini exterminatis vulpeculis, quæ perversis moribus demoliuotur eamdem, fructus afferat catholicæ puritatis; facientes vobis quaternos [d], & alia scripta, in quibus *Inquisitiones* factæ cootra hæreticos, & processus contra ipsos habiti continentur, a quibuslibet detentoribus assignari. Si quos autem de pravitate prædicta culpabiles inveneritis, vel infectos, seu etiam infamatos; contra ipsos, nisi examinati absolute velint mandatis Ecclesiæ obedire; necnoo & receptatores, defensores, & fautores eorum juxta sanctiooes Canooicas, auctoritate Apostolica, homioum metu Divino timori postposito, procedere procuretis: invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis: Cootradictores, & rebelles per Censuras Ecclesiasticas, auctoritate Apostolica, compescendo. Non obstantibus aliquibus literis ad quoscumque alios, exceptis locorum Diœcesanis super hujusmodi negotio ab Apostolica Sede directis, quas auctoritate præsentium revocamus; nec tamen prætextu commissionis specialiter eisdem Diœcesanis super hoc factæ processum vestrum in eorumdem Civitatibus, & Diœcesibus volumus impediri. Nec per hoc quod *Fidei* negotium generaliter in præfato Regno vobis committimus, commissiones a præfata Sede ipsis factas, si forsan illarum, seu ordinaria velint auctoritate procedere, intendimus revocare. Si vero aliqui ex hæreticis ipsis, hæretica labe penitus abjurata, redire voluerint ad Ecclesiasticam Unitatem, eis juxta formam Ecclesiæ absolutionis beoeficium impendentes, injuogatis eisdem, quod injungi talibus consuevit; proviso solerter, ne simulata cooversione redeaot fraudolenter ad vomitum, & vos, immo potius se ipsos fallentes, sub agni specie gerant lupum. Ut ergo commissi vobis officii debitum liberius exequamini, committeodi citationes, Testium examinationes, cum de prædicto crimine, ac ipsius circumstantiis duxeritis ioquirendum, & sententiarum denuntiationes, quas in quoslibet hac de causa tuleritis, plenam vobis concedimus facultatem. Non obstante, si Religiosis quibuslibet, quod causarum, vel negotiorum commissiones mioime teneantur suscipere; quodque excommunicari, vel interdici, aut suspeodi oequeant a Sede Apostolica sit indultum. Sed quia in tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi, ut in teos sine ullo proferatur errore duræ, ac di-

Margin notes: Regis Galliarum pietas, & fervor in hac re. — Censores Fidei constituuntur, ut supra. — Quæ loca excipiantur, & quare. — Cantic. 2. 15. — Contra etiam infamatos, receptatores, defensores, & fautores procedendum. — Derogando literis Apostolicis. — Deponentes hæresis errores quomodo tractandi. — Ampla Inquisitoribus facultas tribuitur. — Derogatio indultorum Apostolicorum.

(a) Regem Franciæ: S. Ludovicum IX.
(b) Deputandos: jam anno 1235. Gregorius IX. constituerat *Inquisitores* hæresis *Priorem* Prov. Franciæ O. P., ejusque fratres in universo Franciæ Regno ex epist. *Dudum ad aliquorum &c.* 137. in Bullario illius Ordinis, sed privata fuit, & ad tempus institutio: postea Prædicatorum Ordini *Francia* assignata fuit, Minorum vero *Provincia* cum Delphinatu.
(c) Specialiter est commissum: Nimirum Ordini *Prædicatorum* ex Bullis 23. & 24. Alexandri IV. editis hoc anno die 15. April. in to. I. Bullar. ejusdem Ord.
(d) Quaternos: Libellulos 4. foliis conflatos.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

Quam diligenter examinandi testes.

A dignæ severitas ultionis; volumus, & mandamus, ut vos, vel quos ad hoc duxeritis deputandos, in examinatione Testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adbibeatis vobis duas religiosas, & discretas personas; sub quarum præsentia per viros idoneos fideliter eorum Testium deposita conscribantur. Ceterum

Quomodo ferenda sententia.

cum aliqui fuerint judicandi hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui pro hujusmodi crimine infligenda; ad id B de Diæcesanorum, vel Vicariorum suorum, si ipsi, Diæcesanis absentibus, præsentes fuerint, consilio procedatis; ut in tantæ animadversionis judicio non postponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verum ut prædicta possitis utilius, & liberius exercere, vobis largiendi viginti, vel quadraginta dierum *Indulgentiam*, quoties opportunum videritis, omnibus pœnitentibus, & confessis, qui ad

Facultas Inquisitorum elargiendi Indulgentiam limitata,

C vestram convocationem propter boc faciendam accesserint, plenam tenore præsentium concedimus facultatem; vobis insuper pro hujusmodi negotio laborantibus, & omnibus personaliter vobis assistentibus in eodem, illam peccatorum veniam indulgemus, quæ succurrentibus *Terræ Sanctæ* in Generali Concilio [a] est concessa. Illos vero qui ad impugnandum hæreticos, fautores, & receptatores, ac defensores eorum vobis ex animo auxilium, consilium præstiterint, vel favorem, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *tres annos* de injuncta sibi pœnitentia relaxamus; & si qui ex iis in prosecutione hujusmodi negotii forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus. Compescendo quoque, monitione præmissa, per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, *Prædicatores* quæstuarios [b] a prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet; quorum interest tantum caritativa

plenam vero iisdem, & non tollis alias impertitur,

a

& eliam auxilium, & consilium præstantibus,

facultas quoque in quæstuarios Prædicatores.

b

subsidia simpliciter petere; ac indulgentiam, si quam forte habeant, exponere; liberam vobis tribuimus facultatem. Quod si non ambo iis exequendis potueritis interesse; alter vestrum ea nihilominus exequatur [c].

Discreta commissio.

c

Datum Laterani Idibus Decembris Pontificatus Nostri Anno Primo.

Vetat, ne de Legatis quibusvis Fratribus Minor. factis exigatur quidquam etiam titulo portionis canonicæ; sed potius ut eleemosynis iidem releventur, hortatur. (Ex AUTOGRAPHO Conv. S. Francisci Oppidi Phaleroni in Piceno, & JAOERÆ in Archivo Ordinis FF. Min. Observant. ex GONZAGA par. 2. Conv. 12. Prov. Dalmatiæ.)

ALEXANDER &c.

CXLI.

Anno 1255. die 13. Decembris.

Venerabilibus Fratribus Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Rectoribus, & aliis Ecclesiarum Prælatis per Marchiam Anconitanam *constitutis, ad quos litteræ istæ pervenerint, Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

DE pia, & sancta conversatione dilectorum filiorum &c. [d]

d

Datum Laterani Idibus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

D *Facultatem tribuit Ministris Ordinis... Generali, & Provincialibus suos subditos absolvendi ab excommunicatione variis ex causis incursa.* (Ex veteri Scriptore BARTHOLOMÆO Pisano Conform. IX. in expositione 7. Capitis Regulæ Fratrum Minor.)

ALEXANDER &c.

CXLII.

Anno... die...

Dilectis filiis ... Generali, & ceteris Ministris Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum præsentes litteras inspecturis Sal., & Ap. Bened.

E IN jure canonico reperitur expressum, ut si quispiam eorum, qui simul vivunt &c. [e]

e

Datum ... [f]

f

Man-

(a) GENERALI CONCILIO: Anno 1215. Laterani ab Innocentio III. celebrato.

(b) QUÆSTUARIOS: Quos Tridentin. Concilium antiquavit, sustulitque sess. 21. *de Reformat.* cap. 9.

(c) Lectiones hujus Bullæ variantes legi possunt apud cit. Bullarium O. P. p. 292.

(d) PRÆLATORUM &c. - Videatur hæc ipsa Constitutio missa etiam Prælatis Eccles. per *Lombardiam, & Romandiolam* constitutis hoc anno die 21. Novembris; ut ibi apparet, deinde anno 1257. die 8. Januarii ad *Pisana* Civitatis, diœcesisque Prælatos.

(e) VIVUNT &c.: Ut in 346. *Bulla* Gregorii IX. anno 1240. die 12. Decembris edita, ut in primo hujus Operis tomo pag. 287.

(f) Hanc decret. epistolam memorat, ut diximus, Barthol. Pisanus, sed sine anno, die, ac loco, quibus sit data. tantum adjecit etiam *Innocentium IV.* eamdem edidisse.

Mandat, ut perpensis circumstantiis, si expedierit, cessionem Archiepiscopi Upsalen. senio confracti recipiant, eique congruam provisionem assignent. (Ex Vatic. Archivo in Regest. Pontif. epist. 22. an. 2.)

CXLIII. Anno 1255. die 22. Decembr.

ALEXANDER &c.

a *Venerabili Fratri .. Streginen.* [a] *Episcopo, & dilectis Filiis .. Abbati Alwa-* b *striæ Lincopen. Diœcesis* [b] *& .. Præposito Ecclesiæ Lincopen. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Psal. 90. 19. Narratio de Archiepiscopo Upsalen. sene

USque in senecta, & senium in officio Pastoralis curæ perductus Venerabilis Frater noster [c] Archiepiscopus *Ubsalen.* [d] nobis per suas litteras cum instantia supplicavit; ut cum confractus senio [e], & paralitico morbo laborans nequeat Pastorale officium, ut expedit, adimplere; ac per hoc oneri Pontificalis officii cedere sit paratus, cessionem ipsius recipere curaremus. De vestra igitur circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes mandamus, quatenus consideratis diligenter circumstantiis universis, si Ecclesiæ *Ubsalen.* videritis expedire, cessionem recipientes hujusmodi vice nostra, præfato Archiepiscopo de bonis Archiepiscopalibus pro sustentatione sua studeatis provisionem honestam, & congruam assignare; ac faciatis eum pacifica ipsius possessione gaudere; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

dignitati cedere flagitanee,

de quo Pontifex mandat, ut supra,

mandatum temperando.

Datum Laterani xi. Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo [f].

Pluribus Monasterium Tudertin. ornat privilegiis, & Episcopalem exemptionem a suis prædecessoribus probatam confirmat. (Ex Reges. Vatic. in Constitutione Sisti IV. *Ex Apostolicæ Sedis &c.* anno 1472. 15. cal. Martii edita apud Waddingum ad eum annum.)

CXLIV. Anno 1255. die 27. Decembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ Monasterii Sanctæ Mariæ de Monte Sancto [g], *qui olim* Mons Mascaranus *nominabatur, ejusque Sororibus tam præsentibus, quam futuris Regularem vitam professis in perpetuum.*

Exordium.

RELIGIOSAM vitam eligentibus &c. [h] Eapropter dilectæ in Domino filiæ vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium S. Mariæ de *Monte Sancto* Tudertin. [i], qui olim *Mons Mascaranus* [k] nominabatur, in quo Divino estis obsequio mancipatæ, ad instar fel. recordat. Gregorii [l], & Innocentii [m] prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis &c. [n] hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; in Diœcesi Tudertina Sancti Joannis in *Plano*, Sancti Lauren-

Sub A. S. protectione Monasterium suscipit

Bona quæcumque stabilia confirmat, & recenset.

(a) Streginen.: Al. *Stregnesen.* vulgo *Stregnes* in Sudermania Provincia Regni Sveciæ sub Archiepiscopo Upsalensi; etsi in recentibus hujus Metropolis Episcopatibus Suffraganeis iste non legatur, quod forsan in aliud nomen ivit, aut evanuit.

(b) Lincopen. Diœcesis: In eodem Regno, & sub eodem Upsalen. Archiepiscopo.

(c) Ven. frater noster ...: *Laurentius* Svecus O. M., de quo verba fecimus anno superiori ad epistolam 178. *Significasti nobis &c.* Innocentii IV. ad eum data die 24. Julii, & in I. hujus Operis tomo relata pag. 758. (a)

(d) Archiepiscopus Ubsalen.: Alias & rectius *Upsalen.*

(e) Confractus Senio: hinc conjicere est, promotum eum fuisse circa ann. 1244., ut ex Jo. Magno scripsit Waddingus ad eum ann. n. 21., qui tamen ait obiisse eum anno 1267.

(f) Anno secundo: Ex quo erroris arguuntur asserentes hunc Pontificem coronatum fuisse anno 1254. die 25. *Decembris*; si enim hoc anno die 21. Decembris incepit *annus secundus* ejus Pontificatus, igitur ante illum diem superiori anno coronatus fuerat, nempe die 21., ut etiam dictum est ad primam hujus Pontificis hujusve tomi epistolam p. 3. (a. b): nec est, quod quis existimet, hanc spectare ad annum 1256., cum hac posterior incip. *Venerabile fratre nostro &c.* data sit die 21. Januarii anno 1258., ut infra.

(g) Monasterii S. Mariæ de Monte Sancto: De quo in epist. 5. & 47. Innocentii IV. relatis to. 1. hujus Operis p. 358. & 542.

(h) Eligentibus &c.: Ut in diplomate simili hujus Pontificis hoc anno 30. Aprilis pro Monasterio S. Catharinæ Genuen. edito supra pag. 43.

(i) Tudertin.: Ad discrimen aliorum plurium locorum titulum *Montis Sancti* ferentium, ut alibi notavimus.

(k) Mons Mascaranus: Ita quidem in epistolis Gregorii IX. p. 185. 197 & 207. tom. 1., sed illis Innocentii IV. *Mons Sanctus* appellari cœpit ab incolentium sanctitate.

(l) Gregorii: Nempe IX., cujus privilegium legitur to. 1. p. 197.

(m) Et Innocentii: Subde IV., sed ejus de hac re privilegium caremus.

(n) In primis &c.: Ut in supra cit. diplomate pro Genuen. Monasterio.

Laurentii in *Laureto*, Sanctæ Mariæ de *Colle Catonis*, & Sanctæ Mariæ de *Gradellis Ecclesias* cum pertinentiis earumdem: Sancti Hilarii de Riparola, Sancti Martini, & Sancti Laurentii de Pubano, Sancti Xisti, Sancti Jacobi de Scilca, Sancti Joannis de Lametato, Sancti Angeli de Etemo, Sancti Salvatoris de Motione, Sancti Zenonis, Sancti Christophori, & Sancti Laurentii de Polerano *Capellas* cum omnibus pertinentiis suis: *Hospitale* Sancti Cataldi juxta Arnatam fluvii cum omnibus pertinentiis suis: *Capellam* Sancti Benedicti de Camucia Tudertin. cum omnibus pertinentiis suis: vineam, quam habetis prope Civitatem Tudertin., terras, vineas, & possessiones, quas habetis in ascio [a] & loco, qui dicitur *Pantan*: terras, vineas, & possessiones, quas habetis in plano Tyberis, quod dicitur Planum de Pilo Sanctæ Crucis: quidquid habetis in ascio de Tufoli: terras, vineas, sylvas, & possessiones, ac Molendina, quæ habetis in locis, qui ascia Najæ Sancti Xisti, Polerani, Asprul i, & Fossati de Kimano [b] vulgariter nominantur: *Insulam*, quam habetis in flumine Tyberis: terras, vineas, & possessiones, quas habetis in locis, qui Planum Najæ, Flore, Ascia fractæ inzangatæ, & de Salvaticeli [c] vulgariter appellantur: terras, quas habetis in ascio Ecclesiæ S. Johannis in Plano: quidquid habetis in ascio de Casalino in loco, qui dicitur *Collalone*: terras, sylvas, & possessiones, quas habetis in locis, qui Riparol. Camian. Clovan. & Campus Donnicus vulgariter nuncupantur: quidquid habetis a Rigo Sancti Gordiani extra: terras, vineas, & possessiones, quas habetis in S. Johannis de Lametato, de Gazalinis Strata, & S. Laurentii de Puliano locariis: Gradum Molendini, quem habetis apud pontem *Cutis* cum omnibus pertinentiis suis: quidquid habetis in territorio Montis Castelli, Manzani, & villæ de Speltatiis: Molendinum, quod habetis in Plano S. Crucis: Casalina, sive domus, quas habetis in regione Collis Civitatis Tudertinæ: terras, vineas, sylvas, & possessiones, quas habetis in locis, qui Petralonga, Ascium Sancti Terentiani, Crispianum, Collis siccus, Mons niger, Locare Sancti Angeli de Plebe, & Ascium Plioti vulgariter nominantur [d]: terras, vineas, sylvas, domos, & possessiones omnes Ecclesiæ Sancti Leucii Tudertin., quas habetis ex donatione nostra [e] in Civitate, & Diœcesi Tudertina cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis [f], & pascuis in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Liceat quoque vobis personas liberas &c. [g] Præterea omnes libertates, & immunitates, quas Monasterio vestro bo: mem. [h] Tudertin. Episcopus Capituli sui accedente consensu indulsisse cognoscitur; sicut in publico instrumento inde confecto melius continetur, ad instar dictorum Prædecessorum nostrorum [i] auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem instrumenti prædicti ad cautelam duximus præsenti privilegio annotandum, qui talis est.

Exemptionem Episcopalem firmat, & commendat.

Instrumentum Episcopalis exemptionis.

,, In nomine Domini. Anno MCCXXXVI. die tertio intrante mense Januarii temporibus Domini Gregorii Papæ IX. regnante Fe. Rom. Imper indictione nona. Nos quidem Bonifacius Episcopus, & Capitulum Tudertin. &c. [k]

Annuus census Romanæ Ecclesiæ solvendus.

Ad indicium autem hujus perceptæ a Sede Apostolica libertatis *unam libram ceræ* Nobis, nostrisque Successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possess-

Clausula Pontificis inhibens &c.

(a) In ascio: Pro situ, & ambitu, forsan ab *Agia*, quæ ex Cangien. Glossario sepem, & circuitum significat.
(b) De Kimano: *De Camsano* infra, & rectius, ut & in *Bulla* 351. Innocentii IV. p. 584. & 586. tom. 1.
(c) Salvaticeli: *Salvatisculi* legitur in dicta *Bulla* p. 585. *Salvatischo* p. 584.
(d) Nominantur: Hæc omnia bona recensentur in memorata Innocentii *Bulla* relata in tom. 1. hujus Operis p. 582. & seqq. *Grata Deo Religionis &c.* tanquam bona olim Ecclesiæ & Monasterii S. Leucii Tudertini; eamque iteravit Alexander infra suo loco.
(e) Ex donatione nostra: Nempe Sedis Apostolicæ; cum huic Monasterio destinatæ fuerint a Gregorio IX., datæ vero & confirmatæ ab Innocentio IV. ex allatis Bullis.
(f) Usuagiis: Vulgo *usuati* pro rebus alteri concessis cum jure utendi sub annuo canone, vel præstatione ex 5. decr. lib. 5. tit. 43. De arbitris cap. 4. *Dilecti filii*, ubi Inno. III. dicit *usuarium*.
(g) Personas liberas &c.: Adeas supra cit. diploma pro Monasterio Genuen.
(h) Bo. mem.: *Bonifacius*, ut infra.
(i) Prædecessorum nostrorum: Gregorii quidem IX. hujus exemptionis Episcopalis confirmatio habetur in supra citatis epist. p. 185. & 197. tom. 1., sed Innocentiana deest.
(k) Capitulum Tudertin.: Consule dictam Gregorii IX. epist. 191. *Cum a nobis petitur &c.* tom. 1. pag. 185.

possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, usibus omnibus profutura; salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica &c. [a]

Datum Laterani per manum Guillelmi Magistri Scholarum Parmen. S. Rom. Ecclesiæ Vicecancellarii VI. Kal. Januarii indictione XIII. Incarnationis Dominicæ Anno MCCLV., Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ IV. Anno Secundo.

Divisionem Regni Svveorum a Duce filiis suis pro pace factam jubet infrascriptis, ut inviolabiliter observari faciant. (Ex Vatic. Tabulario in Reges. Pontif. ep. 28. an. 2.)

CXLV. Anno 1255. die 30. Decembr.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus [b] .. *Archiepiscopo* Upsalen., *ac* ... *Lincopen.*, *&* .. *Scaren.* [c] *Episcopis Salutem, & Apost. Bened.*

Ex parte dilecti filii nobilis viri [d] .. Ducis *Suvvenorum* [e] fuit propositum coram Nobis, quod ipse Regni Suwenorum, quod ad ipsum noviter legitime devolutum existit [f], ac incolarum ejus pacificum statum cupiens & tranquillum, intendit certas in Regno ipso assignare suis filiis [g] portiones, nolens per hoc fidelium stragem, & animarum pericula, quæ, si hoc non fieret, post ipsius obitum accidere possent, salubriter evitare [h]. Nos igitur ejusdem Ducis vota salubria favore benivolo prosequi delectantes mandamus, quatenus, quod idem Dux super hoc de prudentum consilio legitime fecerit, auctoritate nostra faciatis, sicut justum fuerit, inviolabiliter observari. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Ducis Svvenorum expositio

de Regno suis filiis dividendo,

cui Pontifex favens mandat ejus factum observari,

sua tamen jussa moderando.

Datum Laterani III. Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Christifidelium pietati commendat fabricam, & Fratres Minor. Forolivien. indulgendo de injuncta Sacramen. pœnitentia manum adjutricem porrigentibus 100. *d.* (Ex Rodulphio Hist. Seraph. lib. 2. fol. 268. apud Waddingum ad annum 1256. num. 47; & ex Regesto nostri Ordinis Romæ apud SS. Apostolos tom. 4. *De statu Conventuum Prov. Bononiæ* sub ann. 1574. p. 423.)

ALEXANDER &c.

CXLVI. Anno 1256. die 4. Januarii.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Quoniam, ut ait Apostolus &c. [i] Sane dilecti filii .. Minister, & Fratres Ordinis Fratrum Minorum *Forolivien.* [k] ibidem, sicut accepimus, Ecclesiam cum aliis ædificiis suis usibus opportunis cœperunt construere, in qua Divinis possint laudibus deservire. Cum itaque pro hujusmodi ædificiis consummandis, ac etiam pro sustentatione arctæ vitæ ipsorum indigeant Fidelium juvari præsidiis: Universitatem vestram rogamus, & hortamur in Domino in remissio-

(a) Ecclesiastica &c.: Cetera ut in cit. diplomate pro Genuen. Monasterio.

(b) Venir. fratribus ...: *Laurentio*, ut in superiori epistola *Usque in senecta &c.* die 22. hujus mensis scripta.

(c) Lincopen. et Scaren.: De *Lincopen.* dictum est ad prædictam epistolam; *Scaren.* vero extat in Westrogothia sub eodem Archiepiscopo Upsalensi olim Gothorum Regum Sedes, nunc urbecula in dies deficiens.

(d) Nobilis viri ...: *Birgeri*, de quo cum laude Raynaldus in Annal. Eccles. egit ad ann. 1252. n. 20., & 1259. n. 60. ex Scriptor. rerum Gothicarum.

(e) Ducis Suwenorum: *Swevonia*, seu *Svecia* propria pars est Regni Sveciæ perampla pluribus Provinciis constans.

(f) Devolutum existit: Anno 1250. per obitum Erici Baldi, quo *Waldemarum* filium Regem fieri curavit; ipse vero Regni curam, & administrationem suscepit.

(g) Suis filiis: Nempe *Waldemaro* jam dicto, & *Magno*, de quibus Jo. Magnus in Hist. Goth. fuse agit.

(h) Evitare: At id in vanum fuit; nam eo defuncto, *Magnus* Waldemarum fratrem bello vicit, Regnoque exuit ex citato Jo. Magno lib. 19. cap. 22., *Gothico* tamen Regione fratri Waldemaro concessa.

(i) Ait Apostolus &c.: Ut in *Bulla* superiori anno die 16. Aprilis edita.

(k) Fratrum Minorum Forolivien.: Urbis in Flaminia nunc *Romandia* vulgo, & Episcopatus sub Ravennate Metropolitano, ubi Fratres Minores ab exordio Ordinis locum obtinuerant extra Civitatem; & sub Innocentio IV. anno 1250. admissi sunt intra Civitatem ad locum, ubi adhuc commorantur prope majorem urbis Sacram Ædem vulgo *Cathedralem*, facultate Pontificia *die* XII. *Kalend. Maji anno* VII. obtenta; fuitque caput *Custodiæ* sui nominis in Provincia Bononiæ ex distributione Provinciarum & Custodiarum Ordinis anno 1260. a S. Bonaventura Narbonæ facta, & ex veteri *Provinciali Ordinis* apud Jordanum auctorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. 11., idque usque ad XVI. seculum teste supracitato Rodulphio; quæ dignitas postea Ariminum translata est.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

missionem vobis peccaminum injungentes, quatenus eis ad hoc de bonis vobis a Deo collatis pias eleemosynas, & grata charitatis subsidia erogetis; ut per subventionem &c.[a] Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus pœnitentibus, & confessis, qui eis ad hoc manum porrexerint adjutricem, *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Datum Laterani II. Non. Januarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Si Monasterium de Cremella Mediolan. Diœcesis O. B. juris Ecclesiæ Modoetien. reformari non potest, uniatur præfatæ Ecclesiæ Modoetien. (Ex Reges. Vatic. epist. 56. an. 2.)

CXLVII. Anno 1256. die 12. Januar.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri[b] .. *Archiepiscopo* Mediolanen. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Capituli Modoetien. relatio

DILECTI Filii ... Archipresbyter, & Capitulum *Modocien.*[c] Ecclesiæ Nobis significare curarunt, quod Monasterium de *Cremella*[d] ad Ecclesiam ipsam[e] immediate spectans Ordinis Sancti Benedicti Mediolanen. Diœcesis, cujus proventus annui valorem vigintiquinque marcarum Sterlingorum[f] valentiam non excedunt, propter incuriam *Monialium* habitantium in eodem vitam ducentium nimirum dissolutam est adeo deformatum, quod nisi celeriter succurratur eidem, vix adjiciet, ut resurgat. Quare dicti Archipresbyter & Capitulum Nobis humiliter supplicarunt, ut *Monasterium* ipsum cum pertinentiis suis eis, & eidem Ecclesiæ curaremus in usus proprios deputare. Quocirca mandamus, quatenus, si quod de ipsius Monasterii deformatione proponitur, veritate fulcitur; & tibi constiterit dictum Monasterium ad eos immediate spectare; & quod in suo, vel alio nequeat Ordine reformari; prædictum Monasterium cum pertinentiis suis prædictis Archipresbytero, & Capitulo, ac eidem Ecclesiæ auctoritate nostra in usus proprios studeas deputare; & prædictas *Moniales* in aliis Monasteriis Mediolanen. ejusdem Ordinis Mediolanen. Civitatis, & Diœcesis per te, vel per alium collocare procures, faciens eas in Monasteriis ipsis in Monachas recipi, & Sorores; non obstante certo Monasteriorum ipsorum Monialium numero confirmatione Sedis Apostolicæ, sive quacumque firmitate vallato; aut si est aliquibus ab eadem Sede indultum, quod ad receptionem, seu provisionem alicujus compelli non possint per litteras Apostolicas, quæ de Indulto hujusmodi non fecerint mentionem. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; proviso, quod dicti Archipresbyter & Capitulum in eodem Monasterio de *Cremella* per idoneos Ministros congrue faciant deserviri.

de Monasterio Cremellæ deformato; Psal. 40. 9. atque pro se petitio. Pontifex injungit, si verum est expositum, petitioni satisfieri, & Moniales alio traduci, Cum obstantium derogatione, & provisione promonasterio Cremellæ.

Datum Laterani II. Idus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Statutum Ecclesiæ Remen. de Canonicis absentibus volens observari censuras pro Remen. Præposito contra statuti autores latas irritas esse declarat. (Ex Regesto Vatic. epist. 49. an. 2.)

CXLVIII. Anno 1256. die 15. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Decano, & Capitulo Remen.[g] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

STATUTA, per quæ Divini nominis cultus in Ecclesiis augmentari, & personis eis obsequentibus provenire fructus amplior dignoscuntur; tanto libentius volumus inviolabiliter observari; quanto inter alias sollicitudinis nostræ curas desiderabilius id habetur, ut Ecclesiæ, & personæ Ecclesiasticæ spiritualiter, & temporaliter majoribus proficiant

(a) Per subventionem &c.: Ut in supradicta Bulla usque ad *gaudia pervenire*.
(b) Ven. Fratri ...: *Leoni* de Perego O. M. al. & sæpe in hoc Opere commemorato.
(c) Modocien.: Al. Modoetien. vulgo *Monza* nobile Oppidum, ac præcipuum agri, diœcesisque Mediolanensis, de quo etiam in I. hujus Bullarii tomo egimus pag. 96.
(d) Monasterium de Cremella: Cujus nulla mentio in Mabillon. Annal. Benedict. occurrit.
(e) Ad Ecclesiam ipsam: Nempe Modoetiensem.
(f) Marcarum Sterlingorum: Quarum qualibet anno 1352. valebat 5. *Florenos* auri, & 2. grossos Turonen. argenti; quilibet vero Florenus pendebatur 12. grossis Turonen. argenti ex epist. Clementis VI. apud Raynaldum ad eum ann. n. 25.
(g) Remen.: In Belgio ex præcipuis *Campaniæ* Gallicæ Provinciæ urbibus Archiepiscopali dignitate, & Academia fulgens, ideoque notissima Civitas.

Narratio facti. ciant incrementis. Cum igitur, sicut Nobis exponere curavistis, in Ecclesia vestra, quæ propter *Canonicorum* absentiam residere non curantium in eadem defectum patiebatur non modicum in Divinis, & debitis obsequiis fraudabatur, *Statuti tenor.* statutum sit, & per Sedem Apostolicam confirmatum, ut omnium *Canonicorum* absentium, qui dicuntur *Foranei*, præbendarum proventus dividantur inter Canonicos residentes, qui horis matutinis intersunt: Quia postmodum Venerabilis Frater noster ... [a] *Episcopus Assisinas*, *& Assiser. Episcopi censuræ Eccles. in Capitulum Remen.* cui super faciendis exhiberi dilecto filio *Hugoni Rubeo* Cappellano nostro Præposito *Remen.* Præbendæ suæ proventibus scripta nostra direximus [b], fecit per se, & dilectum filium Grixopolum Canonicum Sancti Benedicti *Parisien.* in vos *suspensionis*, & in contradictores *Remen.* Canonicos *excommunicationis* sententias promulgari [c]; Nobis humiliter supplicastis, *Et recursus pro statuto confirmando.* ut statutum hujusmodi confirmare, ac super hoc providere vobis de benignitate solita curaremus; præfatus vero *Præpositus* statutum ipsum volens inviolabiliter custodiri, gratiæ sibi factæ a Sede Apostolica super perceptione in ejus absentia fructuum Præbendæ, quam in dicta Ecclesia obtinet, renunciavit libere coram Nobis. *Idque Pontifex præstat censuras latas revocans.* Nos igitur vestris supplicationibus inclinati prædictum statutum, quod inviolabiliter servari volumus, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: prædictas sententias, & quidquid contra idem statutum attemptatum est, seu factum per ipsum *Episcopum* [d], vel ejus subdelegatum, aut alios quoscumque, in irritum revocantes. *Clausula prohib. &c.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & revocationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem &c.

Datum Laterani XVIII. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

Mandat, ut juxta concessionem Innocentii IV. Clarissas Placentinas ad Monasterium Sanctæ Agathæ Papiense transferantur. (Ex MONUMENTIS ejusdem Monasterii apud Autorem Supplementi Annal. Minor. WADDING. ad hunc annum num. 1.)

CXLIX.

Anno 1256. die 10. Januarii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... Episcopo Terdonen. [e] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

LECTA coram Nobis dilectarum in Christo filiarum Monasterii *Sancti Francisci Placentini* Ordinis Sancti Damiani petitio continebat, *Monialium petitionis series.* quod fel. record. INNOCENTIUS PAPA [f] prædecessor noster, intellecto, quod ipsæ jam dudum non habuerant, unde sibi possent in vitæ necessariis providere; tibi suis dedit literis [g] in mandatis, ut Sorores ipsas in Monasterio *Sanctæ Agatæ Papien.* *Innocentius IV. eis Monasterium Papien. concedit.* Ordinis Sancti Benedicti; quod, sicut dicitur, ad Romanam Ecclesiam nullo pertinens mediante, propter malitiam habitantium in eodem, adeo erat in spiritualibus, & temporalibus deformatum, quod vix poterant in suo Ordine reformari, per te, vel alium collocare curares; concedens eis dictum Monasterium cum omnibus pertinentiis ejus, ac juribus perpetuo possidendum: quinque, aut sex Monialibus ibidem dumtaxat, *De illius paucis Monialibus provisio.* ut asseritur, existentibus, nisi vellent in una cum eisdem Sororibus sub earum Regula perpetuo Domino famulari, in aliis Monasteriis ejusdem Ordinis Sancti Benedicti, prout expedire cognosceres, collocatis: Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. *Procurator Monialium S. Agathæ opponit.* Licet autem *Syndicus*, seu Procurator dictarum Monialium contra Sorores ipsas super hoc coram Abbate Sancti Sepulcri Papien., cui in hac parte commiseras vices tuas, duxisset exceptiones quamplurimas proponendas; quia tamen exceptiones ipsæ fabulæ erant, & in elusionem Apostolici manda-

(a) VEN. FRATER NOSTER ...: *Nicolaus* de Carbio Narniensis, de quo pluries, & postremo hoc anno ad diem 21. Januarii, & 9. Maji, ut sup. pag. 11. & 46.

(b) SCRIPTA NOSTRA DIREXIMUS: Quæ nos hucusque latent; ex his tamen elici videtur, hunc Episcopum hoc tempore in Gallia, Belgioque fuisse, vel etiam Parisiis.

(c) SENTENTIAS PROMULGARI: Ita Pontificiis scriptis ad eum directis præcipientibus.

(d) PER IPSUM EPISCOPUM: Assisiatensem.

(e) EPISCOPO TERDONEN.: Petro Buserto, de quo dictum est anno præterito ad *Bullam* dat. die 24. Julii pag. 59. no. (c)

(f) INNOCENTIUS PAPA: Hujus nominis IV. anno 1254. die 7. Decembris defunctus.

(g) SUIS DEDIT LITTERIS: sc. epistolam 465. primi hujus Operis tomi dat. anno 1253. die 5. Martii *Cum sicut accepimus &c.* pag. 652.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

Abbas delegatus pronunciat favore Monialium Placentin.

mandati propositæ; dictus Abbas, Pro- A curatore dictarum Sororum præsente, præfato vero dictarum Monialium Syndico se per contumaciam absentante, sententialiter pronunciavit, dictas Sorores in possessionem dicti Monasterii, & pertinentiarum ejus juxta mandatum Apostolicum esse mittendas. Verum, quia interim eodem Monasterio Sanctæ Agathæ Abbatissa vacante, *Aydella* tunc ipsius Monasterii Monialis post inhibitionem auctoritate prædictarum lit- B terarum factam in ejusdem Monasterii Abbatissam se eligi procuravit; & per litteras super electione sua ad Archipresbyterum de *Fligazolo* Terdonen. Diœcesis ab Apostolica Sede obtentas [a], dictas Sorores cum ipso Archipresbytero multipliciter inquietat; pro parte ipsarum Sororum fuit super hoc providentiæ remedium imploratum. Nolentes igitur, Sorores easdem occasione hujusmodi ulterius aliquibus litigiorum C quæstionibus implicari; Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus electionem prædictam post inhibitionem hujusmodi præsumptam temere; ac literas super ipsa obtentas, & omnes processus super eas habitos; necnon quascumque exceptiones contra dicti Prædecessoris nostri literas ad te super appellatione dicti Monasterii Sanctæ Agathæ impetratas nuncies irritas, & D inanes; in negotio procedens eodem juxta priorum continentiam litterarum, inducendo per te, vel alium Sorores ipsas in ejusdem Monasterii Sanctæ Agathæ possessionem corporalem, ac inductas eas defendendo. Non obstantibus prædictis literis ad Archipresbyterum obtentis eumdem, seu alium, vel aliis quibuscumque, cujusvis tenoris existant; & processibus habitis per easdem; contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Secularis.

Aydella interim se intrusit in Abbatissæ S. Agathæ dignitatem,

& Moniales multum inquietat.

Mandat Pontifex, ut supra.

Irrogando litteris Apostol., aliisque &c.

... [b] XIII. Kalendas Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo [c].

Libertates, & exemptiones Capitulo Ecclesiæ Cracovien. a Boleslao Duce Cracoviæ concessas confirmat. (EX VATIC. TABULARIO in Regest. Pontif. epist. 109. an. 2.)

ALEXANDER &c. CL.

Anno 1256. die 21. Januarii.

Dilectis filiis Capitulo Cracovien. [d] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Exordium.

JUSTIS petentium desideriis &c. [e] Cum igitur, sicut petitio vestra Nobis exhibita continebat, dilectus filius nobilis Vir *Boleslaus* [f] Dux Cracoviæ, ac Sandomeriæ quasdam libertates, & exemptiones sæcularium exactionum rationabiliter vobis duxerit concedendas; prout in litteris suis patentibus inde confectis suo, & Venerabilium Fratrum nostrorum ... [g] Archiepiscopi *Gneznen.*, & ... [h] Episcopi *Cracovien.* sigillis munitis plenius continetur; Nos vestris postulationibus grato concurrentes assensu libertates, & exemptiones ipsas auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipsarum præsentibus inseri facientes, qui talis est [i].

Boleslaus Dux donat Capitulum exemptionibus,

quas Pontifex confirmat.

Exemptionum diploma.

Exordium.

2. Reg. 14. 14.

„ In Nomine Domini Amen. Quoniam, ut ait auctoritas: *omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur*: ne mortalium gesta celebri, & perpetua semper digna memoria temporum decursu queant in dubium adduci; & eorumdem mutabilitate ambiguitatis „ discri-

(a) AB APOSTOL. SEDE OBTENTAS: Quæ vulgatæ non habentur, & forsan nullo modo.

(b) Deest *datum Laterani*, ubi tunc Pontifex residebat ex aliis ejus epistolis.

(c) Alias pro hoc Monasterio a Damianitis jam obtento litteras dedit Urbanus IV. incip. *Non absque dolore &c.* anno 1262. die 28. Novembris. Porro *Placentini* Monasterii non omnes Moniales, sed nonnullæ Placentia Papiam translatæ fuerant ad Monasterium reformandum vel dirigendum; Placentiæ namque extabat & extat adhuc Monasterium Damianitarum, seu Clarissarum jam ante annum 1231. ædificatum, cui Alexander IV. anno 1260. die 2. Novembris Cœnobium *S. Sixti* Benedictinorum monastice collapsum annexuit; quod tamen postmodum restitutum fuit, & Moniales ad antiquum Franciscanorum locum translatæ sunt anno 1336., ut Petrus Maria Campi in Historia Placent., & ex eo Waddingus ad annum 1248. num. 27. habet.

(d) CRACOVIEN.: Urbis majoris Poloniæ totiusque Regni Capitis ad Vistulam fluvium sitæ sub Archiepiscopo Gnesnensi 9. leucis a Silesia, & 11. ab Hungariæ confinio, 23. a Sandomiria, & 40. a Varsavia distantis.

(e) DESIDERIIS &c.: Vide *Bullam* 112. anno superiore die 12. Octobris editam pag. 75.

(f) BOLESLAUS: De quo consuli potest no. (g) ad epistolam 579. Innocentii IV. anno 1254. datam, incip. *Tua devotionis &c.* In I. hujus Bullarii to. relatam p. 758., cognomento *Pudicus* ob servatam cum B. *Kunegunda* uxore 40. annis virginitatem.

(g) FRATRUM NOSTRORUM ...: *Fulconis*, ut infra.

(h) ET ...: *Prandota*, ut ibidem in fine.

(i) TALIS EST: Hoc Boleslai *diploma* refertur etiam a Raynaldo in Annal. Eccles. ad annum 1255. n. 56. usque ad illa verba; *eodem anno Domini Nonis Septembris*.

„ discrimen in posterum aliquatenus „ possint pati; opere pretium est, ea, „ quæ hujusce modi sunt, testimonio, & „ expressione testium perennari. Hinc „ est, quod Nos *Bolezlaus* Dei gratia „ Cracoviæ & Sandomeriæ Dux per op- „ positum gerere nos volentes *Bolez-* „ *lao* quondam Polonorum Regi reo „ mortis, & sanguinis [a] præclari Mar- „ tyris & Pontificis STANIZLAI; & ani- „ madvertentes, quomodo in suis mi- „ rabilis Deus Sanctis miris virtutum „ prodigiis dignatus est eumdem mirifi- „ care plusquam admirabiliter Sanctum „ suum; & ideo cupientes ipsum hono- „ rare in terris, quem Deus glorificavit „ in Cœlis; pro remedio felicis animæ „ Patris nostri claræ memoriæ Craco- „ viæ, & Sandomeriæ Ducis *Lezco-* „ *nis* [b], & incolumitate generosæ no- „ stræ genitricis Ducissæ *Grimizlavæ* [c], „ & nostra, & ingenuæ Consortis no- „ stræ CUNGUNDIS [d] præcordialis filiæ „ Regis incliti Hungarorum intuitu be- „ neficiorum, & servitiorum, quæ No- „ bis Venerabilis in Christo Pater Do- „ minus *Prandota* [e] Episcopus, & Ca- „ pitulum Cracovien. impenderunt, & „ sunt in futurum auctore Domino præ- „ stituri; omnes villas Capituli Craco- „ vien. Ecclesiæ, cui memoratus San- „ ctus, dum adhuc ipse vita potiretur „ præsenti, præsedit in eadem pontifi- „ cali officio digne functus, interventu „ Venerabilis Sponsæ Christi germanæ „ nostræ Sororis videlicet SALOMEÆ [f] „ quondam Galatiæ Reginæ [g] plena in „ perpetuum gaudere concedimus liber- „ tate. Id ex nostra devotione rationis „ arbitrio decernentes, ut omnes libe- „ ri homines Capituli supradicti, præ- „ dictarum coloni, & inhabitatores vil- „ larum eam libertatem habeant, quæ „ ascriptitiis [h] Sacræ Cracoviensis Se- „ dis indulta esse dinoscitur ab antiquo, „ & per nos postmodum roborata. Qui „ utpote liberi homines Capituli supra- „ dicti a nostro, & nostrorum postero- „ rum, & Palatinorum, & Castellano- „ rum, & quorumlibet Judicum aliorum „ præsentium, & futurorum judiciis pe- „ nitus in perpetuum sunt immunes, & „ prorsus liberi a *Strosa* [i], & *Stanc* [k], „ & *Povez* [l], & aliis servitutibus, & „ solutionibus ordinariis & extraordi- „ nariis, quocumque cædem nomine „ censeantur; *Prevod* [m] militari exce- „ pto; quos volumus Dominorum suo- „ rum dumtaxat utilitatibus & servitiis „ perpetuo mancipari. Datum in Cra- „ covia per manum *Fratris Bartholo-* „ *mæi* [n] *Ordinis Minorum* mediatoris „ inter nos ex una parte, & Capitulum „ Cracovien. ex altera parte, Anno ab „ Incarnatione Domini M. CC. LV. Indi- „ ctione XIII., & XV. Kalendas Junii; „ & postmodum confirmatam, & publi- „ catam in colloquio habito apud *Ban-* „ *sonam* eodem Anno Domini Nonis „ Septembris; præsentibus iis testibus, „ quorum nomina sunt hæc Venerabi- „ les Patres Fulco Dei gratia *Gneznen.* „ Archiepiscopus, Prandota *Cracovien.* „ Episcopus, *Frater Albertus* Ordinis „ Mino-

Boleslaus Dux Cracoviæ

ad honorem S. Stanislai Ep. & Mart.

pro anima Patris,

Matris,

& uxoris,

ac Intuitu Episcopi, Capitulique beneficiorum

Omnes Villas Capituli &c. plena libertate donat

interveniente etiam B. Salomea Sororis.

Homines liberi & quinam sint,

& quomodo.

a Strosa, Stem, & Povez,

Excipitur Prevod militare.

Anno 1255. die 18. Maji.

die 5. Septembr.

Testium præsentium nomina.

(a) REO MORTIS, ET SANGUINIS. Anno 1079., ut alias annotavimus in cit. 1. tomo p. 610. (c)

(b) LEZCONIS: Al. *Lesthonis* anno 1227. ex hac vita subtracti, ut in dicto primo tomo p. 758. (e)

(c) GRIMIZLAVÆ: E Ruthenorum genere matris etiam B. *Salomea* anno 1259. die 8. Novembris *Zavicosti* defunctæ magna pietatis, al. sanctitatis opinione apud nostros FF. Minores, quibus Cœnobium excitaverat, humetæ; quam quidam tradiderunt Tertium S. Francisci Ordinem *de Pœnitentia* dictum esse amplexam.

(d) CUNEGUNDIS: Al. Cunegundis, & Kinge Regis Belæ filiæ, neptisque S. Elisabethæ Lantgraviæ anno 1292. ad beatam vitam translatæ, cum post obitum viri sui 1279., cum quo 40. annis vitam cælibem duxeret, in Monasterio Clarissarum *Sandecia* veteris a se, & viro suo fundato S. Claræ instituto se addixit; ubi ea religionis, & sanctitatis opinione decessit, ut jam Rom. Pontifex ejus cultum immemorabilem probaverit.

(e) PRANDOTE: De quo ex Longino diximus in cit. tomo 1. p. 756. (b)

(f) SALOMEÆ: Quæ *Colomanno* Andreæ Regis filio & Belæ, sanctæque Elisebethæ Lantgraviæ fratre in bello contra Tartaros anno 1241. cælo viro suo, quo cum perpetuam virginitatem servavit, instituto S. Claræ nomen dedit in Monasterio Zavicosti, e quo ob Tartarorum invasionem ad Cracoviense translata ibi anno 1268. beata vitæ fine decessit; jamque ejus cultus immemorabilis ab Apostolica Sede probatus extitit.

(g) GALATIÆ REGINÆ: Al. *Halicia*, quæ olim fuit urbs magni nominis, Regiaque Russiæ nigræ, *Archiepiscopatus* etiam dignitate decorata, ea postmodum dignitate *Leopolim* translata, Civitas ipsa defecit in dies vulgo *Halitz*; fuerat autem *Colomannus* supradictus Rex Rothenorum nigrorum, & Dux Sclavoniæ.

(h) ASCRIPTITIIS: Qui aliis ad usum fuerunt servi, quorum libertas legitur in sequenti *Bulla* infra videnda §. 7. p. 110.

(i) STROSA: Al. *Stroza* nempe custodia, al. vigilia Italico vulgo *guardia di notte, e giorno*, al. *Sentinella*.

(k) STANC: Al. *Stancyi*, scil. hospitio, al. *Stan*, ut in *Bulla* 96. p. 66. superius allata.

(l) POVOZ: Hoc est vectura, cerrorumque ductu.

(m) PREVOD: Aliqui legendum docent *Przevodnik*, quod est ductore, Italice *guida*, seu socio itineris.

(n) FR. BARTHOLOMÆI: Bohemi eo anno 1255. mense Augusto a Pontifice prædicatoris *Crucis* in Polonia, Bohemia, vicinisque Regionibus constituti ex litteris ibi relatis sub die 6. & 7. Augusti; hic in *Bulla* 154. paulopost referenda dicitur *Magister*, & *de Praga*, mediator & ibi una cum sequenti Fr. *Alberto* p. 111.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

„ Minorum Domus de *Zavichost* [a], Adam Castellanus Cracovien., Segneus Palatinus Sandomir., Bogusalus Castellanus Sandomir., Sulco Castellanus Wislicien., Nicolaus Castellanus de Lublino [b], Bronsius Castellanus de Beych, Nicolaus Judex Cracovien., Petrus Judex Sandomir., Smil Pincerna Cracovien., Sulco Subagazo [c] Cracovien., Albertus Subagazo Sandomir., Petrus Subvenator Sandomir., Char Camerarius Domini Archiepiscopi, Petrus Dapifer Domini Episcopi Cracovien., & alii quamplurimi. Ad robur autem omnium præmissorum præsens scriptum nostro sigillo, Venerabiliumque Patrum supradictorum *Fulconis* Archiepiscopi, & *Prandotæ* Cracovien. Episcopi sigillis duximus muniendum. "

Clausula Pontificis prohib. &c.

Nulli ergo &c. nostræ confirmationis &c. Si quis autem &c.

Datum Laterani XII. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo [d].

Mandat, ut si cessionem dignitatis Archiepiscopi Upsalen. admitti contigerit, inhibeant Canonicis, ne sine eorum assensu ad Pastoris electionem, vel postulationem procedant. (Ex Archivo Vatic. in Regest. Pontif. epist. 54. anni 2.)

CLI.

Anno 1256. die 22. Januarii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri . . . Episcopo Strengenen., *& dilectis filiis Abbati Alvvastriæ Lincopen. Diocesis, & . . . Præposito Ecclesiæ Lincopen.* [e] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Sunt pro cessione Archiepiscopi Upsalen. litteras memorat.

VENERABILE Fratre nostro . . . [f] Archiepiscopo *Ubsalen.*, eo quod est senio, & gravi infirmitate confractus, non potest, ut expedit, Pontificale officium exercere, Nobis cedendi licentiam postulante; vobis damus [g] nostris litteris in mandatis, ut ipsius admittatis, si expedire videritis, cessionem. Verum Nos cupientes ipsi Ecclesiæ [h], in qua de novo per bonæ memoriæ . . . [i] *Sabinen.* Episcopum tunc in illis partibus Apostolicæ Sedis Legatum [k] quinarius *Canonicorum* numerus dicitur institutus [l]; & in qua nulli antea *Canonici* fuerant; sed vacante ipsa Ecclesia per claræ memoriæ Reges, ac Clericos, & Laicos Regni prædicti de facto electionem Pontificis fieri contingebat; de persona idonea utiliter provideri; mandamus, quatenus, si cessionem ipsam admitti contigerit, inhibeatis Canonicis supradictis, ut sine consilio & assensu vestro ad Pastoris electionem, seu etiam postulationem aliquatenus non procedant. Decernentes irritum, & inane, si secus duxerint faciendum: contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nolumus autem, ut per hoc eisdem Canonicis, quoad jus eligendi Pontificem in ipsa Ecclesia, aliquod in posterum præjudicium generetur [m].

Et constitutum Episcopi Sabinen. de Canonicis, morisque veteris ibi eligendi Prælatis.

Mandat id, quod supra,

sine Canonicorum præjudicio.

Datum Laterani XI. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Confirmat translationem Præpositi, & Capituli Ecclesiæ S. Naboris datæ FF. Minoribus ad Ecclesiam B. Mariæ suo jussu per Fr. Leonem Archiepiscopum Mediolanensem factam. (Ex Reges. Vatic. epist. 70. apud Waddingum ad hunc annum in Regest. Pontif. n. 1.)

ALE-

(a) Fr. Albertus O. M. domus de Zavichost: Quem existimo illum a scriptoribus vitæ *B. Salomea* dictum *Adalbertum* ejusdem Beatæ V. a sacris confessionibus, ut est etiam apud Waddingum ad ann. 1254. n. 36.

(b) De Lublino: Urbe culta & eleganti superioris Poloniæ *Palatinatus* titulo exornata 5. leucis Polonicis a confinio Russiæ nigræ, 14. a Sandomiria, & 35. a Cracovia distante.

(c) Subagazo: Qui vices gerit agasonis, seu custodis equorum, asinorum &c.

(d) Meminit hujus *Bullæ* Raynaldus cit. ad ann. 1255. n. 56.; sed nonnisi exemptionis ducalis *diploma* exscripsit, & vulgavit. Habetur etiam infra pag. 109. *Bulla* confirmationis explicationis libertatum, & exemptionum eidem Ecclesiæ a præfato Duce, ejusque progenitoribus concessarum post sex dies edita incip. *Justis petentium* &c.

(e) Lincopen.: His tribus scripserat jam Pontifex anno superiori die 28. Decembris *Usque in Senecta &c.* de eadem Archiepiscopi Upsalen. cessione; at hic adjungit aliud mandatum de electoribus.

(f) Fratre nostro . . .: *Laurentio*, ut ad dictam epistolam, aliamve die 30. etiam Decembris exaratam.

(g) Vobis damus: Legerem *dedimus*; cum datæ fuerint die 22. Decembris anno superiore.

(h) Ipsi Ecclesiæ: Nempe *Upsalensi* Sveciæ Metropoli.

(i) Bonæ memoriæ . . .: *Guillelmum* olim Episcopum Mutinen. anno 1251. defunctum.

(k) Apostolicæ Sedis Legatum: Paulopost Concilium Lugdunen. anno 1245. eo transmissum, ubi adhuc anno 1248. moram trahebat.

(l) Dicitur institutus: adeatur Bulla 355. *Cum a nobis petitur &c.* Innocentii IV. anno 1250. die 7. Decembris edita, & in I. hujus Operis tomo vulgata pag. 563.

(m) Generetur: Non omittam admonere, apud Raynaldum ad ann. 1265. n. 57. legi ex Crantzio Dan. l. 7. c. 24. Guidonem tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. S. A. Legatum in Daniam Ecclesiasticum *Interdictum*, quod ibi annis novem ob Archiepiscopum *Upsalen.* vinculis mancipatum tenuerat, dissolvisse; cum legendum sit *Lunden.* in Dania; & *Upsalen.* sit in Svecia.

CLII.

Anno 1256. die 25. Januarii.

ALEXANDER &c.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis ad rei memoriam sempiternam.

Exordium ab Apostolici mandati firmitate.

LIcet ea, quæ de mandato nostro fiunt, robur obtineant firmitatis; ut tamen intemerata consistant, cum nostro fuerint præsidio communita, libenter eis adjicimus Apostolici muniminis firmitatem. Sane cum Ecclesiam, &

Collegiata S. Naboris Mediolan. FF. Minoribus concessa.

Claustrum *Sancti Naboris Mediolanen.* cum Horto, Viridario, & aliis cohærentiis ejusdem Ecclesiæ, dilectis filiis Præposito, & Capitulo ipsius amotis, exinde dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum Mediolanen., & eidem

a Ordini conferri fecerimus [a]; ut ibidem famulentur; Nos volentes eisdem Præposito, & Capitulo super hoc providere, venerabili Fratri nostro Mediolanen.

b Archiepiscopo [b] injunximus viva voce, ut in aliquo loco competenti in Civitate Mediolanen. collocaret eosdem; qui auctoritate mandati hujus prædictos Præ-

Capitulum ejusdem Collegiatæ transfertur ad Ecclesiam S. Mariæ.

positum, & Capitulum, & Clericos ipsius Ecclesiæ, eorum ad hoc accedente consensu, ad Ecclesiam Beatæ Mariæ

c *ad Falcorinum* [c] Portæ Vercellinæ Mediolanen. transferens eos cum Capellis ipsis subjectis, ac Terris, possessionibus, casalibus, decimis, & aliis juribus, & rebus suis prædictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, ac Beneficialibus, & Clericis ipsius univit, ordinans, quod præfati Præpositus, & Capitulum, & successores ipsius, qui pro tempore fuerint, præsint tamquam Prælati prætactæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & eidem Capitulo, & Collegio sic unito. Porro idem Archiepiscopus circa translationem, & unionem hujusmodi quædam alia ordinavit; prout in Instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius Archiepiscopi plenius continetur. Nos itaque volentes,

Hæc, & alia ab Archiepiscopo ibi ordinata Pontifex confirmat.

ut quod super hoc per eumdem Archiepiscopum de mandato nostro factum est, inviolabiliter observetur; translatio-

A nem, unionem, & ordinationem hujusmodi ratas, & gratas habentes; ac supplentes defectum, si quis in eis fuit, de plenitudine potestatis ipsas auctoritate Apostolica confirmamus; & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem ipsius Instrumenti de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, qui talis est:

,, Frater Leo [d] de Ordine Minorum d

Instrumenti Archiepisc. tenor.

B ,, Divina providentia Sanctæ Mediola-
,, nen. Ecclesiæ Archiepiscopus univer-
,, sis, & singulis has litteras inspecturis
,, salutem in Domino. Noveritis, quod
,, cum Dominus Papa Alexander IV.
,, Ecclesiam, & Claustrum Sancti Nabo-
,, ris Mediolanen. cum Horto, Virida-
,, rio, & aliis cohærentiis ipsi Ecclesiæ
,, concessisset Guardiano, & Ordini Fra-
,, trum Minorum Mediolanen. in utili-
,, tatem, & usus Ordinis prædicti, ut
,, liberius possent Divinis obsequi offi-
C ,, ciis; Præposito, & Capitulo ipsius Ec-
,, clesiæ prædictum locum auferendo, ut
,, tamen in competenti loco ipsius Civi-
,, tatis collocarentur: Nos de speciali
,, mandato Domini Papæ nobis orete-
,, nus [e] facto præfatos Præpositum, & e
,, Capitulum, Canonicos, & Clericos
,, ipsius Ecclesiæ *S. Naboris* hoc acce-
,, ptantes transferimus ad Ecclesiam

Translatio Capituli S. Naboris ad Ecclesiam S. Mariæ ad Falcorinum.

,, Beatæ Mariæ ad *Falcorinum* Portæ
D ,, Vercellinæ Civitatis ejusdem, unico-
,, tes auctoritate prædicta Præpositum,
,, & Capitulum memoratos cum Capel-
,, lis eis subjectis, & cum terris, pos-
,, sessionibus, casalibus, decimis, &
,, aliis juribus, & rebus suis præfatæ
,, Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & Beneficia-
,, libus, ac Clericis ejusdem Ecclesiæ,
,, facientes, & ordinantes auctoritate
,, prædicta, ut memorati Præpositus,
,, & Capitulum, & Beneficiales præta-
E ,, ctæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ unum Cor-
,, pus, & Collegium existant, & esse
,, censeantur; & quod prædictus Præ-
,, positus, & alius, qui pro tempore
,, fuerit, præsit, & præesse debeat tam-
,, quam Prælatus ipsi Capitulo, & Col-

 ,, legio

(a) Fecerimus: Per litteras, *Ex parte dilectorum &c.* anno superiori die 5. Februari datas, aliasque pro confirmatione die 24. Julii scriptas.

(b) Mediolanensi Archiepiscopo: Fr. Leoni de Perago, de quo in supradictis litteris, & infra in ejus instrumento.

(c) B. Mariæ ad Falcorinum: Ita a fundatore appellatæ, ut ex infrascripto Instrumento constat.

(d) Fr. Leo: Cujus supra est tacta mentio, quique magna cum prudentiæ, tum sanctitatis laude rexisse fertur.

(e) Nobis oretenus: Nempe hoc anno, & mense, cum Romæ esset, & apud summum Pontificem,

Ordinationes Archiepiscopi

„ legio sic unito, & Ecclesiæ prædictæ, Insuper concedimus, & deputamus auctoritate mandati prædicti prædictam Ecclesiam S. Mariæ, Claustrum ipsius, Domos cum horto, viridario, & aliis rebus, & domibus ad communem usum, & utilitatem Præpositi, & Capituli, & Beneficialium prædictorum; non obstante statuto bonæ vitæ quondam *Falcorini*, qui dicitur fundasse, & dotasse dictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ; & statuisse, ut tres Præbendæ tantum Sacerdotales essent in dicta Ecclesia, & in ipsis tres tantum Presbyteri ordinarentur; quas sic ordinate in tribus Sacerdotibus, ut in pristinum statum sic volumus permanere; & quod electio deficientis, vel deficientium Presbyterorum, vel Clericorum spectaret ad ipsum Presbyterum, qui superesset major in ipsa Ecclesia; & qualibet alia ordinatione, auctoritate Sedis Apostolicæ, & alia quacumque vallatis, quibus unio hujusmodi, & translatio impediri possent, vel etiam perturbari. Porro ejusdem Domini *Papæ* mandato ordinamus, & disponimus, ut fructus unius anni de tribus Præbendis, quæ primo in ipsa Ecclesia vacaverint, colligantur, & retineantur ad usum ipsius Collegii sic uniti; ut ex eis reficiantur Domus ipsius Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & aliæ ædificentur de novo, in quibus Præpositus, & Canonici ejusdem Ecclesiæ commode valeant commorari. Nihilominus tamen fructus unius anni aliarum Præbendarum, quæ vacaverunt post ipsas tres Præbendas, teneantur ad communem usum ipsius Ecclesiæ memoratæ; prout Præposito, & Capitulo videbitur expedire; & decernimus Præpositum, & Capitulum memoratos fore inducendos in corporalem possessionem prædictorum & inductos defendendos, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis; & de prædictis omnibus idem Dominus Archiepiscopus jussit mihi infrascripto Gualterio Notario, ut facerem publicum Instrumentum sui sigilli munitione roborari. Actum in Civitate Romæ in Contrada de Laterano, in qua moratur præfatus Dominus Archiepiscopus, præsentibus Dominis Ugone Dalano Præposito de Riglono, & Fratre de Ottolillo de Ordine Humiliatorum, & Presbytero Pagano de Bernate Canonico de Crescenzano, & Lanfranco filio ser Gaspari de Molterio, omnibus rogatis testibus, & præsent. Not. Henricus de Summa Canonicus de Summa anno currente MCCLVI. die Martis XIV. ante Kalendas Februarii, Indictione XIV. Ego Gualterius filius quondam ser Petri Antillii Burgi Portæ Orientalis Civitatis Mediolani Notarius & Scriba prædicti Domini Archiepiscopi rogatus interfui, & scripsi. “ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

derogatur Statuto Falcorini, aliisque &c.

De fructibus dispositio Pontificia.

Testes rogati.

1256. die 19 Januar.

Clausula Pontificia prohibens &c.

Datum Laterani x. Kalendas Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Si expediens cognoverint, & Capitulum assenserit, potestatem tribuant Episcopo Regiensi quasdam possessiones suæ mensæ minus utiles commutandi. (EX REGES. VATIC. epist. 86. an. 2.)

CLIII.

Anno 1256. die 25. Januarii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... [a] *Episcopo* Mutinen. [b], *& dilecto filio Fratri Guillelmo dicto* de Buzea [c] *de Ordine Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

a b

c

EX parte Venerabilis Fratris nostri ... [d] Episcopi *Regin.* [e] fuit Nobis humiliter supplicatum, ut cum ipse quasdam Terras ad mensam suam spectantes minus utiles habeat, de quibus sibi modicum utilitatis accrescit, commutandi eas in alias utiliores eidem mensæ licentiam sibi concedere curaremus. De vestra igitur circumspectione plenam in

d

e

Episcopi Regien. expositionis tenor.

(a) VEN FRATRI ...: *Alberto Boschetto*, de quo actum est in hujus Operis tomo I. p. 539. (c) & 612. (i)

(b) EPISCOPO MUTINEN.: Ut est apud Ughellum to. 2. Ital. Sac.

(c) DE BUZEA: Cujus prima, & ultima in hoc Opere mentio est, nulla vero in Annal. Minor.

(d) VEN. FRATRIS NOSTRI: *Gulielmi de Foliano*, de quo Ughellus to. 2. Ital. Sac.

(e) EPISCOPI REGIN.: In Emilia tunc sub Ravennat., nunc autem sub Bononien. Archiepiscopo.

Mandat Pontifex, ut infra. in Domino fiduciam obtinentes mandamus, quatenus hujusmodi negocii circumstantiis solicite indagatis, si eidem *Ecclesiæ* videritis expedire, ac in hoc ipsius Capituli, vel major, & sanior pars ejusdem unanimiter concordabit, tribuatis ipsi Episcopo auctoritate nostra licentiam postulatam: proviso (cum documento.) prudenter, ne quod pro ipsius mensæ utilitate concedimus, in ejus possit vergere detrimentum, idque a vobis a Domino requiratur.

Datum Laterani VIII. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Confirmat explicationes, & interpretationes quarumdam libertatum a Boleslao Duce Cracoviæ, ejusque progenitoribus Capitulo, & Ecclesiæ Cracovien. concessarum ab eodem Duce factas. (Ex Archivo Vatic. in Regest. Pontif. epist. 109. an. 2.)

CLIV. Anno 1256. die 26. Januarii.

ALEXANDER &c.

a b *Venerabili Fratri* ...[a] *Episcopo, & dilectis filiis Capitulo* Cracovien.[b] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

c Exordium. Ecclesiæ Cracovien. petitionis tenor. JUstis petentium desideriis &c.[c] Cum itaque, sicut lecta Nobis vestra petitio continebat, dilectus filius nobilis Vir *Boleslaus* Dux Cracoviæ, & Sandomeriæ quasdam libertates vobis, & Ecclesiæ vestræ ab eo, & progenitoribus suis concessas, quia in eis ambiguitatis remanserat scrupulus, duxerit declarandas; ac una cum dilecta in Christo filia (De libertatum concessarum declaratione, & exemptionibus Ducum Ecclesiæ prædictæ.) nobili muliere G.[d] Ducissa matre sua quasdam vobis, & ipsi Ecclesiæ, ac hominibus, villis, & rebus ejusdem Ecclesiæ, ac universo Clero Civitatis, & Diocesis Cracovien. libertates, & exemptiones sæcularium exactionum rationabiliter duxerit concedendas; prout in suis patentibus litteris confectis exinde, ac suo, & Venerabilis Fratris nostri ...[e] Archiepiscopi Gneznen. sigillis munitis plenius continetur: (quas Pontifex confirmat.) Nos vestris supplicationibus inclinati declarationem, libertates, ac exemptiones hujusmodi, sicut provide factæ sunt, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipsarum præsentibus inseri facientes, qui talis est;

" In nomine Domini Jesu Christi (Diploma libertatum, & exemptionum declar.) „ Amen. Nos *Boleslaus*[f] Dei gratia „ Dux Cracoviæ, & Sandomeriæ[g] cum „ Serenissima Matre nostra G.[h] Ducissa „ Terrarum nominatarum cupientes libertatis participes effici; qua Christus suos liberavit, volumus, quantum ipso adjuvante possumus, libertatem Ecclesiasticam conservare; & nostris Successoribus transmittere „ conservandam. Eapropter Venerabilis Patris *Prandotæ*[i] Episcopi, & Capituli Ecclesiæ *Cracovien.* sollicitudine pulsati quosdam libertatis articu- (Varii libertatis articuli) „ los ex Canonicis Institutis: quosdam ex approbata consuetudine ac „ præscripta; alios autem ex donatione „ nostrorum Progenitorum, & præcipue Ducis L.[k] claræ memoriæ Patris „ nostri; aliquos etiam ex nostra eidem „ Ecclesiæ competentes, super quibus „ apud Nos, & nostros Barones dubitatio (declaratione indigi exponuntur.) vertebatur; præsenti scripto duximus declarandos; ut omnis dubietatis scrupulus in posterum circa eosdem articulos amputetur; ac in iis „ eidem Episcopo & Ecclesiæ memoratæ libertas per nos & nostros successores plenarie conservetur. Et pri- (1. De Clericis.) „ mo annuimus, ut nullus *Clericus* cujuscumque gradus, vel ordinis coram „ aliquo Judice Sæculari citetur, vel „ citatus compareat; aut etiam cogatur in colloquio respondere pro quacumque re, contractu, maleficiove „ pulsatus. Item si aliquem laicum in „ Judicio Seculari conventum *Clericus* „ eximere voluerit, asserens id, pro „ quo Laicus convenitur, de suo factum fore mandato; hoc ei licebit; „ & co-

(a) Ven. Fratri ...: *Prandotæ*, ut infra, & de quo paulo ante verba fecimus p. 105. (e)
(b) Cracovien.: Ut ibi alias non semel.
(c) Desideriis &c.: Ut in *Bulla* anno præcedenti die 12. Octobr. edita p. 78.
(d) G.: *Grimislava* ibidem in 150. *Bulla* descripta p. 105 no. (c)
(e) Ven. Fratris nostri ...: *Fulconis*, ut infra nominatur.
(f) Boleslaus: Qui anno superiori die 17. Maji alias libertates, & exemptiones contulit Capitulo Ecclesiæ Cracovien. ex cit. Bulla 150.
(g) Sandomeriæ: Al. Sandomiriæ vulgo *Sandomirs* in superiore Polonia ad fluvium Vistulam Palatinatus honore decoratæ inter Cracoviam, & Varsaviam positæ inde 28., hinc 24. leucis Polonicis distantis.
(h) Matre nostra G.: *Grimislava*, ut supra.
(i) Prandotæ: De quo dictum est.
(k) Ducis L.: *Lesconis* in cit. Bulla 150. memorati, cujus tamen donatio non innotescit nobis.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

,, & coram suo Judice ordinario ipse A
,, *Clericus* conquerenti tenebitur ref-
,, pondere ; & pœnam suo Judici per-
,, solvet ; hoc excepto solum, si contin-
,, gerit Camerarium, vel actorem citan-
,, tes per homines Clerici de mandato
,, ipsius verberari ; in quo casu Cleri-
,, cus volens percussores eximere, au-
,, diatur ; & ad suum Judicem reverti
,, debet judicandus ; pœnam tamen, ad
,, quam fuerit in suo judicio condem-
,, natus, tenebitur solvere Judici Sæ- B
,, culari, in cujus verecundiam aliquem
a ,, prædictorum fecerat baculari [a]. Item
3. ,, si miles actor læsus fuerit a Clerico,
,, vel ejus mandato a Laico, injuriam
,, passo Clericus debitam pœnam solvet
,, per Judicem Ecclesiasticum judica-
,, tam ; alioquio Judex Ecclesiasticus
,, pœnam percipiet in consimili quæ-
4. ,, stione. Item in eximendo hoc obser-
,, vetur, quod Clericus Laicum exi-
,, mens a Judice Sæculari, dum ad C
,, suum Judicem pervenerit cum actore,
,, ante causæ ingressum jurabit, actore
,, tamen petente, quod non dolo in
,, se causam transtulit, pro qua Laicus
5. ,, fuerat conventus. Similiter & ea,
,, quæ supra scripta sunt de Clericis,
,, etiam de servis Ecclesiarum *ascripti-*
,, *tiis* observetur, qui etiam citati non
,, debent coram Judicibus Sæcularibus
,, comparere, nec etiam coram Duce. D
6. ,, De quibus ascriptitiis, si aliquis oc-
b ,, cidatur, solutionem *capitis* [b] Eccle-
,, sia recipiet: Et si homo Ecclesiæ ali-
,, quem occiderit alienum, Sæculari
,, Judici caput solvet ; ita tamen, quod
,, tantum homo Ecclesiæ tres videlicet
,, marcas solvat argenti ; pro verberato
,, vero marcam unam, quas & Ecclesia
7. ,, ab alio recipit in hoc casu. Omnes
De ascriptitiis. ,, autem *Ascriptitii* Episcopi, & Eccle-
,, siæ Cathedralis, & aliarum Ecclesia- E
,, rum pro se, & suis prædiis liberi sunt
,, ab omni solutione & servitio Terræ,
,, sive sit ordinarium, sive casuale, &

,, tantummodo Dominorum suorum uti-
,, litatibus deputantur, nullum hospi-
,, tem, vel aliquod genus Venatorum
,, Principis procurantes [c]. Item Cano- c
,, nici Ecclesiæ Cathedralis hoc gau- 8. De Canonicis Eccl. Cathedr.
,, dent privilegio, ut quilibet eorum ab
,, omni servitio & solutione terræ ordi-
,, naria, aut extraordinaria sex ser-
,, vientes personæ, aut duodecim, qua-
,, lescumque voluerint, liberandi ha-
,, beant potestatem. Aliarum quoque
,, Ecclesiarum personæ sex homines,
,, & tres simplices Canonici libera-
,, bunt. Item omnes villæ Ecclesiæ 9.
,, Cracovien. sunt liberæ a solutione
,, omnium expensarum Ducis, & Vena-
,, torum ipsius, videlicet a *Naraz*,&
,, a *Povoz* [d], & a custodibus villarum ; d
,, & etiam a solutione, quæ vulgariter
,, *Strosa* [e] nuncupatur, præter villas, e
,, quæ de novo in proprietatem Episco-
,, pi & Ecclesiæ transferrentur. Tales
,, enim cum suis oneribus, sive libertati-
,, bus possidebit ; hoc tamen salvo, si
,, forte aliqua persona Ecclesiastica, vel
,, Villa aliquod jus, vel libertatem pro-
,, meruerit specialem. In castris autem 10.
,, Episcopi [f], in quibus habent omne jus f
,, Ducale, & Militare, hoc observatur ;
,, ut si Ducem per aliquam *Castellaniam* [g] g
,, eorum contigerit pertransire, ab ho-
,, minibus Episcopi semel in anno debet
,, educi, & in sumptibus consuetis procu-
,, rari [h] in signum dominii, & juris pa- h
,, tronatus. Sed si pluries infra ejusdem 11.
,, anni circulum pertransiret ; tunc ho-
,, mines Episcopales militare *prævod* [i] i
,, ducere tenebuntur, & duos homines
,, cum duobus canibus, qui dicuntur
,, *Sledniei* [k], pascent ; dum ipse Dux in k
,, sylvis venari voluerit transeundo: sed
,, in iisdem non morabitur in venando,
,, nec mittet ad venandum. Item dum 12.
,, *Cracovia*, vel *Sandomeria* ex integro
,, construetur, omnes homines Domini
,, Episcopi duas *stubellas* [l] in quolibet l
,, ipsorum ædificare tenentur ; vel si re-
,, ædifi-

(a) BACULARI: pro verberari.

(b) SOLUTIONEM CAPITIS: dictum est de hac pœna in primo hujus Operis tomo p. 157. (d)

(c) PROCURANTES: Nempe vel convivio excipientes, vel pecuniam eis solventes juxta Regionis, Locive morem.

(d) NARAZ, ET POVOZ: Al. *Naramb*, ut in Bulla 96. p. 66. (f) nempe e cibandis canibus; Powoz vero explicatum est ibid. no. (l) & p. 105. no. (l)

(e) STROSA: Ut in supradicta 150. *Bulla* (i) p. 105.

(f) IN CASTRIS AUTEM EPISCOPI: Notum est antiquitus, præsertim & apud Transalpinos, Episcopos fuisse solitos ad bella procedere, & arma etiam interdum tractare.

(g) CASTELLANIAM: Castelli, Castellanique ditionem.

(h) PROCURARI: excipi, ut supra (c)

(i) PRÆVOD: Adeas notam (m) ad *Bullam* 150. proxime citatam.

(k) SLEDNICI: Alias venatorii vel venatici, & Vertagi, Italice *Levrieri*.

(l) STUBELLAS: Tabernulas.

„ ædificabitur, easdem reædificabunt; A
„ ut est a longis retro temporibus ob-
13. „ servatum. Firmiter autem promitti-
„ mus, quod de causis, & negotiis Ec-
„ clesiasticis Nos, vel alii Judices Sæ-
„ culares nullo modo cognoscemus; nec
„ de ipsis nos intromittemus: sed Epi-
„ scopus, Præpositi, Archidiaconi, &
„ alii Judices Ecclesiastici de eisdem li-
„ bere judicent, & disponant: sicut &
„ Episcopus pro se, & supradictis Eccle-
„ siasticis Judicibus nobis promisit, quod B
„ de causis secularibus se nullatenus in-
14. „ tromittent, quæ ad nostrum spectant
„ examen. Item si aliquis *Ascriptitius*
„ verberaverit aliquem, qui ad judicium
„ Principis pertinet, & examen coram
„ Episcopo respondeat; pœnam tantum
„ Dux ab eo percipiat: & e converso si
„ bomo Ducis Ascriptitium Ecclesiæ ver-
„ beraverit, Dux cognoscet de causa,
15. „ & pœnam Episcopus percipiet. Item
„ si quis *Clericus*, vel *Ascriptitius* de- C
„ linquat testificando coram Judice Sæ-
„ culari; per eumdem Judicem punia-
„ tur, in cujus jurisdictione delinquit:
„ & e converso si coram Ecclesiastico
„ Judice qualiscumque Laicus delique-
„ rit, dum perhibet testimonium, per
„ ipsum Judicem Ecclesiasticum pœna
16. „ percipietur. Et ut hæc omnia in po-
„ sterum robur obtineant firmitatis, &
„ a nostris posteris inviolabiliter obser-
„ ventur; præsentem paginam nostro, D
„ & Domini Fulcouis Dei gratia *Gnez-*
„ *nen.* Archiepiscopi sigillis duximus
„ roborandam. Acta sunt & approbata
„ borum quædam in colloquio de Ogle-
„ deu Anno Domini M. CC. LII. in die
„ Sancti Rufi præsentibus testibus, quo-
„ rum nomina sunt hæc: Venerabilis
„ Pater prædictus Fulco *Gneznen.* Ar-
„ chiepiscopus, Michael Castellanus
„ Cracovien., Clemens Palatinus San- E
„ domerien., Adam Castellanus Visli-
„ cien., Predpelk Cancellarius noster,
„ Signeus Castellanus de Lublino, Su-
„ lislaus Castellanus de Zavichost, Jo-
„ hannes Castellanus de Chethou, Flo-
„ rianus Pincerna, Bogusalus Dapifer,
„ Falislaus Subcamerarius, Sbislaus

Anno 1252. die 17. Augusti.

Testium præsentium nomina.

A „ Subdapifer Sudomerien, Domaratus,
„ ac Kilianus Subjudices, & alii multi
„ milites Curiæ nostræ. Alia autem in
„ colloquio ex suprascriptis roborata
„ sunt & approbata in Crober celebrato
„ Anno Dom. M. CC. LIV., XIV. Kal. Julii,
„ præsentibus supradictis Testibus, exce-
„ pto Michaele Castellano Cracovien.,
„ qui jam defunctus fuerat, & Sando
„ in loco ipsius substitutus; & postmo-
„ dum omnia supradicta finaliter deter-
B „ minata, interventu Venerabilis Spon-
„ sæ Christi *Sororis* SALOMÆ germanæ
„ nostræ quondam Reginæ [a] in collo-
„ quio habito in Zavichost cum Baro-
„ nibus nostris Anno Gratiæ M. CC. LV.,
„ Kalendis Maji, præsentibus fere om-
„ nibus proxime suprascriptis, & Do-
„ mino Martino Abbate de Wancote,
„ Cisterciensis Ordinis, Fratre, & Ma-
„ gistro *Bartholomæo de Praga*, & *Fra-*
„ *tre Alberto* [b] Ordinis Minorum, qui-
C „ bus mediantibus supradicta omnia
„ sunt completa. " Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis &c.

Datum Laterani VII. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

Anno 1254. 18. Junii.

a

Anno 1255. 1. Maji.

b

Clausula Pontificis prohib. &c.

D *Annuas Indulgentias elargitur visitantibus Ecclesiam Assisiaten. S. Francisci in festo S. Stanislai Martyris.* (Extat AUTOGRAPHUM Assisii in Archivo Conventus S. Francisci, & inde vulgatum in Opere *Collis Paradisi* lib. 2. pag. 24.)

ALEXANDER &c.

CLV.

Anno 1256. die 26 Januarii.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

E AD veneranda Sanctorum merita gloriosa fideles Christi eo libentius invitamus, quò id ad eorum salutem novimus specialius pertinere. Cum igitur sicut Venerabilis Frater noster... Episcopus [c], & dilecti filii Capitulum *Cracovien.* nobis significare curarunt; ipsi ad honorem *Beati Stanislai* Martyris in Ecclesia S. Francisci *Assisiat.*, in qua per

Exordium.

Cracoviensis Ecclesiæ Episcopus, & Capitulum Assisii in Templo S. Francisci erigunt Altare S. Stanislao Martyri.

c

(a) REGINÆ: Galatiæ, al: Haliciæ, ut in prædicta Bulla 150. (g), cujus etiam interventu ibi concessa dicuntur.

(b) BARTHOLOMÆO DE PRAGA, ET FR. ALBERTO: Qui etiam in dicta *Bulla* commemorantur uti præsentes &c. p. 105. (n) & 106. (a)

(c) EPISCOPUS: Prandota, de quo magna cum sanctitatis laude agunt Scriptores Poloni.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

per felicis recordat. INNOCENTIUM PP. prædecessorem nostrum, nobis tunc in minori constitutis officio præsentibus, idem *Martyr* Sanctorum Cathalogo est ascriptus [a]; *Altare* construi fecerint; & illuc transmiserint de ipsius *Reliquiis* [b], ut ibidem a Christifidelibus honoretur, omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui eamdem Ecclesiam in festo ipsius *Martyris*, & infra Octavas ejusdem annuatim venerabiliter visitaverint, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *centum dies* de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus.

Et reliquias ejusdem Sancti eo transmittunt.

Pontifex indulgentias confert, ut supra.

Datum Laterani vII. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo [c].

Privilegia, & Indulgentias, aliaque a Gregorio IX., & Innocentio IV. Ordini nostro concessa confirmat. (Ex ARCHIVO VATIC. in Regest. Pontif. epist. 84. anni 2.)

CLVI. Anno 1256. die 18. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis.. Generali Ministro, & universis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

QUIA Ordinem vestrum speciali affectione fovemus &c. [d]

Datum Laterani v. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo [e].

Materiam, resque Cœnobiorum destructorum, vel relictorum integrum sit Fratribus vel vendere, vel secum ad alia deferre loca; nec ab aliis occupentur. (Ex AUTOGRAPHO sub plumbo in Veneto Archivo nostri Conventus *Magnæ domus* appellati.)

ALEXANDER &c.

CLVII. Anno 1256. die 30. Januarii.

Dilectis filiis.. Generali Ministro, & Provincialibus, Custodibus, Guardianis, necnon universis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EX parte vestra fuit propositum coram Nobis, quod nonnulli Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii Ecclesiarum Prælati &c. [f]

Datum Laterani III. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ut provisionem ab Innocentio Papa Marochii Episcopo factam in Provincia Toletana, non obstantibus appellationibus, curet exhiberi. (Ex VATIC. TABULARIO in Regest. Pontif. epist. 96. an. 2.)

CLVIII. Anno 1256. die 3. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilecto Filio [g] *.. Electo* Toletan. *Salutem, & Apostolicam Bened.*

VENERABILIS Frater noster [h].. *Marochit.* Episcopus Nobis exposuit, quod fel. recordat. INNOCENTIUS PAPA [i] prædecessor noster super provisione sibi facienda ab Ecclesiis, & Monasteriis Civitatis, & Diœcesis, ac Provinciæ Toletanæ semel & secundo tibi scripta sua sub certa forma direxit [k]: Nosque postmodum attendentes, quod ipse [l], qui nullum erat ex hoc commodum assecutus, redditus, & proventus Ecclesiasticos non habebat, unde posset cum sua familia sustentari; tibi in virtute obedientiæ nostris dedimus litteris [m] in mandatis, ut eidem Episcopo pro se, ac decenti

Marochien. Episcopi relatio de provisione sibi ab Innocentio IV. facta.

& ab hoc Pontifice confirmata.

(a) SS. CATHALOGO EST ASCRIPTUS: Anno 1253. die 8. Septembris ex legendis ad *Bullam* Canonizationis *Olim* : *Gentium* &c. die 17. Septembris editam a Longino Hist. Polon., Bolland. Act. SS. die 8. Maii, & Raynaldo in Annal. Eccles. ad eum ann. n. 18. & seqq.

(b) DE IPSIUS RELIQUIIS: Nempe *brachium*; ut ex monumentis Ecclesiæ Assisiat. S. Francisci refert Waddingus ad annum 1252. n. 20., & Autor Operis nuncupati *Collis Paradisi*.

(c) Diploma istud latuit scriptores Polonos, qui de hoc S. Martyre Stanislao verba fecerunt; ideoque & Waddingum, Actorumque Sanctorum Collectores Bollandios.

(d) FOVEMUS &c.: Ut in *Bulla* 51. hujus Pontificis anno superiore die 30. Aprilis datæ, nisi quod in illa legitur tantum nomen *Gregorii*, in hac vero etiam *Innocentii* PP.

(e) Vidit hoc diploma etiam Petrus de Alva, & citat in suo Indiculo Bull. Seraph., & Gonzaga par. 2. Conv. 12. Prov. Dalmatiæ asserit haberi & in Archivo Conventus S. Francisci Jaderæ; istud citavit & Waddingus ad ann. 1255. n. 26, etsi cum errore dicat renovatum IV. *Kal. Februarii*.

(f) PRÆLATI &c.: Adeas hanc eamdem *Bullam* anno superiori die 21. Octobris editam

(g) DILECTO FILIO...: *Sancio* B. Ferdinandi Regis defuncti filio anno 1251. huic Toletanæ Ecclesiæ administrationi promoto ex Raynaldo in Annal. Eccles. ad eum ann. n. 18.

(h) VEN. FRATER NOSTER...: *Lupus* O. M., ut in superiore epistola 134. ad eum data die 9. Decembr. anno præcedenti.

(i) INNOCENTIUS PAPA: Hujus nominis IV.

(k) DIREXIT: Anno 1251. die 16. Martii incip. *Ex multa, qua te* &c., estque 365. epistola in primo hujus Operis tomo vulgata p. 572. sed alia epistola deest.

(l) IPSE: Marochii Episcopus.

(m) NOSTRIS DEDIMUS LITTERIS: quæ quum nobis exscriptæ non fuerint, forsan non amplius extant.

centi familia faceres ab Ecclesiis & Monasteriis Civitatum, & Diœcesum, ac Provinciæ prædictarum, prout tibi pensatis cujuslibet facultatibus expedire videretur, ubicumque fuerit, in necessariis coogrue provideri; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Cumque pro prædicti Episcopi provisione imposuisses quamdam pecuniæ summam tuæ, ac aliis Ecclesiis, & Monasteriis Civitatis, & Diœcesis Toletan.; necnon & aliam summam certam Ecclesiis, & Monasteriis ejusdem Provinciæ, Cathedralibus, & aliis per te, & Prælatos Ecclesiarum, & Monasteriorum supradictorum in certis terminis eidem Episcopo persolvendam, ferendo sententias *suspensionis*, & *interdicti* in eos, qui mandatum tuum immo nostrum in hac parte minime adimplerent; asserentibus, ut dicitur, Episcopis prædictæ Provinciæ, quod litteræ Apostolicæ ipsius provisionis non se ad ipsos extendebant, & Ecclesias Cathedrales; extitit propter hoc ex parte ipsorum ad Sedem Apostolicam appellatum; propter quod provisio dicti Marochitani Episcopi fore dicitur impedita. Nos igitur tuam super hoc diligentiam commendantes plurimum; ac processum tuum in hac parte auctoritate Apostolica confirmantes discretioni tuæ per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus, talibus appellationibus nequaquam obstantibus, provisionem hujusmodi annuatim dicto Marochit. Episcopo ab Episcopis, Ecclesiis Cathedralibus, & aliis, ac Monasteriis Civitatum, & Diœcesum, & Provinciæ prædictarum, secundum quod per te ordinatum extitit, facias integre exhiberi; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Toletani Electi pro ea re impositis,

contra quam Prælati Eccles. appellant ad Sedem Apostolicam.

At Pontifex imperat ut supra.

Datum Laterani III. Nonas Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Formulam vivendi ex Regula S. Benedicti per Fratres Minores extractam jussu Papæ Innocentii infrascriptis observandam concedit. (Ex Vaticano Archivo in Regest. Pontif. epist. 118. an. 2.)

ALEXANDER &c.

CLIX.

Anno 1256. die 5. Februarii.

Dilectis in Christo filiabus [a] *... Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sancti Stephani de Ruta* [b] Ferrarien. *Diœcesis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

SOLET annuere Sedes Apostolica piis votis & honestis petentium desideriis favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, devotionis vestræ supplicationibus inclinati vivendi *Formulam* de Regula *Sancti Benedicti* ad mandatum fel. record. INNOCENTII PAPÆ [c] prædecessoris nostri per viros religiosos, & litteratos Ordinis *Fratrum Minorum* [d] pro vobis tunc alicujus specialis *Regulæ* observantiis non astrictis excerptam, & a Nobis piis precibus postulatam vobis providentia misericordi concedimus, & auctoritate Apostolica confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut tam per vos, quam per illas, quæ vobis successerint, in Monasterio vestro

Sanctimonialium precibus annuens Regulam S. Benedicti concedit,

& confirmat perpetuo observandam.

(a) FILIABUS ...: *Beatrici* Azzonis VII. Marchionis Estensis, & Ferrariæ I. pro Romana Ecclesia Vicarii filiæ, quæ anno circiter 1250. vitam cælibem ducere constituens cum suis pedissequis, nonnullisque virginibus vitam religiosam agere cupientibus se in Monasterio *S. Stephani de Rupta* prope sed extra Ferrariæ muros inclusit; porrectisque ad Innocentium IV. precibus pro facultate, & Regula, Pontifex nonnullis Viris Ordinis FF. Minorum mandavit, ut ipsis formam vivendi ex Regula *S. Benedicti* extractam traderent; quam anno 1254. die, vel circiter, *Annunciationis* B. Virginis publice professæ sunt in manibus Ioannis Quirini Episcopi Ferrarien. coram Azzone patre *Beatricis*, Petro *de Traversariis* Ravennæ Principe, *Fr. Aldovrandino* FF. Ord. Prædicat. Priore, & *Fr. Ægidio* ejusdem Ordinis postea contra hæret. pravit. Inquisitoribus; atque 4. Fratribus Ordinis Minorum *Rodulpho Magistro* (leg. Rufino Ministro) *Gerardo Rangono*, *Salimbene Parmensi*, & *Hugolino Ferrariensi* (de Medicis) ex charta in Tabulario majoris Ecclesiæ Ferrarien. asservata. Vixit autem *Beatrix* prima illius Monasterii Abbatissa velut perfectionis Religiosæ speculum & norma; obiitque anno 1262. die 18. Januarii ea sanctitatis opinione, ut quotannis in sacra æde dicti Monasterii ejus dies transitus colatur, & oratione panegyrica celebretur; de eaque agunt Bollandus in Addend. ad diem 18. Januarii, & plures alii Scriptores maxime Ferrarienses, sed ante omnes auctor coævus Monachus Patavinus.

(b) S. STEPHANI DE RUTA: Leg. *de Rupta* vulgo *Rotta*; & quidem *de Rupta* dicitur in *Bulla* 102. Clementis IV. *Ex parte Dilectarum &c.* anno 1267. die 11. Maii data Priori FF. Prædicat. Bononien., & in tomo 8. Bullarii ejusdem Ordinis p. 450. relata; qua liquet eas de Monasterio *S. Stephani* ad aliud *S. Antonii* ab Azzone patre, & filia Beatrice constructum extra quidem, sed propius tunc muros Civitatis, nunc autem intra se transtulisse.

(c) INNOCENTII PAPÆ: Hujus nominis IV., qui paulopost ex hac vita discessit; cujus tamen mandatum non apparet.

(d) ORDINIS FRATRUM MINORUM: Quos verisimile est, fuisse 4. illos supra memoratos, quos vidimus paulo ante interfuisse solemni votorum Religionis nuncupationi *B. Beatricis*, & Sociarum.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

vestro perpetuo *Formula* hujusmodi observetur [a]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, confirmationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem &c.

a Clausula prohib. &c.

Datum Laterani Nonis Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo [b].

Potestatem facit Archiepiscopo Mediolanen. possessiones suæ Ecclesiæ in variis Diœcesibus, ac territoriis positas, ac parum utiles vendendi, aut commutandi in utiliores. (Ex REGES. VATIC. epist. 140. an. 2.)

CLX. Anno 1256. die 5. Februarii. c

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri [c] . . . *Archiepiscopo* Mediolanen. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Archiepiscopi Mediolanen. expositio d

CUM, sicut in nostra proposuisti præsentia constitutus [d], in Mediolanen., Januen., Terdonen., Aquen., Papien., Novarien., & Cuman. [e] Civitatibus, & Diœcesibus, ac in Alexandria quamplures possessiones obtinere noscaris, quarum aliquæ sunt perditæ, aliquæ vero non modicum diminutæ, quædam vero adeo sunt distantes, quod per te non possunt commode procurari; ac per hoc, & alias etiam sunt tibi modicum fructuosæ: Nos Fraternitati tuæ precibus, quas Nobis in hac parte pro utilitate commissæ tibi Ecclesiæ porrexisti, benignius annuentes vendendi possessiones ipsas, aut commutandi eas in alias utiliores ad opus Ecclesiæ supradictæ de consensu Capituli, vel majoris, & sanioris partis, prout utilitate eidem pensata videris expedire, plenam tibi auctoritate præsentium concedimus facultatem; proviso, ut earumdem possessionum pretium in alias possessiones ipsi Ecclesiæ magis utiles integre convertantur; & quod pro ejusdem Ecclesiæ concedirur commodo, in illius non vergat dispendium, neque de tuis manibus a Domino requiratur.

de possessionibus aut perditis, aut modicis,

de quibus Pontifex permittit, ut supra

cum monitis.

Datum Laterani Nonis Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ministris Ordinis impertitur, ut quibuscumque Episcopis Catholicis Fratres ordinandos præsentare valeant sine alio examine. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Convent. S. Francisci Leodii asservato.)

CLXI. Anno 1256. die 5. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . Generali, & universis Provincialibus Ministris Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CONSUEVIT, ut sacer, & lucidus vester Ordo &c. [f]

Datum Laterani Nonis Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo [g]. g

Diploma Innocentii IV. de Bonis, & possessionibus olim Monasterii S. Leucii Monialibus S. M. Montis Sancti Tudertini concessis, & collatis innovat, & confirmat. (Ex AUTOGRAPHO sub plumbo in Archivo dicti Monasterii.)

CLXII. Anno 1256. die 6. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Mariæ Montis Sancti Tudertini [h] *Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* h

GRATÆ Deo Religionis in vobis amantes profectum, quo Christo Ancillas vos humiles in voto pauperta-tis

Exordium.

(a) OBSERVETUR: Quod & factum est. Agit autem de hoc Monasterio sed & perce, nec sine errore, alias diluendo, Waddingus in Annal. Min. ad ann. 1320. n. 74., & 1324. n. 30.. nam ab initio per duo secula subfuit locus visitationi, & correptioni Fratrum nostri Ordinis; posthac ad alios translatus tandem seculo XVI. Episcopis Civitatis demandatus fuit, sub quibus adhuc opibus, & religione floret.

(b) Legi ego in dicto Monesterio asservari præsens diploma apographum sed dat. *Abbatissæ & Sororibus Monasterii S. Antonii Polesini Diœcesis Ferrarien. v. Idus Februarii, Pontif. anno secundo*: quod est 4. dies posterius; sed forsan alicujus interpolatio fuit, cum sit de Latino in vulgarem sermonem translatum.

(c) VEN. FRATRI . . . : Leoni Valvassorio O. M., de quo persæpe in 1. tomo, in isto autem ad diem 20. Maji anni præcedentis epist. *Cum a nobis petitur &c.* (b)

(d) PRÆSENTIA CONSTITUTUS: Romam igitur Archiepiscopus se contulerat Sedem Apostolicam fortasse, sacraque limina ex lege visitaturus.

(e) CUMAN.: Melius *Comen.* non multo longe, sed confinis Diœcesi Mediolanensi; *Cumana* autem Ecclesia scitur esse in Regno Neapolitano, Neapolitanique Archiepiscopi suffraganea.

(f) ORDO &c.: ut in Bulla 114. anno præcedenti die 16. Octobr. data pag. 79.

(g) Gonzaga par. 2. Conv. 7. Provinciæ Calabriæ asserit *Consentiæ* in Chartophilacio Conventus S. Francisci extare diploma Alexandri IV. hujus argumenti, sed quo anno, ac die, locoque datum sit, non edisserit.

(h) MONTIS SANCTI TUDERTINI: Pro quo Pontifex anno superiore die 27. Decembr. edidit privilegium *Religiosam vitam eligentibus &c.* ut sup. pag. 59.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

tis humiliter devovistis; libenter petitionibus vestris annuimus, quæ vobis opportunæ consolationis remedia pariunt, & quietis. Sane insinuantibus vobis accepimus, quod cum olim fel. recordat. INNOCENTIUS PAPA [a] prædecessor noster possessiones omnes Ecclesiæ *Sancti Leucii* Tudertin. pro substentatione vestra retinendas perpetuo, & Monasterio vestro S. Mariæ *Montis Sancti* Tudertini intuitu concesserit [b] pietatis; licet eædem possessiones cum omnibus earumdem pertinentiis Procuratori vestro [c] dicti Monasterii, ac vestrum omnium nomine per Henricum Canonicum Tudertin. ejusdem Prædecessoris auctoritate fuerint postmodum assignatæ; prout in instrumentis inde confectis plenius continetur: quidam tamen circa ea, quæ Dei sunt, & salutis minus habentes, ac verbis detestabiliter inhiantes molestiis quasdam Ecclesias, & Cappellas in tenimentis possessionum dictæ Ecclesiæ *Sancti Leucii* existentes, & alias in locis aliis constitutas ad ipsam spectantes Ecclesiam ab antiquo vobis, & Monasterio vestro malitiose abdicare præsumunt dicentes: quod ejusdem Prædecessoris intentionis minime fuerit in concessione prædictarum possessionum Ecclesias, & Cappellas jam dictas includere, ipsasque vobis, & dicto Monasterio cum possessionibus concedere memoratis: & ex hoc nequiter occasione malignandi assumpta, Cappellanos, & Clericos Ecclesiarum, & Cappellarum dictarum, vos quoque, ac Monasterium vestrum super eisdem Ecclesiis & Cappellis multipliciter inquietant [d]. Nolentes igitur, quod per fictiones hujusmodi adversus vos taliter malignantium supra jam dictis Ecclesiis & Cappellis, earumque pertinentiis vobis, & Monasterio vestro quævis de cetero inferatur

Sanctimonialium expositio de Innocentiana concessione.

& quorundam maligna interpretatione, atque molestia.

Pontifex Innocentii PP. concessionem confirmat, & molestantes coercet.

A molestia, vel gravamen; ac perpetuo super hoc vestro volentes providere tranquillo devotionis vestræ petitionibus inclinati, quod per prædictum Canonicum tam super præmissis possessionibus Ecclesiæ *S. Leucii*, quam super Ecclesiis, & Cappellis, & omnibus possessionibus, & pertinentiis earumdem ad Ecclesiam ipsam spectantibus factum est, ad instar Prædecessoris ejusdem ratum, & firmum habentes, supplendo de potestatis Apo- B stolicæ plenitudine, si quis intervenit in assignatione omnium præmissorum facta per Canonicum memoratum defectum, prædictas possessiones eidem Ecclesiæ *S. Leucii*, Ecclesias etiam, & Cappellas cum tenimentis, juribus, & pertinentiis suis omnibus ipsius Ecclesiæ *S. Leucii* possessionibus adjacentes, & alias in locis aliis constitutas ad eamdem pertinentes Ecclesiam vobis, & per vos eidem Monasterio ex certa scien- C tia auctoritate Apostolica confirmamus, & easdem de novo vobis, & eidem Monasterio in perpetuum concedimus, & donamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Ut autem nullus super his dubitationis scrupulus valeat in posterum suboriri, perscriptorum instrumentorum tenorem, quæ sunt super assignatione præmissorum confecta, de verbo ad verbum præsentibus fecimus D annotari, qui talis est.

„ In nomine Domini Amen. Dominus Henricus Canonicus Tudertin. recipiens in mandaris a Domino „ Papa per litteras sigillo plumbeo bullatas &c. [e] „ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppletionis, confirmationis, concessionis, & donationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem &c.

Instrumentum concessionis, & assignationis Bonorum Sancti Leucii.

Clausula Pontificis prohibens &c.

Datum Laterani Octavo Idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo [f].

Ut

(a) INNOCENTIUS PAPA: Hujus nominis IV.

(b) CONCESSERIT: Anno 1244. 30. Maji diplomate *Religionem Monialium &c.*

(c) PROCURATORI VESTRO: Petro Gilii al. Ægidii Massei, ut ex instrumento infra.

(d) INQUIETANT: Legenda tamen est epistola *Dudum inter vos &c.* anno sequenti die 5. Septembr. data.

(e) BULLATAS &c.: V. Bulla 381. Innocentii IV. in to.1. hujus Operis p. 582. & seqq.

(f) Hoc Alexandri diploma recognitum fuit ab Episcopo Tudertino anno 1311. die 3. Septembr., & iterum cum illa Innocentii IV. anno 1312. die 6. Januar. ex autographis prædicti Monasterii hoc modo.

„ In nomine Domini Amen. Universis præsens transcriptum publicum inspecturis NICOLAUS miseratione „ Divina Episcopus Tudertinus salutem in Domino. „ Exigentibus quibusdam necessitatum articulis provida „ utriusque juris deliberatione statuitur, ut scriptum ex „ autentico scripto transumptum, & autentico munimine roboratum fidem ubilibet faciat in agendis. Ad „ vestram igitur notitiam volumus pervenire, Nos vidisse, & diligenter inspexisse, ac de verbo ad verbum „ attente legisse quoddam Privilegium fel. recordat. „ Domini Alexandri Papæ IIII. ipsius Domini Papæ „ vera Bulla plumbea cum filis de serico bullatum, „ non abolitum, non cancellatum, non corruptum, „ nec in aliqua sui parte vitiatum, cujus tenor de verbo ad verbum talis est: ALEXANDER *Episcopus Servus* „ *Servorum Dei Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventus Monasterii S. M. Montis Sancti* „ *Tuder-*

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

Ut si expedire videris, Monasterio Senatoris Papien. vendendarum possessionum, terrarumque parum utilium facultatem tribuat. (Ex Archivo Vatic. in Regesto Pontif. epist. 244. an. 2.)

CLXIII. Anno 1256. die 8. Februarii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri Raynerio de Papia [a] *Episcopo Maynen.* [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Monialium supplicationis tenor

DILECTÆ in Christo Filiæ ... Abbatissa, & Conventus Monasterii *Senatoris Papien.* [c] Nobis humiliter supplicarunt, ut cum ipsæ quasdam terras, possessiones, honores, & jurisdictionem temporalem in Plebanatu de *Porletia*, nec non locis, & territoriis de *Lama*, & de *Montanea* Diocesis Mediolanen. obtineant, ex quibus tum propter guerrarum discrimina, tum etiam pro eo quod a prædicto Monasterio nimis distant, modicum utilitatis assequuntur; vendendi ea, ac emendi de ipsarum pretio alias possessiones magis vicinas, & utiliores *Monasterio* memorato licentiam sibi concedere curaremus. Quocirca mandamus, quatenus hujusmodi negotii circumstantiis sollicite indagatis, si prædicto *Monasterio* videris expedire, terras, possessiones, honores, & jurisdictionem hujusmodi de assensu earumdem Abbatissæ, & Conventus, vel majoris, & sanioris partis ipsarum vendas auctoritate nostra; non permittens, quod ipsorum precium ad manus Abbatissæ, & Conventus perveniat earumdem; sed illud ad manus tuas recipias in possessiones magis utiles præfato Monasterio per te integre convertendum. Tu itaque provideas attente, ne quod pro ipsius *Monasterii* utilitate concedimus, in illius possit vergere detrimentum; idque a te a Domino requiratur [d].

de possessionibus parum utilibus.

Mandat Pontifex fieri, quod magis expedit,

cum cautione,

et admonitione.

Datum Laterani VI. Idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Censuras Eccles. juste in quosdam Prætores al. Potestates ob eo latas etiam extra eorum officium faciat a suis Suffraganeis servari, donec illi satisfaciant. (Ex Vaticano Archivo in Reges. Pontif. epist. 184. an. 2.)

CLXIV. Anno 1258. die 19. Februar.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... [e] *Archiepiscopo Mediolanen. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Archiepiscopi Mediolanen. expositio

TUA Nobis Fraternitas intimavit, quod contingit interdum te in nonnullos tuæ Provinciæ in Civitate Mediolanen. *Potestariæ* [f] officium exercentes propter eorum excessus *excommunicationis* sententias auctoritate ordinaria, exigente justitia, promulgare. Sed ipsi arbitrantes, finito ipsius *Potestariæ* tempore, se prædictis sententiis non teneri, ad mandatum Ecclesiæ redire contempnunt; & sic eis recedentibus eisdem

de censuris Eccles. in quosdam rite latis.

„ *Tudertin. &c. Orate Deo Religiosis in vobis &c.* In cujus rei, & jussionis testimonium Nos supradictus Episcopus præsens transcriptum publicum per Angelum Notarium infrascriptum scribi, & publicari mandavimus; & nostri sigilli appensione muniri. Datum & actum Tuderti in Episcopatu, al. in Ecclesia Sancti Angeli de *Fontanellis* Episcopatus Tudertini prope muros Civitatis Tudertinæ coram Domino Raynaldo Priore Sanctæ Mariæ de Spello Vicario supradicti Domini Episcopi, Domino Berardo Priore Sancti Angeli de Colle Tudertinæ Diœcesis, Domino Hermanno Priore S. Petri de Uneluis Tudert. Diœcesis, Domino Philippo de Tuderto Canonico Bononien., Fratre *Benvegnate* de Tuderto, Fratre *Angelo* de Insciano de Ordine Fratrum Minorum, & Fraugolo Domini Johannis Notarii supradicti Domini Episcopi testibus præscriptis, & rogatis sub anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo indictione decima tempore Domini Clementis Papæ Quinti die sexta intrante Januario. Ita est ego Angelus Lamberti de Tuderto Imperiali auctoritate Notarius prædictum Privilegium sic bullatum, ut superius est expressum, prout in originali inveni, ita hic de verbo ad verbum fideliter exemplavi, & de licentia, & auctoritate ipsius Domini Episcopi scripsi, & publicavi, & meo signo signavi.

(a) Fr. Raynerio de Papia: Ad quem sunt tres hujus Pontificis epistolæ n. 75. 76. & 77. anno superiore Idibus Julii scriptis; at ex ista intelligimus fuisse eum patria *Papiensem*, qua in Civitate quandonam Fratres Minores admissi fuerint, etsi Annales Minor. Waddingi sileant, constat tamen ab initio nostri Ordinis ibi locum obtinuisse, cum esset Caput *Custodiæ* sui nominis in distributione Provinciarum & Custodiarum Ordinis anno 1260. Narbone in Comitiis Gen. præside S. Bonaventura facta, & ea antiqua alias erat *Provinciali* Ordinis nostri: anno certe 1235. jam extasse testatur auctor illius temporis Fr. Bartholomæus Tridentinus O. P. *de Miraculis B. V. Mariæ* §. 207. cod. Bonon. Monasterii S. Salvatoris.

(b) Episcopo Maynen.: Cujus urbis, & Episcopatus mentio facta est ad supradictam epistolam 77. (e)

(c) Monasterii Senatoris Papien.: Ordinis S. Benedicti sub tit. S. Mariæ, & S. Aureliani a quodam præpotente viro nomine *Senatoris* anno 715. fundari ex Cl. Mabillon. in Annal. Benedict. to. 2. lib. 20. ad dictum annum n. 7. ubi addit, adhuc suo tempore extasse, & a Sanctimonialibus Benedictinis possessum esse, cum ab initio Monachorum esset.

(d) Requiratur: Quo apparet, hunc Episcopum, cum ex supradicta epistola 75. non posset in propria Ecclesia residere ob bella, hostesque, illam occupantes, in patria moram traxisse, uti etiam ex epist. 475. *Miserationes &c.*

(e) Venerab. Fratri: *Leoni* Valvassori de Perego O. M., de quo paulo ante ad diem 5. hujus mensis epist. 250.

(f) Potestariæ: Sive Prætoris officii.

lisque parvigensis.

dem sententiis innodatis, *Suffraganei* tui [a] ipsos sic ligatos recipiunt ad Divina in tuæ jurisdictionis non modicam læsionem. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ compellendi auctoritate nostra Suffraganeos tuos, ut ipsos a te taliter excommunicatos tandiu evitare studeant, & faciant ab omnibus arctius evitari; donec super iis, pro quibus excommunicati habentur, debitam satisfactionem impendant, auctoritate præsentium concedimus facultatem.

Jubet Pontifex illis, quod supra innuitur.

Datum Lateranl xiiI. Kal. Martii, Pontificatus Nostri Anno Secundo [b].

Præcipit, ut Eremitas S. Augustini ad deserendum habitum a Gregorio IX. præscriptum compellant. (Ex AUTOGRAPHO Bononien. Archivi Conventus S. Francisci apud WADDINGUM in Apologetico §. 4. num. 14., & ex ARCHIVO Ordinis Romæ apud SS. Apostolos, necnon apud MARQUEZ cap. 4. §. 8.)

CLXV.

Anno 1256. die 22. Februarii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus universis Archiepiscopis, & Episcopis per Alemaniam [c] *constitutis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Eremitæ S. Augustini in Lombardia apparent habitum variantes.

Recordamur liquido, & memores sumus [d], quod dudum apparuit Religio in partibus Lombardiæ, cujus Professores vocati *Heremitæ* Ordinis Sancti Augustini [e] nunc succinti tunica cum corrigiis, baculos gestantes in manibus; nunc vero dimissis baculis incedebant, pecuniam pro eleemosynis, aliisque deposcentes subsidiis; & adeo variantes interdum habitus sui formam, ut dilectis filiis *Fratribus Minoribus* uniformes in derogationem multiplicem ipsorum Ordinis crederentur, eisdem propter hoc minorem apud Fideles sentientibus in suis opportunitatibus charitatem. Sane cum per Nos tunc in minori officio constitutos, & bonæ memoriæ Tho. tituli Sanctæ Sabinæ Presbyterum Cardinalem tunc in partibus illis Legatione fungentes [f] hujusmodi variationis præsumptio ad fel. record. GREGORII PAPÆ prædecessoris nostri audientiam pervenisset; ipse, ne identitas vestium in Ordinibus ipsis confusionem pareret, ac inde scandala graviora consurgerent; ad utrorumque quietem statuendum providit [g], ut Priores universi, ac singuli Fratres prædicti Ordinis *Sancti Augustini* in exterioribus vestimentis, quæ nigri, vel albi debebant esse coloris, quorum altero, videlicet nigro jam electo ab eis, ipsos idem Prædecessor voluit manere contentos; largas, & propensas manicas, quasi ad instar cucullarum, & desuper ipsas deferrent peramplas corrigias patenter omnibus apparentes; ita quod omnes cinti desoris eas vestibus nequaquam contegerent, & portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium, ac expresse in eleemosynarum petitione, cujus sint Ordinis declarantes, adeo suarum vestium longitudinem temperarent, quod a quibusque ipsorum calceamenta libere viderentur; ut sic habitus confusione semota, & sublata materia scandali, a prædictorum Ordinum Fratribus possint virtutum Domino liberius, & gratius deservire. Intelligentes vero *Frater Andreas* tunc Generalis Prior [h] Hæremitarum de *Brittinis* [i] Ordinis supradicti, & alii Fratres sui, quod ad præ-

interdum illi FF. Minorum similem.

A. S. Legati ad Gregorium IX. eam habitus variationem deferunt.

Gregorius IX. de habitu dictorum Eremitarum disponit, ac determinat.

Prior Generalis Eremit. de Brittinis cum suis reclamat ea parte.

(a) SUFFRAGANEI TUI: Quos plures videre est apud Ughellum tom. 4. Ital. Sac cum illis *Taurinen.* Antistitis postea Metropolitena dignitate donati.

(b) Hoc anno Mediolanensi Civitate Prætore, seu *Potestate*, ut e unt, orbate, 4. viris scilicet Abbati Claravallensi, Priori S. Eustorgii, Guardiano Fratrum Minorum, & Bertrando Zothari committitur e uidem institutio, qui *Henricum Saccum* Laudensem elegerunt ex Annal. Mediolanen. in to. 16. Rer. Ital. Script. cap. 28., & Auctore Manipuli Florum ibidem to. 11. cap. 290.

(c) PER ALEMANIAM: Ita autographum in cit. Ordinis Archivo; sed apud Waddingum cit. legimus dat. *Vener. Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Lombardiam, Tusciam, & Romandiolam, ac Tarvisinam, & Anconitanam Marchias, Ducatum Spoletanum, Patrimonium B. Petri in Tuscia, Campaniam, & Maritimam, ac Regnum Siciliæ constitutis*: unde liquet varias Epistolas datas fuisse.

(d) ET MEMORES SUMUS: *Et memoriter retinemus* habet cit. Waddingus.

(e) EREMITÆ ORDINIS S. AUGUSTINI: De quibus extat *Bulla* Gregorii IX. *Dudum apparuit &c.* dat. anno 1240. die 24. Martii supra relata.

(f) LEGATIONE FUNGENTES: De qua extat mentio in prædicta Gregorii *Bulla*, nec non de hujusce rei delatione ad Pontificem.

(g) PROVIDIT: Per memoratam Bullam, aliasque litteras paulo post exaratas, quæ supra suis locis leguntur.

(h) TUNC GENERALIS PRIOR: Cujus est mentio in aliis Gregorii IX. litteris *Dudum apparuit &c.* dat. anno 1240. die 18. Augusti; atque aliis eodem anno dieb. 21. & 23. Augusti apud Waddingum in Apologet. §. iv. num. 9. & 10.

(i) DE BRITTINIS: Locus est in Piceno non procul ab urbe Pisauri, ac Fanensis Diœcesis Villa ea Torello in Seculis Augustin.

prædicta servanda sicut & cæteri cogerenrur, ad ejusdem prædecessoris præsentiam accesserunt pro se, & Hæremitis præfatis humiliter supplicantes, ut eis cucullas porrare discinctas, quod sibi facilius æstimabant, concedere dignaretur; mandaio de cucullis nigris ferendis circa eos misericorditer relaxato; eo quod talis usus cucullarum ad distinctionem prædictorum habituum satis sufficere videbatur, quorum supplicationibus idem Prædecessor duxit liberaliter annuendum. B Verum cum, sicut accepimus, ipsi Hæremitæ de Brittinis obtentu quarumdam litterarum super hoc a Sede Apostolica obtentarum, ac etiam alii *Heremitæ* jam dicti contra statutum prædictum, & provisionem ad communem pacem provide factam in eorumdem *Fratrum Minorum* infamiam, & scandalum plurimorum jam in pluribus venire præsumpserint; & Nos prorsus velimus prædicta, quæ salubriter statuta fuerunt C a sæpedicto Prædecessore nostro, ubique & ab omnibus *Hæremitis*, sive Religiosis, cujuscumque sint Ordinis, in exteriori habitu Fratribus Minoribus antedictis conformibus inviolabiliter observari; Fraternitati vestræ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus prædictos Hæremitas de cœtero statutum prædictum firmiter observare; ac illos de *Brittinis* cucullas, prout ipsi, D ut dictum est, tunc acceptarunt, gestare discintas; & alios omnes, qui nigras non portant, seu albas, singuli vestrum per suas Civitates, & Diœceses, sublato cujuslibet appellationis, & contradictionis obstaculo; & litteris Apostolicis de corrigiis cinctis super cucullas portandis per eos impetratis nequaquam obstantibus; monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam districtius compellentes; & in eos, qui contravenerint, E excommunicationis sententiam promulgetis; quam per vestras Civitates, & Diœceses publicari solemniter, & eosdem tamquam excommunicatos usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, evitari arctius ab omnibus faciatis.

& Pontifex ex parte annuit:

sed postea Eremitæ a Statuto recedunt

Alexander vero præscripsit, ut supra.

Derogando litteris Apostolicis.

Datum Laterani VIII. Kalend. Martii, Pontificatus Nostri Anno Secundo [a].

Ut Eremitis Brictinianis terminum assumendi cucullas discinctas præfigant, & illum Episcopis Marchiæ Anconitanæ significent. (Ex Archivo Conventus S. Francisci Urbis Fabrianensis.)

CLXVI.

Anno 1256. die 25. Februarii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri . . . Episcopo Esin. [b], *& dilecto filio . . . Abbati Zambon.* [c] Camerinen. *Diœcesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Causa commissionis.

Cum Venerabilibus Fratribus nostris universis Episcopis de *Marchia Anconitana* dederimus nostris litteris [d] in præceptis, ut singuli per suas Civitates, & Diœceses *Heremitas* de Brictinis [e] Ordinis Sancti Augustini ejusdem Provinciæ post terminum, quem vos eis duxeritis præfigendum, sublato cujuslibet appellationis, & contradictionis obstaculo per censuram Ecclesiasticam cucullas discinctas gestare compellant; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Heremitis prædictis ad hoc faciendum competentem auctoritate nostra terminum præfigatis; & terminum, quem eis duxeritis præfigendum, prædictis Episcopis per nostras præsentes litteras harum seriem continentes significare curetis.

Mandat Pontifex, id quod supra expositum est.

Datum Laterani v. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Secundo [f].

Indulgentias impertitur accedentibus orationis causa ad Monasterium Montis Lucidi juxta Perusium tota hujus anni Quadragesima usque ad Octavas Paschæ. (Ex Autographo in Archivo Perusino Conventus S. Francisci.)

ALE-

(a) Paucis post mensibus coactus est Pontifex alias scribere ejusdem fere tenoris pro hac causa dat. die 17. al. 24. Junii litteras incip. *Recordamur liquido &c.* varias in partes Italiæ, & Alemanniæ directas.

(b) Episcopo Æsin.: *Crescentio* juniori, de quo Ughellus meminit tom. 1. Ital. Sac.

(c) Zambon.: Leg. *Rambon.* prope Montem Melonem.

(d) Nostris Litteris: Nempe præcedentibus.

(e) De Bricthinis: De quo loco dictum est ad memoratas litteras not. (i), & alibi etiam ad alias similes die 24. Junii hoc anno scriptas.

(f) Alias hoc anno Pontifex die 24. Junii litteras edidit ad Episcopos Italiæ circa colorem nigrum in vestibus assumendum ab iisdem S. Aug. Eremitis.

CLXVII.
Anno 1256. die 25. Februarii.

ALEXANDER &c.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium. a
Hortatur Pontifex Christifideles ad id, quod supra

VItæ perennis gloria &c. [a] Rogamus igitur Universitatem vestram, & hortamur in Domino vobis in remissionem peccaminum injungentes; quatenus ad Monasterium *Montis Lucidi* juxta Perusium *Ordinis Sanctæ Claræ* imploraturi a Domino veniam delictorum in humilitate spiritus accedatis. Nos enim, ut Christifideles quasi per præmia salubriter ad merita invitemus, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui cum debita reverentia, & devotione illuc in qualibet die instantis Quadragesimæ [b], & usque ad Octavas Paschæ [c] accesserint, *quadraginta dies* hac vice dumtaxat de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

tempus lucrandæ indulgentiæ. b c

Datum Perusii v. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ne permittat prope locum Fratrum Minorum Fanen. alium locum Religiosum intra 300. passus ædificari. (Ex Tabulario Vatic. in Reges. Pontif. epist. 163. an. 2.)

CLXVIII.
Anno 1256. die 28. Februarii.
d e

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... [d] *Episcopo* Pesaurien. [e] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

CIrcumspecta humilitas dilectorum filiorum Fratrum de *Ordine Minorum* diligenter & sollicite omnia illa refugit, quæ sibi aliquid bonestatis, seu

A famæ paritura dispendium pertimescit. Sane nonnulli, ut intelleximus, circa locum Fratrum Minorum de *Fano* [f] ita de vicino Ecclesiam ædificare nituntur, quod ex hoc Fratribus ejusdem grave generatur scandalum; & honestati totius Ordinis imminet detrimentum: Nos itaque super hoc salubriter providere volentes mandamus, quatenus infra *trecentos passus* [g] a loco dictorum Fratrum aliquam Ecclesiam, vel Monasterium de

B novo fieri, aut erigi, vel jam inceptum perfici non permittas. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

f
Prope locum Fratrum quidam ædificare volunt.
Id prohibet Pontifex, & mandat ut supra.
g

Datum Laterani II. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Secuudo.

Albensi Electo indulget, ut consecrationem recipere possit dumtaxat reverso Mediolanen. Archiepiscopo. (Ex Archivo Vaticano in Reges. Pontif. epist. 167. an. 2.)

C

CLXIX.
Anno 1256. die 28. Februarii.
h

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Monacho *Electo* Alben. [h] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Exordium.

EXigentibus meritis tuæ probitatis inducimur, ut tibi favorem & gratiam impendamus. Hinc est, quod cum hactenus recipiendi *consecrationis* munus non fuisses in mora; Nos tuis supplicationibus inclinati tempus recipien-

D dæ consecrationis bujusmodi usque ad duos menses, postquam Venerabilis Frater noster ... [i] Archiepiscopus *Mediolanen.* Metropolitanus tuus, qui est apud Sedem Apostolicam [k], in Provinciam suam venerit, duxerit [l] prorogandum, præsentes tibi litteras in testimonium concedendo.

Electi precibus annuens concedit ut supra.
i
k
l

Datum Laterani II. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Publi-

(a) Perennis Gloria &c.: Vide similem *Bullam* pro Monasterio Asculano anno 1257. die 8. Januarii editam; & aliam die 8. Maji hoc anno 1256. usque *collaudetur*

(b) Instantis Quadragesimæ: Quæ eo anno incipiebat a die 19. Februarii.

(c) Usque ad Octavas Paschæ: Quod festum anno isto 1256. incidit in diem 6. Aprilis currente litt. Dom. A. a die 25. Februarii.

(d) Vener. Fratri ...: *Petro* ex Ital. Sac. Ughelli tom. 2.

(e) Pesaurien.: Urbis antiquitate, aliisque titulis claræ ad mare Adriaticum, cujus Episcopatus olim uni Romano Pontifici subjectus erat, nunc Urbinati Metropoli patet.

(f) FF. Minorum de Fano: De quo loco verba fecimus ad epistolam 49. hujus Pontificis.

(g) Infra 300. passus: Id etiam indulsit Pontifex Conventibus Bononien. Maceraten. & Asculano Piceni per litteras *Paci, & tranquillitati &c.*; ut infra.

(h) Electo Alban.: In Liguria urbis *Alba Pompeja* nuncupatæ ad aliarum hujus nominis urbium discrimen, nunc in Monte Ferrato sub dominio Ducis Sabaudiæ, Sardiniæque Regis, Archiepiscopo Mediolanensi suffraganeæ, de quo Electo, *Monachi* nomine, agit & Ughellus in to. 4. Ital. Sac.

(i) Ven. Frater Noster: *Leo* Valvassorius sæpe, & paulo ante memoratus.

(k) Apud Sedem Apostolicam: Ut etiam liquet ex epistola 160. dia 5. hujus mensis data, ibique vulgata pag. 114 (d)

(l) Duxerit: Leg. *duximus*, ut sensus exposcit.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

Publicam Civitatis supplicationem ad earum Monasterium procedendo institutam commendat, & confirmat, eandemque Indulgentiis adauget. (Ex Autographo Archivi præfati Monasterii.)

CLXX. Anno 1256. die 3. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Sororibus inclusis Monasterii Sanctæ Mariæ de Monte Lucio *Perusin.* [a] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

a

Exordium, ac plum Pontificis documentum.

SI quibuslibet piis locis honor est ob Sanctorum memoriam impendendus, illis profecto debet major honorificentia, & cultus celebrior exhiberi, quæ in honorem Beatæ Virginis Domini nostri Matris pia sunt devotione Fidelium dedicata; cum impensam Matri reverentiam sibi reputet Filius exhiberi; & ipsa in mulieribus benedicta *Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & sanctæ spei* jugiter interpellet pro miseris, pro afflictis supplicet, & pro peccatoribus intercedat. Cum igitur dudum inspiratione Divina pie fuerit ordinatum, ut in *Vigilia Assumptionis* ejusdem Monasterium vestrum annis singulis a Clericis, & Laicis *processionaliter* visitetur; & dilecti filii Mercatores, & Magistri artium Perusin. inter cæteros accedant illuc venerabiliter, & devote; Nos volentes ea, quæ ad ampliandum cultum Divini Nominis ab aliquibus laudabiliter ordinantur, inviolabiliter observari; & ne a quoquam temere violentur, favoris nostri præsidio communiri, ordinationem ipsam pia providentia, & provida pietate factam auctoritate Apostolica confirmamus; & præsentis scripti patrocinio communimus. Ut autem hujusmodi ordinatio devotius observetur, & observantes reddantur Divinæ gratiæ aptiores; ac alit ad devotionem ipsius Monasterii accendantur; & dictum Monasterium congruis honoribus frequentetur; omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ipsum in eadem *Vigilia* processionaliter [b] devotione congrua visitaverint, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *annum unum* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus [c].

Eccles. 24. 24.

Institutio Processionis supplicantium ad S. Mariam Montis Lucidi.

Confirmatur a Pontifice,

& indulgentiis locupletatur.

b

c

Datum Laterani v. Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ampliores tribuit Indulgentias, & quidem annuas eidem Monasterio Montis Lucii Perusini pro die vigiliæ, ac festo Assumptionis B. Mariæ Virginis. (Exemp. Archivo Perusino Conventus S. Francisci.)

CLXXI. Anno 1256. die 3. Martii.

ALEXANDER &c.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

d

SPlendor paternæ gloriæ &c. [d] Rogamus itaque Universitatem vestram, & hortamur in Domino in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad Monasterium dilectarum in Christo filiarum Abbatissæ, & Conventus Monialium Beatæ Mariæ *de Monte Lucio* Perusin. Ordinis Sancti Damiani petituri a Domino veniam delictorum in humilitate spiritus accedatis. Nos enim ut Christifideles sint promptiores ad merita, si fiduciam habeant consequendi munera pretiosa, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad Monasterium ipsum in Vigilia, & Festo Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis [e] causa devotionis accesserint, annuatim *unum annum, & quadraginta dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

e

Datum Laterani v. Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Imper-

(a) De Monte Lucio Perus.: De quo pluries actum in to. 1. hujus Operis.

(b) Processionaliter: Non quocumque modo, aut quocumque die, sed in *Vigilia* Assumptionis B. V. procedendo cum Clero, & aliis ad Monasterium.

(c) Relaxamus: Eandem *Indulgentiam* eodem exemplo, ac verbis concesserat jam Gregorius IX. anno 1235. cal. Septembr., Innocentius vero IV. per litteras *Splendor paternæ gloriæ &c.* anno 1243. die 19. Novembr. contulit *Indulgentiam* unius anni, & 40. dierum in vigilia, & festo Assumptionis B. V. visitantibus devotionis causa prædictum Monasterium; & anno 1252. die calend. Februarii per 'alias *Si ea, quæ Religioni &c.* egit, ne talis devotio, ac procedentium supplicatio impediretur, neve tolleretur.

(d) Paternæ gloriæ &c.: Vide *Bullam* similem Innocentii IV. anno 1243. die 19. Novembris pro hoc ipso Monasterio editam.

(e) B. Mariæ Virginis: In præcedenti Bulla datur Indulgentia euntibus in *Vigilia* Assumptionis B. V. *processionaliter*, in hac vero euntibus in *vigilia*, & *festo* Assumptionis B. V. extra processionem ad Monasterium.

Impertitur Indulgentiam visitantibus semel in mense Ecclesiam S. Francisci Bononiæ ad honorem B. Mariæ Virginis. (EX ARCHIVO dicti Conventus Bononien.)

CLXXII. Anno 1256. die 4. Martii.

ALEXANDER &c.

a *Dilectis filiis ... Ministro, & Fratribus Minoribus* Bononien.[a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Sanctorum meritis æterna gaudia assequuntur, qui Deum in illis venerantur.

SANCTORUM meritis inclyta gaudia Fideles Christi assequi minime dubitamus, qui per condignæ devotionis obsequia eum venerantur in illis, quorum gloria ipse est, & retributio meritorum. Ad promerenda hujusmodi gaudia causam dare Fidelibus populis cupientes omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad Ecclesiam vestram semel in mense ad honorem *Beatæ Mariæ Virginis*[b]; prout, secundum quod asseritis, habetur ex more singulis mensibus[c]; devote convenerint, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *quadraginta dies* de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus.

Al. II. Pontifex concedit, quod supra.

b

c

Datum Laterani IV. Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Secundo[d].

d

Confirmat suppressionem Monasterii de Rubono O. B., & applicationem ejusdem Ordini Humiliat. ab Archiepiscopo Mediolanen. factam. (Ex REGES. VATIC. ep. 177. an. 2.)

CLXXIII. Anno 1256. die 4. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis Filiis .. Præposito, & Fratribus de Rubono Ordinis Humiliatorum[e] *Mediolanen. Diœcesis Salutem, & Apostol. Benedict.*

e

Exordium.

f

Relatio FF. Humiliatorum.

JUSTIS petentium desideriis &c.[f] Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram Nobis, quod Venerabi-

A lis Frater Noster...[g] Archiepiscopus *Mediolanen.* prudenter attendens, quod Monasterium Monialium de *Rubono*[h] suæ Diœcesis tunc Ordinis Sancti Benedicti propter malitiam degentium in eodem erat adeo in spiritualibus, &

g h de Monasterio Rubonen. eorum Ordini unito.

B temporalibus desolatum, quod nulla spes remanserat, quod posset in suo Ordine reformari; ipsum de assensu Capituli sui, & Monialium existentium in eodem tam in spiritualibus, quam temporalibus vobis perpetuo duxerit submittendum; vobis nihilominus concedens, ut in eodem Monasterio Ordo vester per Sedem Apostolicam approbatus perpetuis temporibus observetur; ac eidem Monasterio per Præpositos dicti Ordinis singulis annis visitationis, & correctionis officium impendatur juxta prædicti Ordinis instituta; reservatis dicto *Archiepiscopo*, suisque Successoribus, & Ecclesiæ Mediolanen. omnibus

Conditionibus appositis pro Monasterio,

C juribus, quæ prius in dicto Monasterio obtinebant; ita quod præfatis Monialibus de bonis ejusdem Monasterii in victu, & vestitu, aliisque necessariis vos tandiu providere curetis, donec per Archiepiscopum ipsum, & Successores ejus erunt in aliquibus Monasteriis sui Ordinis collocatæ; prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati,

& Monialibus;

Idque Pontifex confirmat.

D quod per eumdem Archiepiscopum provide factum est in hac parte, ratum habentes, & gratum, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus &c.

Clausula prohib. &c.

E Datum Laterani IV. Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

(a) BONONIEN.: Etsi plures extent hujus nominis urbes, ut apud Geographos, tamen hic sermo est de Bononia Italiæ ex Archivo illius loci.

(b) B. MARIÆ VIRGINIS: Cujus Altare hac in Ecclesia Pontifex Innocentius IV. anno 1251. die 15. Octobris consecrarat, dieque 18. Decembris Indulgentias illi contulerat litteris *Licet is, de cujus munere &c.* datis; & ibi relatis.

(c) SINGULIS MENSIBUS: Erat enim ab initio hæc Sacra Ædes dicata *B. V. Mariæ* ex hujus loci antiquis monumentis, & Scriptoribus.

(d) Alias hujus Pontificis litteras hoc anno *die 6.* Julii, & præcedenti die 17. Septembris pro *Indulgentiis* hujus Ecclesiæ leges suis locis editas, sed diversis ex causis.

(e) ORDINIS HUMILIATORUM: De quo, ejusque suppressione dictum est in primo hujus Operis tomo p. 553. (c. e)

(f) DESIDERIIS &c.: Ut in Bulla 137. anno 1255. die 11. Decembris edita ut supra p. 95.

(g) VEN. FRATER NOSTER ...: Leo Valvasorius O. M. ut in pluribus epistolis præfati primi tomi, & hujus paulo ante relatis.

(h) MONASTERIUM MONIALIUM DE RUBONO: Cujus nulla memoria legitur in Annal. Benedict.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

Ut quorum interest ob hæresis inquisitionem, illi omnes adsint electioni arbitrorum, qui in Rectores Civitatum inquirere debent; negligentesque compellantur. (Ex Archivo Ordinis Prædicat. apud Bullarium prædicti Ordinis to. 1. Bul. 62. Alexandri IV.)

CLXXIV.
Anno 1256. die 6. Martii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Provinciam Lombardiæ *a Bononia inclusive usque ad ultimos fines superiorum partium ejusdem Provinciæ, ac Januensem Marchiam constitutis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Leges Innocentii IV. contra hæreticos commemorat.

a EXORTIS in agro Fidei Christianæ per partes *Italiæ* habundantius solito hæreticæ pestis [a] zizaniis, seminante illa propter temporis impacati malitiam homine inimico; fel. recordat. INNOCENTIUS PAPA prædecessor noster
b Constitutiones quasdam [b] ad pestis extirpationem prædictæ noscitur edidisse, quas in suis litteris annotatas mandavit a dilectis filiis Potestatibus, seu Rectoribus, Consiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum per *Lombardiam*, *Romaniolam*, & *Mar-*
c *chiam Tervisii* [c] constitutis, tanquam fidelibus ejusdem Fidei defensoribus, exacta diligentia observari. Porro cum inter Constitutiones hujusmodi habeatur, ut Potestas, seu Rector Civitatis, vel loci infra decem dies sui Regiminis
d sindicare [d] præcedentem proxime Potestatem, vel Rectorem, ac ejus etiam Assessores per tres viros Catholicos, & fideles electos ad hoc per Diœcesanum, si fuerit præsens; & per *Fratres Prædicatores*, & *Minores* de omnibus iis, quæ in Statutis, seu Constitutionibus ipsis, & Legibus contra hæreticos, & eorum complices editis continentur; & punire ipsos in omnibus, quæ omiserint, teneantur; ex eo plerumque contingit ipsarum Constitutionum bonum, ut accepimus, impediri; quod dictorum virorum electioni aliqui ex prædictis, ad quos pertinet, ut forsan malevolentiam Potestatis, seu Rectoris, & aliorum evitent; vel favorem sibi liceri faciant apud eos, negligunt, ut accepimus, interesse. Cupientes igitur, prout officii nostri cura exigit, extirpationi zizaniorum læthalium, ne pullulare neglecta valeant in Fidelium perniciem populorum, per vos, & industrios, ac fideles Fidei operarios studiosos insudare; Universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, ac per Apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus singuli vestrum in sua Civitate, & Diœcesi per se, vel alium, cum præsentes fueritis; cum autem absentes, per Vicarium suum, qui etiam per se, vel alium peragat fideliter, quod mandamus, prædictorum virorum electioni, cum ad id requisiti fuerint, qualibet occasione cessante, studeant interesse; illosque prædictorum Ordinum *Fratres*, qui interesse debent, ut intersint, & eligant, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, coarctare; non obstante quolibet Privilegio, seu indulgentia Sedis Apostolicæ, cujuscumque tenoris existat, per quam valeant quomodolibet se tueri; preces, & præceptum nostrum taliter impleturi, quod merito probemini orthodoxæ Fidei zelatores.

Illarum legum caput quoddam

plerumque executioni non mandatur, & quare.

Præcipit Pontifex, ut supra,

derogando cuilibet privilegio Apost.

Datum Laterani II. Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Curet, ne locus Monialium Ord. S. August., vel alterius Religionis habeatur prope Conventum Fratrum Minorum Recinetem. (Ex AUTOGRAPHO nostri Conventus S. Francisci ejusdem Civitatis.)

CLXXV.
Anno 1256. die 13. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Alamanno Florentino Generali in Marchia Anconitana *Judici Sal., & Apost. Bened.*

FF. Minorum expositio.

DILECTI filii Fratres Minores de *Recanato* Nobis exponere curarunt, quod quædam *Moniales* Ordinis *S. Augustini*

(a) HÆRETICÆ PESTIS: Ut habemus ex Stephano de Burbone lib. 2. *de 7. Donis Spiritus Sancti* tit. 7. cap. 30., & Raynerio Saccono Ord. Prædicat. illorum temporum Scriptoribus, & ex legibus Friderici II. Imp., aliisque autoribus etiam coævis.

(b) CONSTITUTIONES QUASDAM: Nempe *Ad extirpanda &c.* anno 1252. idibus Maji editas, annoque 1254. die 20. ejusdem mensis repetitas.

(c) MARCHIAM TERVISII: Ita Constitutiones anno 1252. vulgatæ; sed anno 1254. titulum Pontifex ampliavit; misitque Rectoribus omnibus *per Italiam* constitutis.

(d) SYNDICARE: Idest inquirere, quod est penultimum caput illarum Constitutionum.

guftini circa locum Fratrum ipforum quamdam Domum, & Monafterium ita in vicino ædificare nituntur, quod ex hoc Fratribus eifdem grave generet fcandalum, & imminet honeftati totius Ordinis detrimentum [a]; propter quod Venerabili Fratri noftro .. Epifcopo *Senogalien.* [b] noftris dedimus litteris [c] in mandatis, ut prædictam Domum, & Moniales ibi exiftentes auctoritate noftra five per fe, five per alium exinde faceret amoveri; nec in eodem loco, aut alio eifdem Fratribus fic vicino aliquarum Monialium, aut Religioforum cujufcumque Ordinis Monafterium ædificari pateretur. Quo legitime cognito de præmiffis per fententiam pronunciavit, quod Moniales; & Converfæ ipfius Domus ab eodem loco fe infra certi temporis fpatium amoverent ad ipfum morandi caufa nullo unquam tempore reverfuræ: Et quod Domus, & Oratorium ibidem conftructum transferrentur exinde; & de cætero eadem Domus, & Oratorium, feu cujufvis alterius Religionis locus nec conftrueretur ibidem, nec ab inde ufque ad locum, ubi tres aditus habentur; prout in Inftrumento inde confecto [d] plenius dicitur contineri. Verum pro parte dictarum Monialium ab hujufmodi fententia fuit, ut dicitur, ad noftram audientiam appellatum. Nolentes igitur occafione appellationis hujufmodi quietem prædictorum Fratrum quomodolibet perturbari, Venerabili Fratri noftro Epifcopo *Forofempronien.* [e] districte præcipiendo mandamus [f], ut eadem appellatione, quam volumus effe nullam, nequaquam obftante fententiam ipfam &c. per ipfum, vel alium executioni demandare procuret; Contradictores, & moleftatores &c. per cenfuram Ecclefiafticam, appellatione poftpofita, compefcendo; invocato ad hoc, fi neceffe fuerit, auxilio brachii fæcularis. Quocirca difcretioni tuæ per Apoftolica fcripta mandamus, quatenus habens *Fratres* ipfos fuper executione fententiæ fupradictæ pro noftra, & Apoftolicæ Sedis reverentia commendatos dilectos filios nobilem virum Poteftatem, Confilium, & Commune *Recanaten.*, quod ad exequendam fententiam memoratam dicto Executori [g] requifitum, & opportunum auxilium exhibere ftudeant, moneas ex parte noftra diligentius, & inducas.

Pontifex committit caufam Epifcopo Senogallien.

Epifcopi Senogallien. fententia.

Moniales ad Pontificem appellant.

Pontifex Epifcopo Forofempronien. mandat executionem fententiæ.

Et Judici Generali affiftentiam, ut fupra.

Datum Laterani III. Idus Martii, Pontificatus Noftri Anno Secundo.

Ut Rectoribus Civitatum fpatium x. dierum prorogare queant ad Pontificia mandata exequenda. (Ex PEGNA ad calcem Directorii Inquifit. pag. 25., WADDINGO in Annal. Minor. ad annum 1257. num. 1. ex Adden., & BULLARIO Ordinis Prædicat. tom. 1. Bul. 63. Alexandri IV.)

ALEXANDER &c. CLXXVI.

Anno 1256. die 14. Martii.

Dilectis filiis Inquifitoribus hæreticorum in Lombardia, *&* Marchia Januen. [h] *Salutem, & Apoftolicam Benedictionem.*

EXORTIS in agro Fidei Chriftianæ &c. [i] Porro inter Conftitutiones hujufmodi tria contineri nofcuntur a Poteftatibus, feu Rectoribus Civitatum, & Locorum fub debito juramenti infra certos terminos obfervanda: Primum videlicet, quod Poteftas, feu Rector infra tertium diem poft introitum fui regiminis duodecim viros probos, & Catholicos, duos Notarios, & duos Servitores, vel quotquot fuerint neceffarii, inftituat; quos ad negotium Fidei contra hæreticos, eorumque fautores Diœcefanus, fi præfens fuerit, & intereffe voluerit, & duo Fratres *Prædicatores*, & duo *Minores* ad hoc a fuis Priori-

Earumdem legum Caput I.

(a) DETRIMENTUM: contra eafdem Moniales fcripferat jam Innocentius IV. litteras: *Libenter illis &c.* anno 1252. die 15. Martii Rectori Marchiæ Anconitanæ fupra relatas.

(b) EPISCOPO SENOGALLIEN.: *Jacobo*, qui fedit ab anno 1238. ufque ad annum incertum; eique fucceffit Fr. Philippus Erem. S. Aug., quem conftat fediffe anno 1270. ex Ughello tom. 2. Ital. Sac. num 22.

(c) NOSTRIS DEDIMUS LITTERIS: Quæ non habentur.

(d) INSTRUMENTO INDE CONFECTO: Ex quo, fi extaret, plura fciremus.

(e) EPISCOPO FOROSEMPRONIEN.: *Ortulo*, qui ab anno 1255. ufque ad 1284. eam fedem tenuit ex Ughello tom. 2. Ital. Sac. num. 14.

(f) MANDAMUS: Sed hujus mandati litteræ defiderantur.

(g) EXECUTORI: Nempe Epifcopo Forofempronien., nondum enim Recanatenfi Ecclefiæ reftituta erat Sedes Epifcopalis; fed paulopoft adlectus eft Fr. Bonajuncta Picenus Ordinis Minorum ex Fr. Salimbene Parmenfi auctore æquali in Chronico MS.

(h) MARCHIA JANUEN.: Juxta novam Inquifitionis contra hæreticos per Fratres Ord. Prædicat. & Minor. difpofitionem anno 1254. editam die 2. Junii ex Bulla *Cum fuper Inquifitione &c.* fuperius relata.

(i) CHRISTIANÆ &c.: Ut in *Bulla* 174. die 6. hujus menfis & anni edita ufque *diligentius obfervari*.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

Prioribus, & Ministris, si Conventus ibi fuerit eorumdem Ordinis, deputati duxerint eligendos. Secundum, quod idem Potestas, sive Rector in destructione domorum, condemnationibus faciendis, & in rebus inventis, vel occupatis consignandis, & dividendis infra decem dies, postquam accusatio, seu denuntiatio super hæresi, vel hæreticorum favore facta fuerit, exequatur omnia cum effectu. Tertium vero, quod prædictus Potestas, sive Rector infra decem dies sui Regiminis sindicet præcedentem proxime Potestatem, vel Rectorem, & ejus etiam Assessores per tres viros Catholicos, & fideles electos ad hoc per Diœcesanum, si præsens extiterit, & per Fratres Prædicatores, & Minores de omnibus iis, quæ in Statutis, seu Constitutionibus, & Legibus contra hæreticos, & eorum complices continentur; & eos puniat de omnibus, & singulis, quæ omiserunt; & compellat restituere de propria facultate. Cum igitur, ut accepimus, supradicta tria infra præmissos terminos propter ipsorum terminorum nimiam brevitatem nequeant a Potestatibus, & Rectoribus de facili adimpleri; propter quod iidem Potestates, & Rectores in animarum suarum periculum perjurii retiaculo sæpius involvuntur. Nos de vestræ fidei puritate, ac circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, prorogandi eisdem Potestatibus, & Rectoribus terminos supradictos usque ad decem dies, prout expedire, vel necesse fore videritis, ad præmissa efficaciter exercenda, ita quod per prorogationem hujusmodi nec perjurii reatum, nec notam incurrant, plenam vobis concedimus auctoritatem præsentium facultatem. Nulli ergo omnino

Caput 2. — Caput 3. — Quæ Capita cur adimpleri nequeant. — Concedit Pontifex, ut supra. — Clausula prohib. &c.

A hominum &c. nostræ Concessionis infringere, vel ei &c. Si quis autem &c.

Datum Laterani II. Idus Martii [a], Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Indulget, ne Moniales Asculanæ Civitatis Ordinis S. Damiani Assisiaten. solvant exactiones. (Ex INDICULO Bullarii Seraph. Petri de Alva, & ex REGES. VAT. ep.227.)

CLXXVII. Anno 1256. die 24. Martii.

ALEXANDER &c.

B *Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monasterii* Asculan.[b] *Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostolicam Bened.*

PAUPERTATI vestræ, quam voluntarie propter Dominum sustinetis, ac quieti paterna &c.[c]

Datum Laterani IX. Kalend. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Secundo[d].

C *Mandat, ne Monachi S. Crucis Fontis Avellani construant Ecclesiam juxta Monasterium Clarissarum Eugubinæ Civitatis.* (Ex AUTOGRAPHO Archivi S. Benedicti a Mauro Sarto in Hist. de Episcopis Eugubinis cap.9. num. 30. publicato.)

CLXXVIII. Anno 1256. die 8. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio ... Rectori Ducatus Spoletani Salutem, & Apostolicam Benedictionem,

D PRO parte[e] in Christo filiarum .. Abbatissæ, & Conventus Monasterii *S. Mariæ de Pelagio*[f] *Eugubin.* Ordinis S. Damiani Nobis extitit intimatum, quod dilecti filii Prior, & Conventus Monasterii S. Crucis *Fontis Avellanæ* Ordinis S. Benedicti quamdam Ecclesiam juxta idem Monasterium S. Mariæ inter Civitatem *Eugubinam*[g], & Monaste-

Relatio facti.

(a) II. IDUS MARTII: Ita legimus apud cit. Pegnam, & Waddingum; at in Bullario Ordinis Prædicat. legitur data *Nonis Martii*. Nos itaque existimamus, non solum ad Inquisitores *Lombardiæ &c.*, hoc est *Ordinis Prædicat.*, sed etiam ad illos Provinciæ *Umbriæ, Romanæ, & Tusciæ*, idest *Ordinis Minorum* de eadem re diversis vero diebus per scribas confuse scriptum esse.

(b) ASCULAN.: In Piceno, de quo Monasterio Waddingus agit in Annal. Minor. ad annum 1233. num. 39., si de illo *SS. Mariæ, & Sergii* sermo est, at cum eodem tempore ibidem extaret alterum *S. Angeli* Monasterium, ut constat ex primo hujus Bullarii tomo, incertum, utri hæc Bulla conveniat.

(c) PATERNA &c.: Ut in Constitutione hujus Pontificis pro omnibus Monasteriis Clarissarum anno superiore idibus Aprilis edita, ut supra p. 31.

(d) Cum primum universis Sanctimonialium Ord. S. Damiani Assisiaten. Monasteriis Pontifex id privilegii contulerit, postea privatis etiam earundem locis concessit, ut *Avenionensi* hoc anno die 4. Septembris, *S. Severini* in Piceno anno sequenti 17. Junii, *Constantien.* in Suevia die 20. April. &c., & anno sequenti die 25. Januarii aliud privilegium a Pontifice accepit hoc Monasterium *Devotionis vestræ &c.*

(e) PARTE: deest *dilectarum*.

(f) S. MARIÆ DE PELAGIO: Hoc Monasterium erectum fuit a S. Villano Episcopo Eugubino anno 1226. *idibus Aprilis sub Regula S. Benedicti, & institutione Monialium reclusarum S. Damiani de Assisio* ex supracitato Mauro Sarto cap. 9. n. 28. p. 131.

(g) INTER CIVITATEM EUGUBINAM: Ex quibus liquet Monasterium extra Civitatem extitisse.

nasterium ipsum de novo construere incœperint, per quam status, & tranquillitas dictarum Abbatissæ, & Monialium non modicum perturbatur. Unde eosdem Priorem, & Conventum monendos duximus, & hortandos nostris eis dantes litteris [a] in mandatis, ut ob reverentiam Sedis Apostolicæ, & nostram ab ejusmodi Ecclesiæ constructione desistant. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si dicti Prior, & Conventus mandatum nostrum super hoc neglexerint adimplere, ab ejusmodi ædificatione penitus desistere monitione præmissa Ecclesiastica censura compellas.

a

Mandat id, quod supra.

Datum Laterani v. Kal. April., Pontificatus Nostri Anno Secundo [b].

b

Amplum privilegium concedit, & exemptionem ab Episcopo Aretino factam Monasterio confirmat. (Ex Reges. Vatic. epist. 784. apud Waddingum in Reges. Pontif. n. 2.)

CLXXIX.

Anno 1256. die 4. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ Monasterii Sanctæ Mariæ Novæ [c] de Colazzo *juxta* Montem Politianum [d], *ejusque Sororibus tam præsentibus, quam futuris Regularem vitam professis in futurum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

c
d

Religiosam vitam eligentibus &c. [e] Eapropter, dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus; & Monasterium Sanctæ Mariæ Novæ *de Colazzo* juxta Montem Politianum Aretin. Diœcesis [f], in quo divino estis obsequio mancipatæ&c.[g] Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona, idem Monasterium in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, & eis, quæ vobis successerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prætactum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis; terras, & possessiones, quas habetis in loco, qui *Castellum Vitulum*, *Lachetlian.*, *& Passarellum* vulgariter nuncupantur; vineas, quas habetis in Territorio Montis Politiani in locis, qui *Plebs antiqua*, *Canenti*, & *Tetringingnan.* communiter appellantur; terras & vineas in eodem Territorio in locis *Hibian.*, & *Plani Salceti*, in Asio [h] *Collis Todulæ*, & *Petelli* communiter appellatis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis, & pascuis in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Liceat quoque vobis personas liberas &c.[i] Præterea omnes libertates, & immunitates, quas Monasterio vestro dilectus filius G.[k] Aretio. Electus indulsisse dignoscitur; sicut in Instrumento inde confecto plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Tenor autem ipsius Instrumenti talis est:

e

Exordium a privilegii causa.

Monialium petitionibus annuit Pontifex, & Monasterium sub protectione Sedis Apostol. suscipit.

f

g

Bona stabilia Monasterii recensentur, & confirmantur.

h

Facultas recipiendi ad Ordinem.

i

Exemptiones Episc. confirmantur.

k

„ Willelmus miseratione divina Aretin. Electus [l] dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & Sororibus inclusis Monasterii Sanctæ Mariæ Novæ de Colazzo Ordinis Sancti Damiani Aretinæ Diœcesis salutem, & veram in Domino caritatem. Cum vos, Divina gratia inspirante, Monasterium in honorem Beatæ Mariæ Virginis construxeritis, ut ibi Domino devote famulantes pro Nobis, & aliis peccatoribus possitis orare, a nobis humiliter postulastis, ut Monasterium, & personas ibidem Domino servientes

Instrumentum exemptionis Episcop.

l

Moniales Monasterium sibi construxerunt.

(a) Dantes litteris: Quæ tamen excusæ, & vulgatæ non habentur.

(b) Waddingus ad annum 1290. num. 31. refert ex Reges. Vatic. Nicolaum IV. Indulgentias concessisse Ecclesiæ S. Margaritæ Clarissarum Eugubin., num aliud Monasterium, vel errat in nomine?

(c) Monasterii S. Mariæ novæ: Ordinis S. Damiani Assisiaten., ut infra.

(d) Juxta montem Politianum: In Hetruria ad Clanim paludem sub dominio Magni Ducis in finibus ditionis Pontificiæ.

(e) Eligentibus &c.: V. Bulla anno præcedenti die 30. Aprilis data Monasterio Genuen. S. Catharinæ.

(f) Aretinæ Diœcesis: Sed nunc Episcopali dignitate exornatum, de quo Ugellus in Ital. Sac. to. 1.

(g) Mancipatæ &c.: ut in prædicta Bulla.

(h) Asio: idest tractu, situque, ut & in tomo 1. hujus Operis p. 583. (c) & forsan *commodo*: quod Itali dicunt *agio*, & *asio*.

(i) Liberas &c.: Ut ibi in cit. *Bulla* p. 43.

(k) G.: *Guilielmus*, al. *Willelmus*, ut infra.

(l) Aretinus electus: Anno 1248. vel 1249., qui diu sine consecratione legitur extitisse vir magis ad arma natus, quam ad Ecclesiæ regimen, inquit Jo. Villanus Hist. Florent., qui eum de *Ubertinis* appellat, sed Dinus Compagnus antiquior Villano, & Willelmo coævus de *Pazzis* fuisse dicit. Legi potest Ughellus tom. 1. Ital. Sac. edit. 2. n. 63.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

„ tes intuitu pietatis, & pro redem- A
„ ptione peccatorum nostrorum a jure Episcopali, seu alterius conditionis gravamine eximere deberemus. Eapropter vestræ piæ, ac humili petitioni pio concurrentes assensu prætactum Monasterium, & personas illic commorantes cum omnibus bonis habitis, vel habendis ab omni jure Episcopali, & cujuslibet conditionis obligatione pleno jure liberamus, & eximimus, nihil aliud nobis, & Ecclesiæ Aretin. in eisdem, nisi *unam libram ceræ*, quæ persolvatur nobis, & successoribus nostris annuatim in﹏ mense Augusti, reservantes, & cuncta Ecclesiastica Sacramenta. In cujus rei testimonium prætacta manu publica scribi jussimus, & nostri pendentis sigilli munimine roborari. Datum Civitellæ[a] anno Domini MCCLIII. Indictione XI. V. Idus Augusti, Domino Innocentio Papa IV. residente. Testibus præsentibus D. Nicolao Vicario nostro, & Tebaldo de Arrajolo. Ego Joannes de Ancisa Apostolicæ Sedis auctoritate Notarius prætactis interfui, & de mandato dicti Domini *Electi* scripsi, & publicavi. " Ad indicium autem hujusmodi perceptæ a﹏ Sede Apostolica libertatis *unam libram ceræ* Nobis, nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli &c.[b]

Idem Monasterium eximitur ab Episcopo.

Census annuus Ecclesiæ Aretinæ persolvendus.

a

1253. die 9. Augusti.

Census annuus Romanæ Ecclesiæ persolvendus.

Clausula pœnæ subjiciens.

b

Datum Laterani per manum Guillelmi Magistri Scholarum Parmen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellarii II. Nonas Aprilis Indictione IV.[c] Incarnationis Dominicæ anno MCCLVI. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ IV. Anno Secundo.

c

Exhortatur ad obedientiam, & resipiscentiam, & ne amplius seduci se permittant a malis consiliariis præsertim Villelmi de Sancto Amore. (Ex veteri Codice apud WADDINGUM in Annal. Minor. ad hunc annum num. 54., BOULÆUM Hist. Univers. Paris. tom. 3. pag. 298., & BULLARIUM Ord. Prædicat. tom. I. Bul. 85. Alexand. IV.)

ALEXANDER &c.

CLXXX.

Anno 1256. die 4. Aprilis.

Dilectis filiis universis Magistris, Scolaribus, & Auditoribus Parisien. Salutem, & Apostol. Benedictionem.

Si filialis obedientiæ promptitudo Nobis parit cumulum gaudiorum, profecto inobedientium rebellis audacia cor nostrum sauciat, & affligit. Ecce, sicut accepimus, vos ordinationem nostram[d] super conservatione Studii *Parisien.* editam, solemni cum Fratribus nostris deliberatione præmissa; & alias litteras nostras[e] propter quasdam appellationes, & exceptiones frivolas interjectas a vobis obstinato animo non servantes, nostræ intentionis effectum circa ordinationem ipsam calumniosis adinventionibus præsumitis impedire﹏; damnabile inobedientiæ vitium, & judicium sententiarum, quæ sunt contra﹏ vestram rebellionem auctoritate Apostolica promulgatæ, minime formidando; & certe nisi motum mentis nostræ, quem transgressionis vestræ stimulus concitavit, a pœna vindictæ vobis merito infligendæ hoc potissime temperasset; quod simplicitatem vestræ multitudinis ab astuta malitia paucorum, & præcipue Magistri *Guillelmi de Sancto-Amore*[f] credimus fuisse seductam; oculus vester, quem caligo superbiæ nimium obumbravit, virga correctionis debite illustratus patenter agnosceret, quam stultum sit, & detestabile Apostolicæ Sedis æquissimis ordinationibus, & litteris contumaciter obviare. Sane quia filiorum errantium disciplinam magis cupimus, quam vindictam; Universitatem vestram affectione paterna rogamus, per Apostolica vobis scripta stricte præcipiendo mandantes, quatenus noxia seductorum vestrorum consilia, & erronea vestigia﹏ penitus declinantes, juramento, seu statuto, vel quacumque obligatione, per quæ præcepti nostri executio impediri valeat, vel differri, nequaquam obstantibus, præfatas ordinationem, & sententias reverenter, & humiliter, omni occasione

B

C

D

E

Remedium a contrariis.

d

e

Improperat obstinationem, & vitium inobedientiæ.

Simplicitatem excusat ab astuta malitia seductam.

f

Rogat, & injungit, ut supra.

(a) CIVITELLÆ: oppido diœcesis Aretinæ.
(b) UT NULLI &c.: Adeatur Bulla proxime citata.
(c) INDICTIONE IV.: Indictione XIV. legendum est.
(d) ORDINATIONEM NOSTRAM: Quæ incipit *Quasi lignum vitæ &c.* præcedenti anno die 14. Aprilis edita, & supra relata p. 32.

(e) ET ALIAS LITTERAS NOSTRAS: Quæ post dictam ordinationem editæ leguntur pag. 36. (5)
(f) MAGISTRI GUILLELMI DE SANCTO AMORE: Præcipui turbatum Parisien. Academiæ dictis, & scriptis auctoris.

casione postposita, post susceptionem A præsentium observetis. Alioquin vestram inobedientiam, quæ nullius excusationis auxilio poterit amodo palliari, & seductorum ipsorum superbiam taliter, auctore Domino, corrigemus; quod pœna juxta docente, vobis patebit, & aliis; qualis reverentia, & etiam diligentia in observantia statutorum, & litterarum Sedis Apostolicæ a Fidelibus universis, & præcipue Clericis semper debeat adhiberi. *(comminatione adjecta.)*

Datum Laterani II. Nonas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ut de legatis sibi pro eorum necessitatibus Fratres portionem canonicam non solvant. (Ex Archivo Conventus Sancti Francisci Ameriæ Civitatis.)

CLXXXI. *Anno 1256. die 5. Aprilis.*

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpositis, Archipresbyteris, Rectoribus, & aliis Ecclesiarum Prælatis per Patrimonium Beati Petri *in Tuscia*[a] *constitutis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

DE pia, & sancta conversatione dilectorum &c.[b]

Datum Laterani Nonis Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Secundo[c].

Confirmat concessionem Fratribus Minor. Catanen. ab Electo illius Civitatis factam de Ecclesia S. Michaelis. (Ex Autographo Archivi Conventus S. Francisci ejusdem Civitatis edito a Cagliola in Hist. Provinciæ Sicilien. Ordinis Minor. Convent. Explorat. 6. Manifest. ult. pag. 193.)

CLXXXII. *Anno 1256. die 27. Aprilis.*

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis... Ministro, ..[d] *Custodi*[e], *& Fratribus Minoribus* Catan.[f] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

SAcræ vestræ Religionis meritis inducimur, ut petitionibus vestris favorabiliter annuentes in eis vobis uberem gratiam faciamus. *(Exordium.)* Cum igitur dilectus filius Oddo Capotius[g] *Catan.* Electus[h] Ecclesiam *Sancti Michaelis*[i], quam hactenus habuistis[k], & habetis ad præsens, vobis, & Ordini vestro in perpetuum, prout spectabat ad eum, duxerit conferendam; prout in litteris inde confectis, & ipsius *Electi* sigillo munitis plenius vidimus contineri: *(Catanæ Electus Ecclesiam S. Michaelis dat Fratribus Minoribus.)* Nos devotionis vestræ precibus inclinati, quod per eumdem *Electum* factum est in hac parte, ratum, & gratum habentes id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; *(Precibus Fratrum Pontifex annuit, & confirmat, ut supra.)* defectum, qui fuit in collatione hujusmodi, ex eo quod Capituli *Catanien.* in ipsa non intervenit assensus, supplen- *(defectum Capituli supplendo.)*

(a) Patrimonium B. Petri in Tuscia: Cujus fines sunt Tyberis ad Boream, ad Austrum mare Tyrrhenum, ad Ortum ager Romanus; & ad Occasum Ducatus Florentinus; in eoque sunt Viterbium, Urbsveteris, Balneoregium, Aquipendium, Mons Flasconum, Nepis, Sutrium &c.

(b) Dilectorum &c.: Vide *Bullam* anno superiori XI. Kalendas Decembris editam.

(c) Hæc Constitutio data fuerat etiam anno superiori die 21. Novembris, & 13. Decembris, ac renovata anno 1257. die 2. Februarii data Prælatis *Aquilejen.* & *Graden.* Patriarchatuum, nec non anno 1260. die 1. Decembris missa Prælatis *Marchia Anconitana*, ut infra.

(d) Ministro: Provinciæ Siciliæ Fr. *Jacobo de Pertis* Messanensi ex serie Ministrorum illius Provinciæ apud cit. Cagliolem pag. 31.

(e) Custodi: Messanensi, cujus *Custodia* 2. locus, & Cœnobium occurrit *Catanien.* in veteri *Provinciali* Ordinis nostri jam apud Polychronicon., quam apud Pisanum Conform. XI.

(f) Catan.: Urbis Siciliæ in ora maris Jonii, ac Valle Demone el. Nemusen. prope radices montis Æthnæ, cujus flammis, & eructationibus haud semel deformata fuit, inter Leontium, & Tauromenium Episcopalis sub Montis Regalis Archiepiscopo.

(g) Capotius: Patria Trojanus ex Roccho Pyrro in *Notitia Eccl. Catanen.*.

(h) Electus: Anno 1254. rexit eam Sedem usque ad ann. 1267. ex cit. Pyrro.

(i) Ecclesiam S. Michaelis: In area *Castri Ursini* dictæ Civitatis ex litteris Nicolai III., quæ suo loco debuntur, & ex cit. Pyrro, & Cegliola.

(k) Hactenus habuistis: Ex quo tempore locum hunc & Ecclesiam habuerint Fratres, & quando *Catanæ* recepti; fueritne hic primus eorum situs, & domicilium, an autem eo translati, incertum; etsi non desint, qui existimant, tempore S. P. Francisci eos locum obtinuisse; Hinc loco illi convenire posse videtur id, quod scriptor illius temporis Fr. Bartholomæus Tridentinus O. P. *de miraculis B. V. Mariæ* n. 274. post opus *de Sanctis* enarrat in hunc modum: *His nostris temporibus accidit, quod referimus. In Sicilia erat Cappella in honore Dei, & sua Matris antiquitus constructa, sed præ vetustate & negligentia in tantum dissipata, ut ubi Altare fuerat, arbor Nucis nata fuisset. Hanc Ecclesiam Fratres Minores precibus a Cæsare obtinuerunt; & eam reædificantes, dum Nucem præcidissent, & ad tabulas eam secarent, ex utraque parte imaginem Crucifixi viderunt; mirantes in diversas partes ipsam secaverunt, & semper imaginem Christi Crucifixi invenerunt. Quæ imagines ad varias Mundi partes deportatæ in reverentiam observantur.* Cæsar autem Fridericus II. fuit *Catanæ* anno 1224. ex ejus litteris apud Reynaldum ad eum ann. n. 12. Hinc *Tridentini* narrationem confirmat Chronicon Pontificum & Imperatorum Anonymi anno 1278. Florentiæ scriptum, quod in superiore Mss. codd. Bibliotheca S. Crucis nostri Ordinis asservatur codd. 624. & 626. in 4., ubi scriptor in Centen. vii. *de Heraclio Imp.* disserens ait, se vidisse *B. Fr. Pacificum* S. Francisci discipulum deferentem *Tabulam ligneam*, in qua non arte, sed natura depicta cernebatur ad vivum *imago Crucifixi*.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

plentes de Apostolicæ plenitudine potestatis; tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, qui talis est.

Litteræ concessionis Episcopi Electi.

,, Oddo Capocius Episcopus Dei gra-
,, tia Cataniensis Electus, dilectis viris
,, Ministro, Custodi, & Fratribus Mi-
,, noribus Catan. commorantibus sibi in
,, Christo dilectis salutem in Domino.

Exordium.

,, Gratum Deo credimus obsequium ex-
,, hibere, si vobis dignum voluntariam
,, pro Christi reverentia paupertatem
a ,, ... [a] aliquid ad vestrum solamen de
,, bonis Ecclesiæ nostræ *Fratribus* ve-
,, stris, ac commodum impartimur. Ea-

Ordinis FF. Min. encomium.

,, propter attendentes, quod vestra ve-
,, neranda Religio Deo, & hominibus,
b ,, tamquam publicæ salutis bravium ... [b]
,, nostram Ecclesiam *Sancti Michaelis*,
c ,, quam hactenus habuistis [c], & ad præ-
,, sens habetis, ad collationem nostram
,, pertinentem pleno jure cum omnibus
,, juribus, & pertinentiis ad eam Eccle-
,, siam spectantibus vobis, & per vos
,, Ordini vestro in perpetuum, absque
d ,, alia ... [d] de speciali gratia, & certa
,, scientia, authoritate ordinaria con-
e ,, cedimus, & donamus ... [e] plenariam
,, & liberam potestatem, ut per vos ipsos
,, pro indigentia vestra de cætero libe-
,, re utamini, cum placuerit, & construa-
,, tis ibidem. Ad cujus rei perpetuam
,, firmitatem præsentes vobis exinde
f ,, litteras præsenti sigillo munitas [f].

Anno 1256. die 19. Aprilis.

,, Datum Catanæ XIII. Kal. Maji Ponti-
,, ficatus D. Alexandri Papæ IV. Anno

Clausula Pontif. &c.

,, Secundo. " Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Datum Laterani v. Kal. Maji, Pontificatus Nostri Anno Secundo [g].

g

A

Colonien. Antistitem collaudat, eique gratias agit, quod Fratres Minores beneficiis afficiat; & eumdem hortatur ad perseverandum. (Ex Archivo nostri Conventus S. Francisci Coloniæ.)

ALEXANDER &c.

CLXXXIII.

Anno 1256. die 29. Aprilis.

Venerabili Fratri ... Archiepiscopo Colonien. [h] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

h

B

Archiepiscopus Colonien. Fratrum Minorum benefactor

INTIMANTIBUS Nobis dilectis filiis ... Ministro, & Fratribus Minoribus in Provincia *Colonien.* commorantibus [i], intelleximus, quod tu ipsos benevolentia paterna prosequeris; & multipliciter studes beneficiis confovere [k]; super quo dignis te laudibus in Domino commendantes, ac referentes tibi gratiarum multiplices actiones, Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attente per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus attendens provide, quod illud, quod fit pauperibus, Christus recipit in se ipso; pensans etiam, quod non qui incœperit, sed qui perseveraverit in bono, a Domino approbatur; *Fratres* ipsos ob reverentiam Apostolicæ Sedis, & nostram, cujus sunt filii speciales, habeas more solito propensius commendatos, quod circa eos misericorditer, & laudabiliter incœpisti taliter prosequens, ut retributorem propter hoc constituas tibi bonorum omnium Conditorem; crescas meritis apud ipsum, & penes homines clara fama; Nosque devotionem tuam, qui ipsos, & *Fratres* ejusdem Ordinis tamquam prædilectos, & singulares filios intra mentis ubera carius amplexamur, dignis in Domino laudibus merito commendare possimus.

i

k

Laudatur a Pontifice gratias etiam ei agente.

C

Matth. 25 40.

& ad prosequendum adhortatur.

Id. 10. 22.

D

Fratres Minores Pontificis prædilecti, & singulares filii.

Datum Anagniæ III. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ut

(a) PAUPERTATEM ...: Supple imitantibus.
(b) BRAVIUM ...: Hic nonnulla desunt, ut sensus abruptus prodit.
(c) HACTENUS HABUISTIS: Non igitur hoc anno, vel superiore, ut quidam arbitrantur, & litteris mandarunt, sed antea etiam incolebant eum locum & Ecclesiam.
(d) ALIA ...: Supplendum videtur, *dilatione*.
(e) DONAMUS ...: *Dantes* supplendo.
(f) MUNITAS ...: Add. *fecimus transscribi*.
(g) Videtur hoc diploma Pyrrhus supra cit., & ante eum illud ex aliis citaverat P. Rodulphius lib. 2. fol. 282. ex quo Waddingus ad ann. 1258. n. 22., sed omnium accuratius laudatus Cagliola pag. 69. & seqq., ac 192. & seq. agit de hoc Cœnobio; nos etiam de eo verba faciemus ad supradictas Nicolai III. litteras.

(h) ARCHIEPISCOPO COLONIEN.: *Conrado de Hoestaden*, quem ab anno 1238. usque ad ann. 1262. rexisse suam sedem ferunt; laudantque multum a litteris, facundia, magnanimitate, & etiam bellandi peritia Scriptores.
(i) IN PROVINCIA COLONIEN. COMMORANTIBUS: Ab anno 1221., uti ex Chronico Mss. Saxoniæ refert Waddingus ad eum annum num. 9., dictaque est *Provincia Coloniensis* ab urbe præcipua Germaniæ inferioris, uti *Argentina* caput Germaniæ superioris.
(k) CONFOVERE: Huic enim Antistiti Innocentius IV. eosdem Fratres commendarat, ut etiam ea illis aliquot secum haberet ex ejusdem Pontificis 297. epistola *Devotos Dei famulos &c.* anno 1249. die 11. Januar. scripta, & in to. I. hujus Operis relata pag. 528.

Ut Fratribus Tiburtinis trudat Ecclesiam S. Mariæ Majoris ejusdem Civitatis Ord. S. Benedicti. (Ex ARCHIVO dicti Conventus Tiburtini apud P. CASIMIRUM Romanum in Memoriis Hist. Provinciæ Romanæ Ord. Min. Observant. pag. 337., & apud WADDINGUM in Bulla: *Ut illibata &c.* in Regest. Pontif. ad hunc annum num. 11.)

CLXXXIV. Anno 1256. die 4. Maii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri Beraldo Episcopo Tiburtin. [a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem*. a

Exordium a Pontificis affectu in Fratres, & Ordinem Min.

SINCERÆ devotionis affectus, quem ad dilectos filios *Fratres Minores* inter alios Religiosos specialiter, ipsumque Ordinem gerimus, Nos inducit, ut præcipua eos interdum benevolentiæ, & favoris gratia prosequamur. Cum igitur dilecti filii Fratres ipsius Ordinis apud *Tiburtin.* Civitatem morantes minus commode, sicut ex ipsorum significatione accepimus, sint in loco, ubi consistunt ad præsens [b]; Nos super hoc tranquillitati, & consolationi ipsorum providere volentes Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attente, & per Apostolica tibi scripta firmiter præcipiendo mandamus; quatenus Ecclesiam *Sanctæ Mariæ Majoris* [c] Civitatis prædictæ, in qua quatuor, vel quinque Personæ Ordinis Sancti Benedicti nunc tantum esse dicuntur, cum Domibus, horto, & aliis appendiciis suis, jam dictis Personis ipsius in *Sancti Clementis*, & *Sancti Angeli* Ecclesiis Tiburtin. ejusdem Ordinis collocatis, præfatis Fratribus ad opus eorum libere concedere, & assignare procures, ipsos vel aliquem alium ipsorum nomine in corporalem ipsius possessionem inducens, & defendens inductos: contradictores quoslibet, & rebelles, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, sublato appellationis obstaculo, compescendo [d].

Fratrum expositio de eorum loco minus ipsis commodo. b

Mandat Pontifex ut supra c

Monachis alibi collocandis.

Datum Laterani IV. Nonas Maji, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256. d

Ne Fratres Ordinis Prædicatorum ad suum Ordinem admittant sine eorumdem Superiorum licentia sub pœna excommunicationis. (Ex AUTOGRAPHO Conventus Roshomagen. Ordinis Prædicator. a MARTENE tom. 1. Thesau. Anecd. col. 1066. publicato.)

CLXXXV. Anno 1256. die 5. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Generali Ministro, & Fratribus Ord. Minorum Salutem, & Apostol. Benedictionem.

QUO vos in Christo sinceriori caritate diligimus, ut in cunctis providi sitis, & vigiles, affectamus; turbationis non modicæ spiritum assumentes si de vobis quandoque contrarium &c. [e] e

Datum Laterani III. Nonas Maji, Pontificatus nostri Anno Secundo [f]. f

Ne venientes ad Ordinem ante annum probationis ad professionem inducantur; neve prohibeantur ad aliam Religionem transire; sed liberi remaneant. (Ex AUTOGRAPHO Conventus Claromontani Ord. Prædicat. a P. MARTENE tom. 1. Thes. Anecdot. col. 1067. publicato.)

(a) BERALDO EPISCOPO TIBURTINO: Circa annum 1253. promoto, de quo in Italia Sacra Ughelli tomo 1.

(b) UBI CONSISTUNT AD PRÆSENS: Nempe S. Joannis Baptistæ *de Votano* ex Ms. Chronico Monasterii S. Michaelis Archang. ejusdem urbis apud Waddingum in Annal. Min. ad ann. 1241. num. 29., 1252. num. 33. & 1256. num. 46.

(c) ECCLESIAM S. MARIÆ MAJORIS: Quam & Gregorius IX. anno 1241. jusserat iisdem assignari per litteras: *Inter alias &c.* & *Prompta debet &c.* supra suis locis relatas: sed mortuo eodem anno Pontifice, Monachis obsistentibus sub Innocentio IV. nihil obtentum est; quare hoc anno Alexander has litteras emisit, & Episcopus Beraldus die 5. Julii Fratres ad dictum locum & Ecclesiam S. Mariæ majoris traduxit; ut infra ex Bulla *Ut illibata &c.* constabit data hoc anno die 30. Augusti. Nec tamen destiterunt adversarii, quin Fratres inde per violentiam expellerent: sed Pontifex per litteras *Cum dilecti filii &c.* dat. idibus Julii Vicario Episcopi, & Joanni Paulo Canonico Tiburtin. jussit Fratres in loci possessione conservari, & adversarios anathemate percelli, nisi satisfecerint; quod & factum est, & Pontifex die 30. Augusti litteris *Ut illibata &c.* confirmavit locum, & Ecclesiam, & possessionem Fratribus collatam.

(d) Cumque Monachi distraxissent libros, sacramque suppellectilem; Pontifex anno 1258. die 2. Decembris dedit epistolam *Dilecti filii &c.* ad Episcopum Tiburtinum ad ea recuperanda.

(e) CONTRARIUM &c.: Vide *Bullam* Innocentii IV. anno 1244. die 21. April. editam p. 327.

(f) Anno superiori die 22. Maji scripsit Pontifex *Magistro*, & Fratribus *Ord. Prædicat.* pro hac re; hoc autem anno idem inhibuit Fratribus Ord. Minorum; sed hanc inhibitionem factam fuisse etiam *Cisterciensibus*, testatur Urbanus IV. epist. 158. *Petitio vestra &c.* anno 1264. die 25. Julii data.

CLXXXVI. Anno 1256. die 5. Maji.

ALEXANDER &c.

Eisdem.

NON solum in favorem Conversi, sed etiam Monasterii probationis tempus a SS. Patribus &c. [a]

Datum Laterani III. Nonas Maji, Pontificatus Nostri Anno Secundo [b].

Indulgentias unius anni, & 40. dier. impertitur visitantibus Ecclesiam SS. XII. Apostolorum de Urbe in festo SS. Apostol. Philippi, & Jacobi, ac duobus sequentibus diebus. (Ex Autographo Archivi Conventus dictæ Basilicæ.)

CLXXXVII. Anno 1256. die 8. Maji.

ALEXANDER &c.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium. Virtute meritorum acquiri debet gloria vitæ æternæ.

VItæ perennis gloria, qua mira benignitas Conditoris omnium beatam coronat aciem Civium supernorum a redemptis pretio Sanguinis fusi de A pretioso Corpore Redemptoris meritorum debet acquiri virtute; inter quæ illud esse prægrande dignoscitur, quod ubique, sed præcipue in Sanctorum Ecclesiis Majestas Altissimi collaudetur. Cum itaque in *Basilica Duodecim Apostolorum de Urbe* [c] quamplurimum Sanctorum, & Beatorum Apostolorum *Philippi*, ac *Jacobi* venerandæ Reliquiæ requiescant [d], ibique in Festo Apostolorum ipsorum solemnis *Statio* [e] habeatur, B præsertim cum tunc *Basilica* ipsa, prout dicitur, fuerit dedicata; Universitatem vestram rogamus, & hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad eamdem *Basilicam* imploraturi a Domino delictorum veniam in humilitate spiritus accedatis. Nos enim, ut Christifideles quasi per præmia salubriter ad merita invitemus, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus C auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad dictam *Basilicam* in festo dictorum *Philippi*, & *Jacobi* Apostolorum, & duobus diebus sequentibus [f] causa devotionis accesserint annuatim, *unum annum*, & *qua-*

In Basilica SS. XII. Apostolorum de Urbe plurimæ SS. Reliquiæ insignes, & solemnis Statio.

Hortatur Pontifex Christifideles ad eam devote visitandam.

Indulgentias impartitur ut supra.

(a) Patribus &c.: Vide *Bullam* Innocentii IV. anno 1244. die 17. Junii supra relatam num. 48. in primo tom. hujus Operis p. 348.

(b) Meminit hujus *Constitutionis* Waddingus in Annal. Min. ad annum 1256. num. 32., atque datam ab Alexandro IV. *anno* I. sui Pontificatus pro Prædicatoribus, & Minoribus, & haberi in corpore juris in 6. tit. *de Regul. & transf. ad Relig.* lib. 3. tit. 14. c. 2. *Non solum &c.* sed data dicitur *Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus*: ibidem c. 3. *Constitutionem Innocentianam &c.* Bonifacius VIII. ait Alexandrum ad Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordines dumtaxat extendi declarasse; parique modo & ipse eamdem ad aliorum *Mendicantium* Ordines ibi prorogavit. Auctor glossæ ad Bonifacianam Constitutionem notavit Alexandri declarationem hodie non haberi: at verius dixisset, se non vidisse; nam & extabat, & extat adhuc; estque Constitutio 182. incip. *Ex tenore &c.* to. 1. Bullarii Ord. Prædicat. p. 350., etsi in dicto Bullario ista Alexandri *Non solum &c.* desideretur. Dubium enim est, an Alexandri sit ista Constitutio in Corpore juris posita; cum in margine dicti Operis notatum sit alias esse *Innocentii IV.* idque probari sequenti cap. 3. *Constitutionem Innocentianam*; in qua Bonifacius VIII. citat *Constitutionem Innocentii*, non Alexandri; & ait Alexandrum declarasse Constitutionem *Innocentii*, non propriam; ut apparet ex ejusdem Alexandri Constitutione *Ex tenore tuarum &c.* anno sequenti die 27. Septembris edita, ibique vulgata, ubi Pontifex interpretatur hanc *Innocentii* Constitutionem; cur autem non suam, si eam hoc anno promulgasset?

(c) Basilica XII. Apostolorum de Urbe: Quam Constantinus Magnus ædificari jussit, si fides est Andreæ Fulvio Antiquit. Rom. lib. 5., immo ex antiquiori marmorea inscriptione infra relata; certum est autem, seculo Ecclesiæ vi. Pelagium I., & ejus successorem Joannem III. aut eam restaurasse, aut reædificasse ex Auctore libri Pontificalis, & Adriano I. epist. ad Carolum Magnum; & post varias sui vicissitudines cum a nonnullis Canonicis regeretur, nec satis ejus cultus omnibus probaretur pro loci dignitate; anno 1463. prid. calend. Julii a Pio II. concessa est FF. Minoribus Convent., curante Bessarione Episcopo Tusculano hujus Basilicæ Commendatario, & antea Presbytero Cardinali per litteras incip. *Sedes Apostolica providentia &c.* quæ infra suo loco dantur; est namque titulus Cardinalitius, quo jam insignitus fuit, & modo eam in commendam obtinet Eminentissimus, ac Serenissimus Princeps & Dux *Eboracen.* Henricus Jacobi III. Regis Angliæ filius.

(d) Reliquiæ requiescant: Quæ quotannis in festo die SS. Apostolorum Philippi, & Jacobi publice ostenduntur, illisque populo benedicitur præter illas, quæ sub terra conditæ extrahi non possunt; quarum catalogus, & series dabitur alio loco.

(e) Solemnis Statio: Posita, ut ferunt, a S. Gregorio Magno, qui in ea binas homilias habuisse dicitur; inquit enim Joannes Diaconus lib. 3. Vitæ ejusdem S. Gregorii cap. 18. *Stationes per Basilicas, vel beatorum Martyrum cœmeteria, secundum quod hactenus plebs Romana quasi eo vivente certatim discurrit, sollicite ordinavit; per quas & ipse simul discurrens, dum adhuc eloqui prævaleret, 20. homilias Evangelii coram Ecclesia diverso tempore declamavit*: Guibertus etiam lib. 3. de Vita sua cap. 7. habet: *Feria secunda post Pascha procedere mores est Clericos stationem facturos apud S. Vincentium*: & Anselmus Leod. cap. 69. in Woldo Episc. *Stationes instituit, seu processiones, quæ ab universo communiter Clero Civitatis ad majorem Ecclesiam fiunt.* Ubi *Stationis* vocabulum aliud etiam significatum antiquitus in Ecclesia habuerit, ut apud Glossarium Fresnense extat notatum.

(f) Diebus sequentibus: Hoc est 2. & 3. die mensis Maii præter alios *Stationum*; quater enim in anno *Statio* habetur in hac Basilica *feria* 6. Temporum Adventus, *feria* 6. post primam Dominicam Quadragesimæ, *feria* 5. Paschatis, & *feria* 6. infra octavam Pentecostes ex Petro Manlio, vel ejus interpolatore Paulo de Angelis Basilicæ Vaticanæ veteribus Canonicis in lib. *de Stationibus Urbis* apud Bolland. tom. 7. Junii

& *quadraginta dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Datum Laterani VIII. Idus Maji, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ut Prælati Ordinis Fratres suos in socios Episcopis deputatos corrigere, & ad Ordinem revocare possint. (Ex SPECULO MINOR. tract. 2., RODERICO in Bullario Regul. n. 1. & WADDINGO in Reges. Pontif. n. 4. Extat AUTOGRAPHUM Salmanticæ in Archivo Conventus S. Francisci, & JADERÆ apud FF. Minor. Observ. ex GONZAGA par. 2. Conv. 12. Prov. Dalmatiæ.)

CLXXXVIII. Anno 1256. die 15. Maji.

ALEXANDER &c.

a *Dilectis filiis ... Generali[a], & Provincialibus Ministris, eorumque Vicariis Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium ex Ordinis encomio cum documento Pontificio.

SACRÆ Religionis vestræ fama clarissima est ab universis, & singulis ipsam profitentibus mente vigili servanda; sed ab illis potissime, quos pro causis legitimis oportet aliquando se de suis Conventibus, sicut obedientiæ virtus exigit, absentare. Sane nonnulli ex Fratribus Ordinis vestri, qui venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis de Ordine ipso susceptis quandoque in socios deputantur, illa, prout accepimus, præsumunt sæpe committere, quæ in ejusdem Ordinis scandalum, & in suarum vergunt periculum animarum. Cum itaque super hoc per Sedem Apostolicam deceat salubriter provideri; Nos devotioni vestræ auctoritate præsentium duximus concedendum, quod singuli vestrum illos ex Fratribus eisdem, de quibus auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ, seu Legatorum ejus dictis Archiepiscopis, & Episcopis est provisum, visitare, corrigere, ac etiam, non obstante contradictione aliqua, possint ad eumdem Ordinem revocare: ita tamen quod si postmodum dicti Archiepiscopi, & Episcopi apud vos, vel aliquem vestrum pro habendis in societate ipsorum aliis idoneis Fratribus duxerint insistendum; eorum in hac parte desiderio annuatis: dummodo id vobis & conveniens, & expediens videatur. Ceterum per litteras Apostolicas jam obtentas, vel in posterum obtinendas, quæ de præsentibus plenam, & expressam non fecerint mentionem, nullos de Fratribus ejusdem Ordinis præfatis Archiepiscopis in socios teneamini deputare; nisi hoc honestati Ordinis, & illorum saluti videritis expedire[b]. b

Expositio facti. Quorundam Fratrum præsumptio. Pontifex concedit, ut supra. Adjecta conditione. Pontificis ejusdem admonitio.

Datum Laterani Idibus Maji, Pontificatus Nostri Anno Secundo[c]. c

---

Concedit, ut Sepultura in eorum Ecclesiis omnibus sit libera. (Ex SPECULO MINOR. tract. 1. apud WADDINGUM in Reges. Pontif. num. 3., extet authenticum exemplar JADERÆ in Archivo Cœnobii S. Francisci ex GONZAGA par. 2. Conv. 12. Prov. Dalmatiæ; & VENETIIS in nostro *Magnæ Domus* Conventus Archivo sub Plumbo.)

Juniis sed alias *duas Stationes* omiserunt videlicet *feria* 6. quatuor Temporum Autumnalium seu mensis Septembris, & diei *Dominica* 4. Adventus; quas *sex Stationes* recensentur in veteri inscriptione marmorea sub porticu dictæ Basilicæ muro extremo partis sinistræ ingredientium affixa seculo XIII., vel XIV. hujusce tenoris:

✠ HÆC VENERABILIS BASILICA IN HONOREM XII. APOSTOLORVM PRIMO A CONSTANTINO FVNDATA POSTMODVM AB HÆRETICIS FVIT DESTRVCTA PELAGIVS ET IOHANNES SVMMI PONTIFICES EAM IN GRADVM PRISTINVM RESTAVRANTES MVLTORVM SANCTORVM CORPORIBVS AC INDVLGENTIIS EXORNARVNT. CORPORIBVS APOSTOLORVM PHILIPPI ET IACOBI MINORIS IN ALTARE MAIORI RECONDITIS. IN DEXTRA PARTE EVGENIÆ VIRGINIS ET ALIORVM MARTYRVM CORPORA. IN SINISTRA VERO CORPVS SABINI MARTYRIS ET COLVMNAM BEATI THOMÆ APOSTOLI ALTARIA SACRA SERVANT. PEDEM PHILIPPI. BRACHIVM IACOBI ZEBEDEI. COSTAM LAVRENTII. SPAGVLAM ET BRACHIVM ELARIS BEATORVM APOSTOLORVM ET MARTYRVM SVPRAPOSITA FENESTRA REPONIT. SEMPER IN VI. SER. IIII. TEMPORVM ET V. FER. IN ALBIS AC IN DOMINICA QVA CANTANT CANITE TVBA STATIO HÆC EST IN EA. KALENDIS MADII ET IN SVPRADICTORVM SANCTORVM SOLEMNITATIBVS REMISSIONIBVS A PONTIFICIBVS ROMANIS CONCESSIS SATIS DIGNOSCITVR PRÆMVNITA.

(a) GENERALIS S. Bonaventura hoc anno die 2. Februarii in Comitiis Generalibus Romæ coactis electus; uti sentit, & scripsit Waddingus in Annal. Minor. ad hunc annum n. 3. Nos autem ne exactius expensa dicimus supremam Ordinis dignitatem S. Bonaventuræ in annum sequentem retrahendam, & in alio Opere pro hac re demonstranda complura afferentur momenta.

(b) Eandem Constitutionem Pontifex antea contulerat Ordini Prædicat. verbis iisdem hoc anno die 27. April. ut ex ea ex *Bulla* 48. to. 1. Bullarii prædicti Ord.

(c) Apud cit. Rodericum legitur *Dat. Laterani Kal. Maji Pontificatus Anno Sexto*; sed Scribarum incuria pro *Id. Maji Anno Secundo*; nam *Kalendis Maji Anno Sexto* Alexander non Romæ, sed Anagniæ degebat ex aliis ejus litteris.

CLXXXIX. Anno 1256. die 15. Maji.

ALEXANDER &c.

Eisdem,

a Exordium. Petitionibus Fratrum annuit Pontifex, & concedit, ut supra.

CUM a Nobis petitur &c. [a] Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, *Sepulturam* Ecclesiarum vestrarum liberam esse decernimus; ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint; nisi excommunicati, vel interdicti fuerint, aut etiam publici usurarii; nullus obsistat; salva tamen justitia [b] illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Nulli ergo &c. nostræ Constitutionis &c. Si quis &c.

(Conditione adjuncta. — b — Clausula prohib. &c.)

Datum Laterani Idibus Maji, Pontificatus Nostri Anno Secundo [c].

Concedit, ut de Monasterio a Civitate remoto se transferre possint ad aliud prope Civitatis muros construendum. (Ex AUTOGRAPHO Conventus S. Francisci Civitatis Nuceriæ in Umbria.)

CXC. Anno 1256. die 15. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Mariæ Vallis Flogii *Ordinis Sancti Damiani* Nucerinæ *Diœcesis* [d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

(Monialium expositio, atque petitio.)

CUM, sicut ex tenore vestræ petitionis accepimus, Monasterium vestrum situm sit in quadam silva a Civitate *Nuceriæ* remota; quam habitationi vestræ propter ineptitudinem loci, & locorum insidias asseritis minus aptum; & dilectus filius *Benvenutus* Civis Nucerinus considerans provide incommoditatem hujusmodi intuitu pietatis Divinæ, & pro suorum remedio peccatorum Domum, & Terras, quas habet juxta

(Concessio fundi Civis Nucerini pro novo Monasterio.)

A muros Civitatis prædictæ, vobis concesserit pro Monasterio construendo; Nobis humiliter supplicastis, ut providere quieti vestræ in hac parte misericorditer curaremus. Nos igitur attendentes, quod loci remotio solita vobis diminuat subventionis quotidianæ solatia; sine quibus præsentis vitæ infirmitas non subsistit; vestris devotis precibus inclinati transferendi Monasterium vestrum ad Domum, & Terras prædi- B ctas, & ædificandi ibidem Ecclesiam, cum Claustro, Domibus, & aliis utilitatibus opportunis vobis auctoritate præsentium concedimus facultatem: statuentes, ut omnibus Privilegiis, & Indulgentiis, ac libertatibus, quæ vobis, & Monasterio vestro *Sanctæ Mariæ* [e] a Romanis Pontificibus, seu Diœcesanis vestro, vel quibuslibet aliis sunt concessa, vos, & quæ vobis successerint, inibi plenarie gaudeatis. Nulli ergo &c. nostræ C Concessionis &c. Si quis autem &c.

(Causa translationis. — Annuens Pontifex concedit ut supra. — e — Clausula prohib. &c.)

Datum Laterani Idibus Maji, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ut Oratoria cum Altari portatili pro Missarum solemniis, aliisve Divinis Officiis celebrandis habere possint. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Conventus Avenionen. S. Francisci Minor. Convent. extante Bull. lib. 1. pag. 14.)

CXCI. Anno 1256. die 21. Maji.

D ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

NOS attendentes vestrarum orationum suffragia plurimum opportuna &c. [f]

Datum Laterani XII. Kalendas Junii Pontificatus Nostri Anno Secundo [g].

Con-

(a) PETITUR &c.: Ut in Bulla XI. anno præcedenti die 20. Januarii edita.

(b) SALVA TAMEN JUSTITIA: Quomodo hæc clausula sit intelligenda, dictum est ad 316. Constitutionem *Innocentii* IV. to. 1. hujus Operis relatam p. 537. (c)

(c) Idem privilegium antiquum tamen confirmaverat Pontifex etiam Ordini Prædicat. hoc anno die 5. Maji iisdem verbis, ut ex *Bulla* 95. Bullarii ejusdem Ordinis tom. 1. de Alexandro IV., & Innocentius IV. nostro Ordini anno 1250. die 21. Februarii.

(d) NUCERINÆ DIŒCESIS: In Umbria, & S. Francisci Provincia ad discrimen alterius Nuceriæ in Campania Felici nunc Principatu citeriori sub Salernitano Archiepiscopo; cum ista uni Romano Pontifici sit subjecta.

(e) SANCTÆ MARIÆ: De quo loco extant litteræ sequenti anno die 19. Martii datæ, & eo loco relatæ; & privilegium Innocentii IV. *Religiosam vitam eligentibus &c.* anno 1252. die 12. Junii concessum, & supra relatum; nec non Urbani IV. *Cum a nobis petitur &c.* anno 1261. die 13. Decembris litteræ ibi vulgatæ.

(f) OPPORTUNA &c.: Adeatur Constitutio Gregorii IX. anno 1228. die 26. Maii, & Innocentii IV. anno 1243. die 7. Octobris, 1245. die 30. ejusdem mensis, & 1247. die 5. Augusti edita, ac innovata.

(g) Porro privilegium istud antiquavit, & sustulit Concilium Tridentinum ex Sac. Concil. Congr. 1672. 4. Junii, & 15. Decembr. 1703., confirmaruntque Clemens XI. 12. Januarii 1704., Innocentius XIII. Constitut. *Apostolici muneris* 13. Maji 1723., & Benedictus XIII. Constit. *In supremo* 22. Septembr. 1724. Legi poterit & Fagnanus in 5. decr. lib. de Privil. cap. 30. *In his quæ &c.* n. 5. & seqq.

Concedit, Fratres in Missis de Spiritu Sancto, & de B. Virgine Maria hymnum Angelicum, & Prosas dicere, & cantare posse. (Ex Autographo Conventus FF. Minorum Rothomagen., Speculo Minorum tract. 2., Firmamentis trium Ordinum tract. 1. par. 2. fol. 13., & Waddingo in Regest. Pontif. num. 5. sub hunc annum; extant Apographa etiam in Cœnobiis Minor. Parisiis, & Ambiani ex Gonzaga par. 1. de Conv. Parisien.)

CXCII. Anno 1256. die 1. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis.. Generali, & Provincialibus Ministris, ac Fratribus universis Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apost. Bened.

Pontifex gravi rerum agendarum mole pressus piorum orationibus indiget.

PRessi gravi Orbis sarcina sub imposita necessitate pastoralis officii, dum pro communi salute fidelium, & commisso Nobis ministerio satagimus, cum Marthæ sollicitudine circa plurima (Luc. 10. 41.) forinsecus conturbamur [a], itaut Nobis vix diei horam possimus subripere, qua intrinsecus beatæ quietis vacemus otio ad pedes Domini cum Maria; (Ibid. 10. 39.) propter quod juvari piis devotarum orationum suffragiis plurimum indigemus. Hoc siquidem dilecti filii *Parisienses* [b], & quamplurimi locorum Fratres vestri Ordinis tamquam filii de Patris vestri salute solliciti attendentes statuerunt, ut qualibet hebdomada singuli eorum Sacerdotes unam *Missam* de Spiritu Sancto, vel Beata Virgine in privato, & Conventus totus solemniter pro nostra salute, ac nostro, & Ecclesiæ bono statu celebrent; & alias certarum orationum Sacrificiis apud Patrem luminum interpellent. Unde Nos in hac parte ipsorum devotum studium dignis in Domino laudibus commendantes eis, quod in prædictis Missis solemnibus Angelicum hymnum, videlicet, *Gloria in excelsis Deo*, & *Sequentias*, seu *prosas* Missis competentes hujusmodi, statuto contrario [c], & præsertim *Metis* a vobis in generali Capitulo [d] edito non obstante; licite valeant decantare, ac etiam dicere in privatis, per nostras literas duximus concedendum. Quocirca Universitatem vestram attente requirimus, & per Dominum obsecramus, quatenus frequens negotium nostrum, quo premimur, sollicito pacis vestræ otio adjuvantes, illud idem in singulis locis vestris statuere, ac servare curetis. Nos autem, ut id liberius exequi valeatis, licentiam hujusmodi vobis auctoritate præsentium duximus concedendam.

Parisiensium, aliorumque Fr. Minorum Statutum de Sacrificiis pro Summo Pontifice &c.

Pontifex id laudat, & indulget ea supra, derogando Statutis contrariis, rogatque, ut id in singulis Ordinis Conventibus statuatur.

Datum Anagniæ Kalendis Junii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ne Ecclesiam, aut Oratorium prope domum Templariorum, aut prope Monasterium S. Mariæ Montis Lucii construi permittat sub pœna excommunicationis. (Ex Autographo in Assisiati Archivo Conventus S. Francisci.)

CXCIII. Anno 1256. die 5. Junii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri.. Episcopo Perusino [e] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Jussio, ac servida præceptio.

VOlumus, & Fraternitati tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus ne des licentiam alicui construendi Ecclesiam, vel Capellam, seu quodlibet Oratorium in Colle, in quo sita est Domus *Templariorum* [f] Perusin., vel in quocumque alio loco extra Portam Civitatis Perusin. inter muros Civitatis ejusdem, & Monasterium *Pauperum inclusarum* Sanctæ Mariæ de *Mon-*

(a) Circa plurima forinsecus conturbamur: De quibus consuli possunt Annales Eccles. Raynaldi ad hunc, aliosque annos.

(b) Parisienses: Hujus Statuti meminit Gonzaga par. 1. in descriptione Conventus Parisien. p. 125. edit. r. asserens Pontificem hoc anno ipsum concessisse Conventui præfato, & concessionis diploma autographum ibidem asservari dat. *Laterani* ante mensem Junium.

(c) Statuto contrario: Testatur enim Durandus paulopost scribens lib. Divin. Offic. *Prosas* minime dicendas, nisi cum diceretur *Alleluja*.

(d) Metis a vobis in Capitulo Generali: Quod anno 1249. a B. Joanne Parmensi celebratum vult Rudulphius Hist. Seraph. lib. 2., eique assentitur Waddingus ad eum annum num. 1., Marianus vero Florent. Ms. post Joannis e Græcia reditum, idest anno circiter 1253. sed ejusdem Capituli tempus certum, & acta perierunt; nos autem illud anno 1251. coactum fuisse, alias ostendemus. Ceterum statuti de Divino *Officio*, & *Missarum* celebratione aliqua commemorat idem Joannes Parmen. in sua ad Prælatos Ordinis Provinciæ Tusciæ epistola *Quia sicut indubitanter cognovi &c.* apud Waddingum ad annum 1249. n. 2.

(e) Episcopo Perusino: *Bernardo Caria*, de quo Ughellus tom. 1. Ital. Sac., & nos alias egimus.

(f) Templariorum: Militum Hierosolymit., qui sub Clemente V. anno 1312. in Viennensi Concilio extincti fuerunt.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

A *Monte Lucio* [a]; nec id fieri ab aliquo, sicut nostram, & Apostolicæ Sedis caram habes gratiam, patiaris; quia hoc grave Nobis esset quamplurimum, & molestum. Si vero aliqui in prædictis locis Ecclesiam, seu Capellam, aut Oratorium construere forte præsumpserint, eos auctoritate Apostolica, monitione præmissa, excommunicationis sententiam proferens facias ipsos per omnes Ecclesias tuæ Civitatis, & Diœcesis usque ad satisfactionem condignam singulis diebus Dominicis, & festivis, pulsatis Campanis, & candelis accensis excommunicatos nuntiari publice, & ab omnibus arctius evitari: Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Mandatum autem in hac parte Apostolicum sic diligenter, & efficaciter adimplere procures; quod non possis de inobedientia reprehendi, sed de obedientia potius valeas commendari.

a

Pœna contravenientium.

Datum Anagniæ Nonis Junii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ut nemo Fratrum absque suorum Prælatorum licentia ab aliquo in Episcopum assumi queat. (Ex Speculo Minorum tract. 1. fol. 6. Firmamentis trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 14., Roderico Bull. Regul. n. 5., & Wadingo in Reges. Pontif. num. 6.)

CXCIV. Anno 1256. die 9. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio.. Ministro Generali [b] *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apost. Benedict.*

b

Ministri Gen. petitionis tenor.

PETITIO tua Nobis exhibita continebat &c. [c]

c

Datum Anagniæ v. Idus Junii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Monasterium Volater. Clarissarum privilegio donat; & exemptionem eidem ab Electo, & Capitulo ejusdem Urbis concessam confirmat. (Ex Autographo Conventus S. Francisci prædictæ Civitatis Volaterranæ.)

CXCV. Anno 1256. die 12. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ Monasterii B. M. V., *& S. Francisci Vulterrarum* [d], *ejusque Sororibus tam præsentibus, quam futuris religiosam vitam professis in perpetuam memoriam.*

d

RELIGIOSAM vitam eligentibus &c. [e] Quapropter, dilectæ in Christo B filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus; & Monasterium Beatæ M. V., & Sancti Francisci *Vulterrarum*, in quo Divino estis obsequio mancipatæ ad instar felicis recordationis Innocentii Papæ [f] prædecessoris nostri sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo monasticus, qui secundum dictam, & Beati Benedicti C *Regulam*, atque *institutionem* Monialium inclusarum Sancti Damiani Assisinatis, & *Formulam* vitæ vestræ a felicis recordationis Gregorio Papa prædecessore nostro Ordini vestro traditam, cum adhuc esset in minori officio constitutus, in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in præsentiarum juste, ac canoD nice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis postulante Domino poterit adipisci, firma vobis, & eis, quæ vobis successerint, & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, cum Terris, ViE neis, Pratis, nemoribus, usuagiis, & pascuis, in Bosco, & Plano, in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Liceat quoque vobis Personas

Exordium a causa concessionis.

e

Monialium petitiones Pontifex exaudit, & Monasterium sub Sedis Apost. protectione suscipit.

f

Ordo statuitur, & Regula observanda præscribitur.

Bona Monasterii quæcumque confirmantur.

(a) S. Mariæ de Monte Lucio: Ex quibus innotescit situs hujus Monasterii, nimirum extra portam Civitatis in Suburbio.

(b) Ministro Generali: S. Bonaventuræ hoc anno assumpto, si credimus Waddingo: sed vide notas ad *Bullam Sac. Religionis &c.* die 15. Maii p. 131. (a)

(c) Continebat &c.: Videatur similis Constitutio: nam idem indulserat Innocentius IV. iisdem verbis anno 1252. die 22. Aprilis, cujus epistola ibi legi potest; innovavitque Alexander 1257. die 28. Maii, ut infra.

(d) Vulterrarum: In Tuscia, cujus Monasterii fundationis tempus ignoratur, videtur tamen paulo ante diploma Episcopi 1254.

(e) Eligentibus &c.: Videas *Bullam* anno præcedente die 30. Aprilis datam Monasterio Gennen.

(f) Innocentii Papæ: IV. sed ejus privilegium non habetur; nec quo anno sit datum, innotuit; creditur indultum anno 1254. post diem 22. Junii.

Facultas recipiendi ad Ordinem.

sonas liberas, & absolutas &c. [a] Præterea omnes libertates, & immunitates, quas Monasterio vestro dilectus filius noster.. *Vulterranus Electus* de Capituli sui consensu indulsisse dignoscitur, sicuti in ejus litteris plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum præsenti Privilegio inseri fecimus, qui talis est.

Exemptiones Episc. confirmantur.

Litteræ exemptionis Episcopalis.

„ RAYNERIUS permissione Divina Vulterranus Electus [b] dilectæ in Christo sibi Sorori *Emiliæ* Abbatissæ Monasterii *B.M.V.*, & *S. Francisci* Ord. S. Damiani siti in loco, qui dicitur *Marta*, nostræ Diœcesis salutem, & æternam in Domino charitatem. Pontificalem curam decet illis maxime providere, quæ occupationibus sæculi, & conversatione mundana in spiritu servitutis, & timoris Deo proposuerunt humiliter deservire. Hinc est, quod cum, sicut accepimus, quædam Domus ad honorem Dei, & Gloriosæ *Mariæ Virginis*, & *Beati Francisci* pro Monasterio sit constructa Vulterranio ad receptionem Sororum Ordinis Sancti Damiani volentium in eodem in humilitate spiritus perpetuo carcerari; & Religionem, Fidem, ac honestatem morum, conversationem, quam plene invenimus in Sororibus Ordinis prætaxati, plenius attendentes, ut quieti Sororum, quæ morabuntur ibidem, in posterum consulatur; Domum ipsam cum suis pertinentiis nunc habitis, vel habendis, & Abbatissam, & Sorores, quæ pro tempore erunt in dicta Domo, pro Monasterio deputatam de consensu nostri Capituli Vulterrani pleno jure eximimus tam in spiritualibus, quam temporalibus, & ab omni jure Patronatus tam ipsam domum, & possessiones ipsius habitas, & habendas, quam Abbatissam, & Sorores ipsius ibidem pro tempore existentes, per Nos, nostrosque Successores, pro nostrorum remedio peccatorum penitus liberamus; nihil nobis in eadem Domo reservantes nisi unam *libram ceræ* dumtaxat nobis, & nostris Successoribus ab Abbatissa dicti loci, & ejus Sororibus, & successoribus annis singulis persolvendam; ac Ecclesiastica Sacramenta, quæ ipsis Abbatissæ, & Sororibus per Nos, & nostros Successores sine difficultate aliqua impendemus, cum inde fuerimus requisiti. In cujus rei testimonium, & stabili firmitate præsentes litteras fieri fecimus, & nostri sigilli munimine roborari, inscribentibus nobis, & Canonicis infrascriptis præsentibus litteris, ut quod factum est, majorem habeat firmitatem.

Exordium.

Census annuus Ecclesiæ Volaterranæ persolvendus.

Episcopi reservata Eccles. Sacram.

Subscriptiones Ecclesiæ Volaterranæ.

„ Ego RAYNERIUS Vulterranus Electus subscripsi.

„ Ego Jacobus Archipresbyter Vulterranus subscripsi.

„ Ego Lanfranchus Archidiaconus subscripsi.

„ Ego Tancredus Domini Papæ Subdiaconus Canonicus Vulterranus sub.

„ Ego Henricus Canonicus Vulterranus subscripsi.

Testes rogati.

„ Datum Vulterris, præsentibus Dominis Berlingerio, & Buccianello Militibus, & Ildebrandino Domini Gulli Testibus, Anno Domini MCCLIV. Indictione Duodecima, x. Kal. Julii.

1254. die 22. Junii.

„ Ego Ildebrandus Domini Gerardi Sacri Imperii Notarius prædictæ exemtioni interfui; & ut superius legitur, mandato dicti Domini Electi, & rogatu prædictorum Canonicorum scripsi, & publicavi. „ Ad indicium autem hujus perceptæ a Sede Apostolica libertatis unam *libram ceræ* Nobis, nostrisque Successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat &c. [c]

Census annuus Romanæ Ecclesiæ persolvendus.

Clausula Pontificia Inhibentis &c.

Subscriptiones Ecclesiæ Romanæ.

Ego ALEXANDER Catholicæ Ecclesiæ Episcopus scripsi.

Ego Odo Tusculanus Episcopus scripsi.

Ego Stephanus Prænestinus Episcopus scripsi.

Ego Fr. Joannes Tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis scripsi.

Ego

(a) ABSOLUTAS &c.: Ut in dicta *Bulla* 52. pag. 43.
(b) VULTERRANUS ELECTUS: Anno 1251. Sedit usque ad ann. 1261. quo dignitati nuncium remisit ex Ughello to. 1. Ital. Sac. num. 41. in Volaterran. Episc.
(c) LICEAT &c.: Ut supra in cit. *Bulla* 52. p. 43. usque Amen.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

Ego Fr. Hugo tit. Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis scripsi.

Ego Riccardus S. Angeli Diaconus Cardinalis scripsi.

Ego Octavianus Sanctæ Mariæ in via Lata scripsi.

Ego Octobonus S. Adriani Diaconus Cardinalis scripsi.

Datum Anagniæ per manum Magistri Jordanis Domini nostri Papæ Subdiaconi, & Notarii Secundo Idus Junii, Indictione decimaquarta, Incarnationis Dominicæ Anno millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto; Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ IV. Anno II. [a]

Tribuitur facultas mittendi Fratres subditos ad Monasteria Monialium ejus administrationis. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Provinciæ Argentinæ in Conventu Constantien. collocato apud Minor. Convent.)

CXCVI. Anno 1256. die 13. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio.. Ministro Fratrum Minorum de Alemannia [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

CUM visitatio, correctio, reformatio dilectarum in Christo filiarum Sororum Ordinis *Sancti Damiani* administrationis tuæ ab Apostolica Sede tuæ sollicitudini sint commissæ [c]; Nos tuis supplicationibus inclinati transmittendi Fratres aliquos tui Ordinis idoneos, discretos, tibi subditos ad Monasteria supradicta Ordinis Sancti Damiani administrationis præmissæ, quotiens fuerit opportunum, quibus intrandi eadem Monasteria, & ad crates, & alia loca ad hoc deputata, cum Monialibus ipsorum Monasteriorum loquendi pro animarum suarum salute, plena sit de hac nostra permissione facultas, liberam tibi auctoritate præsentium concedimus potestatem.

Ministri Prov. precibus annuit.

& concedit quod supra &c.

Datum Anagniæ Idibus Junii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

C. dies de injuncta pœnitentia Sacrament. relaxat iis, qui quotannis Ecclesiam S. Francisci Pisis devote visitaverint diebus festis SS. Francisci & Antonii, ac B. Claræ, & usque ad octo dies sequentes. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo dicti Conventus S. Francisci exstante.)

CXCVII. Anno 1256. die 17. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis.. Ministro, & Fratribus Ordinis Minorum Pisar. [d] *Salutem, & Apostol. Benedict.*

CUM ad promerenda sempiterna gaudia &c. [e] Cupientes igitur, ut Ecclesia vestra in Festivitatibus Beatorum *Francisci*, & *Antonii* Confessorum, ac Beatæ *Claræ* Virginis, quæ in ipsa Ecclesia sunt præcipuæ, & solemnes, congruis honoribus frequentetur; omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam ipsam annis singulis in eisdem Festivitatibus, & usque ad octo dies sequentes devote, ac venerabiliter visitaverint, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Exordium ab utilitate ex cultu, & veneratione Inclytum Sanctorum.

Annua Indulgentia elargitur, ut supra.

Datum Anagniæ xv. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Devote visitantibus Ecclesiam FF. Minorum Recines. diebus SS. Francisci, & Antonii, Sanctæque Claræ festis, ac usque ad octo dies sequentes singulis annis Indulgentias 100. dier. elargitur. (Ex AUTOGRAPHO Conventus S. Francisci ejusdem Civitatis.)

ALE-

(a) Hoc Monasterium postea *S. Claræ* nuncupatum circa medium xv. seculum, Civitate ab hostibus obsessa solo æquatum fuit utpote extra muros urbis positum, & sanctimoniales per domos parentum & secularium dispersæ morabantur; cumque Monasterium alterum *S. Joannis de Uticasso* Ordinis S. Benedicti etsi extra mœnia Civitatis, & ob eandem causam ad infelicem statum redactum tamen adhuc extaret, in eoque una tantummodo Monialis octogenaria remaneret; rogaverunt Clarissæ ann. 1474. Sixtum IV., ut ad Uticassi locum suppresso S. Benedicti titulo, atque instituto, se se transferre possent; quod Pontifex indulsit eodem anno pridie idus Novembris, ut est apud Waddingum ad dictum annum n. 39, diebus tamen nostris intra Civitatem adductæ sunt ob locum ruinæ propinquum.

(b) MINISTRO FRATRUM MINORUM DE ALEMANNIA: Al. *Argentina* a præcipua urbe, & Alemanniæ superioris ad discrimen Provinciæ Alemanniæ inferioris, seu *Coloniensis*.

(c) SINT COMMISSÆ: Cujus commissionis litteræ non habentur; nisi sint illæ n. 27. pag. 19. incip. *Cum a nobis &c.* an. 1255. die 8. Martii scriptæ, in quibus 4. tantummodo Monasteria *Argentin. Constantien. Ulmen.*, *& Phillengen.* illius curæ tribuuntur; a ceteris vero eximitur, & liber declaratur.

(d) FRATRUM MINORUM PISARUM: De quorum loco dictum est ad *Bullam* Gregorii IX. anno 1239. die 19. Febr. editam incip. *Cum a nobis petitur &c.*

(e) SEMPITERNA GAUDIA &c.: Ut in *Bulla* superiore anno 1255. die 27. Julii edita supra pag. 62.

CXCVIII. Anno 1256. die 22. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . Ministro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Recanaten. [a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium a cultu, & veneratione locorum Sanctorum.

CUM ad promerenda sempiterna gaudia &c. [b] Cupientes igitur, ut Ecclesia vestra in Festivitatibus Beatorum *Francisci*, & *Antonii* Confessorum, ac Beatæ *Claræ* Virginis, quæ in ipsa Ecclesia sunt præcipuæ, & solemnes, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam ipsam singulis annis in eisdem Festivitatibus, & usque ad octo dies sequentes devote, ac venerabiliter visitaverint, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Datum Anagniæ x. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Primo [c].

Committitur examinatio miraculorum Richardi Episcopi Cicestren. (Ex Regesto Vatic. epist. 320. apud Raynaldum Annal. Eccles. ad hunc annum num. 25., Waddingum Annal. Minor. num. 42., & Bullarium Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 103. Alexand. IV.)

CXCIX. Anno 1256. die 22. Junii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri . . . Episcopo Wigornien. [d], *& dilectis filiis . . . . Priori Provinciali Fratrum Prædicatorum in Anglia, &* Fratri Adæ *de Marisco* [e] *Ordinis Minorum in Anglia commorantibus Sal., & Apost. Bened.*

Exordium. Cur Deus Sanctos suos miraculis magnificet.

UT corda Fidelium in sui amorem Rex cælestis accendat, & incredulos convertat ad Fidem, Sanctos suos miraculis magnificat gloriosis: devotiores namque Fideles ipsi redduntur Altissimo, dum vident Electos ipsius post exitum hujus vitæ felicem virtutibus coruscare; ac eum sequi desiderant, cum se sequentibus æterna prœmia largiatur. Sane dignas Domino referimus gratias, quod, sicut Venerabiles Fratres nostri nonnulli Episcopi, & Prælati alii Regni Angliæ, & carissimus in Christo filius Illustris Rex *Angliæ* [f] Nobis insinuare curarunt, recolendæ memoriæ Ricardum *Cicestren. Episcopum* [g], cum ipse vixisset in hoc seculo viam salutis docendo verbis pariter, & exemplis; tandem præsentis vitæ cursu feliciter consumato [h], & etiam ante ipsius obitum multis miraculis Omnipotens decoravit. Unde Nobis humiliter supplicarunt, ut cum non deceat eum apud homines sine veneratione relinqui, quem merita, & miracula Sanctum ostendunt; ipsum ascribere Sanctorum Cathalogo curaremus [i]. Quia vero Nobis plenius non constitit de præmissis; discretioni vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, de Fratrum nostrorum consilio per Apostolica scripta mandamus, quatenus de vita, & miraculis ipsius diligenter, & solicite inquirentes, quæ inveneritis, Nobis per literas vestras fideliter intimetis. Non obstante, si Fratribus vestri Ordinis, filii Prior, & *Frater Adam*, a Sede Apostolica sit indultum [k], quod de Causis, quæ ipsis a Sede committuntur eadem, cognoscere minime teneantur. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse; Tu Frater Episcope cum altero eorum id exequaris.

Relationes Regni Angliæ ad Pontificem de S. Richardo Episc. Cicestren.

ejusdemque supplicatio.

Mandat Pontifex, ut supra.

derogando Indultis Apostol.

Discreta commissio.

Datum Anagniæ x. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

(a) Recanaten.: Pro cujus loci Fabrica litteras etiam emisit Innocentius IV. *Quoniam ut ait &c.* anno 1245. die 24. Septembr., quas ibi legere est.

(b) Gaudia &c.: Vide *Bullam* similem supra ad diem 27. Julii 1255. p. 62.

(c) Anno primo: Errore amanuensis, cum legendum sit *Anno* II., nam anno I. mense Junio hujus Pontificis nondum in catalogo sanctarum ascripta fuerat *B. Clara*, cujus canonizatio peracta fuit circa diem ejus transitus, nempe mense *Augusto* ex coævo auctore illius vitæ.

(d) Episcopo Wigornien.: Waltero de Cantilupo anno 1267. defuncto ex Catalogo, tabulisque illius Ecclesiæ vulgo *Worcester* sub Archiepiscopo Cantuariensi.

(e) Fr. Adæ de Marisco: viro pio, & doctissimo anno sequenti ad Episcopatum Eliensem promoto, teste Waddingo in Annal. Min. ad eum ann. n. 20., & in lib. de Scriptor. Ordinis Minorum.

(f) Rex Angliæ: Henricus III.

(g) Richardum Cicestren. Episcopum: Cujus Vitam refert Surius, & Bollandiani ad diem 3. April. to. 1.

(h) Vitæ cursu feliciter consumato: die 4. nonas Aprilis anno 1253. ex Matthæo Paris tunc scribente.

(i) Sanctorum catalogo curaremus: Quod postea fecit ejus successor Urbanus IV. anno 1262. die 22. Januarii Viterbii in Ecclesia S. Francisci edita Bulla *Exultet jam Angelica turba Cælorum &c.* die 20. Februarii, quam legere est in veteri Bullario Romano to. 1. B. 1. & in novo to. 3. B. 3., apud Bolland. Act. SS. to. 1. April. die 3., & ex parte etiam apud Raynaldum Annal. Eccles. ad ann. 1262. n. 24. & seqq.

(k) Sit indultum: Per litteras Gregorii IX. *Qui postposita vanitate &c.* dat. die 27. Aprilis 1241. ut in primo hujus Operis tomo pag. 294.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

Jubet, ut omnes Eremitæ S. Augustini cucullas nigri coloris assumant juxta Gregorii IX statuta; & ad id per censuras Ecclesiasticas compellantur. (Ex Autographo Archivi Conventus S. Francisci Bonon. apud Rodulphium Hist. Seraph. fol. 182., & Waddingum in Apologetico §.4.n.16., extat & in Archivo Ordinis Romæ apud SS. Apostolos, necnon Ticini, seu Papiæ apud nostros, & apud Marquez cap. 4. §.9.)

CC.

Anno 1256 die 17. al. 24. Junii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus universis Episcopis per Ducatum Spoletanum [a] *constitutis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

R Cardinalis S. Angeli omnes Eremitarum Congregationes unit sub tit. S. Augustini,

Idque jussu Alexandri IV.

qui confirmat unionem, & nigrum in vestibus colorem indicit.

Recordamur liquido, & memoriter retinemus &c. [b] gratius deserviri. Cum autem dilectus filius noster R. Sancti Angeli Diaconus Cardinalis [c] Universas Domos, & Congregationes *Hæremitarum* prædictorum, quarum quædam Sancti *Augustini*, quædam Sancti *Guillelmi* [d], nonnullæ autem *Fratris Joannis Boni* [e], aliquæ de *Fabali* [f], aliæ vero de *Brittinis* [g] censebantur, in unam Ordinis Hæremitarum Sancti Augustini professionem, & Regularem observantiam perpetuo de mandato nostro duxerat uniendas; & Nos dicti Cardinalis processum convenientem cum voluntatis nostræ proposito approbantes præmissa omnia duxerimus confirmanda [h] statuentes; ut universi Priores, & Fratres in Professione prædicti Ordinis Hæremitarum Sancti Augustini taliter couniti nigris dumtaxat, & nullis aliis alterius coloris cucullis aliquatenus utentur. Nos volentes, ut præmissa, quæ de vestimentis exterioribus a sæpedicto Prædecessore nostro circa præfatos *Hæremitas* statuta fuerunt salubriter, & ab ipsis, ut recolimus, acceptata, ubique, & ab omnibus Hæremitis unitis taliter, & aliis universis inviolabiliter observari; Fraternitati vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus prædictos Priores, & Hæremitas, ac alios, qui nigras penitus, seu albas cucullas non portant, quod usque ad festum omnium Sanctorum proxime venturum nigri prorsus coloris cucullas assumant, abjectis aliis, deferendas; & firmiter prædictum statutum de cætero studeant observare; singuli vestrum per suas Civitates, & Diœceses; sublato cujuslibet appellationis, & contradictionis obstaculo; & litteris Apostolicis impetratis, vel etiam impetrandis per eos nequaquam obstantibus; monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam districtius compellatis; & in eos, qui contravenerint, excommunicationis sententiam promulgetis, quam per vestras Civitates, & Diœceses singulis diebus Dominicis, & festivis publicari solemniter; & eosdem tamquam excommunicatos usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, evitari arctius ab omnibus faciatis.

Quare mandat, ut supra.

Derogando litteris Apostolicis.

Datum Anagniæ VIII. Kalendas Julii [i], Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ju-

(a) Per Ducatum Spoletanum: Juxta apographum Archivi *Ordinis* supra memorati; sed apud Rodulphium cit., qui fatetur se *Bullam* hanc fideliter extraxisse de verbo ad verbum ex alia authentica *Bulla* Archivi Pepien. Episcopatus, eamque sub plumbo etiam Bononiæ apud nostros asservati, data est *universis Archiepiscopis, & Episcopis per Lombardiam, & Romandiolam constitutis*. Unde liquet plures epistolas a Pontifice ejusdem tenoris datas esse.

(b) Retinemus &c.: Videatur *Bulla* 165. data hoc anno die 23. Februarii, ut supra pag. 117. (d)

(c) R. S. Angeli Diaconus Cardinalis: Cujus est mentio in litteris Innocentii IV. dat. anno 1253. calend. Julii *Pia desideria &c.* apud cit. Waddingum in Apologet. §. IV. num. 12., ubi & ejus litteræ afferuntur; nec non in aliis Alexandri *Licet Ecclesia Catholica &c.* dat. hoc anno 1256. die 9. Aprilis ibidem num. 21., & in Bullario veteri Romano Bul. 6.

(d) S. Guillelmi: Ducis Aquitaniæ, & Pictaviensium Comitis sub Alexandro III. Eremitarum S. Aug. instauratoris.

(e) Fr. Joannis Boni: Mantuani sub initium sæculi XIII. Eremitici Ordinis S. Aug. præcipui instauratoris nunc *Sancti* titulo condecorati.

(f) De Fabali: a loco, ubi aliqui Eremiticam vitam ducebant.

(g) De Brittinis: A loco non procul ab urbe Fani, & Pisauri in Piceno posito, ubi quidam habitabant, eorumque Prior Generalis Fr. Andreas ex supracitata Alexandri IV. *Bulla* 165. pag. 117. (i)

(h) Confirmanda: Diplomate incip. *Licet Ecclesia Catholica &c.* hoc anno die 9. idus Aprilis edito & a Waddingo in *Apologetico* de prætenso Monach. S. Fran. §. 4. n. 21. & in Bullario Rom.; alibique pervulgato.

(i) VIII. Kalendas Julii: XV. *Kalend. Julii* habet cit. Waddingus, & Rodulphius: etiam Ludovicus Pruteno in *Trilogio animæ* anno 1495. Norimbergæ impresso par. 3. cap. 6. refert hanc *Bullam* datam *universis Archiepiscopis, & Episcopis per Alemanniam constitutis Anagniæ XV. Kalendas Junii Pontif. anno II.* ubinam cubet error, incertum; nam idem Waddingus cit. num. 23. dicit dat. VIII. Kalend. Julii; nisi plures dederit.

Jubet, ut Episcopus faciat suas observari Constitutiones; publicet has litteras, & in contravenientes animadvertat. (Ex veteri Cod. apud WADDINGUM in Annal. Minor. ad hunc annum num. 27., BOULÆUM tom. 3. Hist. Univers. Parisien., & BULLARIUM Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 104. Alex. IV., necnon FIRMAMENTA trium Ordinum par. 2. tract. 2. fol. 60., extat & in VATIC. REGES. Pontif. epist. 246. an. 3.)

CCI. Anno 1256. die 27. Junii.

ALEXANDER &c.

a *Venerabili Fratri ... Episcopo* Parisien.[a] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Suam Constitutionem commemorat.

LICET olim pro Studii Parisiensis conservatione quædam circa Studium ipsum de Fratrum nostrorum consilio provide duxerimus ordinanda; prout in litteris nostris exinde confectis, quæ, b *Quasi lignum vitæ*[b], incipiunt, plenius continetur; nonnulli tamen Magistri, & Scholares Parisien. quasdam colligationes, & obligationes nefarias ad invicem, (contra quam nonnulli ire conantur.) ut audivimus, inierunt; per quas Scholares Religiosi, & alii non possunt libere, sicut volunt, Scholas maxime sacræ legis pro lectionibus, & disputationibus audiendis intrare; alias etiam, non sine Apostolicæ Sedis injuria, & impedimento dicti Studii, ac salutis animarum dispendio, intentionem nostram circa effectum ordinationis ipsius evacuare multipliciter moliuntur. Volentes igitur, & auctoritate præsentium statuentes, (Horum contrarium Pontifex intringit,) quod Scholares omnes tam Religiosi, qui de Prælatorum suorum licentia morantur in studio, quam etiam Seculares libere valeant, ubi voluerint, lectiones, & disputationes, ac prædicationes audire; quodque præfata nostra ordinatio ab omnibus Magistris, & Scholaribus Parisius existentibus reverenter, & humiliter observetur; necnon quod dilecti filii (Utrosque Religiosis Magistris.) *Prædicatorum*, & *Minorum* Ordinum c Fratres[c], ac alii Religiosi, qui Parisius fuerint pro tempore Doctores Theologicæ facultatis, seu Scholares ipsorum, in consortium, & Collegium, seu societatem aliorum Magistrorum, & Scholarium Parisiensium recipiantur, simpliciter, & efficaciter habeantur; & quod Parisiense Studium præter tenorem ordinationis ejusdem, aut absque Sedis Apostolicæ licentia speciali nullatenus alibi transferatur: (Studium Parisiense ne alio transferatur, vetat.) omnes, qui contra hoc salubre statutum nostrum venire, vel occasione præsentium, aut aliarum litterarum nostrarum directarum tibi, quæ incipiunt: d *Cunctis Processibus*[d]: Studium ipsum conturbare præsumpserint; (Turbatores prædicti statuti pœnis plecti jubet.) omnibus Ecclesiasticis Beneficiis decernimus esse privatos, & ab Ordinum executione suspensos. Omnes autem obligationes, etiam juramento firmatas, a Magistris, & Scholaribus memoratis contra ordinationis, aut literarum superius (Obligationes ab Academicis pravas,) expressarum, seu præsentium tenorem præsumptas, vel in posterum præsumendas; necnon compositionem inter eosdem *Fratres Prædicatores* ex parte una, ac Magistros, & Scholares ex altera contra ordinationem ipsam, (& compositionem inter prædictos, & Fratres Prædicatores initam declarat irritam esse;) Nobis irrequisitis, initam, tanquam iniquam, & temerariam penitus irritamus. Ut igitur a supradictorum observantia nullus se possit per ignorantiam excusare, Fraternitati tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo (& mandat id, quod supra.) mandamus; quatenus tenorem præsentium qualibet occasione, & dilatione, ac appellatione cessante, per te, vel per alios publicare Parisius non omittas. Si qui contra prædictorum aliquid venientes privationem incurrerint memoratam, tu illis, ad quos Beneficiorum ipsorum collatio spectare dignoscitur, per litteras tuas (Contravenientes pœnis afficiantur;) sine mora demandes, ut infra xv. dies post receptionem ipsarum, omni occasione cessante, Beneficia illorum, de quibus videris expedire, conferant personis idoneis, & Ecclesiæ Romanæ devotis. Quod si hæc facere neglexerint, tu illa conferre Personis ejusmodi non postponas; non obstantibus appellationibus, (Derogando quibuscumque &c.) & exceptionibus, aut occasionibus quibuscumque, sive litteris, vel indulgentiis ab Apostolica Sede

(a) EPISCOPO PARIS.: Reginaldo de Corbei.

(b) LIGNUM VITÆ: Editæ anno 1255. 14. Aprilis.

(c) PRÆDICATORUM, ET MINORUM ORDINUM FRATRES: Waddingus in Annal. Min. ad hunc annum n. 27. asserit sub mense Junii jam pertransiisse perturbationem ad FF. Minores, & participes istos esse malorum, quæ Prædicatoribus evenerant: ideoque Pontificem utrumque Episcopo commendasse. Sed cum Pontifex in Bulla *Quasi lignum vitæ* edita anno 1255. die 14. April. asserat, Priorem FF. Prædicatorum, & Guardianum FF. Minorum Parisien. ad Innocentium IV. appellasse contra statuta Academicorum Parisien., quod contigit anno 1253., liquet ante hunc annum 1256. FF. Minores implicatos fuisse perturbationibus Parisien.

(d) CUNCTIS PROCESSIBUS: Quas legimus apud Waddingum ad hunc ann. num. 26, Boulæum cit., & *Bullarium* Ord. Prædic. tom. 1. Bul. 103. Alex. IV.

Sede concessis, per quas præcepti nostri executio in hac parte impediri valeat, vel differri; aut de quibus plenam, & expressam, seu de verbo ad verbum oporteat in præsentibus fieri mentionem; seu etiam, quod dicti *Fratres* omnibus literis Apostolicis impetratis, & impetrandis renunciasse dicuntur, quando in compositionem bujusmodi consenserunt; præsertim cum ipsam nullam esse, ac jam dictas Apostolicas literas in suo robore remanere, velimus; & ipsas tibi, ac eisdem *Fratribus* ab earum detentoribus exhiberi, quos ad id, si necesse fuerit, per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Præceptum nostrum, quod ex toto cordis affectu tibi dirigimus, taliter impleturus, ut efficacis obedientiæ gaudeamus in te promptitudinem invenisse; alias autem pro firmo teneas, quod indignationem nostram contra personam tuam, licet ipsam in Christo sincerissime diligamus, gravissime provocabis. Quod enim super hoc inveneris, & feceris, Nobis per tuas literas fideliter intimare procures.

Præcepti sui executionem inculcat,

& executionis relationem.

Datum Anagniæ v. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Jubet animadverti in auctores tumultus Parisien., Regique commendat utriusque Ordinis tutelam. (Ex veteri Cod apud WADDINGUM in Annal. Minor. ad hunc annum num. 28., BOULÆUM tom. 3. Hist. Universit. Parisien., & BULLARIUM Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 106., FIRMAMENTAQUE trium Ordinum part. 2. tract. 2. fol. 60.)

CCII.

Anno 1256. die 17. Junii.

ALEXANDER &c.

Carissimo in Christo filio... Regi Franciæ[a] *illustri Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium ab encomio Regis Franciæ,

VERÆ fidei, & piæ devotionis sinceritas, quam geris erga Deum, & Romanam Ecclesiam, evidentibus, & credibilibus nimis Sanctorum operum testimoniis comprobata cor nostrum mira perfundit suavitate lætitiæ; ac Nobis, quod Excellentiam tuam ad omne bonum promptam semper experiri possumus, efficacissime persuadet. Inter alia vero tuam Regiam celsitudinem commendant clarius dilectionis, & pietatis viscera, quæ in omnes Christi pauperes, & præcipue in dilectos filios *Prædicatorum*, & *Minorum* Ordinum Fratres affectuosius effundis; in quo utique ipsius Christi te imitatorem exhibens ipsum, & ejus Ecclesiam, cujus illi officiosa sunt membra, & eo cariora, quo sibi firmius cohærentia lætificas, & honoras. Sane licet pro dilectissimo Nobis *Parisiensi* Studio in vigore debito conservando, quædam olim circa ipsum de Fratrum nostrorum consilio diligenti examinatione præmissa provide duximus ordinanda; sicut in specialibus litteris nostris[b] inde confectis plenius continetur; certis super hoc executoribus deputatis[c], quam plures tamen Magistri, & Scholares Parisienses suæ potius, quam Christi gloriæ cupidi, pro eo, quod super injuriosa separatione dilectorum filiorum Magistrorum Fratrum Prædicatorum Parisien. & Scholarium eorumdem a Magistrorum consortio, & Universitatis Collegio, ac quibusdam eorum statutis iniquis, & non sine offensa Dei, & animarum periculo arctantibus studium sacræ legis, apud Nos non potuerunt, quia nec debuerunt, assequi votum suum; irrationabili commotione, ac superba indignatione turbati non solum dictos *Fratres Prædicatores*, quorum felicibus profectibus invidebant, crudeliter, & nequiter afflixerunt; ac eorum Ordinem fœcundum fructibus sanctitatis, & quasi quoddam sydus in Dei Ecclesia refulgentem apud Nos, & alios conati sunt verbis, & literis sacrilegis diffamare; sicut tua Serenitas, ut credimus, non ignorat: verum etiam, quod est detestabilioris andaciæ, Nobis se contumaciter opponere præsumentes, adinventionibus fraudolentis, & frivolis appellationibus, prout Nobis per suas literas constitit, præfatæ ordinationis effectum impedire contra intentionem nostram multipliciter attentarunt; literas nostras excommunicationis, ac suspensionis sententias, in eos culpis suis exigentibus, auctoritate Sedis

quod inter alia FF. Prædicatores, & Minores diligat.

Suam Constitutionem pro Parisien. studio commemorat.

Commotio, & dissensio Academicorum Parisien.

qui in Fratres Prædicatores insurgunt.

Ordinis Prædicatorum encomium.

Nonnulli Academicorum Ecclesiæ Rom. se opponere audent.

(a) REGI FRANCIÆ: S Ludovico IX.
(b) LITTERIS NOSTRIS: incip. *Quasi lignum vitæ &c.* ut supra ad diem 14. April. 1255. pag. 32.
(c) EXECUTORIBUS DEPUTATIS: Episcopis Aurelianen., & Antisidioren., uti notatum est post dictam Bullam p. 36. (b)

Sedis Apostolicæ promulgatas rebellione damnabili contemnendo. Sed quia hujusmodi superbiæ filii diu sub quadam pia dissimulatione a Nobis, ut resipiscerent, expectati suæ cervicis obstinatæ duritiam ad obediendum Nobis flectere non curarunt; Nos, ne tantæ temeritatis vitium contra Romanam Ecclesiam ausu detestabili attentatum possit esse aliis occasio schismatis, & contumaciæ perniciosæ fomentum; & ne Parisien. Studium violato tenore ordinationis nostræ pro aliquorum libito dissolvi valeat, vel transferri; Nos citra culparum suarum exigentiam processimus contra ipsos, & venerabili fratri nostro Episcopo *Parisien.* scripta nostra direximus[a]; ut processum Parisius publicare studeat, ac alia quædam circa hæc diligentius exequatur. Ut autem hujusmodi processus nostri votiva executio proveniat sine mora; Serenitatem tuam, de qua gerimus in Domino fiduciam specialem, omni, qua possumus, affectione rogamus, ac in remissionem tibi injungimus peccatorum, quatenus præfato Episcopo ad exequendum super hæc præceptum nostrum pro Divina, & nostra reverentia, tui brachii triumphali virtute subveniens, in auxilium salutaris, & Ecclesiasticæ disciplinæ divinitus tibi data, *Guillelmum de Sancto Amore*, & *Odonem de Duaco* Doctores Theologiæ, ac *Nicolaum* Decanum de Barro, & *Christianum* Canonicum Beluacen.[b] tamquam Ecclesiæ Romanæ rebelles, & aliorum rebellionum incentores, ac turbatores Parisien. Studii; nisi ad mandatum nostrum juxta formam ipsi Episcopo traditam redeant reverenter; omni dilatione, & occasione, seu appellatione cessantibus, de toto Regno *Franciæ* propellere non omittas. Vellemus ad hæc, si tuæ celsitudini videretur, ut dictos Guillelmum de Sancto Amore, & Christianum, qui fuerunt in perversitate hujusmodi potiores, faceres usque ad beneplacitum in carcere detineri[c]; ceteros de Magistris, & Scholaribus supradictis præfatæ ordinationis nostræ,& ejusdem Studii turbatores, ac *Fratrum* ipsorum vexatores improbos, & iniquos tua præpotenti dextera, prout tibi videbitur, coercendo; ut ipsorum punita malignitas alios doceat quiete vivere, & Ecclesiæ Romanæ humilitet obedite. Preces nostras in hac parte sic efficaciter impleturus, quod Nos, qui eas tibi ex cordis affectu dirigimus, voti nostri plenitudinem consecuti tuis, cum opportunum fuerit, libentius annuamus[d].

Pontifex contra perturbatores, ac inobedientes procedi mandat;

Rogatque Regem, ut in hac re Parisien. Episcopo executori assistat,

Ut Magistri rebelles ex universo Regno expellantur,

Duo vero potiores turbatores carceri trudantur,

ceteri tandem coercendi.

Datum Anagniæ v. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo[e].

De injuncta Sacramen. Pænitentia 100. dies relaxat quotannis visitantibus statis diebus Ecclesiam S. Francisci Faventiæ. (Ex Archivo nostri Conventus dictæ Civitatis.)

ALEXANDER &c. CCIII.

Anno 1256. die 4. Julii.

Dilectis filiis ... Ministro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Favent.[f] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Exordium.

CUM ad promerenda sempiterna gaudia &c.[g] Cupientes igitur, ut Ecclesia vestra in festivitatibus Beatorum *Francisci*, & *Antonii* Confessorum, ac Beatæ *Claræ* Virginis, quæ in ipsa Ecclesia sunt præcipuæ, ac solemnes congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam ipsam annis singulis in eisdem festivitatibus, & usque ad octo dies sequentes devote ac venerabiliter visitaverint, de Omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Dies Indulgentiæ lucrandæ.

Datum Anagniæ iv.Nonas Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

In

(a) SCRIPTA NOSTRA DIREXIMUS: Nempe præcedentia incip. *Licet olim &c.*
(b) BELUACEN.: Quorum duo Odo Duacen., & Christianus Canon. Belluacen. resipuerunt ex epist. *Cum olim apud Sedem &c.* anno sequenti die 2. Octobr.
(c) DETINERI: Qui Guillelmus postea in exilium extra Regnum Franciæ trusus est ex litteris *Cum propter multiplices &c.* anno 1257. mens. Augusto.
(d) ANNUAMUS: Hujus epistolæ variantes lectiones, & Boulæi depravationes annotatas legimus in cit. Bullario O. P. to. 1. p. 311.
(e) Iterum de hac causa redibit sermo pro Constitutione *Romanus Pontifex &c.* hoc anno die 5. Octobris edita.
(f) FRATRUM MINORUM FAVENTIN.: Quorum Conventus tertius est Custodiæ Ravennat. in veteri *Provinciali Ordinis* apud Ms. Jordani Polychronicon, & Bartholom. Pisanum; sed ejus initium, & fundatores adhuc latent.
(g) SEMPITERNA GAUDIA &c.: Ut in Bulla anno 1255. die 27. Julii vulgata.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

CCIV. Anno 1256. die 4. Julii.

A *In eundem modum . . . Ministro, & Fratribus Ordinis Minorum* Eugubinis. *Datum Anagniæ* IV. *Nonas Julii Pontificatus anno* II. (Ex AUTOGRAPHO Archivi Conventus S. Francisci dictæ Civitatis, de quo loco consuli poteris hujus Pontificis Bulla 401. *Vestræ meritis &c.* anno 1258. 28. Januarii edits.)

Concessionem Ecclesiæ S. Andreæ Hispellen. Fratribus Ordinis nostri ab Episcopo Spolet. factam confirmat. (Ex ARCHIVO Ordinis Romæ apud SS. Apostolos in tom. I. Stat. Convent. Provinciæ S. Francisci pag. 61.) B

CCV. Anno 1256. die 5. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . . Ministro, & Fratribus administrationis S. Francisci Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

OBLATA Nobis ex parte vestra petitio continebat, quod venerabilis Frater noster . . . Spoletanus Episcopus C vobis Ecclesiam Sancti Andreæ de *Hispello* Spoletanæ Diœcesis cum domibus, ædificiis, casalenis, & horto juxta ipsam positis, Clericorum ipsius Ecclesiæ, & Capituli sui postmodum ad hoc accedente consensu, pie contulit, prout spectabat &c.[a] a

Datum Anagniæ III. Nonas Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

D *Indulgentias elargitur devotionis causa visitantibus Ecclesiam eorum diebus festis SS. Francisci, & Antonii, atque B. Claræ usque ad octo dies sequentes.* (Ex AUTOGRAPHO nostri Conventus S. Firmi Majoris Veronen.)

CCVI. Anno 1256. die 6. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . . Ministro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Veronen.[b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* b

E CUM ad promerenda sempiterna gaudia &c.[c] c

Datum Anagniæ II. Nonas Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CCVII. Anno 1256. die 6. Julii.

Eodem modo . . Ministro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum de Venetiis. *Datum ut supra.* (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Cœnobii S. Mariæ Gloriosæ, al. *de Gloria* Veneti Min. Convent. asservato.)

CCVIII. Anno 1256. die 6. Julii.

Eodem modo . . . Ministro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Bononien. *Datum, ut supra.* (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Cœnobii S. Francisci Min. Conven. dictæ Civitatis extante.)

CCIX. Anno 1256. die 7. Julii.

Eodem modo . . . Ministro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Perusin. *Datum Anagniæ Nonis Julii Pontificatus Nostri Anno Secundo.* (Ex ARCHIVO Monasterii S. Mariæ Montis Lucidi prædictæ Civit.)

CCX. Anno 1256. die 7. Julii.

Eodem modo hoc anno, ac die scripsit . . . Ministro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Pergomen. (Ex AUTOGRAPHO sub plumbo in nostri Conventus S. Francisci illius Urbis Archivo, de quo loco agit WADDINGUS ad annum 1220. num. 5., cujus vero supplementi Author ad annum 1215. num. 4., denuoque WADDINGUS ad annum 1230. num. 25.)

CCXI. Anno 1256. die . . .

Eodem modo hoc anno, die tamen incerto . . Ministro, & Fratribus Ord. Min. Sacri Montis Alvernæ *scripsit.* (Ex AUTOGRAPHO in Archivo illius Cœnobii teste FRANCISCO GONZAGA de Origine Seraph. Relig. Franciscanæ part. 2. Conv. 17. Provinciæ Tusciæ, & ex eo WADDINGUS ad ann. 1213. num. 51., ubi ajunt Diploma incipere *Ad promerenda sempiterna gaudia &c.* errore, ut creditur, amanuensium; & ubi Montis, Cœnobiique longam, & accuratam descriptionem afferunt.)

Ne permittat, ædificium ullum Regularium, vel Religiosarum infra spatium 300. passuum construi circa fines nostri Conventus S. Francisci Bononien. (Ex ARCHIVO dicti Conventus.)

CCXII. Anno 1256. die 10. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio . . . Abbati Sancti Stephani Bononien. *Sal., & Apost. Bened.*

PACI, & tranquillitati dilectorum filiorum *Fratrum Minorum Bononien.*[d] providere volentes discretioni tuæ Causa commissionis. d

(a) SPECTABAT &c.: Ut in 128. Bulla Innocentii IV. anno 1254. die 13. Martii edita, & in I. hujus Operis tomo p. 709. relata usque in finem, seu *Datum &c.*

(b) FRATRUM MINORUM VERONEN.: De quibus actum est in Bulla Innocentii IV. *Cum sicut ex parte &c.* Episcopo Veronen. die 10. Maji anno 1249. data.

(c) SEMPITERNA GAUDIA &c.: Ut in Bulla 86. anno 1255. die 27. Julii, & in 203. hoc anno die 4. Julii edita usque *relaxamus*.

(d) FRATRUM MINORUM BONONIEN.: De quibus supra pluribus in epistolis actum est, ut in illa *Spes grandior &c.* die 28. Maji 1236. to. I. hujus Operis p. 196. (c)

Mandat M., quod supra, tuæ per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus; quatenus nullius Religionis Monasterium, seu Oratorium, aut Claustrum Religiosarum, vel Regularium personarum ædificari, vel construi; aut Ecclesiam jam ædificatam inibi in Religiosum locum, vel Regularem Domum transferri permittas infra spatium *trecentorum passuum* [a] ad passum Civitatis Bononien. [b] circa omnes fines loco prædictorum Fratrum contiguos, & vicinos.

Datum Anagniæ VI. Idus Iulii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Indulgentias C. dier. elargitur eorum Ecclesiæ in festivitatibus SS. Francisci, Antonii, & Claræ. (Ex ARCHIVO Aracœli D. 127. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. ad hunc annum num. 8.)

CCXIII. Anno 1256. die 11. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Ministro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum de Urbe [c] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

CUM ad promerenda sempiterna gaudia &c. [d]

Datum Anagniæ v. Idus Julii Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Confirmat Palatium olim Friderici I. Imp. suo jussu ab Episcopo Regiensi, ad quem pervenerat, Fratribus concessum eisdem pro habitatione. (Ex ARCHIVO dicti Conventus S. Francisci Regien.)

CCXIV. Anno 1256. die 11. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. Guardiano, & Conventui Fratrum Minorum de Regio *in Lombardia* [e] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium a causa concessionis.

SACRA Ordinis vestri Religio, in qua relictis omnibus virtutum Domino gratum impenditis famulatum; & devotionis vestræ merita Nos inducunt, ut Nos speciales favoris gratia prosequentes petitiones vestras, quantum cum Deo possumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod cum olim Venerabili Fratri nostro *Regino Episcopo* [f] nostris dederimus litteris [g] in mandatis, ut *Palatium* quondam Friderici olim Romanorum Imperatoris [h] cum Cappella, & pertinentiis suis, quod ad eumdem Episcopum pertinebat, Fratribus Minoribus in Conventu *Regino* morantibus, in eorum usus concederet perpetuo possidendum; Dilecto filio Matthæo de Piis [i] super hoc executore concesso: eodem Episcopo adimplere in hac parte mandatum Apostolicum negligente, præfatus Executor dictum *Palatium* cum Capella, & pertinentiis prædictis, quod claræ memoriæ *Henricus* Romanorum Imperator [k] bonæ memoriæ P. Episcopo [l] Ecclesiæ Reginæ concessisse dicitur; reservando sibi, & Successoribus suis, quando concessionem hujusmodi fecit, quod in eo, cum ipsos Regium venire contingeret, hospitari valeant; vobis contulit, & etiam assignavit, cujus collationem idem Episcopus ratam

Fratrum expositio, atque petitio.

Mandat Pontifex, ut Palatium Imper. Friderici detur Fratribus Minor.

quod mandatum Episcopo negligente Executor Apostolic. adimplet.

Palatii donatio ab Henrico Imp. facta Episcopo Regino.

Reservatio Imperatoris super Palatio.

Executoris Apostol. factum Episcopus approbat, & possessionem tribuit.

(a) INTRA SPATIUM 300. PASSUUM: Hoc ipsum Indultum est anno sequenti Cœnobio Maceraten., & anno 1260. die 25. Augusti pro Cœnobio Asculano Piceni ad 300. *cannas* ampliavit; at Clemens IV. anno 1265. per decretalem *Ad consequendam gloriam &c.* hanc locorum distantiam ad 300. *Cannas* extendit pro omnibus Mendicantium Religiosorum locis; etsi anno 1268. per aliam *Quia plerumque &c.* ad. 140. retraxerit.

(b) AD PASSUM CIVITATIS BONONIEN.: In litteris etiam pro Cœnobio Maceratensi dicitur *ad passum communis* nempe illius Civitatis.

(c) FRATRUM MINORUM DE URBE: Ubi duo Cœnobia Fratres Minores tunc habebant *Aracælitanum*, & *S. Francisci trans Tiberim* ex Constitutione Bonifacii VIII. *Inter dilectos Filios &c.* anno 1303. die 9. Augusti edita, & ex veteri *Provinciali Ordinis* apud Auctorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. 11., nonnullisque aliis monumentis; an autem indultum utrique Ecclesiæ collatum fuerit, an vero principali nempe Aracælitanæ, non satis in aperto est; tamen cum apographum extet in uno Aracælitano Archivo, huic solummodo videri potest datum esse diploma.

(d) GAUDIA &c.: Ut in *Bulla* 86. anno superiore die 27. Julii edita, & in 206. paulo ante relata usque in finem, ac *Datum &c.*

(e) DE REGIO IN LOMBARDIA: De quo Conventu agit Waddingus in Annal. Min. ad annum 1256. n. 16. ex Rodulphio sed cum errore bis litteris expungendo.

(f) EPISCOPO REGINO: Guillelmo de Follano, de quo Ughellus tom. 2. Italiæ Sacræ scribit assumptum sub Innoc. IV. obiisse anno 1253.

(g) NOSTRIS DEDERIMUS LITTERIS: Quæ vulgatæ non extant.

(h) FRIDERICI OLIM ROM. IMPERATORIS: Hujus nominis I. ut ex sequentibus colligitur, anno 1190. ex hac vita subtracti in Oriente.

(i) MATTHÆO DE PIIS: Canonico Mutinensi, cujus familia Principatum tenuit Carpi, & S. Feliciæ, nuncque adhuc in Hispania viget.

(k) HENRICUS ROMANORUM IMPERATOR: Nempe hujus nominis VI., qui Friderico I. anno 1190. successit, annoque 1197. obiit in Sicilia.

(l) BONÆ MEMORIÆ P. EPISCOPO: Petro, qui sedit sub prædicto Imp. Henrico circa ann. 1196., de quo Ughellus tom. 2. Ital. Sac.

ratam habens quosdam de Fratribus ipsis, & sindicum vestrum una cum Executore prædicto fecit in prædictorum corporalem possessionem induci; quæ, sicut asseritis, possidetis pacifice, & quiete. Nos igitur vestris devotis precibus benignum impertientes assensum, quod super iis ab eisdem Executore, & Episcopo factum est, ratum habentes, & gratum; non obstante, quod in prædictis collatione, & assignatione non fuit Capituli Regini requisitus, nec obtentus assensus; id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; supplentes defectum de plenitudine potestatis, si quis extitit in collatione prædicta [a]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & suppletionis infringere &c. Si quis autem &c.

Pontifex confirmat ut supra, defectum Capituli supplens.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ v. Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ut inquirant super electione Abbatis S. Joannis de Pruna; si rectam invenerint, confirment; sin minus alium ordinent. (Ex Archivo Ordinis Prædicat. apud Bullarium dicti Ordinis to. 1. Bul. 3. Alexandri IV.; & ex Vaticano Tabulario epist. 324. anno 2. Pontif.)

CCXV.

Anno 1256. die 11. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Priori Prædicatorum, & .. Guardiano Fratrum Minorum [b] Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Monachorum petitionis tenor.

EXHIBITA Nobis dilectorum filiorum Conventus Monasterii Sancti Johannis de *Pruna* Ordinis Sancti Benedicti *Oscen.* Diœcesis [c] petitio continebat, quod Monasterio ipso, quod ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinet, Abbatis regimine destituto; ipsi vocatis omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode interesse, convenientes in unum; ac Spiritus Sancti gratia, prout moris est, invocata, de futuri Abbatis substitutione tractantes eligendi Abbatem, P. Priori, & quatuor aliis dicti Monasterii Monachis commiserunt unanimiter potestatem; promittentes se illum recipere in Abbatem, quemcumque ipsi ducerent eligendum. Iidem vero quinque, Deum habentes præ oculis, habito inter se super hoc diligenti tractatu, eumdem Patrem Priorem virum, ut asserunt, providum, & honestum, ac in temporalibus, & spiritualibus circumspectum in eorum Abbatem canonice, ac concorditer elegerunt; cujus electionem iidem approbantes Conventus Nobis humiliter supplicarunt; ut cum rectis dispositionibus nihil debeant difficultatis afferri; & idem *Electus* propter paupertatem ipsius Monasterii, ac viarum discrimina nequeat commode Apostolicam Sedem adire pro confirmationis, & benedictionis munere obtinendo, confirmari dictam electionem, & benedici eumdem Patrem in illis partibus, mandaremus. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si vobis constiterit, ipsum Monasterium ad Nos immediate spectare, inquisita de modo Electionis, studiis eligentium, & *Electi* meritis solicita veritate, si electionem ipsam inveneritis de persona idonea canonice celebratam, illam auctoritate Apostolica confirmantes faciatis eidem *Electo* a suis subditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi; & munus benedictionis impendi; recepturi ab eo postmodum pro

Eligitur Abbas, qui Prior erat.

Injungit Pontifex disquisitionem, ut supra.

Ut vel confirment,

(a) PRÆDICTA: Porro hujus concessionis Episcopi Guillelmi fit mentio in epistola Bonifacii VIII. *Exposuerunt nobis* dat. anno 1297. die 22. Junii apud Waddingum ad eum annum, & clarius, fusiusque in Chron. Ms. Fr. Salimbene Parmensis autoris a qualis sub hunc annum pag. 403. his verbis: *Hoc anno (1256.) in mense Majo Dominus Guillelmus de Folsano Regensis Episcopus Palatium Imperatoris, quod donatum ab Imperatore habuerat prædecessor suus Dominus Nicolaus, salvo jure hospitandi, vendidit Fratribus Minoribus de Civitate Regina, ut facerent locum suum ibi: & ipsi emerunt, & solverunt de denariis, quos habuerunt a Sororibus Sanctæ Claræ, quibus locum suum veterem vendiderunt: hæc facta sunt tempore Alexandri IV. Et quia Fratres Minores emerunt prædictum Palatium salvo jure hospitandi; ideo processu temporis dixerunt Domino Rodulpho, qui de voluntate Domini Papæ Gregorii Decimi electus fuerat in Imperatorem, quod Palatium suum habebant, & inhabitabant in Civitate Regina, & de sua voluntate volebant ibi habitare: & ipse respondit, quod multum gaudebat tales ibi habere hospites; & quidquid ibi juris habebat, Fratribus Minoribus donavit liberaliter totum; & de hoc dedit eis duo paria litterarum sui sigilli robore, seu munimine roborata.*

(b) GUARDIANO FRATRUM MINORUM: Deest in his litteris locus, ubi tam Prior Prædicatorum, quam Guardianus Fratrum Minorum regebant nempe *Osca* in Aragoniæ Regno, ut habetur ex ipsis litteris, & Cœnobii *Oscensis* FF. Ordinis Minorum meminit Waddingus in Annal. Min. ad annum 1280. n. 10. aitque extasse jam ante annum 1235.

(c) OSCEN. DIŒCESIS: Vulgo *Huesca* Episcopatus olim sub Tarraconensi, nunc sub Cæsaraugusto Archiepiscopo, a qua Metropoli 9. leucis distat in Aragoniæ Regno: sed *Abbatia Prunensis* non meminit Mabillonius in Annal. Benedict., nec ejus continuator Martene.

pro nobis, & Romana Ecclesia, fideliratis solitæ juramentum secundum formam, quam vobis sub *Bulla* nostra mittimus introclusam [a]; alioquin, ea rite cassata, provideatis de Persona idonea ipsius Monasterii, vel aliunde ipsi Monasterio in Abbatem, ordinantes circa ipsum, prout superius est expressum: contradictores, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo. Formam autem Juramenti, quod ipse præstabit, de verbo ad verbum per ejus patentes litteras sub sigillo signatas per proprium Nuncium Nobis studeatis quanto citius destinare: non obstante indulgentia Sedis Apostolicæ, qua dicitur Ordinibus vestris concessum [b], ut dictorum Ordinum *Fratres* cognoscere de Causis, seu intromittere se de negotiis committendis eis ab ipsa Sede non teneantur inviti per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulgentia hujusmodi mentionem.

a — vel aliam ordinent.

derogando indulto Apostolico.

b

Datum Anagniæ v. Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Committit Archiepiscopo Senonen. controversiam inter Capitulum, & Minoritas Trecenses. (Ex AUTOGRAPHO dicti Conventus Trecen. apud WADDINGUM in Regesf. Pontif. ad hunc annum num. 9. edit. 2.)

CCXVI.

Anno 1256. die 21. Julii.

ALEXANDER &c.

c

Venerabili Fratri . . Archiepiscopo Senonen. [c] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Narratio facti, dissidiique.

d

AD audientiam nostram noveris pervenisse, quod cum dudum inter dilectos filios . . Guardianum, & Fratres Minores *Trecen.* [d] ex parte una, & Decanum, & Capitulum Majoris Ecclesiæ, ac Magistrum Joannem Rectorem Ecclesiæ *Beati Remigii* Trecen. ex altera super eo, quod iidem Guardianus, & Fratres in quodam loco in *Parochia* ipsius Ecclesiæ Sancti Remigii, cujus dicti Decanus, & Capitulum sunt Patroni, Oratorium, & Domum cum aliis officinis

A ædificare volebant, suborta fuisset materia quæstionis; tandem, ut indemnitari eorumdem Decani, & Capituli, & Rectoris, qui certum censum ibi habebant, per recompensationem aliquam caveretur; in Magistrum Nicolaum dictum Falcidiam, & Guillelmum de Gomero Canonicos Trecenses, ac in Rectorem eumdem, nec non in Cantorem Villæ Mauri, si reliqui discordarent, tamquam in arbitros sub certa forma,

Alexander PP. IV. An. Ch. 1256.

Arbitri causæ dati, & pœna in transgressores constituta.

B & pœna centum Marcharum extitit super his a partibus concorditer compromissum, de servando eorum arbitrio a dictis Guardiano, & Fratribus, ac de pœna toties solvenda præfatis Decano, & Capitulo, quoties in toto, vel in parte iidem non parerent arbitrio; vel quod Domum ipsam, aut locum alium infra fines ejusdem Ecclesiæ Sancti Remigii causa manendi perpetuo non intrarent, præstita fidejussoria cautione;
C prout in litteris inde confectis, & Officialis Trecensis sigillo munitis dicitur plenius contineri. Dicti vero Arbitri sequentes propriæ voluntatis arbitrium, non judicium rationis, per arbitrium pronunciaverunt iniquum, quod præfati Guardianus, & Fratres nunquam audiant Confessiones aliquorum ægrotantium, Parochianorum ipsius Ecclesiæ Sancti Remigii, vel extraneorum etiam habitan-
D tium in ipsa Parochia, vel transeuntium per eamdem, nisi Rector ipsius Ecclesiæ, vel ejus Vicarius, qui pro tempore fuerit, prius Confessiones eorum audierint; aut ipsis dictis Guardiano, & Fratribus dederint licentiam confitendi. Et si aliqui prædictorum ægrotantium de rebus suis disponere voluerint in ultima voluntare, prædicti Guardianus, & Fratres non intersint dispositioni hujusmodi, nisi præsente ipso Rectore, vel ejus Vica-
E rio; si vuluerint interesse, & si copia ipsorum possit haberi. Idem quoque Guardianus, & Fratres corpora Parochianorum, vel aliorum decedentium in eadem Parochia non recipiant ad Ecclesiasticam Sepulturam, etiam si sepeliri elegerint apud ipsos; nisi prius Missa in

Iniustitia per arbitros lata.

1. gravaminibus Fratribus appositis.

2.

3.

(a) MITTIMUS INTROCLUSAM: Quæ tamen hîc non est exscripta.

(b) ORDINIBUS VESTRIS CONCESSUM: A Gregorio IX., postea confirmatum ab Innocentio IV. per litteras *Paci vestra*, & *Quæ postposita vanitate &c.*

(c) ARCHIEPISCOPO SENONEN.: Henrico Cornuto, qui ab anno 1254. usque ad annum 1258., quo sublatus est, rexit hanc sedem.

(d) FRATRES MINORES TRECENSES: vulgo *Troyes* in finibus Galliæ Belgicæ Episcopatus sub Archiepiscopo Senonen., de quo Fratrum Minorum Conventu agit Waddingus ad annum 1248. n. 21.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

in dicta Ecclesia celebrata fuerit pro defunctis; & tunc de licentia Rectoris, vel Vicarii supradicti corpus defuncti ad locum dictorum Guardiani, & Fratrum, si decedens sic disposuerit, afferatur.

4\. *Alia gravamina ab arbitris superaddita.* Præterea ordinaverunt Arbitri memorati, quod Guardianus, & Fratres prædicti eidem Ecclesiæ in recompensationem damnorum, quæ propter hoc incurrit, secundum æstimationem eorum, annuum reddirum quadraginta librarum Turonensium [a] in Decimis, terragiis, & aliis redditibus in Civitate Trecensi, vel circa, infra certos fines, & terminos;

5\. & nihilominus dictis Decano, Capitulo, ac Rectori, quantum percipiebant in loco prædicto, tantum in simili, vel meliori loco de annuo censu, vel redditu assignarent. *Fratrum urbanitas.* Quia vero prædicti Guardianus, & Fratres præfatum locum, sicut accepimus, dimittere sunt parati; & eis locus alius inrra fines *Parochiæ* ipsius Ecclesiæ, si eum retinere suis juribus valeant, est collatus: Nos volentes ipsos eximi litigiis, qui Mundi superbia conculcata se Deo in humilitate spiritus totaliter dedicaverunt; *Pontifex compositionem præcipit* Fraternitati tuæ in virtute obedientiæ per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus prædictos Decanum, & Capitulum, ac Rectorem, quod eosdem Guardianum, & Fratres in præfato loco alio nuper ipsis collato ædificare libere, & habitare permittant; eosque illis inibi gaudere immunitatibus, quibus alia sui Ordinis loca gaudent; compromisso, aut arbitrio hujusmodi, & pœna in ipso adjecta... seu *derogando compromisso &c.* si dicti Decanus, & Capitulum, & Rector arbitrium hujusmodi sub quacumque forma verborum (quod non credimus) obtinuerint forsitan per Sedem Apostolicam confirmari, nequaquam obstantibus: quodque occasione ipsius compromissi, vel arbitrii, seu pœnæ dictos Guardianum, & Fratres, aut Fidejussores eorum in aliquo non molestent; qui quidem fidejussores fide præstita promissi dicunrur solvere dictam pœnam propter hoc omnia bona sua obligantes; si præfati Guardianus, & Fratres in toto, vel in parre hujusmodi arbitrio non parerent: renunciando prorsus exceptioni cuilibet, & etiam omni juris auxilio in præmissis, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Si vero *Parochialis* Ecclesia, infra cujus fines prædictus locus existit, gravem ex his læsionem incurrat; *& sine Parochialis Ecclesiæ læsione.* facias super hoc sibi auctoritate nostra secundum tuæ discretionis arbitrium recompensationem fieri competentem. Contradictores aurem per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Datum Anagniæ v. Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo [b].

Ne a quoquam Judice delegato, vel ordinario compellantur Fratres in causis coram ipsis nisi speciali Sedis Apostolicæ mandato. (Ex AUTOGRAPHO Assisiati Archivi Sac. Conventus S. Francisci.)

ALEXANDER &c.

CCXVII. Anno 1256. die 11. Julii.

Dilectis filiis .. Ministro [c], *& Fratribus Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Bened.*

CUM non deceat vos implicari negotiis [d], quæ cum Mundo fugientes facti voluntarie pauperes nudi sequimini nudum Christum; *Petitionis, & concessionis causa,* devotionis vestræ precibus inclinati auctoritate præsentium inhibemus, ne quis delegatus Judex, vel Ordinarius in *Causis*, quæ coram ipsis pertractantur, *itque Pontificis inhibitionis.* vos compellere sine speciali mandato Apostolicæ Sedis audeat, ut sive in Citationibus personalibus, sive in aliis causis contingentibus faciatis, quod vobis super iis duxerint injungendum [e].

Datum, *ut supra*.

Ut

(a) 40. LIBRARUM TURONENSIUM: Quarum valorem exhibet Glossarium Caroli Fresnensis V. *Moneta*, *& Livra*; & nos nonnulla diximus ad litteras Innocentii IV. anno 1243. die 17. Septembris datas p. 311. (a)

(b) Supradictus Archiepiscopus Senonen. delegavit in hac causa Nicolaum Episcopum *Trecensem*, & Milonem S. Stephani Decanum, qui decreverunt Fratres debere Decano, & Capitulo Trecensi 20. libratas terræ annui, perpetuique redditus; quarum 18. jam anno 1259. mense Aprili solutæ fuerunt ex instrumento judicatus, & solutionis, quod Waddingus in Addit. refert ad calcem hujus Bullæ.

(c) MINISTRO: Nempe *Generali*, qui erat S. Bonaventura aliquot ante mensibus hoc anno assumptus juxta Waddingum; sed v. not. (a) ad *Bullam*: *Sacra Religionis &c.* hoc anno 15. Maji editam, ut sup. p. 131.

(d) NEGOTIIS: Ex Paulo Apostolo 2. ad Timoth. 2. 4. *nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus*.

(e) INJUNGENDUM: Idem privilegium primo consulerat Gregorius IX. anno 1227. die 26. Julii cum Clausula prohibente: *Nulli ergo omnino hominum liceat &c.* ut in primo tomo p. 31.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

Ut Fratres Minores in possessione Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Tiburtinæ conservent, & adversarios excommunicent. (Ex Autographo Archivi Conventus S. Francisci Tiburtinæ Civitatis apud Waddingum in Regest. Pontif. num. 7.)

CCXVIII. Anno 1256. die 15. Julii.

ALEXANDER &c.

a

Dilectis filiis Gerardo Vicario Venerabilis Fratris nostri [a] .. *Episcopi, & Joanni Paulo Canonico* Tyburtino *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* B

Fratres Minores obtinent locum, & Ecclesiam S. Mariæ Majoris Tiburis.

CUM dilecti filii Fratres Minores *Tyburtini* locum *Sanctæ Mariæ Majoris* Tyburtinæ de gratia Sedis Apostolicæ fuerint adepti [b]: Nos volentes
b
Fratres ipsos eodem loco pacifica possessione gaudere, discretioni vestræ per
Mandat Pontifex, ut supra,
Apostolica scripta mandamus, quatenus eisdem Fratribus contra quoscumque, qui ipsos super dicti loci possessione molestare præsumpserint, defensionis præsidio assistentes nominatim in hujusmodi præsumptores, nisi a vobis moniti reverenter desistendum duxerint; & in omnes, qui Fratres ipsos de eadem Ecclesia per violentiam expulerunt [c], ac
c
Tam expellentes, quam favorem, & auxilium præstantes excommunicandi.
in illos, quorum consilio, auxilio, aut favore id præsumptum extitit; nisi ad monitionem vestram super hoc satisfecerint competenter, *excommunicationis* sententiam promulgetis; quam singulis diebus Dominicis, & festivis per vos, & alios per majores Ecclesias Civitatis Tyburtinæ usque ad satisfactionem condignam solemniter publicetis. Quod si
Discreta commissio.
non ambo iis exequendis potueritis in- A teresse, alter vestrum ea nihilominus exequatur [d].

d

Datum Anagniæ Idibus Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ut Paganos ad Fidem Christi venire volentes contra quoscumque manuteneant, & defendant. (Ex Reges. Vatic. ep. 349. al. 350. apud Waddingum in Annal. Min. ad hunc annum n. 40. Raynaldum Annal. Eccles. num. 14.; & Bullarium Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 113. Alex. IV.)

CCXIX. Anno 1256. die 15. Julii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri .. Episcopo Wratislaviensi [e], *& dilectis filiis ... Priori Fratrum Prædicator. in Culmebach* [f], Fratri Bartholomæo [g] *de Ordine Fratrum Minorum prædicatori Crucis contra Paganos Poloniæ Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

e f g

Ducis Kasimiri relatio de Jentuosis Paganis.

C SICUT dilectus filius nobilis vir Kasimirus [h] *Cujaviæ*, & *Lanciciæ Dux* [i] Ecclesiæ Romanæ devotus sua Nobis insinuatione monstravit; nonnulli Pagani,
h i
qui *Jentuosi* [k] vulgariter in illis partibus appellantur, suarum terrarum contigni sponte cupiunt ad Fidem Christianam redire, ac se suæ subjicere ditioni;
k
Jentuosi Pagani ad Christi fidem venire disponunt.
& fel record. INNOCENTIUS PAPA [l] prædecessor noster tibi [m], dilectoque filio
l
m
D nobili viro Bolezlavo Duci *Cracoviæ*, ac *Sandomiriæ* [n] suis litteris dicitur concessisse, ut quoscumque Paganos eorum
Innocentii IV. concessio Ducibus Poloniæ facta.
n
terris contiguos, vel confines, qui sponte, ac sine bello, & gladio vellent ad Christianam Fidem redire, ac suæ se

 subji-

(a) FRATRIS NOSTRI ...: Beraldi, ut ex litteris hujus Pontificis *Sinceræ devotionis &c.* dat. hoc anno die 4. Maii, & supra relatis p. 129. ac ex instrumento concessionis, quod infra vulgabitur in *Bulla* confirmationis loci.

(b) FUERINT ADEPTI: Hoc anno die 5. hujus mensis ex cit. instrumento.

(c) PER VIOLENTIAM EXPULERUNT: Post diem 5. hujus mensis, qua possessionem Fratres obtinuerant; de quo loco agit Waddingus ad hunc annum n. 46.

(d) EXEQUATUR: Quod quidem factum fuisse liquido patet ex ejus litteris *Ut illibata permaneant &c.* dat. hoc anno die 27. Augusti, quæ suo loco dabuntur.

(e) EPISCOPO WRATISLAVIEN.: *Thoma*, de quo non semel in Annal. Eccles. Raynaldi, Episcopo scilicet præcipuæ Civitatis Silesiæ hoc anno inhumaniter carceri dato a Boleslao Silesiæ Duce ex auctoribus apud cit. Raynaldum ad hunc ann. n. 9., & seqq.

(f) IN CULMEBACH: Seu *Culmea* Prussiæ Regalis, sive Poloniæ Civitate; in Bullario O.P. additur *&* contra codicem Waddingi, ex quo tamen exscriptum fuit; sed leg. *in Culmia, ac Fratri Bartholomeo &c.*, notum est enim, temporibus illis conjunctionem copulativam, *ac* a nonnullis scriptam esse cum aspiratione *h*, sicut & articulus *hic*, & *hec* sine ea interdum, & *ach* loco *ac*.

(g) FR. BARTHOLOMÆO: De Bohemia, uti vocatur in binis hujus Pontificis Epistolis ad eum dat. anno 1255. die 6. & 7. Augusti: quibus constituitur prædicator Crucis in Polonia, Bohemia &c.

(h) KASIMIRUS: Mendose apud cit. Raynaldum dicitur *Kasoturus*.

(i) CUJAVIÆ, ET LANCICIÆ DUX: Est *Cujavia* Regni Poloniæ Provincia inter Prussiam, & inferiorem Poloniam, cujus caput *Vladislavia*; *Lancicia* vero urbs inferioris Poloniæ Palatinatus cognominis caput, quam ferunt anno 1656. incensam fuisse.

(k) JENTUOSI: *Jentuisones* dicuntur in prima prædictarum epistolarum Pontificis ad Fr. Bartholomæum Bohemum, ut supra pag 63 (g)

(l) INNOCENTIUS PAPA: Nempe IV. anno 1253. per litteras *Cum sicut te intimante &c.* dat. 4. Kalend. Junii anno x, quas refert Raynaldus in Annal. Eccles. ad eum annum n. 25.

(m) TIBI: Legendum *sibi* sc. Casimiro memorato, ut apud Raynaldum cit.

(n) BOLEZLAVO DUCI CRACOVIÆ, AC SANDOMIRIÆ: B. Salomeæ Fratri, qui tandem istos paganos armis debellavit; & delevit anno 1264. ex Duglosso l. 7.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

subjicere ditioni, liceat eos recipere; ac sicut alios Christianos manutenere, protegere, ac etiam in omnibus defensare; non obstante concessione, qua dicebatur prius ab Apostolica Sede concessum dilectis filiis Fratribus Domus *Teutonicorum* partium earumdem, ut quos de partibus illis Paganos possent sibi bello, & gladio subjugare, suo dominio applicarent. Verum quia gratuita debet esse conversio, non coacta; & ipse Deus coacta servitia non acceptat; ipsius *Ducis* supplicationibus inclinati mandamus, quatenus dictos Paganos, & quoscumque alios sponte ad eamdem Fidem redire volentes contra quoscumque auctoritate nostra manuteneatis, & defendatis. Non obstante indulgentia[a], qua tibi fili Prior, vel Ordini tuo a Sede Apostolica dicitur esse concessum, quod tu, vel ipsius Ordinis Fratres de Causis cognoscere inviti minime teneamini, quæ vobis a Sede committuntur eadem. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Alia Apostolicæ Sedis concessio Fratribus Domus Teutonicorum facta dimittitur.

Gratuita sit conversio ad Fidem.

Pontifex mandat, ut supra,

derogando indulto Apostolico.

Discreta commissio, ac moderata.

Datum Anagniæ Idibus Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo[b].

De injuncta pœnitentia Sacramen. 40. d. relaxat visitantibus singulis annis diebus quibusdam Ecclesiam S. Francisci Urbis veteris. (Ex AUTOGRAPHO nostri Conventus ejusdem Civitatis.)

CCXX.

Anno 1256. die 18. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Ministro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Urbevetan.[c] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

CUM ad promerenda sempiterna gaudia &c.[d] Cupientes igitur, ut Ecclesia vestra in Festivitatibus Beatorum *Francisci*, & *Antonii* Confessorum, quæ in ipsa Ecclesia sunt præcipuæ ac solemnes, congruis honoribus frequentetur; omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam ipsam annis singulis in eisdem *Festivitatibus*, ac in Anniversario dictæ *Dedicationis* ejus Ecclesiæ, & usque ad *octo dies* sequentes devote, ac venerabiliter visitaverint, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *quadraginta dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Dies præscripti ad Indulgentiam consequendam.

Datum Anagniæ xv. Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Concedit, Prælatus Ordinis posse absolvi ab excommunicatione per Confessarios etiam Ordinis ab ipsis electos. (Ex SPECULO MINOR. tract. 2. fol. 120., RODERICO Bull. Regul. Bul. 13., & WADDINGO in Regest. Pontif. num. 10., AUTOGRAPHUM extat Salmanticæ in Cœnobio S. Francisci, & JADERÆ in Archivo FF. Minor. Observ. ex GONZAGA par. 2. Conv. 12. Prov. Dalmatiæ.)

CCXXI.

Anno 1256. die 23. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Generali, & Provincialibus Ministris Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Ordinis Minorum encomium.

ORDINIS vestri generosa plantatio, quæ multos Religionis, & honestatis flores, & fructus protulit, effuso longe lateque laudabilis conversationis odore nos provocat, ut salutifera vestra commoda favore benevolo prosequentes tranquillitatem vestram, quantum cum Deo possumus, foveamus. Hinc est, quod, cum sicut asseritis, ex indulto Apostolicæ Sedis vobis liceat vestri Ordinis Fratres curæ vestræ commissos ab *excommunicatione* absolvere; & cum eis super *irregularitatibus* dispensare[e]; nisi adeo gravis, & enormis fuerit excessus, propter quem merito sit Sedes consulenda prædicta; vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut Fratres dicti Ordinis, quos pro tempore in proprios habueritis

Facultas Fratribus Min. concessa.

Indulget Pontifex, ut infra.

(a) INDULGENTIA: Gregorii IX. anno 1227. *Pacivestra &c.* postea ab aliis Pontificibus confirmata, ut in *Bullario* etiam Ordinis Prædic.: Hæc autem usque ad finem apud cit. Raynaldum non leguntur, exceptis *Datum &c.*

(b) De eadem forma ea sunt litteræ *Exhibita nobis* anno insequenti datæ die 5. Januarii, quæ intra consuli possunt.

(c) ORDINIS FRATRUM MINORUM URBEVETAN.: De cujus loci origine legi potest Bonaventura Theulus in Theatro Minor. lib. 3. cap. 1., & nos de eodem diximus ad Gregorii IX. *Bullam: Quoniam ut ait &c.* anno 1240. die 17. Martii editam.

(d) SEMPITERNA GAUDIA &c.: Ut in *Bulla* anno 1255. die 27. Julii emissa.

(e) DISPENSARE: Per Constitutiones Gregorii IX. *In jure canonico &c.* anno 1240., *Licet ad hoc &c.* anno 1241. editas, & ab Innocentio IV. anno 1243. confirmatas.

bueritis confeſſores, abſolutionis, & di- A ſpenſationis beneficium vobis, cum expedierit, juxta Induti præfati tenorem valeant impartiri: ne ii, qui inter vos præeſſe noſcuntur, deterioris conditionis, quam ceteri cenſeantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus B ſe noverit incurſurum.

& qua de cauſa.

Clauſula prohib. &c.

Datum Anagniæ XI. Kalendas Auguſti,
a Pontificatus Noſtri Anno Secundo [a].

Ne S. Angeli Moniales Aſculanæ conveniri poſſint per litteras Apoſtolicas niſi expreſſa mentione facta &c. (Ex Tabulario Vatic. in Regeſ. Pontif. epiſt. 351. anni 2.)

CCXXII. Anno 1256. die 25. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Chriſto filiabus ... Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Monialium
b *incluſarum Sancti Angeli* Eſculan. [b] *Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

CÆLESTIA quærentibus, terrenis contemptui derelictis, libenter illud ſpeciale præſidium favoris impen-
c dimus, quod eis pacis &c. [c]

Datum Anagniæ VIII. Kal. Auguſti,
d Pontificatus Noſtri Anno Secundo [d].

Nonnullos Eccleſiæ Prælatos perſtringit ob moleſtias, & gravamina Fratribus Minoribus illata; & præcipit illis, ut deſiſtant, quaſcunque cenſuras Eccleſ. in eoſdem Fratres ab ipſis promulgatas irritas decernens, & inanes. (Ex Archivo Conventus Sancti Franciſci Bononien., & Jaderen. teſte Gonzaga par. 2. Conv. 12. Prov. Dalmatiæ, & ex Firmamentis trium Ordinum par. 2. tract. 5. fol. 59., Autographiſque Pariſiis, Cadomi, Brugis, & alibi extantibus.)

ALEXANDER &c.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

CCXXIII. Anno 1256. die 27. Julii.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Rectoribus, & ceteris Eccleſiarum Prælatis per Lombardiam [e] *conſtitutis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*
e

f NIMIS iniqua viciſſitudine &c. [f] luxuriant damnabiliter in eodem, Chriſtum patenter in famulis ſuis perſequi non verentur &c. (*uſque*) fidelitatem juramento firmatam ab eorum Miniſtris, Cuſtodibus, & Guardianis nihilominus exigentes. Eis quoque, ut tam extra Civitates, quam intra &c. (*uſque*) & ut ipſos ſuæ ſubdant totaliter ditioni; eiſdem Miniſtros, Cuſtodes, & Guardianos volunt præficere pro ſuæ arbitrio voluntaris. A quibus omnibus Fra-
C trum moleſtiis quidam ex vobis non omnino abſtinere dicuntur. Cum igitur Ordo Fratrum Minorum *Honorio*, *Gregorio*, & *Innocentio* Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & Nobis ipſis, dignis eorum ſit exigentibus meritis approbatus: ne Apoſtolicæ Sedis ſtatuta contemnere videamini, quæ humiliter ſuſcipere, ac ſervare tenemini reverenter; Univerſitatem veſtram monemus attente per Apoſtolica vobis ſcripta firmi-
D ter præcipiendo mandantes, quatenus conſcientiæ, ac famæ veſtræ ſalubriter conſulentes, univerſi, & ſinguli a prænotatis prædictorum Fratrum gravaminibus penitus deſiſtatis, ſubditos veſtros ab iis arctius compeſcendo. Nos enim, cum hujuſmodi dictorum Fratrum, quos ſuæ Religionis obtentu inter alios Religioſos arctius amplexamur in viſceribus charitatis, gravamina tolerare nolimus, ſicut etiam nec debemus; Omnes *inter-*
E *dicti*, *ſuſpenſionis*, & *excommunicationis* ſententias, ſi quas a vobis, vel veſtrum aliquo præmiſſorum occaſione in eoſdem

(a) Idem privilegium eodem tenore, ac verbis contulerat Pontifex Ordini Prædicat. anno 1255. die 27. Januarii, confirmavitque anno 1258. die 23. Martii ex Bull. 5. & 202. Alexandri IV. in *Bullario* ejuſdem Ordinis tom. 1. Hujus vero noſtri privilegii meminit vetuſtus autor Barthol. Piſanus Conform. 12. in expoſitione 7. capitis *Regulæ* Fratrum Minorum.

(b) Esculan.: In Piceno, de quo Monaſterio conſuli poteſt tom. 1. hujus *Bullarii* pag. 263. 267. 413. &c.

(c) Eis pacis &c. Adeas *Bullam* anno præcedenti die 20. April. datam.

(d) Idem diploma renovatum fuit die 26. April. anno 1258. ut infra.

(e) Per Lombardiam: *& Romandiolam* deeſſe videtur, ut habetur in ſequenti epiſtola pro hujuſce deſenſione vulgata.

(f) Viciſſitudine &c.: Vide *Bullam* Innocentii IV. anno 1245. die 21. Julii editam paucis mutatis.

Alexander PP. IV. An. Ch. 1256.

eosdem Fratres, vel ipsorum aliquem, seu Ecclesias, & Oratoria, vel Benefactores eorum promulgari contigerit, irritas decernimus, & inanes[a].

Datum Anagniæ vi. Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Expositis gravaminibus in Fratres a nonnullis Prælatis Eccles. irrogatis jubet, ut moniti desistant, per censuram Eccles. compellendos. (Ex Archivo nostri Conventus S. Francisci Bononien.)

CCXXIV. Anno 1256. die 27. Julii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus .... Archiepiscopo Mediolanen.[b], *&* ... Terdonen.[c], ... Imolen.[d], *&* ... Reginen. *Episcopis*[e] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Quorundam Prælatorum in Fratres Min. gravamina.

NImis iniqua &c.[f] ... A quibus omnibus *Fratrum* molestiis quidam ex Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Rectoribus, & aliis Ecclesiarum Prælatis per *Lombardiam*, & *Romandiolam* constitutis non omnino abstinere dicuntur. Cum igitur Ordo Fratrum Minorum a bonæ memoriæ *Honorio*, *Gregorio*, & *Innocentio* Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & Nobis ipsis dignis eorum sit exigentibus meritis approbatus, ne Apostolicæ Sedis statuta dicti Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii contemnere videantur, quæ humiliter servare tenentur, ac suscipere reverenter: eosdem monendos attente duximus, nostris sibi dantes litteris[g] firmiter in præceptis, ut conscientiæ, & famæ eorum salubriter consulentes, universi, & singuli a prænotatis prædictorum *Fratrum* gravaminibus desistant penitus, eorum subditos ab iis arctius compescendo. Nos enim, cum hujusmodi dictorum *Fratrum*, quos suæ Religionis obtentu inter alios Religiosos arctius amplexamur in visceribus charitatis, gravamina tolerare nolimus, sicut etiam nec debemus, omnes *interdicti*, *suspensionis*, & *excommunicationis* sententias si quas ab ipsis, vel eorum aliquo præmissorum occasione in eosdem *Fratres*, vel ipsorum aliquem, seu Ecclesias, & Oratoria, vel Benefactores eorum promulgari contigerit, irritas decernimus, & inanes. Ideoque Fraternitati vestræ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus si dicti Archiepiscopi, & Episcopi, & alii præceptum nostrum neglexerint adimplere; vos eos ad omnia prædicta servanda, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, sublato cujuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo, compellatis: non obstante Constitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali[h]. Si vero ipsi aliquas suspensionis, excommunicationis, vel interdicti sententias in eosdem *Fratres*, vel ipsorum aliquem, Ecclesias, Oratoria, vel Benefactores eorum propter hoc promulgaverint, denuncietis illas penitus non tenere. Quod si non omnes iis exequendis potueritis, vel nolueritis interesse, singuli vestrum ea nihilominus exequantur.

Propriæ litteras commemorat.

Mandat Pontifex id, quod superius expositum est.

Obstantibus derogando.

Temperata commissio.

Datum Anagniæ vi. Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Commendata magnopere Summa Theologica *Alexandri de Ales præcipit, ut ad ejus complementum deputato Fr. Guillelmo de Melitona Fratres adjutores assignentur.* (Ex MSS. Codice Bibliothecæ Sorbonicæ Parisien. apud Autores Operis de Scriptor. Ordinis Prædicat. tom. 1. p. 321. in *S. Thoma Aquin.*, & inde apud Joannem a S. Antonio in Universa Bibliotheca Franciscana to. 3. in App. ad. verbo *Guillelmus de Melitona*.)

ALE-

(a) Inanes: Pro qua re conservatores Fratrum instituit; eisque mandavit, ut perturbatores commonerent, & non desistentes censura Ecclesiastica compescerent per insequentes litteras.

(b) Mediolanen.: Fr. Leoni de Perego ex Ordine Minorum anno 1243. assumpto, de quo Ughellus to. 4. Ital. Sac., & Waddingus in Annal. & nos sup. p. 25. & 48.

(c) Terdonen.: *Petro Busseto*, de quo verba fecimus supra ad litteras hujus Pontificis *Cum a nobis petitur &c.* dat. die 24. Julii anno 1255.

(d) Imolen.: Thomæ, qui ab anno 1249. usque ad 1269. sedit ex Ughello, & jam dictis sup. p. 8. & 30.

(e) Reginen.: Gulielmo de Foliano ab ann. 1250. eam Ecclesiam administranti, de quo pariter in tom. 2. Italiæ Sacræ.

(f) Iniqua &c.: Ut in Bulla Innocentii IV. edita anno 1245. die 21. Julii paucis mutatis, vel Gregorii IX. anno 1231. 28. Augusti.

(g) Nostris sibi dantes litteris: Quæ proxime relatæ sunt.

(h) In Concilio generali: Lateranensi IV. anno 1215. celebrato sub Innocentio III. cap. 37.

CCXXV. Anno 1256. die 28. Julii.

ALEXANDER PP.IV. An. Ch. 1256.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio . . . Ministro Fratrum Ordinis Minorum in Francia *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Eximia laus Pontificis de Alexandro Alensi, ejusque doctrina.

De fontibus Paradisi flumen egrediens, exuberans videlicet sacrarum intelligentia Scripturarum per os recolendæ memoriæ Fratris Alexandri [a] Ordinis tui temporibus nostris largo profluxit lotitio [b] impetu super terram, in B lucem manifestius editis thesauris scientiæ, ac sapientiæ salutaris. Idem siquidem *Frater*, ut ex his, quæ scripsit, & tradidit, comperimus, Deo plenus (nemo enim nisi in Spiritu Dei loquens æternæ veritatis mysteria ea inquisitionis indagine attigisset) studia sua publicis utilitatibus commodavit; & laboriosi operis sanctum aggrediendo propositum super quæstionibus Theologicis utiliorem utique, quam prolixam molitus est C *Summam* profectibus in lege Domini studere volentium compendiosius profuturam. In qua sententiarum irrefragabilium [c] ordinatæ sunt acies ad obterendam veritatis pondere contentiosæ pervicaciam falsitatis. Prolixitatem [d] quippe, si quam in eadem *Summa* Lector delicatus abhorret; studiosis vobis in ea sic reddit continua partium suatum utilitas brevem, ut in tanto verborum agmine, D quod immensa videtur Divinæ profunditatis eloquia continere, non aliud nos rationabiliter possit offendere, quam, quod Deo ejusdem *Fratris* laboribus finem, antequam suscepti Operis diætam perficeret [e], imponente, & ad statutum repositæ mercedis evocante denarium; perfectæ pietatis imperfectus est labor [f]; quo & pauca videntur, & ad satietatem animæ insufficientia universa, quæ scripta sunt; nisi destinatum, & ad quem animos legentium pars suspendit exhibita, principii sui finem moles tanti Operis sortiatur. Quocirca discretioni tuæ in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus considerans prudenter, quod indecenter relinquitur, si negligenter omittitur mutilum opus Dei, quod nonnisi cælestis sapientia per ministerium servi sui tam clara jam digestæ partis iniit venustate; de consilio discretorum Fratrum studentium ad perfectionem ejusdem *Summæ* necessarios pro numero, & idoneos pro merito convoces Parisius ex quibuslibet administrationis tuæ [g] locis Ordinis tui Fratres, quibus ex parte nostra in remissionem injungas peccaminum, & ad suorum cumulum meritorum, ut dilecto filio *Guillelmo de Melitona* [h] huic sollicitudini deputato [i] sedule assistentes, ipsumque, ac se mutuo adjuvantes sine dilationis dispendio prædictæ *Summæ* opus finaliter exequantur, ad hoc uno, & eodem Domini Spiritu, qui gratis mira

Prolixitas ejus haud inutilis.

Mandat idem, ut supra.

Guillelmus de Melitona operi deputatur.

1. Corinth. 12. 11.

(a) Fratris Alexandri: *De Ales* anno 1245. mense Augusto Parisiis defuncti, cujus in exequiis sacrum operatus est Odo Card. Apostolicæ Sedis in Galliis Legatus, assistentibus Prælatis Eccles., qui de Lugdunensi Concilio generali redierant ex Autore coævo Ms. Bibliothecæ S. Crucis Florentinæ cod. 677.

(b) Lotitio: Idest abluente, ac irrigante; ut videtur; deest enim hoc vocabulum in Cangien. Glossario mediæ, & infimæ latinitatis.

(c) Sententiarum irrefragabilium: Forsan hinc titulus *Doctoris irrefragabilis* adhæsit Alexandro Alensi.

(d) Prolixitatem: Quam & notasse videtur S. Thomas in Prologo suæ *Summæ Theologicæ*; dum ait quosdam confecisse Theologiæ *Summam* nimis brevem, aliquos vero nimis prolixam.

(e) Diætam perficeret: Idest rationem agendi; sicut dicitur *diæta vivendi*.

(f) Imperfectus est labor: Desinit enim in *Sacramento Pœnitentiæ*, & deest ejusdem Sacramenti pars reliqua cum aliis tribus Sacramentis *Extremæ Unctionis, Ordinis, & Matrimonii*.

(g) Administrationis tuæ: Quæ usque ad annum 1260. dempta *Provincia, & Aquitania*, in reliquum Galliarum extendebatur, si verum nobis refert Waddingus ad ann. 1271. num. 17.

(h) Guillelmo de Melitona: Omnes, quotquot hanc rem tractarunt post Waddingum, & de hoc Guillelmo egerunt, eum *Summæ* Alensis *supplementum* perfecisse scribunt: at ego nihil ab eo factum esse contendo; aut si quidquam addidit ille, additamentum illud numquam *Summæ* Alensis appositum legitur: nam in pluribus editionibus antiquis, & recentibus *Summa* illa desinit in parte *Sacramenti Pœnitentiæ*, nec ultra progreditur. Neque mihi respondeant, addidisse eum saltem aliqua usque ad *Sacramentum Pœnitentiæ*: nam par. 4. q. 20. mem. 2. art. 2., quod est prope finem *Summæ* incompletæ asserit autor *Regulam S. Francisci* pro Fratribus Minoribus approbatam, & confirmatam fuisse *ab Innocentio, Honorio, & Gregorio* Summis Pontificibus; nec memorat confirmationem *Innocentii IV. & Alexandri IV.*, quam ipsi Pontifices recensent in suis Bullis *Nimis iniqua &c.* annis 1245. & 1256. editis; quod non reticuisset Guillelmus, si post hos annos Summæ illi additamentum fecisset. Quemadmodum igitur *Summæ Theologicæ* S. Thomæ, quæ & ipsa finit in parte *Sacramenti Pœnitentiæ*, nemo ausus est addere Supplementum; ita & Summæ Alensis: Magnorum namque, summorumque virorum Opera satius putant imperfecta manere, quam aliorum inæqualium manibus suppleri memores, Plinium Histor. lib. 23. cap. 11. scripto tradidisse: *illud perquam rarum, ac memoria dignum, etiam suprema opera artificum, imperfectasque tabulas, sicut Irin Aristidis, Tyndaridas Nicomachi, Medeam Timomachi, & Venerem Apellis in majori admiratione esse, quam perfecta*. Ceterum *Guillelmus* fuit vir scientia, & vitæ sanctitate clarus, de quo autor æqualis Thomas Cantipraten. O. P. lib. 1. *de Apibus* cap. 1., & Alensis discipulus, ut inter Scriptores O. M. pluribus agetur.

(i) Deputato: An ab Alexandro, an vero ab Innocentio IV., ut velle videtur Waddingus in lib. de Scriptor. Ord. Min., an ab utroque, incertum.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

ra ſcientiarum dona diſtribuit, adjuvante.

Datum Anagniæ v. Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Aono Secundo [a].

Ut Abbatis Fiſcanen. ceſſionem admittant, eique congruam proviſionem aſſignent; ac de novo Abbate ſubrogando operam navent. (Ex Reges. Vatic. epiſt. 373. an. 2.)

CCXXVI. Anno 1256. die 1. Auguſti.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Addæ Sancti Stephani Cadom. [b], *& Guillelmo de Troarn.* [c] *Abbatibus Bajocen. Diœceſis* [d], *& Fratri* Thomæ de Rubeo Mon. [e] *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

EX parte dilecti Filii.. Abbatis Monaſterii Fiſcanen. [f] Ordinis Sancti Benedicti, quod ad Romanam Eccleſiam nullo pertinet mediante, fuit Nobis pluries ſupplicatum, ut cum ipſe corporis debilitate, ac ſenectute gravatus cupiat poſt laborem, quem in ſui Monaſterii regimine longo tempore pertulit, habere quietem; ipſius reſignationem recipi, & de Abbate provideri eidem Monaſterio mandaremus. Nos igitur attendentes ipſius probitatem Abbatis, nec non devotionem, quam ad Apoſtolicam Sedem gerit; quodque idem Monaſterium laudabiliter profecit ſub ſuo regimine in ſpiritualibus, & temporalibus incrementis; licet aliquandiu votis in hac parte ſuis duxerimus refragandum [g]: demum tamen ejus inſtantia importuna devicti, ac devotis ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi dictus Abbas in propoſito cedendi perſtiterit, vos, ceſſione ipſius vice noſtra recepta, injungatis Conventui Monaſterii ſupradicti, ut ſibi infra unius menſis ſpatium poſt mandatum veſtrum de Paſtore idoneo ſtudeant canonice, ac concorditer providere. Alioquin ex tunc perſonam, quæ tanto congruat oneri, & honori, ſolum Deum habentes præ oculis auctoritate noſtra præficiatis eidem Monaſterio in Paſtorem, facientes ſibi ab ipſo Conventu obedientiam debitam exhiberi, recipiendo ab eo noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitum juramentum juxta formam, quam ſub *Bulla* noſtra tranſmittimus interclusam. Formam autem juramenti, quod ipſe præſtabit, de verbo ad verbum Nobis per ejuſdem patentes litteras ſuo ſigillo ſignatas per proprium Nuncium quantocius deſtinetis. Præterea volumus, & mandamus, ut prædicto Abbati poſt ceſſionem ſuam de bonis præfati Monaſterii juxta ſufficientiam facultatum ipſius proviſionem congruam aſſignetis; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Quod ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Fiſcanen. Abbas efflagitat miſſionem ab officio.

fidelitatis juramentum poſcendo.

& proviſionem Abbati cedenti dandam injungendo,

juſſaque moderando.

Pontifex annuit, & mandat, id quod ſupra.

Datum Anagniæ Kalendis Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Indulgentiam certis diebus elargitur Monaſterio Clariſſarum S. Angeli Aſculan. (Ex Archivo Vaticano in Regeſto Pontificum epiſt. 363. an. 2.)

CCXXVII. Anno 1256. die 2. Auguſti.

ALEXANDER &c.

Dilectis Filiis Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis Salutem, & Apoſt. Benedict.

Exordium.

SPLENDOR paternæ gloriæ, qui ſua Mundum illuminat ineffabili charitate, pia vota Fidelium de clementiſſima

(a) Illud adverto, Waddingo notam fuiſſe hanc Alexandri IV. *Epiſtolam* in Annalibus Minorum ad annum 1257. num. 8., datamque dicit Pontificatus illius *anno* I., an error ſit apud eum, an autem apud librum de Scriptor. Ord. Prædicat., nemo dixerit, niſi qui Mſ. codicem inſpexerit. Illam multo ante citaverat Ludovicus Pruteuus, qui ſcripſit anno 1497. *Trilogium animæ* par. 3. cap. 4., ex Chronicis Ordinis Minorum antiquis.

(b) S. Stephani Cadom.: Cadomum Gallice *Caen* urbs eſt inferioris Normanniæ caput, & poſt Rothomagum præcipua, cujus in ſuburbio anno 1063. circiter excitatum fuit Monaſterium S. Stephani O. B. a Willelmo Duce Normanniæ, ejuſque conjuge Mathilda ex Mabillonii Annal. Benedict. tom. 4. lib. 62. ad eum annum num. 25.

(c) De Troarn.: *Troarnen.* Monaſterium O. B., quod paucis leucis a ſupradicto Cadomenſi diſtat, ſub titulo *S. Martini* ædificari juſſit circa ann. 1050. Rogerius de Monte Gomerico Vicecomes Oximen., ut refert cit. Mabillonius lib. 59. ad eum ann. n. 97.

(d) Bajocen. Diœcesis: Inferioris Normanniæ ſub Archiepiſcopo Rothomagen. a Cadomo 5. leucis, vixque 2. a mari Britannico diſtantis.

(e) Fr. Thomæ de Rubeo Mon.: Noſtris hactenus ignoto.

(f) Monasterii Fiscanen.: De quo dictum eſt ad epiſt. 423. Innocentii IV. *Ex parte tua &c.* in 1. tomo hujus Operis relatam p. 621. (c)

(g) Refragandum: Ut elicitur ex no. (a) ad dictam epiſtolam ibi p. 622.

fima ipfius Majeftate fperantium tunc præcipue benigno favore profequitur, cum humilis ipforum devotio Sanctorum meritis, & precibus adjuvatur. Rogamus itaque Univerfitatem veftram, & hortamur in Domino in remiffionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad Monafterium dilectarum in Chrifto filiarum .. Abbatiffæ, & Conventus Pauperum Inclufarum Sancti Angeli *Efculan.* [a] Ordinis Sancti Damiani petituri a Domino veniam in humilitate fpiritus accedatis; Nos enim, ut Chrifti fideles fint promptiores ad merita, & fiduciam habeant confequendi munera gratiofa, de Omnipotentis Dei mifericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoftolorum ejus auctoritate confifi omnibus vere pœnitentibus, & confeffis, qui ad Monafterium ipfum in feftivitatibus *Sanctorum Angelorum*, & per eorum Octavas *quadraginta*; & *Beatæ Claræ* Virginis, & per octo dies fequentes pura intentione accefferint annuatim, *centum* dies de injuncta fibi pœnitentia mifericorditer relaxamus.

Hortatur Pontifex Christianicles accedere ad Monasterium supra dictum

annuas Indulgentias confecuturos.

Datum Anagniæ IV. Nonas Augufti, Pontificatus Noftri Anno Secundo.

Indulgentias C. dier. elargitur vifitantibus Ecclefiam S. Francifci urbis Aquilanæ certis diebus quocumque anno. (Ex Autographo in Archivo noftri Conventus dictæ Civit.)

CCXXVIII. Anno 1256. die 6. Augusti.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. Miniftro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum de A-quila [b] *Furconenfis Diæcefis* [c] *Salutem, & Apoft. Bened.*

CUM ad promerenda fempiterna gaudia &c. [d]

Datum Anagniæ VIII. Idus Augufti, Pontificatus Noftri Anno Secundo.

Simile Diploma Pontifex emifit pro Conventu, & Ecclefia S. Eligio Epifcopo dicata in Oppido Vernonis *Neuftriæ Ducatus, & Ebroicenfis Diæcefis Provinciæ Normanniæ*. (Quod in Archivo præfati Conventus affervari teftatur Waddingus ad ann. 1248. num. 23., fed annum conceffionis prætermifit. Erat autem 2. locus, feu Conventus *Cuftodiæ Normandiæ* Provinciæ Franciæ in veteri *Provinciali Ordinis* tam apud Jordanum autorem Polychronici, quam apud Barthol. Pifanum Conform. XI.)

CCXXIX. Anno... die...

Ut de male acquifitis, ac incertæ reftitutionis, legatifque indiftinctis, nec non votorum redemptionibus ufque ad 200. *libras Imperialium recipere valeant.* (Ex Autographo in Archivo Conventus S. Firmi Majoris Veronen.)

CCXXX. Anno 1256. die 19. Augusti.

ALEXANDER &c.

Dilectis Filiis .. Miniftro, & Fratribus Ordinis Minorum Veronen. [e] *Salutem, & Apoftol. Bened.*

VEstræ meritis Religionis inducimur, ut vos profequamur gratia, quæ veftris dignofcitur neceffitatibus opportuna. Hinc eft, quod Nos paupertati veftræ, quam propter Deum voluntarie fuftinetis, paterno compatientes affectu, ut de ufuris, rapinis, & aliis male acquifitis; dummodo hii, quibus ipforum reftitutio fieri debeat, nequeant inveniri; nec non de quibuslibet Legatis indiftincte in pios ufus relictis, ac redemptionibus votorum Diœcefanorum auctoritate prius factis, *Jerofolymitano* dumtaxat excepto, dummodo executorum Teftamentorum ad hoc accedat affenfus, ufque ad *ducentas libras* Imperialium [f] recipere valeatis; fi alias pro fimilium receptione non eftis a Nobis gratiam confecuti; vobis auctoritate

Exordium.

Conceffionis caufa

Exceptio advertenda.

Alia exceptio notanda.

Conditio appofita.

(a) S. Angeli Esculan.: De quo Monafterio pluries actum eft in primo hujus Bullarii tomo pag. 263. not. &c.

(b) Fratrum Minorum de Aquila: Urbe Veftinorum nunc vero Aprutii primaria e ruinis Amiterni, & Furconii urbium antiquatum condita in monte ad fubterfluentem Aternum vulgo *Pefcaras* ea his emendandus Waddingus ad annum 1259. num. 14. eft enim hic locus caput *Cuftodia* fui nominis, & Provinciæ tunc Pennenfis, nunc S. Bernardini ea diftributione Provinciarum, & Cuftodiarum Ordinir anno 1260. Narbone in comitiis Gen. facta.

(c) Furconen. Diœcesis: Sed infequenti anno die 20. Februarii Pontifex Aquilam Epifcopali dignitate ornavit, Furconen., & Amiternen. juribus in eam translatis, ex diplomate apud Ughellum tom. 1. Ital.Sac. & Bullarium Romanum legendo.

(d) Sempiterna gaudia &c.: ut in *Bulla* die 27. Julii anno 1255. edita pro Ecclefia Bononien., & die 4. Julii hoc anno pro Ecclefia Faventina, ufque ad finem, ac *Datum &c.*

(e) Ordinis Minorum Veronen.: De quibus & in fupra relata *Bulla*: *Cum ad promerenda &c.* hoc anno die 6. Julii edita dictum eft.

(f) 200. libras Imperialium: Pro quibus videri poterit Conftitutio Innocentii IV. *Ad extirpanda &c.* anno 1254. die 20. Maji fuperius evulgata in to. 1. hujus Bullarii p. 727. (a) (b)

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

Alia conditio adjecta.

præsentium concedimus facultatem; ita quod si aliquid de ipsis ducentis libris dimiseritis, vel restitueritis, aut dederitis illis, a quibus eas receperitis, hujusmodi dimissum, vel restitutum, seu datum, nihil ad liberationem eorum possit; sed id solum, quod vobis exinde remanebit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu &c.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ XVI. Kal. Septembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ut per se, vel per alios prædicent verbum Crucis in adjutorium FF. Teutonicorum pro dilatanda FideChristi in terris Livoniæ, Prussiæ, & Curoniæ indulgentias impertiens &c. (Ex Regesto Vatic. epist. 367., & apud Waddingum in Annal. Minor. ad hunc annum num. 41., & Bullarium Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 119. Alex. IV.)

CCXXXI.

Anno 1256. die 21. Augusti.

ALEXANDER &c.

a b

Venerabilibus Fratribus Henrico Culmen[a], *& Henrico* Curionen.[b] *Episcopis de Fratrum* Prædicatorum, *&* Minorum *Ordinibus Salutem*, *& Apostolicam Benedictionem*.

Exordium a minori ad majus.

QUI justis causis hominum promovendis promptum favorem impendimus, tanto libentius vigilanti cura prosequi pia debemus negotia Jesu Christi; quanto Deus homini præferendus esse dignoscitur; & omnis sibi deberi reverentia comprobatur. Igitur cum, sicut relatu fide dignorum percepimus exultantes, Conditor omnium in *Livoniæ*, ac *Prussiæ*, & *Curoniæ*[c] partibus dilectorum filiorum Fratrum Hospitalis Sanctæ Mariæ *Teutonicorum* Hierosolymitanorum, ac aliorum Fidelium triumphanti dextera favente sit multipliciter exaltatus; & spes sit, quod ibidem magis ac magis sui nominis gloria protendatur; si plantationi suæ partium earundem favorem, quem in ipso possumus, impendentes opportunum illi per devotos Ecclesiæ subsidium procuremus: Fraternitati vestræ præsentium auctoritate committimus, quatenus per vos, aut alias personas providas, & honestas ad hæc idoneas in terris illis, quas Sedes Apostolica prædictarum Livoniæ, & Prussiæ subsidio deputavit; ac etiam *Moguntin.*, & *Colonien.* Provinciis[d] de consilio, & voluntate dictorum Fratrum ipsius Hospitalis, officio sanctæ prædicationis assumpto, Fideles in Terris, & Provinciis hujusmodi constitutos ad nimiam caritatem, qua Christus nos dilexit, & diligit, respectum habere; & ei retribuere aliquid pro omnibus, quæ retribuit ipse illis; piis exhortationibus secundum datam sibi[e] a Deo prudentiam studeant informare diligenter; & solicite petituri, ut ipsi redempti pretio glorioso, in quos tamquam viros Christianos, & Catholicos cadere opprobria exprobantium Christo debeant, se viriliter, & potenter accingant, tanquam zelum Dei habentes ad ampliandam

c In Livoniæ, Prussiæ, & Curoniæ partibus Fides Christi exaltatur.

Pontifex committit, ut supra.

d

Ephes. 5. 2.

Psal. 115. 12.

e & instruit de modo prædicandi.

Psal. 68. 10.

(a) Henrico Culmen.: In Prussia Regali seu Polonica vulgo *Culm*, ad quam Ecclesiam promotus fuit anno 1245. die 9. Januarii ab Innocentio IV. opera & precibus Conradi Ducis Mazoviæ, ex Dlugosso Hist. Polon. lib. 7. sub ann. 1245., cum esset ibi Prædicator *Crucis* contra Infideles, & Willelmi Episcopi Sabinen. illis in partibus Apostolicæ Sedis Legati Capellanus, ut dictum est in not. (a) ad epistolam *Ut commissum tibi &c.* Innocentii IV. anno 1246. die 3. Maji Archiepiscopi Prussiæ &c. missam; ubi & nonnulla citati Dlugossi correximus, de eoque adeundi possunt Scriptores Ord. Præd., ac Bullarium ejusdem.

(b) Henrico Curonien.: Ex Comitibus *Montisfortis* anno 1251. assumptus ex Papebrochio in Vita S. Maximini Episcopi Treviren. ad diem 29. Maji tom. 7. Act. SS. Bolland. p. 30. n. 2., & p. 37. in notis die 3. Martii, translato ad Ecclesiam Curonien. non in *Transilvania* vulgo *Brassow*; ut Waddingus scripsit ad annum 1263. num. 17., cum hæc Sedes esset *in partibus Fratrum Hospitalis S. Mariæ Theutonicorum*; inquit Pontifex; & Equites Theutonici nihil in Transilvania possiderent præsertim Episcopatus; sed ad Curoniam, quæ & *Curlandia* dicta est, olim Livoniæ pars, nunc Ducatus sui juris inter Livoniam ad Boream, & Samogitiam ad meridiem: unde in litteris Innocentii IV. ad Episcopum Sabinen. A. S. illuc Legatum anno 1245. scriptis apud Raynaldum ad eum ann. n. 89. legimus *Ut de terra Curonia, seu Curlandia infra Prussiæ terminos, sicut asseritur, constituta dilectis filiis fratribus Hospitalis S. Mariæ Theutonicorum &c.* Consule Constitutionem Cardinalium: *Vestra noverit universitas &c.* anno 1241. die 3. Martii editam, & supra relatam in primo hujus Bullarii tomo, & in 364. *Bulla* Innocentii IV. incip. *Qua de speciali &c.* eo anno die 14. Martii exarata, ut ibi p. 569.

(c) Et Curoniæ: idest *Curlandia*, ut supra dictum est.

(d) Moguntin. et Colonien. Provinciis: Et quidem *Priori*, Fratribusque *Leodien.* Ord. Prædicat. in Provincia Colonien. misit has Pontificias litteras pridie Kalend. Septembris *Henricus* Episcopus Culmen. ex Bulla 126. in Bullario dicti Ordinis.

(e) Sibi: In prima editione Waddingi legitur *tibi*; in Bullario vero Ordinis Prædicat. *vobis*; sed retinuimus *sibi* juxta secundam Waddingi editionem; cum Pontifex verba faciat non de illis, quibus scribit, sed de illis personis idoneis in prædictis Terris ad prædicandum verbum Crucis deputandis; unde subjungit: *studeant informare &c.* non *studeatis*; & cum in binis aliis ejusdem exempli epistolis hoc anno die 21. Martii, atque anno 1245. die 23. septembris in to. 5. memorati Bullarii vulgatis habeatur; *secundum datam sibi a Deo prudentiam*: quarum prima sine tamen titulo legitur etiam apud Raynaldum ad hunc annum n. 15.

dam gloriam Crucifixi; & liberandum proximos de manu Paganorum profecturi; & acturi secundum consilia prædictorum Fratrum Hospitalis ejusdem; ita quod & ipsis præmium debeatur æternum; & Infideles non possint, quod impune Christi Nomen impugnaverint, gloriari. Illos vero de Terris, & Provinciis memoratis, qui *Crucis* signaculo illuc nequeant personaliter proficisci, a voto Crucis absolvant; dummodo de bonis suis juxta proprias facultates congruam subventionem exhibeant per manus eorumdem Fratrum dicti Hospitalis in idem subsidium convertendam. Nos enim, ut quod pro nomine Redemptoris tam digne deposcitur, effectu facili compleatur; omnes dictarum Terrarum, & Provinciarum in succursum eorumdem Fidelium, suscepto propter hoc Crucis signaculo processuros; necnon eorum familiam, & bona, donec de ipsorum reditu, vel obitu certissime cognoscatur, sub protectione, ac defensione Sedis Apostolicæ admittentes; illis, ac aliis, qui juxta facultatem, & qualitatem suam illuc bellatores idoneos in expensis propriis congrue ministraverint; vel qui in alienis expensis illuc accesserint ibidem ad minus per unius anni spatium servituri; juxta quantitatem subsidii, & devotionis affectum illam *Indulgentiam*, idemque privilegium elargimur, quæ transeuntibus, & subvenientibus in *Terræ Sanctæ* subsidium conceduntur [a]. Præterea, ut præfatum negotium in magis incrementum prosperitatis optatæ suscipiat, quo ipsum pluribus remediis contigerit adjuvari; vobis, & personis, quæ volentibus, & consentientibus supradictis Fratribus Hospitalis ejusdem fuerint hujusmodi negotio deputatæ, præsentium auctoritate concedimus, quod illi earumdem Terrarum, & Provinciarum, qui ad vestram, & Personarum ipsarum solemnem prædicationem accesserint, *viginti dies* de injuncta pœnitentia relaxare; ac eorum singulis illuc assumpto propter hoc *Crucis* charactere processuris, qui pro incendiis, & injectione manuum in Cle-

De illis, qui Crucis signaculo nequeunt contra Paganos proficisci.

Crucesignati, eorumque familia, & bona sub Apostol. Sedis protectione suscipiuntur.

Iidem, & in eam rem subvenientes donantur Indulgentia Terræ Sanctæ &c.

Prædicatoribus verum, & deputatis negotio Crucis datur facultas elargiendi *Indulgentias*, & absolutionem a censuris &c.

A ricos, vel alias Religiosas personas *excommunicationis* laqueum incurrerunt, absolutionis beneficium impertiri juxta formam Ecclesiæ valeatis; proviso, ut passis damna, & injurias satisfaciant competenter; illis dumtaxat exceptis, quorum excessus adeo sunt difficiles, & enormes, quod merito sint ad Sedem Apostolicam destinandi.

Exceptiones adjecta.

Datum Anagniæ XII Kal. Septembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo [b].

B

Scribit se inhibere, ne Prælati Eccles. gravamina, & molestias inferant Fratribus, eorum Ecclesiis, & Benefactoribus. (Ex SPECULO MINOR. tract. 2. fol. 120., RODERICO in Bullario Regul. Bul. 14., & WADDINGO in Reges. Pontif. ad hunc annum num. 12., extat AUTOGRAPHUM Salmanticæ in Conventu S. Francisci.)

ALEXANDER &c.

CCXXXII. Anno 1256. die 28. Augusti.

C *Dilectis filiis ... Generali, & Provincialibus Ministris, ac aliis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

NImis iniqua vicissitudine &c. [c] A quibus omnibus vestris molestiis quidam ex eis non omnino abstinere dicuntur. Cum igitur Ordo vester a fel. record. *Innocentio III.*, *Honorio*, *Gregorio*, & *Innocentio IV.* Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & Nobis ipsis, vestris dignis sit exigentibus meritis approbatus; & vestræ Religionis obtentu vos inter alios Religiosos arctius amplexemur in visceribus caritatis; & intentionis nostræ existat, quod Religio vestra, quæ quanto præcellit meritis, tanto præeminere debet prerogativa favoris, & gratiæ specialis, privilegiata, & immunis sit in omnibus supradictis; ne hujusmodi gravamina vobis ab eisdem Prælatis, vel eorum subditis ulterius inferantur; auctoritate præsentium districtius inhibemus: omnes *interdicti*, *suspensionis*, & *excommunicationis* sententias, si quas ab ipsis, vel eorum aliquo præmissorum occasione in vos, vel aliquem vestrum, seu Ec-

Pium Pontificis documentum.

Ordo Minorum a quibus Rom. Pontificibus approbatus.

Pontificis amor in Fratres Minores.

Censuras Eccles. a quocunque in Fratres, & ad eos spectantes latas irritat, & nullas esse declarat.

 clesias,

(a) IN TERRÆ SANCTÆ SUBSIDIUM CONCEDUNTUR: Ab Innocentio III. in Generali Concilio Lateranensi IV anno 1215. celebrato.

(b) Hanc epistolam ex Regesto Vatic. commemorat laudatus Raynaldus n. 15., sed non exscripsit.

(c) VICISSITUDINE &c.: Ut in simili *Bulla* Innocentii IV. anno 1245. edita die 21. Julii usque ad illa *pro sua arbitrio voluntatis*.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

Clausula prohib. &c.

clesias, & Oratoria, vel Benefactores vestros promulgari contigerit, decernentes irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Anagniæ v. Kal. Septembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CCXXXIII. Anno 1256. die 28. Augusti.

Eodem die, & eodem modo, mutatis mutandis pro personarum ratione scripsit Pontifex ad Aretinum, Florentinum, & Lucanum Episcopos *veluti Conservatores*. (Teste WADINGO in Annal. Min. ad annum hunc num. 49., aliis vero die 27. Julii.)

Confirmat collationem Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Tiburtinæ Fratribus suo jussu per Episcopum illius Urbis factam. (Ex ARCHIVO Conventus S. Francisci *Tiburtinæ* Civitatis apud WADDINGUM in Regest. Pontif. ad hunc annum num. 11.)

CCXXXIV. Anno 1256. die 30. Augusti.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Conventus Fratrum Minorum Tyburtin.[a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

a

Exordium.

UT illibata permaneant, quæ nostri fiunt auctoritate mandati; merito eis adjicimus Apostolici muniminis firmitatem. Sane cum Venerabili Fratri Nostro *Tyburtino Episcopo* per nostras sub certa forma litteras[b] mandassemus; ut Ecclesiam *Sanctæ Mariæ Majoris* Tyburtin., in qua quatuor, vel quinque tunc tantum esse personæ Sancti Benedicti Ordinis dicebantur; cum domibus, horto, & aliis appendiciis suis præfatis personis in certis *Tyburtinæ* Civitatis Ecclesiis ejusdem Ordinis collocatis, vobis ad opus vestrum libere concedere, ac assignare curaret; vos, vel aliquem alium vestro nomine in corporalem ipsius possessionem inducens, & defendens inductos. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; idem Episcopus mandati Apostolici diligens Executor dilecto fi-

Rei confirmandæ relatio.

b

Episcopus Tiburtin. in possessionem loci Fratres Minores adducit.

A lio Fratri *Synibaldo* Custodi[c], & Fratri
Andreæ Guardiano vestris prædictam Ec-
clesiam cum domibus, horto, & aliis ap-
pendiciis suis vestro, & eorum nomine
concessit, & etiam assignavit; & in ipsius
corporalem possessionem induxit autho-
ritate hujusmodi litterarum; prout in
publico Instrumento confecto exinde ple-
nius continetur. Nos itaque vestris pre-
cibus inclinati, quod ab eodem Episco-
po in hac parte factum est, ratum ha-
B bentes, & gratum, illud authoritate
Apostolica confirmamus, & præsentis
scripti patrocinio communimus: Instru-
menti vero prædicti tenorem de verbo
ad verbum præsentibus inseri fecimus,
qui talis est:

c

Fr. Sinibaldum Custodem, & Fr. Andream Guardianum.

Pontifex confirmat, ut supra.

" In Nomine Domini Amen. Nos
" BERARDUS miseratione divina licet in-
" dignus Episcopus Tyburtin. receptis
" litteris a Domino Papa in forma
" subscripta videlicet: ALEXANDER *Epi-*
C " *scopus Servus Servorum Dei Vene-*
" *rabili Fratri Berardo Episcopo Ty-*
" *burtino Salutem, & Apostolicam Be-*
" *nedictionem, Sinceræ dilectionis af-*
" *fectus, quem ad dilectos filios Fratres*
" *Minores &c.*[d] *Datum Laterani*
" IV. *Nonas Maji, Pontificatus Nostri*
" *Anno Secundo*: Volentes mandatis
" tanti Domini, ut debemus, & tene-
" mur, efficaciter obedire, vobis Fra-
" tri *Synibaldo* Custodi, & Fratri *An-*
D " *dreæ* Guardiano Conventus Fratrum
" Minorum Tybure commorantium co-
" ram Granello Judice, & Nicolao Pe-
" tri Jaquintelli Scrivario, & subscri-
" ptis testibus ad hoc specialiter voca-
" tis, & rogatis nomine, & pro parte
" vestra, & dictorum Conventus, &
" Fratrum recipientibus prædictam Ec-
" clesiam *Sanctæ Mariæ Majoris* cum
" domibus, horto, & aliis appendiciis
E " suis juxta tenorem dictarum littera-
" rum Domini Papæ, & authoritate
" Apostolica Nobis commissa concedi-
" mus, & assignamus, & vos nomine,
" & pro parte vestra, & prædictorum
" Fratrum, & Conventus recipientes
" de eadem Ecclesia, per januas ipsius
" Eccle-

Instrumentum collationis Ecclesiæ prædictæ.

d

Anno 1256. die 4. Maji.

Testes rogati pro immissione in possessionem loci.

(a) FRATRUM MINORUM TIBURTIN.: de quibus dictum est supra ad Bullam: *Sinceræ devotionis &c.* dat. die 4. Maji hoc anno pag. 139.

(b) LITTERAS: *Sinceræ devotionis &c.* proxime relatas.

(c) SINIBALDO CUSTODI: Erat enim Cœnobium Tiburtinum caput Custodiæ sui nominis ex distributione Custodiarum, & Provinciarum Ordinis anno 1260. facta Narbone &c.

(d) MINORES &c. Ut in litteris prædictis supra jam relatis sub die 4. Maji.

„ Ecclesiæ, & per pannos Altaris ejusdem, & de domibus, horto, & aliis appendiciis suis juxta tenorem litterarum Apostolicarum Domini Papæ, & authoritate Apostolica Nobis commissa præsentialiter investimus, & in corporalem possessionem inducimus; quæ Ecclesia, domus, hortus, & appenditiæ infra hos fines circiter concluduntur, ab uno latere, videlicet a superiori latere est domus hæredum Joannis Caporii, & domus hæredum Joannis Nicolai, Joannis Curtii, & domus, & hortus Petri Gualteri, & domus, & hortus Joannis Matalonis, & domus Joannis Tyberionis, & domus Jacobi Joannis Nicolai, & domus Joannis Bovis, & hortus, & domus . . . . . de Vespa, & domus Petri fratris Joannis, & domus hæredum Thebaldi, & ab aliis lateribus (*via*) publica adjecta domo hæredum Theobaldi usque ad prædictam domum . . [a] & vestri, & dictorum Fratrum, & Conventus cautelam præsens publicum scriptum exinde vobis per manus dicti Nicolai Scrivarii fieri fecimus ejus, & dicti Judicis subscriptionibus roboratum. Acta fuerunt hæc Anno Domini MCCLVI., Pontificatus Domini Alexandri Papæ IV. Anno Secundo, Indictione XV. Mensis Julii die quinta coram dicto Judice, & Scrivario, & his præsentibus testibus Magistro Joanne Pauli, D. Gerardo de Scarpa, Thoma Joannis de Turre Canonicis Tyburtinis, D. Octaviano de Rusticis Vicario D. *Matthæi Ursi* [b] Comitis Tyburtini; Leonardo de Paulo Capite Militiæ; & Bertraymo Sediali Communis Tyburtin., Romano Joannis Pagani, Andrea Joannis Tiberii Scrivarii, Paulo Joannis Octaviani, & Matthæo Elefantis, & multis aliis testibus. Ego Nicolaus Petri Jaquintelli Dei gratia Sacri Imperii, & Tyburtinæ Civitatis publicus Scrivarius, & de mandato præfati Patris Episcopi, & rogatu dictorum Custodis & Guardiani Conventus Fratrum Minorum Tyburtin. ad futuram memoriam, & ipsorum cautelam prædicta omnia scripsi, & publicavi, quia interfui, & mei nominis signo signavi. Ego qui supra *Berardus* Episcopus Tyburtin. interfui, & subscripsi. Ego qui supra Gerardus de Scarpa Canonicus Tyburtinus testis interfui, & subscripsi. "

Fines loci Fratrum Minorum.

Die 5. Julii Anno 1256.

Testes rogati pro Instrumenti stipulatione.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei &c. Si quis autem &c.

Clausula Pontificia prohib. &c.

Datum Anagniæ II. Kal. Septembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo [c].

Ut non teneantur præstare procurationes, vel subsidia Legatis Apostolicis, aut aliis quibuscunque. (Ex REGES. VATIC. epist. 2896. lib. I. JOANNIS XXII., cujus in Epistola hæ litteræ leguntur apud WADDINGUM in Annal. Minor. ad annum 1317. num. 22. Regesti Pontif.)

ALEXANDER &c. CCXXXV.

Anno 1256. die 4. Septembr.

Dilectis in Christo filiabus . . . Abbatissæ, & Conventui Monasterii Aveninnen.[d] *Sanctæ Claræ Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

PAUPERTATI vestræ, quam voluntarie propter Dominum sustinetis &c.[e]

Datum Anagniæ II. Nonas Septembr., Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Indulgentias elargitur visitantibus quotannis Ecclesiam Monialium S. Claræ Avenionen. in festivitatibus SS. Claræ, Francisci, & Antonii. (Ex cit. REGES. VATIC. epist. 2896. JOANNIS XXII. apud WADDINGUM ad annum 1317. num. 22. Regesti Pontif.)

ALE-

(a) . . . . Hic aliqua desse noscuntur, suppleriqne poterunt ita: *Ad futuram autem memoriam, & vestri &c.*

(b) D. MATTHÆI URSI: Nunc *de Ursinis* patris Nicolai Papæ III., *tertiique Ordinis S. Francisci*, testante ejus filio Nicolao III. memorato apud Philippum Perusinum O. M. ejusdem Nicolai PP. familiarem in epistola, seu relatione *de Protectoribus Ordinis* ad Gondisalvum Generalem Ministrum, & Jordano in Chronico Ms. Biblioth. Vatic. apud Raynaldum ad annum 1277. num. 53.

(c) De hoc loco actum est & per litteras: *Cum dilecti filii* hoc anno datas idibus Julii; & denuo fit mentio in aliis anno sequenti scriptis die 11. Novembris incip. *Ille specialis affectus &c.* quæ suis locis consuli possunt.

(d) Pro hoc Monasterio, cujus initium in ann. 1250. rejicitur a P. Stephano Fantoni Castrucci in Hist. Avenion. & Vindascin lib. 1. cap. 10. num. 21., prodierunt aliæ litteræ hujus Pontificis datæ diebus 7. 11. & 13. mense pariter Septembri, ac 28. Octobris, nec non sequenti anno diebus 7. Februarii, & 16. Junii, quæ infra relatæ consuli possunt. Ut & illæ Urbani IV. ann. 1263. die 24. Septembris; Nicolai IV. anno 1290. &c.

(e) SUSTINETIS &c.. V. idem privilegium, quod Pontifex contulerat jam anno superiore idibus Aprilis universis Sanctimonialium hujus Ordinis Monasteriis, & postea etiam seorsum diversis earumdem locis.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

CCXXXVI. Anno 1256. die 7. Septembr. Eisdem.

ALEXANDER &c.

Eisdem.

Licet is, de cujus munere venit, ut sibi a Fidelibus suis digne ac laudabiliter serviatur, de abundantia pietatis suæ, quæ merita supplicum excedit, & vota, bene servientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri: nihilominus tamen desiderantes reddere Domino populum acceptabilem, Fideles Christi ad complacendum, & quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis scilicet, & remissionibus invitamus, ut exinde reddantur Divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur, ut Ecclesia vestra congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam ipsam in festivitatibus *Beatæ Claræ* Virginis, *Sancti Francisci*, & *Sancti Antonii* Confessorum, quæ in Ecclesia ipsa sunt præcipuæ, & solemnes, venerabiliter visitaverint, annuatim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *quadraginta dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Causa frequentandi honoribus Ecclesiæ.

Pontifex Indulgentiam elargitur.

Datum Anagniæ VII. Idus Septembr., Pontificatus Nostri Anno Secundo [a]. a

---

Ut de male acquisitis, ac redemptionibus votorum certis tamen conditionibus usque ad 100. libras Turonenses recipere valeant. (Ex Joannis xxii. Regesto Vatic. epist. 2896. lib. 1. apud Waddingum in Annal. Minor. ad annum 1317. num. 22. Reges. Pontif.)

CCXXXVII. Anno 1256. die 11. Septembr.

ALEXANDER &c.

Eisdem.

Causa concessionis.

Necessitatibus vestris paterno compatientes affectu, quod de usuris, rapinis, & aliis male acquisitis, si quibus horum restitutio fieri debeat, inveniri non possint; necnon de redemptionibus votorum auctoritate Diœce-A sanorum prius factis, *Herosolymitano* dumtaxat excepto, usque ad summam *centum librarum Turonen.* [b] monetæ recipere valeatis, auctoritate vobis præsentium indulgemus; si alias pro simili receptione non estis a Nobis hujusmodi gratiam consecutæ: ita quod voventes ad executionem votorum hujusmodi minime teneantur; sed alii ad restituendum residuum acquisitorum taliter, si quod fuerit, remaneant obligati. B Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. b

Conditione adjecta.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ III. Idus Septembr., Pontificatus Nostri Anno Secundo [c]. c

---

Concedit, ut bona quæcumque temporalia venientium ad Ordinem, & professarum exigere, & retinere valeant, demptis feudalibus. (Ex Regesto Vatic. epist. 2896. lib. 1 Joannis xxii. apud Waddingum in Annal. Minor. ad annum 1317. num. 22. Reges. Pontif.) C

CC-XXXVIII. Anno 1256. die 13. Septembr.

ALEXANDER &c.

Eisdem.

Monialium precibus indulgens Pontifex concedit ut infra.

Devotionis vestræ precibus inclinati auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut possessiones, & alia bona mobilia, & immobilia, quæ liberas personas Sororum vestrarum, Mundi relicta vanitate, ad Monasterium vestrum convolantium, & Professionem facientium in eodem, jure successionis, vel alio justo titulo, si remansissent in Seculo, contigissent; & libere potuissent aliis erogare, exceptis rebus feudalibus, exigere, petere, & retinere libere valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei &c. D E

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ II. Idus Septembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo [d]. d

Con-

(a) Alias hujus Pontificis litteras datas pro hoc Monasterio hoc anno vide sequen. diebus 11. & 12. hujus mensis, ac die 28. Octobris, annoque sequenti dieb. 7. Februarii, & 16. Junii.

(b) Librarum Turonen. - Quarum incertum, variumve valorem legere quisque potest in Fresnen. Glossario v. *Moneta*. Legi quoque non pigeat not. (s) p. 311. ad epist. Innocen. IV. ann. 1243. die 17. Sept. editam.

(c) Vide alias hujus Pont. litteras pro hoc Monasterio datas die 4. Sept. &c. & sequenti anno alias.

(d) Alias de hoc Monasterio litteras datas hoc anno diebus 4. 7. & 11. hoc mense Septembri, ac 28. Octobris, annoque sequenti diebus 7. Februarii, & 16. Junii habes suis locis relatas.

Confirmat locum Venetiis legatum Fratribus a M. Ziano, & ejusdem loci possessionem a Fratribus apprehensam. (Ex AUTOGRAPHO Archivi Conventus S. Francisci de Vinea Venet. apud N. V. FLAMINIUM CORNELIUM Hist. Eccles. Venet. tom. 8.)

CC-XXXIX. Anno 1256. die 16. Septembris. [a]

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. Ministro, & Fratribus Minorum de Venetiis [a] *Salutem, & Apostolicam Benedict.*

Exordium. [b] Fratrum petitionis tenor.

CUM a Nobis petitur &c.[b] Sane petitio vestra Nobis exhibita continebat, quod quondam *Marcus Ziani* de Venetiis[c] gerens ad vos, & Ordinem vestrum sinceræ devotionis affectum, quemdam locum ad eum spectantem, qui *Vinea* vulgariter appellatur, situm in Diœcesi *Castellana*[d], vobis intuitu pietatis in ultima voluntate legavit, ordinans, ut sex Fratres ipsius Ordinis de bonis ipsius Marci[e] animæ preces fundant; Executores quoque Testamenti prædicti Marci vos in corporalem possessionem loci induxerunt ejusdem[f]. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc a *Marco*, & Executoribus prædictis factum est, ratum, & gratum habentes id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; Vobis nihilominus concedentes, ut aliqui ex Fratribus dicti Ordinis, prout Ministro *Marchiæ Tervisinæ*, qui pro tempore fuerit, videbitur expedire, juxta præfati *Marci* ordinationem in ipso loco libere valeant commorari. Non obstante Statuto a Venerabili Fratre nostro ... *Castellano* Episcopo[g] loci Diœcesano edito per ejus loci Metropolitan.[h], & etiam per Sedem Apostolicam confirmato[i]; quod aliquis locus religiosus juxta alium intra *centum quinquaginta passus* in eadem Diœcesi non possit construi, vel etiam habitari; seu aliquibus litteris cujuscumque tenoris existant a Sede impetratis eadem, vel etiam impetrandis; quæ de præsentibus plenam, & expressam non fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu &c.

(Margin: Pontifex annuit, & confirmat ut supra. — Derogat Statuto Episcopi Castell. aliisque. — Clausula prohib. &c.)

Datum Anagniæ XVI. Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ut Monachorum Fiscecli tergiversationibus non indulgens, si constaret de illorum Monasterii deformatione minime reformanda, concedat Monialibus de Gattajola. (Ex REGES. VATIC. epist. 79. hanc, aliasque epistolas de hac re continente apud WADDINGUM in Reges. Pontif. ad annum 1258. n. 50., extat etiam AUTOGRAPHUM in Archivo Conventus S. Francisci de Ficeclo.)

CCXL. Anno 1256. die 30. Septembris.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Plebano de Birbinaria Lucan. *Diœcesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

CUM mandatum sub certa forma per nostras litteras[k] accepisses, ut dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & Conventui Monasterii de *Gattajola* Ordinis Sancti Damiani Lucan. Diœcesis de aliquo Monasterio, vel loco Venerabili Fratri nostro .. Episcopo *Lucan.* non subjecto ejusdem Diœcesis deformato, & non valente de facili in suo reformari Ordine provideres, amotis exinde personis ipsius, & alibi collocatis; tu, intellecto Abbatem, & Monachos Monasterii de *Fiscedo*[l] Ordinis Val-

(Margin: [k] Præcedentes suas litteras commemorat, & earundem litterarum executionem. [l])

(a) DE VENETIIS : De quorum loco in to. 1. hujus Operis actum est.
(b) PETITUR &c. : Ut in *Bulla* XI. anno præcedenti die 20. Januarii data.
(c) MARCUS ZIANI DE VENETIIS : De quo in epist. Innocentii IV. anno 1254. die 12. Julii data, & in alia hujus Pontificis anno 1255. die 14. Maji scripta, quæ supra leguntur.
(d) IN DIŒCESI CASTELLANA : In confinio S. Justinæ, ac regione *Castelli* Venetiarum.
(e) MARCI : Supplendum *alantur*, & *pro ejus*.
(f) INDUXERUNT EJUSDEM : Pro qua re scripserat Pontifex anno proxime prætesito easdem litteras *Cum nos dilectis* dat. die 14. Maji, quæ consuli possunt supra relatæ.
(g) CASTELLANO EPISCOPO : *Petro Pino*, de quo in Ital. Sac. Ughelli to. 5.

(h) METROPOLITAN. : Nempe Patriarcham Graden.
(i) PER SEDEM APOSTOLICAM CONFIRMATO : In judicato anno 1257. die 6. Martii peracto, quo Fratribus Minoribus adjudicatus est locus *Vinea* a prædicto Flaminio Cornelio publicato ibidem p. 43. Advocatus partis adversæ inter alia opposuit, in privilegio *Domini Papæ* contineri, nullam Religionis domum ædificari debere circa Monasterium S. Mariæ *de Celestia* Cistercien. Ordinis intra spatium 150. *passuum*, sed cujus Pontificis, incompertum.
(k) PER NOSTRAS LITTERAS : Datas anno proxime prætetito die 4. Decembris, & supra relatas p. 91.
(l) DE FISCEDO : Legendum *Fececlo* vulgo *Fosfecchio* nobili Oppido diœc. tunc Lucanæ inter Florentiam, Pisas, & Lucam sito, a qua Civitate distat ad 17. mill. pas., & a nonnullis dicitur latine *Phocæa*, nunc diœc. S. Miniatis, a qua distat 3. mill. pas.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

Vallis Umbrosæ [a] ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis dictæ Diœcesis a norma regularis observantiæ declinasse; ad eos, ut super hoc inquireres, descendisti; quibus ad inspectionem conversationis suæ te admittere contumaciter denegantibus, & per appellationis effugium evadere gestientibus; oculis inspecteris [b] tamquam mandati nostri diligens Executor super statu ejusdem Monasterii, & moribus, & vita Abbatis, & quorumcumque Monachorum, & personarum degentium in eodem, prout Nobis innotuit, testes plurimos recepisti. Sed licet perpendi ex dictis eorumdem Testium, quorum depositiones fuerunt exhibitæ coram Nobis; & ex fama publica videatur dictum Monasterium fore graviter deformatum; & eosdem Abbatem, & Monachos corrupisse ambulando post carnis concupiscentiam vias suas; ipsis tamen redimere satagentibus tempus, & judicium longis litigiorum protelationibus evitare; commissum tibi negotium in electione mandati Apostolici, & ipsius Monasterii jacturam, quod iidem Abbas, & Monachi hac de Causa sumptibus atterunt, & debitoribus oneribus opprimunt, prorogatur. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus eorum cavillationibus, & tergiversationibus non indulgens, si ex dictis receptorum Testium, fama, aliisque adminiculis deformationem ejusdem Monasterii deprehenderis; & ex qualitate personarum ejusdem attendens illud ex eisdem personis non posse de facili reformari; ad concedendum ipsum cum juribus, & possessionibus suis Abbatissæ, & Conventui præfatis juxta priorum continentiam litterarum absque solemnitate tamen, & strepitu judiciarii ordinis, & inducendum eas, vel partem earum in corporalem possessionem eorum, & defendendum inductas; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis; submoto cujusvis more, ac difficultatis dispendio, oppositione remota, procedas; Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Cæterum ne idem Monasterium iterum dilapidari contingat, ubi expedire videris, publicæ prohibitionis proponas Edictum; ne quis ab eisdem Abbate, & Monachis sub quovis alienationis, vel obligationis titulo præsumat accipere bona Monasterii memorati; & decernas, quod si secus attentatum fuerit, non tenere. Non obstantibus aliquibus litteris veritati, & justitiæ præjudicantibus, a Sede Apostolica impetratis, vel etiam impetrandis [c].

Monachi appellant ad Sedem Apostol. — *Documentum, & instructio Pontificis.* — *a Petri 2. 10.* — *Monachi litigio negotium protrahunt.* — *Mandat Pontifex ut supra.* — *Prohibet alienationes, & obligationes bonorum Monasterii Fiesclan.* — *derogando litteris Apostol.*

Datum Anagniæ II. Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Condemnatio Libelli: De periculis novissimorum temporum. (Ex Codice antiquo apud Waddingum in Annal. Min. ad hunc annum num. 31. Boulæo to. 3. Hist. Universit. Parisien., & Bullario Ord. Præd. tom. 1. Bul. 122. Alex. IV.; atque Bullario Romano tom. 1. Bul. 8. nunc 35. to. 3.; Firmamentique trium Ordinum par. 2. tract. 2. fol. 61.)

ALEXANDER &c.

CCXLI. Anno 1256. die 5. Octobris.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Romanus Pontifex de Summi Apostolatus specula Urbi, & Orbi debita servitute prospiciens curis occupatur innumeris, & cogitationibus rapitur infinitis; quia eminentior ceteris Sedes ejus sollicitudines sibi vehementiores accumulat; & ipsius auctoritas potior meditationes ei multiplicat ampliores; Quo enim altius præsidet, eo longius latiusque circumspicit, & quanto plus potest officio, tanto majoris vigilantiæ sibi sarcina incumbente plus pensat; quoniam maximæ dignitati potissima sollicitudo cohæret, & altiorem honorem onus gravius comitatur, cura-

Exordium; Quantum Romani Pontificis onus. — *Quo major potestas est, eo & major sollicitudo.*

(a) Ordinis Vallisumbrosæ: Cujus mentionem egit Mabillon. in Annal. Benedict. to. 4. lib. 58. ad annum 1041. n. 40., vocatque *Fiesclum*, & to. 5. lib. 66. ad ann. 1084. n. 6. *Fiesclense apud Lucam*, idest diœcesis Lucanæ; etatque sub titulo *Salvatoris*.

(b) Oculis inspecteris: Reponendum *inspectoris*, sc. speculatoris, qui rem attente considerat, & explorat.

(c) Cum autem negotii hujus executio protelaretur, scripsit Pontifex Gualterotto Canonico Lucano insequenti anno die 16. Junii, & 21. Julii 1257. binas literas, quæ infra leguntur; donec tandem anno 1258. definitum fuit, datumque Monasterium prædictum Monialibus ex *Bulla* incip. *Ea, quæ judicio &c.* data eo anno die 18. Martii.

curaque profusior ardentioribus stimulis mentem urget. Unde cum aliis plebium Fidelium Pastoribus, quibus Grex Dominicus particulariter est commissus, immineat de suarum Ecclesiarum eminentia vigilanter ad suas Oves attendere, incumbit utique Romano Præsuli, cui est grex ipse generaliter creditus, de sublimi Ecclesiarum vertice Sede scilicet Apostolica propensius ad illum, & instanter intueri; quia cum hi suis limitatis populis præsint, singuli quidem singulis, hic sine distinctione prælatus est Pontifex universis Dominicæ quidem Vineæ custos generalis, & cultor; & totius Ovilis Catholici, Pastorumque omnium Summus Pastor: Incumbente namque sibi generali sollicitudine super omnes, cum ex hoc suæ mentis intuitum per cuncta diffundere teneatur; stupet nimirum ipsius animus, & sub tam gravis, & difficilis curæ pondere contremiscit, quod posse sufferre, ut convenit, jus naturæ occiduæ vix confidit. Ad eum namque negotia undique confluunt, perveniunt lites, dubia deferuntur, & destinantur implicita, & perplexa; nec unquam horum influens torrens cessat; nec hujus alti pelagi validæ, & infestæ procellæ quiescunt; sed his, quæ nunc imminent expeditis, mox alia subsequuntur; nec tot implexarum quæstionum nodi decisione Apostolica solvi possunt, quin & aliæ irretitæ, & nodosæ superveniant, deliberatione matura, & consulta definitione solvendæ. Immo ex quo de instantibus, difficilibus, & obscuris dubietatis caliginem verbo suæ declarationis amoverit; statim nova, & recentia turbulenta ingruunt Apostolico dilucidanda Oraculo, & ambiguis, & incertis mentibus claræ differtionis lumine serenanda. Propterea inest Romano Antistiti sollicitudo sine otio, labor sine quiete, occupatio sine vacatione, exercitium sine tranquillo, ingens, & sedula meditatio, & vigilia sine somno. Nec ad modicum etiam cura quotidiana intermissionem habet: instantia, quæ nec omittitur aliquo tempore, nec aliquod ipsa tempus omittit, urget continue; quia cogitandi materia semper adest, nec successu temporis desinit; sed cum illius diuturnitate perdurat, quia nec decursu temporum deficiunt negotia, sed assidue illis succedentibus renascuntur. Nam, & hostis antiquus, argutus quidem insidiator, callidusque deceptor animarum, vehementis, & ardentis sollicitudinis causam præbet; humanæ quippe pacis æmulus, fraternæ invidus charitatis, Divinorum abactor, dissipator unionum, & tranquilli status Fidelium anxius persecutor, interserit odia, rancores ingerit, livores accendit, movet lites, jurgia suscitat, contentiones irritat, parat seditiones, & dissensiones procurat; & illorum etiam, qui perfectiores, & firmiores esse creduntur, interdum corda subvertit; & ibi magis impieratis suæ machinas erigere, ac nequitiæ faces accendere nititur; ubi fore plus æstimat malignitatis suæ conamina obfutura. Facit iniquus laqueos, pedicas objicit, ponit tendiculas, ut prudentiores etiam intercipiat, & captivet. Hinc turbationes oriuntur, surgunt inimicitiæ, dissidia prodeunt, & scandala generantur; unde sic jam sæculum declinavit ad malum, quod excrescentibus, & invalescentibus hinc eo noxiis, quasi vix locus in ipso salutaris invenitur; & exclusa fere inde concordia, quasi stabilem ibi habeat discordia mansionem. Quare oportet cura incessabili vigilare, ut detorta, & corrupta per malitiam bonitatis virtute rectificentur, & reformentur; divisa per odium charitate ligentur, & commota sistant, & pausent; habeant turbata tranquillum, & status Fidelium semper in melius roboretur. Sane quidam Scripturæ Sacræ [a] intelligentiam se habere fatentes, sed divertentes a tramite recti sensus cogitaverunt nuper malitiam, & contra innocentes, & rectos iniquitatem maximam sunt loquuti, exarserunt in cordibus suis, & lingua eorum maliloqua dolum, & nequitiam concinnavit: surgentes adversus *Fratres* [b] detraxerunt, & contra dilectos Matris Eccle-

Omnibus Pontifex Ecclesiis, & Christifidelibus præesse debet.

Ad eum undique negotia deferuntur examinanda.

Ejus sollicitudo sine otio, labor sine quiete, & vigilia sine somno.

Dæmon animarum deceptor quanta moveat ad illarum exitium.

Inde turbationes, inimicitiæ, scandala &c.

Narratio facti.

a *Psal.*49. 19.

b *Idem* 20.

 siæ

(a) SANE QUIDAM SCRIPTURÆ SACRÆ: Hæc pars epistolæ usque ad clausulam *Nulli ergo &c.* incip. *Quidam Scriptura sacra &c.* legitur infra ad diem 21. hujus mensis data Archiepiscopis &c.

(b) ADVERSUS FRATRES: Nempe Mendicantes & præsertim Prædicatores, & Minores, ut infra.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

Libellus contra Fratres Mendicantes quam perniciosus.

æ filios scandalum posuere. Prodiere, inquam, & in prava commenta ex nimio calore animi proruperunt *Libellum* quemdam valde perniciosum, & detestabilem temere componentes [a]. *Libellum* quidem non rationabilem, sed reprobabilem, non veritatis, sed mendacii, non eruditionis, sed derogationis, non monentem, sed mordentem, non instruentem veraciter, sed fallentem; quem Nos ad Sedem delatum Apostolicam Venerabili Fratri Episcopo *Tusculano* [b], & dilectis filiis nostris I. [c] tit. *S. Laurentii in Lucina*, & H. [d] tit. *S. Sabinæ* Presbyteris, & I. [e] *S. Nicolai in carcere Tulliano* Diacono Cardinalibus examinandum commisimus, ut plene ipsum inspicerent, & universa contenta in eo perfecte attenderent, & discuterent diligenter. Quo studiose perlecto, & mature, ac districte examinato; Nobisque de hoc plenaria facta relatione ab eis, quod in ipso quædam perversa, & reproba contra potestatem, & auctoritatem Romani Pontificis, & Episcoporum suorum; & nonnulla contra illos, qui propter Deum sub arctissima paupertate mendicant Mundum cum suis opibus voluntaria inopia superantes; alia vero contra eos, qui salutem Animarum zelantes ardenter, & sacris studiis procurantes multos in Ecclesia Dei operantur spirituales profectus, & magnum faciunt ibi fructum; quædam autem contra salutarem pauperum, seu Mendicantium Religiosorum statum; sicut sunt dilecti Filii *Fratres Prædicatores*, & *Minores*, qui vigore spiritus, sæculo cum suis divitiis derelicto; ad solam cælestem patriam tota intentione suspirant; necnon, & alia plura inconvenientia digna utique confutatione, ac confusione perpetua manifeste comperimus contineri. Quodque etiam idem *Libellus* magni scandali seminarium, & multæ turbationis materia existebat, & inducebat etiam dispendium Animarum, cum retraheret a devotione solita, & consueta eleemosynarum largitione, ac a conversione, & Religionis ingressu Fideles. Nos Libellum eumdem, qui sic incipit: *Ecce videntes clamabunt foris*; quique secundum ipsius titulum: *Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum* nuncupatur; tamquam iniquum, scelestum, & execrabilem, & institutiones, ac documenta in eo tradita utpote prava, falsa, & nefaria de Fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica duximus reprobanda, & in perpetuum condemnanda; districte præcipientes, ut quicumque *Libellum* ipsum habuerit, eum infra octo dies, ex quo hujusmodi nostram reprobationem, & condemnationem sciverit, prorsus in toto, & in qualibet sui parte comburere, & omnino abolere procuret. Et in illos, qui hujusmodi nostri præcepti fuerint contemptores, *Excommunicationis* sententiam promulgamus; in virtute obedientiæ prohibendo, ne quisquam prædictum Libellum ore Apostolico jam damnatum approbare, vel quomodolibet defensare præsumat; & si quis præsumpserit, tamquam contumax, inobediens, & rebellis Romanæ Ecclesiæ ab omnibus Fidelibus habeatur. Et Nos nihilominus alias contra eum taliter procedemus, quod pœna condigna temerarium feriet; & alii ea perterriti a similibus frænabuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reprobationis, condemnationis, præcepti, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Examinatores, & Censores dicti Libelli.

Censura Libelli inconvenientia continentis.

Fratrum Prædicatorum, & Minorum laus.

Libellus scandalosus.

Titulus Libelli, & initium.

Idem libellus reprobatur & condemnatur.

Pœna probantium, nec defendentium dictum Libellum.

Clausulæ prohib. &c.

Datum Anagniæ III. Nonas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Man-

(a) COMPONENTES: Quorum primus fuit Guillelmus de Sancto Amore autor Libelli scandalosi, de quo hic agitur.

(b) EPISCOPO TUSCULANO: Odoni de Castro Radulfi Gallo, de quo Ciaconius, & Annales Eccles. Raynaldi.

(c) I. TIT. S. LAURENTII IN LUCINA: *Joanni* de Toleto Anglo Ord. Cisterciens. postea Episc. Portuen. de quo cit. Ciacconius, non autem *Innoc.*, ut perperam legitur in Bullario Romano, ex quo error irrepsit in Raynaldi Annales, & in Bullarium Ord. Prædicat., etsi autor notarum ad illud probe vitavit, notavitque lapsum.

(d) H. TIT. S. SABINÆ: Hugoni de S. Caro Ord. Prædicat., & non *Honor.*, ut in dictis Bullariis, & Annalibus Raynaldi.

(e) ET I. S. NICOLAI IN CARCERE TULLIANO: Idest *Joanni* Cajetano Ursino, de quo idem Ciacconius, non vero *Innoc.*, ut in dictis Bullariis, & Annalibus Raynaldi legitur; quod etiam advertit Auctor notarum ad Bullarium Ord. Prædicat.

Mandat inquiri super Monasterio Graecorum de Tribus pueris, & si oportuerit, reformetur in Ordine Floren. (Ex Archivo Vatic. in Pontif. Regest. epist. 428. an. 2.)

CCXLII.
Anno 1256. die 11. Octobris.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... [a] *Episcopo* Bisinianen. [b], *& dilectis filiis Archidiacono Squillacen.* [c], *ac Magistro Amato Canonico Cusentino* [d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Monachorum Floren. relatio de Graeco Monasterio,

SUA Nobis dilecti filii ... [e] Abbas, & Conventus Monasterii *Floren.* [f] petitione monstrarunt, quod cum Nos intellecto, quod Monasterium Graecorum *de Tribus Pueris* [g] Gerentin. Diocesis [h] prope idem Monasterium Floren. situm in spiritualibus, & temporalibus graviter collapsum erat, dilecto filio .. [i] Electo *Cusentin.*, ejusque Collegae injunxerimus viva voce, ut ad praedictum Monasterium *Graecorum* personaliter accedentes illud de Floren. Ordine reformarent; propter malitiam temporis in hujusmodi negotio nullus habitus est processus; sicque idem Monasterium Graecorum remanet deformatum. Nos itaque volentes super hoc salubre remedium adhibere discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus ad praedictum Monasterium Graecorum personaliter accedentes illud, si quod de ipsius reformatione proponitur, veritate fulcitur, de praedicto Ordine auctoritate nostra per vos, vel alios reformetis; salvo jure Diocesani Episcopi [k] in iis, quae *Floren.* Ordini non obviant, institutis. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, tu, Frater Episcope, ea nihilominus exequaris.

de cujus reformatione Pontifex injunxit,

sed ob temporis malitiam nihil actum est.

Quare Pontifex iterum mandat id, quod supra,

mandatum temperando.

Datum Anagniae v. Idus Octobris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

ALEXANDER PP. IV.
An. Ch. 1256.

Collaudat S. Ludovici Regis pietatem, eique gratias agit, quod per Nuncios perniciosum Libellum miserit, significans jam condemnatum, & Ordines Praedicatorum, Minorumque ejus protectioni commendans. (Ex Monum. Mss. apud Waddingum in Annal. Min. ad hunc annum num. 32., & Bullarium Ord. Praedicat. tom. 1. Bul. 123. Alex. IV., Firmamentaque trium Ordinum par. 2. tract. 2. fol. 62.)

CCXLIII.
Anno 1256. die 17. Octobris.

ALEXANDER &c.

Carissimo in Christo filio .. Illustri Regi Franciae [l] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

S. Ludovicus Rex a pietate commendatur.

VERI Solis radius in te vere fulgere conspicitur, qui depulsis penitus pravis actibus in lucis operibus delectaris; qui vitatis omnino noctis tenebris in diei lumine ambulas horrendo vitia, & amplexando virtutes, fugiendo a noxiis, & salutaribus inhaerendo. Revera clarent in te firma Fides, & pura devotio erga caelestem Regem, cujus dono Regnum terrenum nosceris obtinere; dum sic ejus beneplacitis te coaptas, quod ad eum dirigens mentem tuam ipsum in tuis actionibus constituis fundamentum, ad illa tuum libitum convertis, & studium, quae in ejus conspectu sint placita, sibique delectabilem referant suavitatem odoris, in benignitate, clementia, misericordia, & charitatis subsidiis te principaliter exercendo. Sed etsi haec in persona tua, velut sidera luminosa, resplendeant; est tamen ibi aliud, quod ampliori fulgore rutilat, & sicut lumi-

(a) Ven. Fratri ....: *Raynucio* O. M., de quo extat epistola 191. Innocentii IV. *Cum sicut intelleximus &c.* in primo hujus Operis tomo p. 767. (c)
(b) Episcopo Bisinianen.: In Calabria, ut in no. (b) ad praedictam epistolam 191.
(c) Squillacen.: Al. *Scyllacen.* vulgo *Squillaci* urbis magnae Graeciae al. Brutiorum nunc ulterioris Calabriae sub Archiepiscopo Rhegino in ora Jonii maris.
(d) Cusentino: Urbis ejusdem Calabriae Archiepiscopali dignitate fulgentis, & ex praecipuis Regni Neapolitani 12. mill. a mari Tyrrheno distantis.
(e) Dilecti Filii ...: *Orlandus* ex Ughello to. 9. Ital. Sac. in Strongylan. Episc. n. 3.
(f) Monasterii Floren.: In Calabria citeriori a Joachino Curatii Abbate Ord. Cisterc. circa ann. 1190. fundati ex Manriquio in Annal. Cistercien. to. 3. ad eum ann. cap. 8. n. 1. & seqq.
(g) De tribus pueris: Ordinis Basilian.
(h) Gerentin. dioc: Al. *Gerontin.* urbis Calabriae sub Archiepiscopo S. Severinae jam pridem eversae, cujus sedes translata est, vel unita *Cariatensi* Ecclesiae.
(i) Dilecto Filio ....: Bartholomaeo Pignatello Neapolit. anno 1254. sub Innocentio IV. promoto ex Ughello to. 9. Ital. Sac. n. 15. al. 18.
(k) Diocesani Episcopi: Nempe Gerontini.
(l) Regi Franciae: S. Ludovico IX.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

Quam propitius Religiosis,

nare majus, & altius profert jubar, inter alia in te lucentia, quasi Solis immittens majestatem, illa videlicet ardens, & lucens charitas, qua personas Religiosas, & Divinis mancipatas servitiis gratiose prosequeris eas tenere diligendo, favore muniendo Regio, multis beneficiis confovendo, amplectendo conversationem ipsarum, & eas in tua familiaritate specialiter retinendo. Inter quas dilectos filios Fratres *Prædicatores*, & *Minores* tanquam perfectos Christi servos, cultores Fidei, eruditos, & prudentes, ac providos Consiliarios animarum tuæ mansuetudinis præcipui amoris vinculo astrinxisti. Certe congruit, & expedit, quod Princeps tam Catholicus familiares habeat tam electos; quod in ipsius munda, & nitida Curia viri sine nota, & macula conversentur; quodque domus ejus generali præconio laudata per Orbem etiam ex Ministrorum, & famulorum Domini societate, ac præsentia commendetur. Horum namque *Fratrum* clari Ordines jam dudum a Sede Apostolica, sicut sacri, & conspicui approbati, velut eminentia candelabra, & duo magna luminaria in Ecclesia Dei lucent; quoniam ab his sanctæ Doctrinæ lumen ubique per Mundum copiose diffunditur; ab his Christi Evangelium ardenter, & efficaciter prædicatur; ab his recta, & sana consilia, & exempla salutaria exhibentur. Convenienter itaque Regia Serenitas in tam proborum Virorum, & Religiosorum tam illustrium consortio jucundatur; quia ex hoc ipsa & merito crescit fama, & Principibus aliis ad honestum, & bonum materia est, & judex. De tanta ergo benevolentia, & gratia, quam eisdem Fratribus sincere ostendis, & exhibes, celsitudinem tuam multiplicitet in Domino commendantes dignas tibi gratiarum referimus actiones; recognoscentes Nos fore tibi de hoc specialius obligatos; quia tu es ipsis in necessitate plenum subsidium, contra molestias tutum præsidium, & in adversitate sui status solidum firmamentum. Sane dilectos filios Magistros Johannem, & Petrum Cleticos, & Nuncios tuos, quos ad Sedem Apostolicam destinasti, affectuose recepimus; & in his, quæ proposuerunt, & petiverunt ex parte tua pro eisdem Fratribus, benigne ipsos audire curavimus, & efficaciter exaudire. Et ecce *Libellum* illum [a] perniciosum, & detestabilem, quem quidam Sacræ Scripturæ intelligentiam se habere fatentes, sed divertentes a tramite recti sensus contra Christi pauperes vitæ suæ subsidia salubriter mendicantes componere præsumpserunt, delatum ad Nos per eosdem Nuncios, tanquam iniquum, scelestum & execrabilem, & instructiones, & documenta in eo tradita, utpote prava, falsa, & nefaria, de Fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica, præsente magna Fidelium multitudine, reprobanda duximus, & in perpetuum condemnanda, districte præcipientes, ut quicumque libellum ipsum habuerit, eum infra octo dies, ex quo hujusmodi nostram reprobationem, & condemnationem sciverit, prorsus destruere, & abolere procuret; & in illos, qui hujus nostri præcepti fuerint contemptores, excommunicationis sententiam promulgantes; firmiter in virtute obedientiæ prohibendo, ne quisquam prædictum libellum ore Apostolico jam damnatum approbare, vel quomodolibet defensare præsumat; & si præsumpserit, tanquam contumax, inobediens, & rebellis Romanæ Ecclesiæ ab omnibus Fidelibus habeatur [b]; sicut hæc omnia in literis nostris de prædicta reprobatione, ac condemnatione confectis, quas tibi transmittimus, plenius continentur [c]. Ideoque Magnificentiam tuam omni, qua possumus, affectione rogamus, quatenus memoratos Fratres consueta benignitate, ac gratia prosequaris, eos tanquam probatos, & acceptos Christi Ministros habeas attentius commendatos, & ab injuriis, & molestiis protegas, & præserves; ita quod tuo securi munimine quietam, & gratam impendere Domino valeant servitutem.

præsertim FF. Prædicat., & Minoribus a Pontifice mirum in modum collaudatis,

Laus dictorum Ordinum.

Pontifex ei gratias agit.

Regii Nuncii ad Pontificem.

Libellus contra dictos Fratres jam condemnatus asseritur.

Excommunicatio in retinentes, & defendentes dictum libellum.

Prædicti Fratres commendantur Regi.

Datum Anagniæ xvi. Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Con-

(a) LIBELLUM ILLUM: Magistri Guillelmi de Sancto Amore *De periculis novissimorum temporum*.
(b) HABEATUR: ut in supra relata Bulla *Romanus Pontifex* hoc anno die 5. Octobris edita.
(c) CONTINENTUR: Nimirum in dicta Bulla *Romanus Pontifex &c.*

Condemnat errores, & nefarius propositiones quorumdam detrahentium Ordinibus Prædicat. & Minorum; jubetque, ut contra eos procedatur, Religiosi vero protegantur. (Ex vetusto Cod. apud WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum num. 33., & BULLARIUM Ord. Prædicat. to. 1. Bul. 154. Alex. IV., FIRMAMENTAQUE trium Ordinum par. 2. tract. 2. fol. 59. ex AUTOGRAPHIS Parisiis, Ambiani, & Brugis extantibus.)

CCXLIV.
Anno 1256. die 19. Octobr.

ALEXANDER &c.

a

Carissimo in Christo filio Illustri ... Regi Franciæ [a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Enarratio, seu Pontificis exclamatio

NON sine multa cordis amaritudine animique turbatione audivimus, quod nonnulli Magistri, & Doctores, ac alii acuentes ut gladium linguas suas; & venenum aspidum gerentes sub labiis ad infamiam, gravamen, & dispendium innocentum illud in suggillationem, & læsionem dilectorum *Fratrum Prædicatorum*, & *Minorum* nequiter vomuerunt: & licet ipsos distincte non nominaverint, nec vocabulis propriis expresserint; eos tamen quibusdam verborum involucris, & certis, ac cautis circumlocutionibus apertius innuerunt, ita quod ex talibus eorum dictis manifeste, tanquam si expressim illos nominassent, innotuit, quod de ipsis *Fratribus* loquebantur; fuderunt iniquum virus, & contra eos in Scholis, prædicationibus, & alibi asserere præsumpserunt, quod in statu, & via salvandorum non erant; nec meritoria, nec salutifera existebat illorum mendicitas, & paupertas; cum deberent, valetudine corporali, & aliis justis impedimentis cessantibus, propriis manibus operari; sub spe alieni subsidii non torpendo, nec pro sustentatione, vel necessariis extranea mendicando suffragia, seu ab aliis vitæ adminicula expectando. Quodque de licentia, vel commissione Romani Pontificis, seu Diœcesanorum Episcoporum prædicationis exercere officium, & confessiones audire libere non valebant; tamquam per hoc Sacerdotibus Parochiali-

Psal. 63. 4.
Psal. 13. 3.
in Detractores FF. Prædicat. & Minor. subjudes.
Detractorum dicta referuntur.

A bus præjudicium inferrent; ad alia nihilominus prava, & iniqua in detractionem eorum, & suorum Ordinum derogationem ora maliloqua relaxando. Cum igitur iidem Ordines fuerint dudum a Sede Apostolica sicut clari, sacri, & conspicui approbati [b]; ex quibus jam nonnulli Fratres ad supernam provecti Patriam in Sanctorum numero sunt ascripti [c], & velut eminentia candelabra, & duo magna luminaria in Ecclesia Dei

Ordinum prædictorum laus, & approbatio.
b
c

B luceant; ac ab ipsorum Fratribus, & cultoribus sanctæ Doctrinæ lumen diffundatur ubique per Orbem; Christi Evangelium ardenter, ac efficaciter prædicent; ac recta, & sana consilia, & exempla salutaria præbeant. Cum etiam dicti *Fratres* Sacræ Scripturæ, ac Dei Verbi studio, & animarum profectibus, necnon Divinis Officiis, & Orationibus instanter, & incessanter intendant nequaquam marcentes otio, sed opere se

C optimo, & potissimo exercentes, cum sapientia opus existat maximum; nec fiant pluris, qui operantur exterius, quam qui studium cognoscendæ divinitatis exercent: unde & Dominus ministrante, ac operante Martha, Mariæ audientiam, attentionem, & studium circa Verbum ipsius præcipue commendavit; ex quo liquido patet, *Fratres* ipsos ad operandum suis manibus non teneri.

Eorumdemque defensio.
Luc. 10. 42.

D Quin immo si iis intermissis laborarent manibus, potiora utique, ac utiliora in minora, minusque utilia opera non sine animarum dispendio commutarent. Cum insuper iidem *Fratres* omnia propter Deum reliquerint, exilia vitæ subsidia mendicantes; Christumque imitentur pauperem, perfectionem Evangelicam amplexando, propter quod evidenter apparet, eos in statu existere salvandorum, & per suæ Religionis observantiam, quæ

E quidem ipsius perfectionis Evangelicæ tenet formam, æterna præmia promereri. Cum etiam de licentia, & commissione, vel concessione Romani Pontificis, seu Legatorum ejus, vel Ordinariorum Locorum licite possint prædicare populis, & confessiones audire, ac pœnitentias injungere salutares; venerabilibus

(a) REGI FRANCIÆ: S. Ludovicus IX.
(b) APPROBATI: Ab Innocentio III., ejusque successoribus usque ad ipsum Alexandrum.

(c) IN SANCTORUM NUMERO SUNT ASCRIPTI: Ut SS. Dominicus, & Petrus Martyr, SS. Franciscus, & Antonius.

ALEXANDER PP.IV. An. Ch. 1256.

a b c Præcipit Pontifex procedi contra detractores.

libus Fratribus nostris *Turonen.*, & *Rotomagen.* Archiepiscopis [a], ac Episcopo *Parisien.* [b] damus nostris literis [c] in virtute obedientiæ firmiter in præceptis; ut omnes Magistros, Doctores, & alios, qui sive in Scholis, sive in prædicationibus, sive alibi præmissa dicere attentarunt, ex parte nostra monere procurent, ut infra certum terminum ab ipsis Archiepiscopis, & Episcopo præfigendum eisdem dictum suum in his publice revocent, male se dixisse fatentes; illaque detestentur penitus, & retractent asseverando constanter contrarium; & illud etiam fideliter prædicando. Quod si non fecerint, ex tunc contra eos ad suspensionis, excommunicationis, & perpetuæ privationis Beneficiorum suorum Ecclesiasticorum sententias, sublato cujuslibet appellationis obstaculo, efficaciter procedere non omittant; Laicos de hoc culpabiles, vel fautores hujusmodi præsumptorum animadversione debita percellentes. Ideoque celsitudinem tuam affectuose requirimus, & rogamus, quatenus prædictis Archiepiscopis, & & Episcopo, cum ab eis requisitus fueris, tuum favorem, & auxilium magnifice largiaris; ita quod, tua eis favente potentia, mandatum Apostolicum sibi directum efficaciter exequi valeant; & Nos magnificentiam tuam exinde dignis in Domino laudibus commendare possimus.

Pœne in non retractantes dicta contra Fratres.

Rogatur Rex, ut executoribus sententiæ Pontificis assistat.

d

Datum Anagniæ xiv. Kal. Novembris [d], Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Damnat errores, nefariasque propositiones quorundam Ordinibus Prædicat., & Minorum detrabentium, contra quos procedi mandat, Fratres interim infrascriptorum tutelæ commendans. (Ex vetusto Cod. Mss. apud WADDINOUM in Annal. Min. ad hunc annum num. 33., & BULLARIUM Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 126. Alex. IV.)

ALEXANDER &c.

CCXLV.
Anno 1256. die 21. Octobris.

Venerabilibus Fratribus universis Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Archipresbyteris, & aliis Ecclesiarum Prælatis cujuscumque Ordinis, vel professionis per Bituricen., Ebredunen., Aquen., Burdigalen., Narbonen., Arelaten., & Viennen. *Provincias constitutis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

NON sine multa cordis amaritudine &c. [e] Carissimi in Christo filii nostri . . . Illustris Regis Francorum ad hæc, si necesse fuerit, auxilio invocato. Ideoque Universitatem vestram rogamus, & hortamur attente, per Apostolica scripta vobis præcipiendo, mandantes, quatenus memoratos *Fratres* omni benevolentia, & gratia prosequentes, eos tanquam probatos, & acceptos Christi Magistros habeatis pro Divina, & nostra reverentia propensius commendatos, ipsos ab injuriis, & molestiis defendentes, ita quod & vobis, & vestris Ecclesiis fortius obligemur.

e

Datum Anagniæ xiI. Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CCXLVI.
Anno 1256. die 21. Octobr.

Eodem modo, ac die scripsit universis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, aliisque Prælatis Eccles. per Franciam, Burgundiam, Picardıam, Brilanniam, & Normanniam *constitutis*. (Ex eit. WADDINGO in Annal. Minor. num. 33., & BULLARIO Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 125. Alex. IV.)

Ut condemnationem Libelli De periculis novissimorum temporum *a se factam publicent, & publicari faciant*. (Ex vetusto Mss. Cod. apud WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum num. 33., & BULLARIO Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 127. Alex. IV. ex AUTOGRAPHO Conventus Parisien. illius Ordinis, FIRMAMENTIS trium Ordin. par. 2. tract. 2. fol. 62.)

ALE-

(a) TURONEN., ET ROTHOMAGEN. ARCHIEPISCOPIS: *Petro Lamballe*, & *Odone Rigaldi* O. M. ex Gallia Christiana Sanmarthan.
(b) EPISCOPO PARISIEN.: *Reginaldo Corbejen.* ex cit. Gallia.
(c) DAMUS NOSTRIS LITTERIS: Die 21. Octobris, quæ mox subduntur una cum aliis eadem die datis omnibus Archiepiscopis, & Prælatis Ecclesiasticis Galliarum.

(d) XIV. KAL. NOVEMBR.: Mendum est apud Gonzagam par. 1. in descriptione Conventus Parisien., ubi asserit hoc diploma autographum asservari dat. IIII. Kal. Novembr.
(e) AMARITUDINE &c.: Ut in superiori Bulla Regi Franciæ data die 19. Octobris usque ad illa verba: *animadversione debita percellentes*. Denique subjungit *Carissimi &c.*

CCXLVII. Anno 1256. die 21. Octobris.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Turonen. [a] *&* Rotomagen. *Archiepiscopis* [b], *ac Episcopo* Parisien. [c] *Salutem*, *& Apostolicam Benedictionem*.

Hujus jussionis occasio.

QUIDAM Scripturæ Sacræ intelligentiam se habere fatentes, sed divertentes &c. [d] Ideoque Fraternitati vestræ per Apostolica scripta, in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus hujusmodi nostram reprobationem, condemnationem, præceptum, & prohibitionem, ac præmissa omnia *Parisius* solemniter publicetis, & faciatis per alios in omnibus locis, in quibus expedire videritis, publicari: contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Mandat, ut supra dictum est.

Discrete commissio.

Datum Anagniæ XII. Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo [e].

Monasterium S. Claræ Avenionen. amplo privilegio donat, & munit. (EX REGES. VATIC. epist. 2896. lib. 1. Joannis XXII. apud WADDINGUM in Annal. Min. ad ann. 1317. num. 22. Regesti Pontificii.)

CCXLVIII. Anno 1256. die 28. Octobris.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus.. Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Claræ Avenionen. [f], *ejusque Sororibus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

Exordium. Justis Monialium postulationibus annuit Pontifex.

RELIGIOSAM vitam eligentibus &c. [g] Eapropter, dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium *Sanctæ Claræ Avenionen.*, in quo estis Divino obsequio mancipatæ, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti *Regulam*, atque *Institutionem* Monialium inclusarum Sancti Damiani Assisinaten., & *Formulam* vitæ vestræ a felicis recordationis GREGORIO PAPA prædecessore nostro Ordini vestro traditam, cum adhuc esset in minori officio constitutus, in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona &c. [h] In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, cum Terris, Pratis, Vineis, nemoribus, vivariis [i], & pascuis, in Bosco, & Plano, in Aquis, & Molendinis, in viis, & semitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Liceat quoque vobis personas liberas &c. [k] exercere [l]. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare &c. [m]

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

eamque Monasterium sub protectione Sedis Apost. suscipit.

Ordo, atque Regula observanda præscribitur.

Bona stabilia confirmantur.

Aliis privilegiis munitur.

Clausula prohib. &c.

Subscriptiones Ecclesiæ Romanæ.

Ego ALEXANDER Catholicæ Ecclesiæ Episcopus [n].
Ego Odo Tusculanus Episcopus.
Ego Fr. Joannes tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Card. subscripsi.
Ego Fr. Hugo tituli Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis subscripsi.
Ego Octavianus Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis subscripsi.
Ego Joannes S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis subscripsi.
Ego

(a) TURONENSI: *Petro Lamballe*; de quo Sanmarthani in Gallia Christiana.

(b) ROTHOMAGEN. ARCHIEPISC.: *Fr. Odoni Rigaldi* Ord. Min. anno 1248. adlecto, de quo Waddingus, aliique plures.

(c) EPISCOPO PARISIENSI: *Reginaldo de Corbei*, de quo supra dictum est.

(d) DIVERTENTES &c.: Ut in superiori *Bulla*, quæ incipit: *Romanus Pontifex &c.* post medium usque ad illa verba: *perterriti a similibus frenabuntur*, & clausulam. Deinde subjungit: *Ideoque &c.*

(e) Hæc Epistola legitur etiam in *Bullario* Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 151. Alex. IV. data die 30. Martii anno 1257. *Patriarchis*, *Archiepiscopis*, *& Episcopis*, & apud Rodericum Bul. 80. sine nota temporis; quæ & ibi dabitur etiam ex nostris Monumen. O. M.

(f) MONASTERII S. CLARÆ AVENIONEN.: De quo egimus supra ad diploma *Paupertati vestræ &c.* hoc anno die 4. Septembr. edito.

(g) ELIGENTIBUS &c.: Videatur simile *Privilegium* pro Monasterio S. Catharinæ Genuen. anno 1255. die 30. Aprilis vulgatum.

(h) QUÆCUNQUE BONA &c.: Ut in dicto Privilegio Genuen. Monasterii.

(i) VIVARIIS: In aliis quibusdam similibus Privilegiis legitur *usuagiis*, an hic etiam ita reponendum sit, haud facile dictu.

(k) PERSONAS LIBERAS &c. Ut in prædicto Privilegio Monasterii Genuen.

(l) EXERCERE: In aliis Privilegiis hujusmodi hoc loco solet addi exemptio Episcopalis, & census Romanæ Ecclesiæ persolvendus; hic autem & illa, & iste omittitur.

(m) PERTURBARE &c.: reliqua ut in cit. Privilegio Genuen. usque *Amen*.

(n) EPISCOPUS: Deest *subscripsi*, ut & in sequ.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1256.

Ego Octobonus S. Adriani Diaconus Cardinalis subscripsi.

Datum Anagniæ per manum Magistri Rolandi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarii v. Kalendas Novembris,
a Indictione xv. [a] Incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus vero Domini Alex-
b andri Papæ Quarti Anno Secundo [b].

Monasterium S. Angeli *de Militino reformatum ab alio Fontis Laureati Ordinis Floren. eique a Fridericianis ademtum mandat restitui Monachis Laur. possessoribus, donec commodius reformari valeat.* (Ex Reges. Vatic. epist. 486.)

CCXLIX. Anno 1256. die 1. Novembr.

ALEXANDER &c.

c d e f *Venerabilibus Fratribus* [c] ... Bisinianen. [d], & .. [e] Strongolen. [f] *Episcopis*, & *dilecto Filio Leoni Canonico* Rossanen. [g] *Salutem*, & *Apostol. Benedict.*

Monachorum Fontis Laureati petitio

OBLATA Nobis ex parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus
h Monasterii *Fontis Laureati* [h] Floren. Or-
i dinis, Tropen. Diœcesis [i] petitio continebat, quod fel. recordat. GREGORIUS
k PAPA [k] prædecessor noster intellecto, quod Monasterium *Sancti Angeli* de *Mi-*
l *litin.* [l] tunc Ordinis Sancti Basilii Rossan. Diœcesis adeo erat in spiritualibus, & temporalibus deformatum, quod vix aliqua religionis vestigia remanserat in

de Monasterio Militini reformando.

m eodem; bonæ memoriæ .. [m] *Bisinianen.* Episcopo prædecessori tuo, Frater Episcope *Bisinianen.*, ejusque Collegæ suis dedit litteris in mandatis, ut ad

& Gregorii IX. ea de re mandato.

Monasterium ipsum personaliter accedentes illud infra certum tempus juxta ejusdem Ordinis *Sancti Basilii* regulares observantias, si posset fieri, reformarent: Alioquin ipsum præfato.. Abbati Monasterii Fontis Laureati committerent de Floren. Ordine reformandum, Diœcesani Loci [n] in omnibus jure salvo. n
Qui juxta mandatum Apostolicum personaliter accedentes ad locum, & ibidem visitationis officium impendentes, cum Monasterium ipsum in Ordine suo reformare non possent, illud.. Abbati prædicto reformandum de *Floren.* Ordine commiserunt; quod etiam Fratres, qui ibidem remanserant, acceptantes ipsi Abbati professionem fecerunt, promittendo de cætero *Floren.* Ordinem in omnibus observare [o]. Sed postmodum non o
solum Officiales quondam Friderici olim Romanorum Imperatoris eosdem Fratres illo Monasterio, quod aliquandiu pacifice possederunt, contra justitiam spoliarunt; verum etiam idem Fridericus [p] p
majorem partem possessionum Monasterii *Fontis Laureati* pro suæ voluntatis arbitrio in suum dominium revocavit; propter quod defectum in temporalibus non modicum ipsi Fratres sustinent. Nos itaque eorum supplicationibus inclinati, quod super iis ab eisdem Episcopo [q], & Collega provide factum est, q
ratum habentes, & gratum, illud auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, revocantes omnino, quæ in præmissis in prædictorum Fratrum præjudicium sunt præsumpta; & mandamus dictum Monasterium *Sancti Angeli* debere ipsis restitui [r], eorumque dispositioni commit- r
ti,

mandatique executione.

Executionis effectum turbant Fridericus Imp., ejusque Officiales.

Pontifex vero probans Episcopi, Collegeque factum

jubet Monasterium propriis Fratribus restitui, ut infra.

(a) INDICTIONE XV.: A Kal. Septembris decorrente more veteri; alias legendum esset XIV., quæ vulgo toto hoc anno 1256. numerabatur.
(b) Alias pro hoc loco epistolas damus anno sequenti sub dieb. 7 Februar. & 16. Junii.
(c) VENER. FRATRIBUS ...: *Rainucio* O. M., ut ex no.(a) ad epistolam 242. superius relatam sub die 11. Octobr. *Sua nobis &c.*
(d) BISINIANEN.: Ut in no. (b) ad prædictam epistolam.
(e) ET ...: *Petro* ex Catalogo Episcoporum illius Ecclesiæ apud Ughellum to. 9. Ital. Sac. n. 3.
(f) STRONGOLEN.: Al. *Strongylen.* vulgo *Strongoli* in Calabria sub Archiepiscopo S. Severinæ.
(g) ROSSANEN.: Al. *Roscian.* Archiepiscopatus Calabriæ citerioris.
(h) MONASTERII FONTIS LAUREATI: Cujus mentionem agit Ang. Manrique in Annal. Cistercien. to. 3. ad annum 1190. cap. 6. n. 10. parcissime tamen, hoc omnino de eo tradens, post 200. annos ad Institutum Cisterciensium rediisse, vel accessisse.
(i) TROPEN. DIOCESIS: Al. Tropeen. in Calabria ulteriori, oraque Maris Tyrrheni sub Archiepiscopo Rhegino.
(k) GREGORIUS PAPA: Hujus nominis IX. anno 1241. mense Augusto defunctus.
(l) S. ANGELI MILITINO: Græcorum, ut videtur, si Ordinis S. Basilii.
(m) BONÆ MEMORIÆ: *Petro*, qui anno 1236. sedebat ex Ughello to. 9. Ital. Sac. n. 3.
(n) DIOCESANI LOCI: Nimirum Episcopi Tropæensis.
(o) OBSERVARE: Hujus Monasterii reformationis chartam, seu instrumentum vidit Ughellus, ut ipse refert to. 9. Ital. Sac. in Episc. Strongylen. n. 3., sed hanc ejusdem restitutionem non aspexit.
(p) FRIDERICUS: Exeunte anno 1250. ex hac vita præreptus.
(q) EPISCOPO: Bisinianen. *Bonæ memoriæ*, ut supra (m)
(r) IPSIS RESTITUI: Nempe Monachis Fontis Laureati Floren.

ti, & tamdiu detineri ad manus eorum, A quousque ipsius, & bonorum ejus plena possessione habita ab eis de dicto *Floren.* Ordine [a] valeat commode reformari. Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus dictos Abbatem, & Conventum [b], vel eorum Procuratorem ipsorum nomine in corporalem possessionem præfati Monasterii *Sancti Angeli* secundum hujusmodi confirmationis, revocationis, & præcepti nostri tenorem per vos, vel per alios auctoritate nostra reducatis, & reductos defendatis; amoto ab eo quolibet illicito detentore: contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

(a) mandat suprascriptis dictos Fratres in possessionem immitti, atque defendi, (b)

(mandatum tamen temperando.)

Datum Anagniæ Kalendis Novembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Testimonium perhibet de Stigmatibus S. Francisci; rogatque Christifideles, ne contrariam asserentibus aures præbeant, sed illa digne venerentur. (Ex Speculo Minorum fol. 9. apud Autorem Supplementi Annal. Minor. Wadingi ad annum 1257. n. 2., & Rodericum in Bullario Regul. tom. 1. Bul. 19. Alex. IV., Firmamentaque trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 17.)

CCL.
Die ... 1256.

ALEXANDER &c.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Grande, & singulare miraculum, quo *Beatum Franciscum* ipse Sanctorum splendor, & gloria Dominus Jesus Christus mirabiliter decoravit, vobis fel. record. Gregorius Papa IX. prædecessor noster clara sua insinuatione litterarum expressit [c], videlicet quod idem Sanctus, cum aduc spatium præsentis vitæ percurreret, & postquam illud feliciter consummavit, in manibus, latere, ac pedibus specie *Stigmatum* divinitus extitit insignitus. Cum igitur tam insigne amoris Divini signum; quod utique ante ejus obitum patuit, & No- B bis etiam runc notum fuit [d] * eodem prædecessore in minori adhuc officio constituto; ab omnibus Christicolis credi firmiter cupiamus; devotionem vestram rogamus, & hortamur in Domino Jesu Christo in remissionem vobis peccaminum injungendo; quatenus ab assertione contrarii, quæ non nisi ex cordis malignitate procederet, aurem, & mentem penitus avertatis [e]; reddentes vobis eumdem Sanctum digna veneratione C propitium apud Deum; ut adjuti ejus precibus, & meritis felicitatis æternæ possitis participium obtinere [f].

(Gregorii IX. testimonium de iisdem Stigmatibus commemorat. c)

(* cum; d; Et suum quoque adjungit.)

(Hortaturque Christifideles ad illorum venerationem. e)

Datum Anagniæ ...... Pontificatus Nostri Anno Tertio [g].

(f) (g)

D *Mirifice Studium Parisiense laudat; malam ibi doctrinam contra FF. Prædicatores, & Minores, quos valde commendat, disseminatam se proscripsisse significat, fundensque pacificum convictum, ne cogitent de transferenda alio Academia, jubet.* (Ex prædicto Cod. Ms. apud Wadingum in Annal. num. 36., & Bullarium Ord. Prædicat. tom. 1. num. 128., Firmamentaque trium Ordinum par. 2. tract. 2. fol. 63., atque Boulæo tom. 3. Univers. Parisien.)

Tom. II. Y ALE-

(a) Floren. Ordine: De quo videas supradictam epistolam 242. pag. 163. (f)

(b) Abbatem, et Conventum: Videlicet Basilianorum.

(c) Expressit: plurium quidem, sed illarum in primis, quæ incipiunt: *Confessor Domini gloriosus &c.* & quæ cum aliis supra leguntur ad annum 1237. Bul. 221. to. 1. p. 214.

(d) Et nobis etiam tunc notum fuit: Ob id non solum has litteras, sed alias anno superiori edidit Incip.: *Benigna operatio &c.* jam supra relatas ad diem 29. Octobr., in quibus hoc ipsum dixit.

(e) Aurem, et mentem penitus avertatis: Etsi enim tam Gregorius, quam Alexander litteris memoratis interdixerint cuicumque sentire contrarium; eorumque impugnatores pœnis coerceri mandaverint; non deerant tamen invidi & increduli, qui modo palam, modo clam illa inficiari, suppositaque aliis insinuabant.

(f) Hoc Alexandri diploma commemorat autor antiquus Bartholomæus Pisanus Conform. 11. par. 2. & fere integrum refert.

(g) Anno tertio: Reponendum forsan *anno secundo*, vel primo, cum datæ sint litteræ *Anagniæ*, ubi anno sui Pontificatus tertio Alexander non fuit, sed partim *Laterani* partim *Viterbii*, quo mense Majo anno 1257. se contulit ob quorundam Romanorum in eum rebellionem; *Anagniæ* vero resedit anno 1255. a fine mensis Maii usque post medium Novembris 1256. quo tempore *Romam* rediit; ibique degit usque dum *Viterbium* petere coactus fuit; ut ex pluribus ejus epistolis colligitur: & sane etiam apud cit. Rodericum legimus *dat. Anagniæ*, sed sine nota temporis; cum autem Pontifex Viterbio *Anagniam* reversus sit mense Octobri, vel initio Novembris anno 1258., ibique steterit usque ad mensem Julii an. 1260.; incertum, an legendum sit *anno* IV. vel VI. loco III.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

CCLI.

Anno 1256. die 15. Novembr.

Encomia Academiæ Parisiensis.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis universis Magistris, & Scholaribus Parisien. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

PARISIUS peritiæ summæ sinus de suæ scientiæ plenitudine replens Orbem, & tanquam fulgidus Sol doctrinæ per totum Orbem claræ intelligentiæ lumen fundens depellit ignorantiæ tenebras, ruditatis aspergit caliginem, aufert B imperitiæ nubilum; promit illuminationis auroram, cognitionis pandit serenum, & lucidum scientiæ monstrat diem; rigat documenta suorum fluentis Paradisi omnem terram, & bonorum influentia dogmatum instruit, & imbuit universum copiosis, & dulcibus sapientiæ fructibus reficiens Ecclesiam, Mundum pascens; quia de Parisiis, velut de parientis sinu partus scientiarum plurimi prodeunt; de ipso rectæ, ac per- C fectæ disciplinæ soboles gignuntur. Hinc procedit inclyta Doctorum prosapia; hinc altas progenies provenit peritorum, quibus Chistianus illustratur populus, & Fides Catholica roboratur. Hinc profecto amænitatis, & commoditatis locum universæ artes de totius Orbis ambitu sibi habitaculum communiter elegerunt; & consideratis ceteris sæculi mansionibus, quasi deliberatione concordi suam ibi fixerunt immobi- D lem stationem. Hæc est egregia litterarum Civitas, artium urbs famosa, eruditionis schola præcipua, summa sapientiæ officina, & potissimum Gymnasium studiorum. Hic conversantur, & degunt scientiæ; hic firma, & læta societate convivunt; hic suas habent, & possident Cathedras; hic sua profunda, & arcana veritatis magisterii insinuatione revelant; & cujusque ipsarum E propria virtus suo ibi proprio innotescit effectu; inter quas sacra, & venerabilis Theologia locum obtinet altiorem; præest enim reliquis sicut superior; & tanquam inferiores cæteræ sibi subsunt; imperat aliis ut domina, & illæ sibi ut famulæ obsequuntur; guberuat alias ut Prælata, & ipsæ sibi tanquam subditæ

Ingens laus Theologiæ.

A reverenter intendunt. Ad hanc singulæ in viis suis levant, & habent intuitum, ut juxta permissum ejus se metientes inoffensæ incedant, egressum ad aliquod inconveniens non impingant. De Parisius [a] itaque fons limpidus scientiarum emanat, de quo potant cunctarum populi nationum. Ibi erumpit altus puteus Scripturarum, de quo profundæ intelligentiæ pocula Mundus haurit. Cum igitur Civitas ipsa Parisius tanquam arbor fructifera in campo Fidei ubertate præpollens, tanquam spiritualium proventuum copiam Ecclesiæ afferat generali, cum honorabilis Universitas Magistrorum, & Scolarium Civitatis ejusdem, quasi vitæ vitis in vinea Ecclesiæ vivo liquore affluens vitalis potus abundantiam Catholicæ plebi propinet. Convenit quidem, & expedit, ut ad eas multipliciter internæ charitatis extendentes, & ostendentes affectum, ad perpetuam ipsius Universitatis præservationem, ut firma semper stabilitate vigeat, & pleno vigorè assidue convalescat, totius diligentiæ Studium impendamus; quatenus Apostolica sollicitudine continuo sibi procurato munimine, contra noxia quælibet, & adversa solida permaneat, & secura, ut sua non quatiatur firmitas, integritas non frangatur, nec corrumpatur sinceritas, nec unitas dividatur. Sane ad id in Civitate ipsa generalis Studii fundamenta Divino nutu olim locata, & stabilita esse noscuntur; quod ex omnibus gentibus illuc pro acquirendis magnis scientiæ opibus confluat continue multitudo; & virtute ibi, ac eruditione proficiens ex suo exercitio thesaurum tam pretiosum, in cujus utique conservatione furum nullatenus timentur insidiæ, assequatur; & ex labore sapidum sapientiæ fructum reportet; qui summe pascendo reficit, nec unquam afficit fastidio comedentem; immo quanto plus editur, tanto ad sui esum accendit edentis fortius appetitum; nec usu quidem consumitur, sed servatur potius, & augetur. Ob hoc enim longa tempora sub vigiliis, & laboribus in eadem Civitate decurritis bona ibi propria expendendo. Ideo parentes, & propinqui vestri sedula vobis ibidem subsidia de suis

a Iterum Schola Parisien. commendatur,

& ad ejus præservationem, & stabilitatem Pontifex operam impendit.

Insatiabilis scienti appetitus.

Ad Academicos sermo.

(a) DE PARISIUS: Pro *de Parisiis*: illis enim temporibus *Parisius* dicebatur sine flexu, seu, ut ajunt Grammatici, indeclinabile nomen erat, & ita in omni casu.

Alexander PP. IV. An.Ch.1256.

suis facultatibus subministrant, subtrahentes interdum sibi, ut plenius vestris possint necessitatibus subvenire; quod inibi tanquam in odoramentorum delectabili paradiso cum aviditate legentes reficiamini jugiter suavibus, & electis epulis literarum, proficientes bonitatis augmento, & crescentes in viros morum honestate compositos, & scientiarum cognitione perfectos; ut tandem labor vester, & studium ad laudem Dei, vestrumque honorem, & commodum, & propinquorum gaudium elucescat. Sed sunt quidam [a], qui vos in his frivolis occasionibus adinventis impedire conantur; vestrumque laudabilem in studii exercitatione processum immissione dissidii, & scandali concitatione turbare: sicut his diebus aliqui spiritus malignitatis impulsu fecerunt, qui statum vestrum integrum, & tranquillum novis procuratis dissensionibus immutarunt, adducentes in vos commotionis turbinem, & inferentes discordiæ tempestatem, crebras faciendo convocationes, prava conventicula ordinando, & vos ad hoc iniquis, & callidis suggestionibus pertrahendo ita, quod cum debebatis in silentio, & quiete immoere libris, & lectioni vacare; oportebat vos propter ista intermisso studio clamoribus, & strepitibus interesse; ac pro vanis, & incongruis tractatibus inutiliter evagari. Si ergo viros tam pestilentes corripimus; si Ecclesiastica districtione talium temeritatem arcemus; si horum maligna molimina Apostolica potestate conterimus; impias colligationes dissolvimus; & reproba consilia dissipamus; orditas malitiæ suæ machinas confringentes, ne libere feriant, & præconceptas inferant læsiones; de hoc vehementer gaudere debetis; & tanquam de magni beneficii dono communiter exultare; quia resistendo taliter his perversis, etsi bonum generale agimus vestrum, tamen profectum specialiter procuramus. Porro cum dilecti Filii *Fratres Prædicatores*, & *Minores* Parisius Sacræ Scripturæ studio sedulo inhærendo sibi, & aliis multum proficiant; insignia lucis opera de suæ constanti vigilantia, & instantia vigili proferentes, propter quod ex ipsis Parisien. Studium grande augmentum recipit; & eximium vestra Universitas ornamentum; turbamur quamplurimum, & vobis etiam debet non modicum displicere; cum aliqui sui æmuli statum ipsorum humilem, & quietum subvertere moliuntur; & vos adversus eorum innocentias commovere; quorum profecto multi fuerunt ex vobis, & de vestro consortio ad Regulare Collegium transiverunt; quorumque necessitatibus de vestræ charitatis eleemosynis, & subsidiis potissime subvenitur; & qui pro vobis Divinam clementiam devota, & assidua supplicatione deposcunt. Unde quia intelleximus, quod aliqui contra eosdem Fratres, quantum ad prædicationem, Confessionum audientiam, mendicitatem ipsorum, & quoad alia in Scholis, prædicationibus, & alibi linguas relaxare maliloquas præsumpserunt, non ipsos forte propriis exprimendo vocabulis, sed aperte quibusdam certis circumlocutionibus innuendo: Nos attendentes, quod dicti *Fratres* Sacris Scripturis, & Verbi Dei studio, ac animatum profectibus, necnon Divinis Officiis, & orationibus instanter, & incessanter intendunt; nec torpent otio, sed opere optimo seipsos exercitant; cum sapientia opus existat maximum; nec sint plures, qui operantur exterius, quam qui studium cognoscendæ Divinitatis exercent; nam, & Dominus ministrante, ac operante Martha, Mariæ audientiam, attentionem, & studium erga Verbum ipsius præcipue commendavit; per quod liquido patet, quod iidem *Fratres* ad operandum suis manibus non tenentur; quin immo si, his intermissis, laborarent manibus, potiora utique, ac utiliora in minora, minusque utilia opera non sine animarum dispendio commutarent; considerantes etiam, quod reliquerunt omnia propter Deum, exilia vitæ subsidia salubriter mendicantes; Christumque pauperem imitentur perfectionem Evangelicam amplexando; ex quo evidenter apparet, quod in statu salvandorum existant per suæ Religionis observantiam, quæ quidem ipsius perfectio-

[Margin notes:] Turbatores quidam pacem, & progressum impediunt. — Eos Pontifex corripit, & reprobat. — FF. Prædicatorum, & Minorum encomium. — quorum æmuli eorum statum subvertere moliuntur. — Defensio Fratrum per Pontificem. — Luc. 10. 41.

(a) Sunt quidam: Gulielmus a S. Amore, Odo Duacen. &c. qui recensentur in litteris *Vera fidei &c.* hoc anno die 27. Junii ad Franciæ Regem datis, & supra videndis p. 140.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

fectionis Evangelicæ tenet formam, æterna præmia promerentur; pensantes insuper, quod de licentia, vel commissione, ac concessione Romani Pontificis, seu Legatorum ejus, vel Ordinariorum locorum licite possunt prædicare populis, & confessiones audire, ac pœnitentias injungere salutares; contra omnes, qui adversus prædictos *Fratres* stulte in his, & improvide sunt locuti, efficaciter procedi mandamus; gravesque ipsis pœnas infligi, nisi per sufficientem satisfactionem sibi duxerint celeriter consulendum. *Libellum* [a] etiam quendam valde perniciosum, & detestabilem, temere de novo compositum post plenam examinationem ipsius, quia in eo quædam contra potestatem, & auctoritatem Romani Pontificis, & Coepiscoporum suorum, & aliqua contra salutarem Pauperum, seu Mendicantium Religiosorum statum, sicut sunt *Fratres* præfati, ac alia plura nefaria, & perversa manifeste competimus contineri; cum etiam gravis scandali Seminarium, & materia multæ turbationis existeret, tanquam iniquum, scelestum, & execrabilem de Fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica reprobandum duximus, & in perpetuum condemnandum [b], excommunicando cunctos, qui *Libellum* ipsum habuerint, nisi eum infra octo dies, ex quo hujusmodi nostram reprobationem & condemnationem sciverint, curaverint penitus abolere. Ideoque Universitatem vestram, quam affectione paterna prosequimur, requirimus, & hortamur, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus sicut viri prudentes cogitantes directe, quod juste, ac digne processimus in præmissis, & quod vestram in hoc utilitatem operati sumus, deprimendo Universitatis ejusdem tam noxios turbatores; ac exinde pariter congaudentes, virtutum, & scientiæ studio principaliter intendatis, vestros ad hoc effectus convertentes totaliter, & firmantes a detractionibus, & dolosis persuasionibus aures, & animos avertendo, & evitando, ac repellendo longius seditiosos, & perniciosos viros, quibus amænum, & deliciosum esse videtur adinvenire dissensiones, & discordias procurare; ac supradictos *Fratres* tanquam acceptos Dei Ministros, & intercessores ad Deum pro populo efficaces habentes attentius commendatos, nullis eos vexetis, aut inquietetis molestiis, sed pro Divina, & nostra reverentia, suæque Sacræ Religionis intuitu, fraterna ipsos prosequamini charitate, ac piis benevolentiæ vestræ suffragiis foveatis, quia ex hoc & retributorem bonorum omnium reddetis vobis magis propitium, & favorem nostrum plenius acquiretis. Ad hæc quia Studium [c] in Civitate prædicta, faciente Domino, prosperis semper excrevit augmentis, & optimos produxit effectus; unde nullatenus expediret, ipsum exinde removeri, sed valde damnosum existeret, si forsan alibi transferretur; de vestra, & ipsius translatione Studii ad locum alium nihil his pensatis statuatis penitus, nec firmetis. Nos enim parati sumus in omnibus, quæ ipsius Universitatis honorem, & bonum respiciunt, vobis Apostolicæ gratiæ liberaliter januam aperire.

Mandat procedi contra Fratrum detractores.

Libellum contra eosdem scandalosum condemnatum monet.

Hortatur, & jubet, ne aures præbeant calumniatoribus, ac turbatoribus.

Sed prædictos Fratres commendatos ac quietos habere curent.

Suadetque, ne patiant transferendam esse aliò Academiam.

Datum Anagniæ XVI. Kal. Decembris [d], Pontificatus Nostri Anno Secundo [e].

Mandat, ut Jaczvvingis, si vere ad Christi fidem accedere petant, nec alicui Diœcesi subjecti sint, Episcopum constituat. (Ex Jo: DLUGOSSO Hist. Polon. lib. 7. ad ann. 1264.)

ALEXANDER &c.

CCLII.

Anno 1256. die .. Novembris, vel Decembris. [f]

Venerabili Fratri .. Archiepiscopo Gnesnensi [f] *Salutem, & Apost. Bened.*

Ex parte dilecti filii nobilis viri *Boleslai* Cracovien. & Sandomirien. Ducis [g] Ecclesiæ Romanæ devoti fuit Nobis humiliter supplicatum, ut cum con-

Causam hujus petitionis affert. [g]

(a) LIBELLUM: *De periculis novissimorum temporum*, ut in Constitutione *Romanus Pontifex &c.* hoc anno die 5. Octobris edita.

(b) CONDEMNANDUM: Per dictam Constitutionem *Romanus Pontifex &c.*

(c) STUDIUM: Pro Gymnasio, & Academia. Variantes autem in hac Bulla lectiones annotavit Autor Bullarii O. P., quæ ibi consuli possunt.

(d) XVI. KALENDAS DECEMBRIS; XIII. *idus Novembris* haben: Firmamenta supra citata: ita & Castellanus apud Bullarium O. P. no. 20.

(e) Scripserat jam Pontifex de hac re S. Regi Ludovico die 19. mensis Octobris, & die 21. omnibus Archiepiscopis, & Prælatis Ecclesiasticis Galliarum, nunc autem ipsis Magistris, & Scholaribus Universitatis turbis implicitæ.

(f) ARCHIEPISCOPO GNESNENSI: *Fulconi* an. 1257. defuncto supra citato ex Dlugosso lib. 7. ad eum annum.

(g) BOLESLAI CRACOVIEN. ET SANDOMIRIEN. DUCIS: Cognomento *Pudico*, qui patri Leskoni Albo proditorie necato anno 1227. successit; vixitque usque ad annum 1279. frater *B. Salomea*, virque *B. Cunegundis*.

a contra paganos *Jaczvvingos* [a], qui Terræ ipsius Ducis confines existunt, per te, ac suffraganeos tuos prædicari mandave-
b rimus verbum Crucis [b], & tam per hoc, quam etiam per exhortationem dilecto-
c rum filiorum *Minorum Fratrum* [c] quasi pro firmo speraretur, quod iidem Pagani ad Fidem converti debeant Christianam; ipsorumque terra Paganorum eidem Duci sit, ut asserit, ab Apostolica Sede
d concessa [d], præfici ibidem aliquem Episcopum faceremus. Ideoque Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus; quatenus si ita est, eisdem Paganis, postquam ad Fidem Christianam coonversi fuerint; dummodo terra ipsorum infra alicujus Episcopatus limites non existat; aliquam personam idoneam auctoritate nostra sine alieni juris præjudicio in
e *Episcopum* studeas deputare [e].
f Datum Romæ &c. [f]

Jaczvvingi Pagani spem dant conversionis.

Mandat Pontifex ut supra.

Acriter objurgat quosdam e Clero ob injurias, & gravamina Fratribus Minoribus Fabrianen. illata, præcipitque, ut ab illis desistant. (Ex Opusculo Vitæ B. Francisci Fabrianen. apud Waddingum in Annal. Min. ad hunc ann. n.37., & ex Autographo in Archivo Conv. S. Franc. Fabrian.)

CCLIII.

Anno 1256. die 12. Decembr. al. 24. Novembris.

ALEXANDER &c.

g h *Dilectis filiis ... Cleri* [g] Fabriani [h] *Camerinen. Diœces Sal., & Apost. Bened.*

Implacida de vestris actibus relatio nuper nostrum turbavit auditum; quod videlicet, cum deberetis dilectos filios *Fratres Minores* in nostro * Castro commorantes [i], quorum Ordinem Dominus ut lucernam insignem ad illuminationem domus suæ inter alias cælestium exemplarium lampades suscitavit; pro Divina reverentia, & favore, quo iidem vobis in animarum cura, & cultu Divino per operis, & sermonis potentiam obsequuntur; fraterna pietate fovere; & grata eis consolationis solatia, & uberiora subventionis auxilia ministrare; vos multis eos gravaminibus afficitis; & ipsorum pacem multipliciter perturbatis; ipsos, & eorum benefactores compellentes ad ea, quæ sunt contra privilegiorum Apostolicæ Sedis indulta [k], & præfati Ordinis instituta; & licet iidem *Fratres*, & eorum Minister [l] vobis humiliter supplicaverint, ut ab hujusmodi molestiis propter Deum abstinere deberetis; nec imponeretis eis intolerabiles novitates asperius quam alii Clerici convicini faciant, tractando eosdem; vos tamen ipsorum Ministri, & *Fratrum* supplicationibus contemptis humilibus, & Divino timore postposito, a prioribus noluistis cessare injuriis; quin pejora eis potius cumulastis in eorumdem Fratrum scandalum, & dicti Ordinis præjudicium, & gravamen. Quocirca discretioni vestræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus ab ipsorum Fratrum injuriis desistentes omnino revocetis prudenter sine difficultate aliqua per vos ipsos, & quidquid contra eos minus provide attentastis; ipsosque habea-ris

* vestro

i Ordinis Minorum encomium.

Clerus Fabrianensis Fratribus Minoribus gravis, & molestus.

k

l Fratrum humilitas.

Præcipit Pontifex, ut supra dictum est.

(a) Jaczwingos: de quibus dictum est ad epistolam: *Nuper ad audientiam &c.* anno superiori die 6. Augusti data not. (g); diceturque ad aliam *Dignum est &c.* insequenti anno die 5. Januarii scripta, ubi dicuntur *Jentuosi*, & *Jacintiones* forsan mendose, vel juxta varios dialectos linguarum.

(b) Verbum Crucis: Cujusmodi jussionis meminit etiam in proxime citatis literis: *Dignum est &c.* & infra pag.181. relatis; idque factum fuerat anno 1255, quo idem munus ibidem Fr.Bartholomæo Bohemo O. M. die 6. & 7. mensis Augusti demandavit.

(c) Minorum Fratrum. A dicto Fr. Bartholomæo delectorum juxta facultatem ei datam a Pontifice in epistola die 6. Augusti scripta.

(d) Ab Apostolica Sede concessa: Nempe ab Innocentio IV anno 1253. per diplomat *Cum sicut te intimante &c.* apud Raynaldum Annal. Eccles. ad eum annum num. 25.

(e) In Episcopum studeas deputare: Id autem executioni minime mandatum esse, liquet ex epistola *Dignum est &c.* anno 1257. die 5. Januarii ad Crucesignatos contra eosdem Jaczwingos, aliosque Paganos data; & eo quod idem Boleslaus anno 1264. eos debellaverit ex cit. Dlugosso.

(f) Datum Romæ &c.: Nempe *Laterani*, ubi post medium mensem Novembris anno 1256. usque ad mensem Maii anno 1257. stetit Pontifex ex eius epistolis; antea vero Anagniæ, & post Viterbii &c., hanc autem hic locandam duximus, eo quod *Pagani* ann. 1255. men. Augusti, & anno 1257. initio mensis Januarii hostes erant Christianorum ex cit. epist. *Nuper ad audientiam &c.*, & *Dignum est &c.*, perperam enim cit. Dlugossus eam ad annum 1264. retulit.

(g) Dilectis filiis .... Cleri: Cit. autographum Conventus S. Francisci habet: *Dilectis filiis ... Priori secularis Ecclesiæ Castri Fabriani*.

(h) Fabriani: Nobilis Oppidi anno 1728. a Benedicto XIII. titulo *Civitatis* donati, & Camerinensi Ecclesiæ uniti.

(i) In nostro Castro commorantes: Waddingus ad annum 1215. n. 19. tradit Fratres Minores in agro Fabrianensi receptos fuisse anno 1234. die 7. Martii apud Oppidulum *Cantia* secundo, vel tertio a Fabriano lapide distantis; anno vero 1267. ad portam Cervariam Oppidi Fabriani ob bellorum incommoda translatos, denuoque anno 1281. ad meditullium Oppidi prope Curiam, ubi modo morantur, nobiliorem locum accepisse: cum itaque Pontifex hoc anno scribat Fratres degisse *in nostro Castro*, nimirum Fabriani; aut falsum est, quod exaravit Waddingus; aut Pontifex sumit Castrum late pro toto Castri territorio.

(k) Apostolicæ Sedis indulta: Quæ supra in variis Rom. Pontificum epistolis recensentur.

(l) Eorum Minister: Provinciæ Marchiæ Anconitanæ *Matthæus*, cujus meminit Waddingus ad hunc annum num. 15., nisi loco Ministri veniat *Guardianus*.

Comminatio in non obtemperantes.

tis ob nostram reverentiam propensius commendatos; ita quod exinde valeatis merito commendari. Alioquin, cum in ipsorum Nos afficiamur injuriis, & molestationibus molestemur; utpote qui eos in intimis caritatis nostræ visceribus specialiter continemus; dissimulare nequaquam poterimus, quin celeri remedio hujusmodi præsumptionibus occurramus [a].

Datum Laterani II. Idus Decembris [b], Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Indulgentia pro Ecclesia Ordinis in Monte Formosino annua in diebus Assumptionis B. V., ac Beatorum Francisci, Antonii, & Claræ, eorumque Octavis. (Ex APOGRAPHO Conventus S. Francisci Oppidi Montisdaini, vulgo *Mondaino*.)

CCLIV. Anno 1256. die 15. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis... Ministro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Montis Formosini [c] *Ariminen. Diœc. Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

CUM ad promerenda sempiterna gaudia &c. [d]
Datum, *ut supra*.

Ut in Castro S. Severini nullus locus pro quovis Ordine construatur absque licentia Sedis Apostolicæ. (Ex REGES. VATIC. ep. 119. apud WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum Reges. Pontif. num. 13.)

CCLV. Anno 1256. die 19. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus... Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sancti Salvatoris Pauperum inclusarum de Passiniano *prope Castrum* Sancti Severini [e] *Ord. S. Damiani Camerinen. Diœcesis* [f] *Salutem, & Apost. Bened.*

Exordium a Pont. fide caritate erga S. Claræ Moniales etiam ante Pontificatum.

SINCERA, quam ad vos, & Ordinem vestrum habuimus in minori constituti officio, caritas Nos invitat, ut vos, & pia etiam vota vestra, quæ honestati sunt consona; & alias consolationem vestram, & salutem sapiunt animarum, favore benevolo prosequamur. Paci igitur, & consolationi vestræ paterna volentes sollicitudine providere, præsentium vobis auctoritate concedimus, districtius inhibentes, ne quisquam in Castro *Sancti Severini*, vel ejus Territorio cujuscumque professionis, vel vestri, vel alterius Ordinis locum, domum, aut Monasterium, construere facere, vel eligere, aut ædificare de novo præsumat absque nostro, & Apostolicæ Sedis speciali mandato plenam faciente de indulto, & inhibitione hujusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem &c.

Concedit ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani XIV. Kal. Januarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Indulgentiam annuam certis diebus confert Ecclesiæ Wratislaviensi Ord. FF. Minorum. (Ex ARCHIVO VATICANO in Reges. Pontif. epist. 17. an. 3.)

CCLVI. Anno 1256. die 23. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis... Guardiano, & Fratribus de Ordine Minor. Wratislavien. [g] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Exordium.

SANCTORUM meritis &c. [h] Ad promerenda igitur sempiterna gaudia causam dare fidelibus populis cupientes omnibus Christi fidelibus vere pœnitentibus & confessis, qui Ecclesiam vestram in die *Consecrationis*, & in *Anniversario*

Dies præscripti ad lucrandam Indulgentiam.

(a) OCCURRAMUS: Non destitit a molestiis iste Clerus; sed coactus est Pontifex aliis litteris anno sequenti die 29. Februarii per censuras Eccles. & pœnas coercere: *Nulla dubietas &c.*

(b) II. IDUS DECEMBRIS: Ita apud Waddingum, sed autographum cit. ad nos transmissum habet: XI. *Kalend. Decembris*.

(c) MONTIS FORMOSINI: Qui erat X. ac ultimus locus Custodiæ Fanensis in veteri *Provinciali Ordinis* apud autorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. XI.; postea quia prope est Oppidum *Mondaini*, al. Montisdaini, nomen mutavit. Agit de eo ex Rodulphio lib 2. Waddingus ad annum 1299. n. 20.

(d) GAUDIA &c.: Vide *Bullam* 86. hujus Pontificia anno 1255. die 27. Julii, & 203. hoc anno 1256. die 4. Julii editas usque ad finem, ac *Datum &c.*

(e) PROPE CASTRUM S. SEVERINI: olim Septempeda, & nunc Civitas est a Sixto V. Episcopali dignitate ornata, & Firmanæ Metropoli subjecta, de qua Ughellus tom. 2. Ital. Sac.

(f) CAMERINEN. DIŒCESIS: Apud cit. Waddingum legitur *Cameracen.*, quæ est urbs in Belgio, ac Picardia; sed reposuimus *Camerinen.* ex Castro S. Severini, & loco Passiniani, quæ tunc ad Camerinen. diœcesim in Piceno pertinebant.

(g) WRATISLAVIEN.: Cœnobii Silesiæ jam sub initium Ordinis nostri capitis *Custodia* sui nominis in Provincia *Saxoniæ* ex Narbonen. Provinciarum, & Custodiarum Ord. distributione an. 1260. facta, & ex sæpe cit. veteri *Provinciali* Ordinis; postea ad Provin. *Bohemiæ* translati; diebusque nostris in Provinciam *Silesia* coacti. Videas & eo. (h) ad *Bullam* 545. Innocentii IV. in primo hujus Operis tomo relatam p. 722.

(h) MERITIS &c. &c.: Ut in Bulla 172. hujus Pontificis die 4. Martii hoc anno data.

a *rio* ejusdem, ac in Festo *Beati Jacobi* [a], in cujus honore eadem Ecclesia, ut asseritis, est constructa, & usque ad *octo dies* sequentes cum devotione, ac reverentia visitaverint, annuatim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *unum annum*, & *quadraginta dies* singulis annis de injunctis sibi poenitentiis misericorditer relaxamus.

b Datum Laterani x. Kalen. Januarii [b], Pontificatus Nostri Anno Tertio.

A vestris supplicationibus annuentes, ut hujusmodi palliis, & vestibus juxta concessionem eamdem; non obstante contraria constitutione ipsius Ordinis facta, vel facienda; uti possitis, vobis auctoritate præsentium indulgemus [h]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei &c.

obstante derogando.

h Clausula Pontif. &c.

B Datum, *ut supra* [i].

i

Indulget, ut juxta concessionem C. olim Ministri Generalis Vratislavien. Conventus uti semper possit Palliis, sacrisque vestibus sericis in Divinis Mysteriis, & Horis Canonicis. (Ex Archivo Vatic. in Regesto Pontif. epist. 19. an. 3.)

CCLVII.

Anno 1256. die 23. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis [c] ....

c

d

e f

Expositio Ducum Silesiæ

g

de Ministri Generalis concessione Fratribus Uratislav. facta,

quam Pontifex probat, & confirmat

EX parte dilectæ in Christo filiæ Nobilis Mulieris *A.* [d] relictæ, ac filiorum claræ memoriæ *H.* [e] Ducis *Zleziæ* [f] fuit propositum coram Nobis, quod cum corpus ipsius Ducis in Ecclesia vestra fuisset traditum Ecclesiasticæ sepulturæ; dilectus filius Frater *T.* [g] tunc Minister Generalis vestri Ordinis volens propter hoc eamdem Ecclesiam aliquibus insigniis decorare, utendi perpetuo palliis, & sacris vestibus sericis in Divinis Mysteriis, & Horis Canonicis vobis concessit liberam facultatem. Nos itaque obtentu prædictorum relictæ, ac filiorum

---

Confirmat Concessionem Ecclesiæ SS. Trinitatis in Civitate Catacensi Fratribus Minor. ab Episcopo, & Capitulo illius urbis factam. (Ex Autographo Archivi nostri Conventus Catacen.)

CCLVIII.

Anno 1256. die 28. Decembris.

ALEXANDER &c.

C *Dilectis filiis .. Guardiano, & Fratribus Minoribus Catacensibus* [k] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

k

Fratrum petitionis tenor.

l

D

Electus Catacen. donat, & Episcopus ejus successor confirmat locum Fratribus

CUM, sicut exhibita Nobis devotionis vestræ petitio continebat, bonæ memoriæ *F. Catacen. Electus* [l] de consensu Capituli sui Ecclesiam suam Sanctæ Trinitatis Catacen. tunc vacantem cum suis appendiciis certis finibus designatam vobis pia, & provida deliberatione donaverit; concedens, ut domos, officinas, & Ecclesiam juxta consuetudinem vestri Ordinis construere, & alia inibi utilia vobis facere valeretis, quod postmodum Venerabilis Frater noster

(a) B. Jacobi: Hæc tamen Ecclesia anno 1530. ineunte permutata est, & ad alios translata una cum Coenobio; & Fratres ad Ecclesiam, & locum *S. Dorothea* ol. Eremitarum S. Augustini transierunt ex monumentis Archivi Ordinis nostri Romæ apud SS. xii. Apostolos extantis, ubi & permutationis causa declaratur.

(b) x. Kal. Januarii: Refert hoc diploma etiam Waddingus, sed datum habet xiv. *Kal. Januarii*, ideoque ipsum vulgavit sub ann. 1257. in Regesto Pontif. n. 48., ubinam error cubet, non inveni.

(c) Filiis ...: Subde *Ministro, & Fratribus de Ordine Minorum Vratislavien.*, ut ex 145. *Bulla* Innocentii IV. anno 1254. die 15. Maji edita, & in I. hujus Operis tomo vulgata p.722., cum eadem sit.

(d) A.: *Anna* vidua Henrici quondam Ducis Slesiæ, ut in no. (h.i.) ad præfatam Bullam, ubi perperam legitur *M.* pro *A.*

(e) H.: *Henrici*, ut ibi in dictis no. (h.i.); etsi per librarii errorem extet *P.* loco *H.*

(f) Zleziæ: al. Slesiæ, & Silesiæ ex citata Bulla.

(g) Frater T.: Reponendum *C.*, ut recte habet dicta Bulla, nempe *Crescentius*; quemadmodum no. (k) ibi exposuimus.

(h) Hoc diploma ediderat *Innocentius* IV. ann. 1254. idibus Maji, estque *Bulla* 145. in primo tomo hujus nostri Bullarii, quam proxime citavimus. Postea descriptum fuit, & Alexandro IV. adscriptum, errore tamen, ut conjicitur, librariorum, nam in margine notatum legitur, hanc *Bullam* ex Regesto Pontif. expunctam esse; idque non alia de causa, nisi quia deprehensum est, eam *Innocentii* esse, non Alexandri, nisi velint, id etiam ab Alexandro renovatum esse. Nos autem ipsam hic recudere voluimus ad confirmationem notarum, quas ad eam primi tomi edidimus, cum ista nobis exscripta sit, & præsentata post dicti tomi publicationem.

(i) Nihilominus hoc ipsum diploma *dat. x. Kal. Januarii anno tertio* Alexandri IV. adducitur etiam ab auctore Supplementi ad Annales Min. Waddingi sub ann. 1257. n. 2. ex Indiculo Bullarii Seraph.

(k) Fratribus Minoribus Catacensibus: Quorum locus erat s. *Custodia* Cutronen. Provinciæ Calabriæ ex veteri *Provinciali Ordinis* apud Auctorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. xi. Est autem Catacium vulgo *Catanzaro* Episcopalis urbs sub Archiepiscopo Rhegino.

(l) F. Catacensis Electus: *Fortunatus* nomine, ut infra ex ejus litteris.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

a

Confirmat Pontifex ut infra.

fter *Catacensis Episcopus* [a] Successor illius ratum habens, & gratum id auctoritate propria confirmavit; prout in litteris dictorum Electi, & Episcopi confectis exinde plenius continetur. Nos vestris supplicationibus inclinati, quod per dictos *Electum*, & *Episcopum* in hac parte factum est, ratum habentes, & gratum, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum inseri præsentibus facientes. Tenor autem litterarum dicti *Electi* talis est.

Litteræ Electi Catacensis.

Anno 1252. Men. Aprilis.

b

Fr. Paulus Minister Prov. Calabriæ.

Excepta in concessione.

,, In nomine Domini Amen. Anno ,, Dominicæ Incarnationis millesimo ,, ducentesimo quinquagesimo secundo, ,, Mense Aprilis decimæ Indictionis. ,, Expedit scribi, quidquid non expedit ,, oblivisci. Inde est, quod Nos FORTUNATUS [b] Divina miseratione Catacen. Ecclesiæ *Electus* præsenti scripto ,, fatemur, quod ad humilem petitionem Fratris *Pauli* Ministri Fratrum ,, Minorum in Calabria existentium, & ,, aliorum Fratrum *Ordinis Minorum* ,, de communi consilio, & consensu, ,, & voluntate Capituli nostri habita ,, deliberatione diligenti, concessimus, ,, & contulimus Fratribus Minoribus ,, præsentibus, & futuris in Civitate ,, Catansarum commorantibus Ecclesiam nostram *Sanctæ Trinitatis* sitam ,, in eadem Civitate Catansarum infra ,, fines inferius designatos cum toto ,, Territorio vacuo in planitie circumadjacenti, & appendiciis (exceptis ,, *Vineis*,) ad mansionem, & omnes ,, officinas, Ecclesiam, & alias domos, ,, & Hortos secundum consuetudinem ,, Ordinis sui relevandas, & construendas, & alia utilia facienda; sicut eis ,, videbitur expedire; ponendo, vel mittendo dictum *Fratrem Paulum* Ministrum in corporalem possessionem ,, nomine Ordinis; adjicientes tamen, ,, quod eamdem Ecclesiam habeant, & ,, possideant *Fratres Minores* nomine ,, nostræ Matricis Ecclesiæ Catacen. sine ,, præjudicio alicujus juris Parochialis,

Conditio adjecta.

Fines Ecclesiæ, & loci Fratrum Minorum.

Subscriptiones Ecclesiæ Catacensis.

Testes rogati.

A ,, & gravamine; & si aliquo tempore ,, contigerit, quod præfatam Ecclesiam ,, *Sanctæ Trinitatis* Fratres prædicti sua ,, sponte desererent, & recedere voluerint mansionem alibi eligentes; licitum sit Nobis, & Successoribus nostris sine contradictione alicujus eumdem locum ad proprietatem, & dominium nomine nostræ Matricis Ecclesiæ in priori statu revocare, & ,, retinere; fines vero ii sunt; ab Oriente est rupis super vineas, quæ rupis ,, incipit a Vallono meridiano, & vadit, & descendit usque ad lapidicinam, & de lapidicina usque ad Vallonum Samone; ab Occidente est via ,, publica, quæ incipit a Vallono Samoni, & vadit usque ad Vallonum ,, Promi; A meridie est idem Vallonus ,, Promi; A Septemtrione est præfatus ,, Vallonus Samone; & sic concluditur. ,, Nos ut hujus auctoritate concessionis, ,, & collationis memoria præsens scriptum permaneat, Philippi de Tipaldo publici Notarii Catanzarum fieri ,, fecimus subscriptione propria Fratrum Minorum, & aliorum proborum ,, virorum testimonio roboratum. Datum in Civitate Catanzarum Anno, ,, & Indictione præmissa. Nos *Fortunatus* humil. Catacensis Ecclesiæ *Electus* subscribimus prædicta, & concedimus. Ego Neocastrius Catacensis Cantor. Ego Joannes Depoline ,, Archidiaconus. Ego Magister Willelmus Catacensis Ecclesiæ Canonicus, & Thesaurarius. Ego Bartholomæus Marturanensis Decanus, & ,, Catacensis Canonicus. Ego Andreas ,, Catacensis Canonicus. Ego Joannes ,, Vallisicuriæ Catacensis Canonicus. ,, Ego Rogerius Catacensis Canonicus. ,, Ego Joannes Meliottus Catacensis Canonicus.. concessimus, & subscripsimus. Ego Magister Willelmus Medicus intersui, & subscripsi. Ego Magister Joannes Francigena Medicus ,, intersui, & subscripsi. Ego Terresius ,, de Andreas Judex Catansarum interfui rogatus, & subscripsi. Ego Mau- ,, rus

(a) CATACENSIS EPISCOPUS: Fr. *Jacobus*, qui eodem anno datus est successor *Fortunato* defuncto, vel alio translato.

(b) NOS FORTUNATUS; Hinc expungitur error Ughelli tom. 9. Ital. Sacræ in Episc. Catacen. n.7., ubi hunc dixit *Fr. Fortunatum Ordinis Minorum*; cum ipse in his suis litteris non adhibeat notam Fr., apparet nullius Instituti Regularis eum extitisse; nisi sit error in litteris; nostri certe illum pro suo non agnoverunt.

„ rus Judex Catacensis interfui, & rogatus subscripsi. Ego Balinus filius „ Ursonis de Domino Andrea interfui, „ & rogatus subscripsi. Ego Gualterus „ Franciscus interfui, & subscripsi. „ Ego Philippus de Tipaldo publicus „ Notarius Terræ Catansarum scripsi, „ & me subscripsi. Ipsius vero Episcopi „ litterarum tenor talis est.

Littera Episcopi Catacensis.

„ In nomine Domini Amen. Anno „ ab Incarnatione ejus millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, anno „ Pontificatus Domini INNOCENTII PAPÆ „ Quarti decimo [a]. Inter charitatis „ affectus cæteros illud videtur non ultimum locum capere, quod beneficia „ maxime suscepta a Domino sunt ferventi recognitione, & sana gratitudine celebranda, quod patenter ostenditur, si personarum Deo famulantium necessitatibus, & utilitatibus „ per Ministros Domini misericorditer „ succurratur. Hinc est, quod ad Nos „ Fratrem JACOBUM [b] miseratione Divina Episcopum Catacen. Ecclesiæ „ Frater *Joannes de Sancto Philippo*, „ & Frater *Robertus de Monte Alto* de „ Ordine Fratrum Minorum pro parte „ Ministri, & Fratrum Calabriæ venientes significare curarunt; quod „ cum olim impetrassent literas Apostolicas [c] ad Capitulum Catacen. Ecclesiæ, Sede vacante [d], quod quemdam locum ipsius Ecclesiæ intra Civitatem Catansatum constitutum, videlicet locum *Sanctæ Trinitatis* cum „ toto Territorio sibi adjacenti, & omnibus appendiciis; sicut in Instrumento a Capitulo ipso indulto plenius continetur; ipsis Fratribus ad „ habitandum pro Dei servitio concederet, & donaret; pro eo quod locus alius [e], quem in Territorio ejusdem Terræ inhabitaverant, utpote „ a Terra remotus eis laboriosus erat, „ & damnosus multis, quibus non po-

Anno 1252. post Mensem Augusti.

Exordium.

Primus, & antiquus locus Fratrum quare relictus.

A „ terant propter loci distantiam celeriter subvenire; prædictum Capitulum „ tamquam obedientiæ filii sine moræ „ dispendio executioni ipsi mandarunt; „ & ipsos in corporalem plenam, & vacuam loci possessionem, sicut asserunt, induxerunt. Unde Nobis supplicaverunt humiliter, & devote, „ quod Nos Capituli concessionem ratam habentes nostri præberemus auctoritatem assensus; quorum justis, B „ & dignis petitionibus inclinati in nomine Domini nostri Jesu Christi ad „ honorem *Beati Francisci*, & favorem Sancti Ordinis Fratrum concessionem ipsam, quantum possumus, „ eam habemus & firmam, & factam „ Capituli super hoc, utpote honestam, „ & sanctam nostra Episcopali auctoritate firmamus; ac etiam, si oportet, „ vel expedit, interveniente consensu „ Capituli, de novo concedimus, & C „ donamus. Ita tamen, quod si Fratres prædicti se sponte ad inhabitandum alium locum transtulerint, illo „ loco relicto, idem locus remaneat Matrici Ecclesiæ *Catacensi*. Ad futuram „ itaque memoriam, & Fratrum cautelam hoc præsens scriptum inde „ fieri fecimus sigillo nostro pendente „ munitum; & nostra attestatione propria roboratum; donec redeunte gra- D „ tia temporum concessionis nostræ simul & prædicti Capituli, si expedierit, recipiant munimentum. Scriptum apud Perusium anno præmisso, „ Indictione decima. Nos *Frater Jacobus* Episcopus Catacen. supradicta „ confirmamus. [f] " Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatio- E nem Omnipotentis Dei &c.

Fratrum supplicatio.

Episcopus confirmat &c.

conditione adjuncta.

Clausula Pontificia prohib. &c.

Datum Laterani v. Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

(a) INNOCENTII PAPÆ QUARTI DECIMO: Cujus annus X. incipiebat anno 1252. post diem 27. vel 28. Junii.

(b) NOS FRATREM JACOBUM: Ante Abbatem de Petrafitta Perusinæ diœcesis hoc anno 1252. prope finem mensis Augusti assumptum ex litteris Innocentii IV. Capitulo Ecclesiæ Catacen. dat. Perusii v. cal. Septembr. Pontif. anno X. apud supracitatum Ughellum n. 7., ubi addit obiisse sub Gregorio X. circa ann. 1275.

(c) LITTERAS APOSTOLICAS: Quæ modo non habentur, eratque Innocentii IV.

(d) SEDE VACANTE: Nempe Catacensi circa annum 1250. vel 1251. quo *Fortunatus* electus fuit ad eam Cathedram.

(e) LOCUS ALIUS: A Terra, seu Civitate remotus quando Fratribus obvenerit, incompertum, sed plane sub initium Religionis Minor.

(f) CONFIRMAMUS: Waddingus in Annal. Min. ad annum 1252. num. 31. agit de hoc 2. loco ex Rodulphio; sed Episcopalem, & Pontificiam confirmationem non agnovit.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

In dubio matrimonii impedimento Fratri R. O. M. dispensandi facultatem attribuit. (Ex Archivo Vaticano in Regest. Pontif. epist. 302. an. 3.)

CCLIX.

Anno 1256. die 28. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Fratri R. [a] *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Expositio quorundam de matrimonii dubio gradu, impedimentoque,

CUM sicut ex parte dilecti filii Henrici nati nobilis viri *Smilonis* de Luthtumburch [b], & *Domazlavæ* natæ nobilis viri Bavari Camerarii [c] charissimi in Christo filii nostri . . . [d] Illustris Regis *Boemiæ* fuit propositum coram Nobis, quod ipsi, qui dubitant, an se in quarto, an quinto consanguinitatis gradu [e] contingant, affectent matrimonialiter copulari; propter id tam ipsi, quam dictus Rex Nobis humiliter supplicarunt, ut super hoc cum ipsis dispensare misericorditer dignaremur. Cum igitur ex copula prædictorum multa dicantur utilitatis, & tranquillitatis posse commoda in illis partibus provenire; discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus inquisita super iis diligentius veritate, cum eis auctoritate nostra dispenses; ut non obstante, si se quarto, vel quinto consanguinitatis gradu contigerint, invicem matrimonium contrahere valeant, & in eo licite remanere.

atque supplicatio. — *Causa utilitatis.* — *Mandat Pontifex, ut supra.*

Datum, *ut supra*.

Præcipit, ut Fratribus Minoribus officium prædicationis, & confessiones excipiendi liberum permittant. (Ex Autographo Archivi Conventus S. Francisci Coloniensis Civitatis.)

CCLX.

Anno 1256. die 28. Decembris.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus universis Archiepiscopis, & Episcopis, ac cæteris Prælatis per Alemanniam [f] *constitutis Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Encomium Ordinis FF. Minorum.

PLANTATUS olim in Agro Ecclesiæ *Fratrum Minorum* Ordo sic a suis primordiis, gratia operante Divina, laudabilibus incrementis successive profecit; quod assidue flores proferens copiosius honestatis, & producens uberius fructus vitæ inter alia plantaria Dominica puritate conversationis, scientiæ dono, & virtutis merito dignoscitur specialiter insignitus. Unde Nos in agro ipso cultores licet immeriti a Domino deputati eumdem *Ordinem* grandi prosequi favore proponimus; & exaltationis ipsius jugis diligentiæ studio multipliciter procurate; ut Apostolicæ gratiæ rore continuo irroratus majoribus semper, Deo tribuente, consurgat, & dilatetur augmentis. Sane intelleximus, quod quidam ex vobis *Fratribus Minoribus*, ne in vestris Civitatibus, & Diœcesibus officium prædicationis exerceant, & confessiones Fidelium audiant, pro vestræ interdicitis arbitrio voluntatis: verum quia ex debito Pastoralis officii vobis commissi tenemini personas Religiosas diligere, ac eis favorem benevolum impertiri præsertim in iis, in quibus salus animæ procuratur; Universitatem vestram monemus, rogamus, & exhortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus prædictos *Fratres* verbum Dei proponere, ac Fidelium confessiones in præfatis Civitatibus, & Diœcesibus libere audire permittatis; ita quod lucrum impediri nequaquam valeat animarum; vosque Divinam exinde gratiam ulterius habere possitis.

Pontificis erga eumdem amor, atque studium. — *Nonnulli Alemanniæ Prælati supradicta Officia ipsis interdicunt.* — *Hortatur Pontifex, & mandat, ut supra.*

Datum, *ut supra* [g].

In

(a) Fratri R.: num Fr. *Romanus*, qui erat a sacris Confessionibus Belæ Regis Hungariæ? sed Petrus de Alva in Indiculo Bullarii Seraph. & ex eo autor Supplementi Waddingi ad ann. 1257. n. 2. habet F. G.

(b) Luthtumburch: Latinis *Leotudo* vulgariter *Lutemburg* al. *Lutemberg* Oppido Pannoniæ superioris in Stiriæ, & Hungariæ confinio ad Muram fluvium ex Lexicis Geographicis.

(c) Camerarii: Al. Cubicularii.

(d) Filii nostri . . . : *Othacheri Premislai*, cui antea *Stiria* parebat, eamque paulopost recuperavit contra Belam.

(e) Quinto consanguinitatis gradu: Ad quem non se extendit Ecclesiastica prohibitio: ideoque nulla dispensatione indiget ex c. 8. *Non debet* in 5. Decr. lib. 4. tit. 14. de Consanguin. & Affin. antea in Concilio Lateran. IV. anno 1215. celebrato cap. 50. statuto.

(f) Per Alemanniam: Extat in tom. 1. Bullarii O. P. ad ann. 1261. 15. Martii hoc diploma 296. dat. *Prælatis* per Alemanniam, Bohemiam, Moraviam, & Poloniam constitutis; ubi recte notatum est, *Alemanniam* stricte sumi pro Rhætia, Helvetia, & Suevia, ac superiori Alemannia.

(g) Hanc epistolam citat antiquus auctor Barthol. Pisanus Confor. IX. post expositionem *Regulæ* Fratrum Minorum §. *Sexto*.

CCLXI.
Anno 1256. die 28. Decembris.

In eumdem modum, & eadem die Archiepiscopis, & Episcopis, & ceteris Prælatis per Lombardiam *constitutis &c.*: *Clemens etiam IV. anno 1265. die 30. Augusti per litteras*: Ad audientiam nostram &c. idem coerceuit pro utroque Ordine Prædicat. & Minorum, ut infra eo loco.

Facultatem præbet absolvendi Fratres Ordin. Minorum a casibus reservatis ob Eccles. censuras, & irregularitatem. (Ex Autographo Archivi nostri Conventus Avenionen. Sancti Francisci lib. 1. Bull. pag. 17., & Jaderæ apud Min. Observ. ex Gonzaga par. a. Conven. 12. Prov. Dalmatiæ.)

CCLXII.
Anno 1256. die 30. Decembris.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ad quos litteræ istæ pervenerint, Salutem, & Apost. Bened.

a

QUia proni sunt ab adolescentia hominis sensus ad malum &c. [a] Datum Laterani III Kal. Januarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Visitantibus devotionis causa certis anni diebus eorum Ecclesias centum dies de injunctis Sacrament. Pœnitentiis relaxat. (Ex Regesto Vaticano epist. 109. lib. 3. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 49. sub anno 1257.)

CCLXIII.
Anno 1256 die 31. Decembris.

ALEXANDER &c.

b c
d e

Dilectis filiis .. Ministro [b], *Custodibus* [c], *& Fratribus Minoribus* Bohemiæ, Moraviæ, Poloniæ [d], *& Prussiæ* [e] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

SAnctorum meritis inclyta gaudia fideles Christi attingere minime du-
f
bitamus &c. [f]

Datum Laterani II. Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Confirmat litteras Abbatis Sedis Apostolicæ Legati pro Ecclesia, & Episcopo Lubecen. contra direptores, & invasores bonorum dictæ Ecclesiæ datas. (Ex Vatic. Tabulario in Reges. Pontif. epist. 21. an. 3.).

CCLXIV.
Anno 1256. die 31. Decembris.

ALEXANDER &c.

g h

Venerabili Fratri ... g Episcopo Lubucen. [h] *Sal., & Apost. Bened.*

Episcopi Lubecen. relatio

EX parte tua fuit propositum coram Nobis, quod Frater Opizo Abbas Monasterii de *Mezan.* [i] tunc in partibus Poloniæ Apostolicæ Sedis Legatus [k] *Lubucensem* Ecclesiam sub sua protectione suscipiens per suas ibi duxit litteras concedendum, ut in omnes, qui bona ipsius Ecclesiæ diripere, aut invadere attemptarent, nisi diligenter moniti resipiscerent, debite posses censuram Ecclesiasticam, etiamsi de *Lubucen.* Diœcesi non existerent, exercere; prout in litteris prædictis plenius continetur. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, quod per Legatum ipsum in hac parte factum est, ratum habentes & gratum, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, qui talis est.

i
k

de S. A. Legato Lubecen. Ecclesiam sub sua protectione suscipiente,

& Episcopo Lubecen. potestatem in invasores bonorum Eccles. agendi censuris tribuente.

Quæ Pontifex confirmat.

Litteræ Abbatis S. A. Legati.

„ Venerabili in Christo Patri Dei „ gratia Episcopo *Lubucen.* Frater Opi„ zo Monasterii de Mezano Abbas Apo„ stolicæ Sedis Legatus salutem in Do„ mino. Cum, sicut accepimus, bona „ Lubucen. Ecclesiæ a nonnullis, qui „ nomen Domini recipere in vacuum „ non formidant, invadantur; & etiam „ dissipentur [l] in contemptum Eccle„ siasticæ libertatis, & animarum sua„ rum non modicum detrimentum: „ Nos vestris supplicationibus, quas

l

(a) Ad malum &c.: Videatur *Bulla* Gregorii IX. anno 1233. die 14. Februarii edita.

(b) Ministro: Provinciæ *Bohemiæ*, quæ ex hac epistola vide ut tunc in 4. solas *Custodias* divisa, & postea in 7. anno 1260. ex distributione Provinciarum, & Custodiarum Ordinis a S. Bonaventura Narbone in Comitiis generalibus acta.

(c) Custodibus: Ab initio Ordinis Minoritici regimen pluribus Provinciis, Provinciæ pluribus Custodiis, & Custodiæ pluribus Cœnobiis constabantur.

(d) Moraviæ, et Poloniæ: Quæ tunc duæ *Custodiæ* erant Provinciæ Bohemiæ, & diu ita steterunt, ut ea Conform. 11. Barthol. Pisani anno 1385. composita, & ex aliis etiam posterioribus monumentis apparet.

(e) Prussiæ: In cit. distributione anno 1260. a S. Bonaven. facta hæc legitur 12. *Custodia* Provin. Saxoniæ, ut & apud cit. Pisanum, XII. vero apud Jordanum Mi.

(f) Dubitamus &c.: V. simile diploma pro Ecclesia nostra *Asculana* die 11. Octobris anno sequenti editum, & hoc anno die 4. Martii pro Ecclesia Bononien. concessum.

(g) Ven. Fratri ...: *Joanni Diesten* ex Ord Min. persæpe memorato in 1. hujus Bullarii tomo p.566. &c.

(h) Episcopo Lubucen.: *Lubecen.* in Holsatia, inferiorique Saxonia anno 1254. die 9. Martii promoto, & die 18. ejusdem mensis a Pontifice confirmato ex epistolis, diplomatibusque in I. hujus Operis tomo relatis pag. 711. & 713.

(i) De Mezano: Placentinæ in Italia diœcesis ex no. (k) ad epistolam 576. Innocentii IV. in prædicto tomo primo pag. 706. vulgatam.

(k) Apostolicæ Sedis Legatus: Anno 1253. mense Majo constitutus ex Regest. Pontif. apud Raynaldum ad eum annum n. 22.

(l) Dissipentur: Huc concinit id, quod refert Crantius lib. 8. Metrop. cap. 17. de hoc Episcopo inquiens:

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1257.

„ quidem justitia comitatur, grato con- A
„ currentes assensu Ecclesiam ipsam,
„ cum bonis suis, quæ nunc juste pos-
„ sidet, sub Dei, & nostra protectione
„ suscipimus, providentiæ vestræ aucto-
„ ritate, qua fungimur, committentes,
„ quatenus invasores quoslibet, rapto-
„ res, & molestatores Ecclesiæ *Lubu-*
„ *cen.*, & bonorum pertinentium ad
„ eamdem, etiamsi ad aliam Diœcesim
„ molestatores, & raptores hujusmodi
„ pertinere noscantur; & ad competen- B
„ tem vestram monitionem resilire no-
„ luerint, *excommunicationis* sententia
„ innodetis; & faciatis eos ab aliis us-
„ que ad satisfactionem condignam ar-
a „ ctius evitari. Datum Wrazelaviæ [a]
Anno 1253, die 18, Novembr. „ xiv. Kalendas Decembris Pontificatus
„ Domini INNOCENTII PAPÆ IV. Anno
b „ Undecimo [b]. " Nulli ergo &c. nostræ
Clausula prohib. &c. confirmationis &c. Si quis autem &c.
Datum, *ut supra*.

C

Ecclesiæ Sanctimonialium Monasterii S. Claræ Wratislavien. Indulgentiam certis diebus annuatim impertitur. (Ex ARCHIVO VATIC. in Regest. Pontif. epist. 20. anno 3.)

CCLXV. Anno 1257. die 4. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Claræ *Ordinis Sancti Damiani* Wratislavien. [c] *Salutem, & Apostol. Benedic.*

c

Exordium. d

SANCTORUM meritis inclyta gaudia, &c.[d] Nos igitur ad promerenda sempiterna gaudia causam dare Fidelibus populis cupientes omnibus Christifidelibus vere pœnitentibus & confessis, qui Ecclesiam ipsam in die Festi ejusdem *Sanctæ*, & in Anniversario, & Consecrationis die ipsius, & usque ad octo dies sequentes cum devotione ac reverentia accesserint annuatim, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, *unum annum, & quadraginta dies* de injuncta sibi pœnitentia singulis annis misericorditer relaxamus.

Dies præscripti pro Indulgentia lucranda.

Datum Laterani II. Nonas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [e].

e

Ut excommunicationis sententiam pro Duce Lanciciæ & Cujaviæ in quosdam Fratres Ordinis Teutonici a S. A. Legato latam observari curent. (Ex ARCHIVO VATIC. in Regest. Pontif. epist. 4. an. 3., & inde apud WADDINGUM ad hunc annum in Regesto Pontif. num. 14., RAYNALDUM in Annal. Eccles. n. 24., & in novo BULLARIO Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 129. Alex. IV.)

CCLXVI. Anno 1257. die 5. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... de Helbing [f], *& .. de Culmenen.* [g] *Prioribus Ordinis Prædicatorum, & ... Guardiano Fratrum Minorum in T. ...* [h] *Colomen. Diœcesis* [i] *Salutem, & Apostol. Benedict.*

f g h i

D

EXIBITA Nobis dilecti filii nobilis viri Kazmiri Ducis Lanciciæ, & Cuyaviæ

Ducis Lanciciæ, & Cujaviæ petitio, atque expositio.

quiem; *Hic reperit redditus mensæ Episcopalis valde dissipatos, & diminutos per comites Holsatiæ Joannem, & Gerhardum; & propter penuriam, cum non haberet, unde se sustineret, cum familia cessit ad integrum annum &c.*

(a) WRAZELAVIÆ: forsan legendum *Bratislaviæ* vulgo *Braslaw* Lithuaniæ Civitatis non longe a confinio Livoniæ.

(b) ANNO UNDECIMO: Legendum *duodecimo*; cum factus fuerit *Episcopus Lubecen.*, ut dictum est, anno 1254. mense Martio; igitur die 18. Novembr. 1253. non potuit A. S. Legatus ipsi Episcopo has litteras mittere; nec quis existimet has litteras spectare ad præfati Episcopi prædecessorem; nam illa non *Episcopus*, sed *Archiepiscopus* Prussiæ, Livoniæ, & Estoniæ, atque *Lubecen.* Ecclesiæ administrator erat, eamque Ecclesiam dimisit vel exeunte anno 1253., vel ineunte 1254. accepta *Rigensi* Metropoli: Episcopus autem, cui Pontifex hoc anno 1256. confirmat diploma Legati Apostolici, idem est, ac ille, cui anno 1254. Legatus Apostolicus contulit diploma, nisi legendum sit *Lubussen.* al. *Lebussen.* in Marchia Brandeburgica Episcopatus sub Gnesnen. Archiepiscopo; sed huic refragatur id, quod dicetur no. (d) ad epist. 193. *Ex parte tua &c.* anno 1257. die 11. Februar. emissam.

(c) WRATISLAVIEN.: Cujus prima mentio in Annal. Min. Waddingi est ad hunc annum n. 28. hanc ipsam *Indulgentiam* commemorans; deinde nonnisi ad annum 1506. n. 48., sed fundatorem, & fundationis annum ignoravit; videtur tamen circa idem tempus, & ab iisdem conditoribus Cœnobii Fratrum Min. excitatum esse & Clarissarum Monasterium.

(d) INCLYTA GAUDIA &c.: Ut supra ad diem 23. Decembr. pro Cœnobio Wratislavien. FF. Min.

(e) Hujus diplomatis meminit & auctor Supplementi Annal. Waddingi ad hunc ann. n. 2. ex Indiculo Bullarii Seraph.

(f) HELBING: Al. *Elbinga* nobili urbe Prussiæ Regalis seu Poloniæ Huckerlandiæ tractus primaria non longe a mari Baltico, & in Hanzeatico fœdere cum Academia constituta.

(g) CULMENEN.: A Culmia vulgo *Culm* in eadem Prussia Regia, Episcopatu sub Gnesnensi Metropoli ad Culmensium Oppidum 4. inde leucis distitum translato, quod Civitas in dies deficere dicatur.

(h) IN T.: Nempe *Toruno* vulgariter *Thorn* culta urbe Anzeatica Poloniæ in Prussia Regia ad fluvium Vistulam in Culmigeriæ tractu, ipsoque Cuiaviæ Provinciæ limite sita, & a *Culmia* 4. leucis Germanicis in meridiem distante, ubi ferunt Magistrum equitum Teutonicorum *Pomnoem* de Hosterno anno 1239. fundasse Fratribus O. M. Cœnobium sub titulo *B. Mariæ Virginis*.

(i) COLOMEN. DIOCESIS: Legendum *Culmien. diœcesis*. Quæ Pontificis inscriptio varie a supradictis auctoribus allata est; Waddingus habet: *Prioribus Ordinis Prædicatorum; & Guardianis Fratrum Minorum in terra Prussiæ*: Raynaldus: *Prioribus Ord. Prædicatorum, & Guardiano Fratrum Minorum*: Bullarium vero O. P. *Prioribus Ordinis Prædicatorum* dumtaxat: nos autem edimus, ut habet codex Vaticani.

yaviæ [a] devoti nostri petitio continebat, quod cum olim ei fel. record. INNOCENTIUS PAPA [b] prædecessor noster terra Paganorum, quæ *Golens*, & *Polexici* [c] vulgariter appellantur, duxerit concedendas, dummodo Pagani terrarum illarum sponte sine gladio fidem Christi susciperent per baptismum; dilecto filio .. [d] Abbate de Mezano Placentin. Diocesis, tunc in partibus illis Apostolicæ Sedis Legato, sibi super hoc conservatore concesso [e]; non obstante, quod tota terra *Prusciæ* [f] concessa fuit a Sede Apostolica ... Magistro *Theutonicorum*, quam possent sibi per gladium subjugare; idem Abbas in dictum Magistrum & quosdam de ipsis Fratribus; quia ipsi, ut evacuarent gratiam eidem Duci super hoc factam a Prædecessore prædicto, terras easdem, ipsis Paganis paratis & volentibus sponte unda renasci baptismatis, intrantes in gladio eas sibi non sine multa effusione sanguinis subjugarunt; & diligenter ab ipso Abbate moniti ab hujusmodi subjugatione resipiscere contumaciter denegarunt; cum hoc esset adeo notorium, quod nulla poterat tergiversatione celari; *excommunicationis* sententiam exigente justitia promulgavit. Quare fuit ex parte ipsius Ducis Nobis humiliter supplicatum, ut eamdem sententiam robur faceremus firmitatis debitum obtinere. Ideoque discretioni vestræ ad instar prædecessoris ejusdem [g] per Apostolica scripta mandamus, quatenus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, faciatis auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari; non obstante indulgentia [h], qua Fratribus vestrorum Ordinum [i] ab eadem Sede dicitur esse concessum, ne de causis eis ab eadem Sede commissis inviti cognoscere teneantur. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur [k].

Datum Laterani Nonis Januarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

[Marginal notes: de terris Paganorum sibi ab Innocen. PP. concessis conditione &c. — atque delegatione &c. — quas Milites Teutonici gladio sibi subjugunt. — ob id ab A.S. Legato excommunicatione irretiunt; — & Pontifex sententiam Legati mandat custodiri. — cum obstantis derogatione. — & mandati moderatione.]

Crucesignatos, & eorum bona sub protectione Sedis Apostolicæ suscipit, ac indulgentiis Terram Sanctam propugnantium donat. (EX REGESTO VATIC. epist. 6. lib. 3. apud RAYNALDUM in Annal. Eccles. ad hunc annum num. 21.)

ALEXANDER &c.

CCLXVII. Anno 1257. die 5. Januarii.

Dilectis filiis nobilibus viris Casimiro Lanciciæ, *&* Cujaviæ *Duci* [l], *ac aliis Ducibus* [m], *Baronibus, & universis* Crucesignatis *per* Poloniam [n], Moraviam, *&* Austriam *constitutis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

[Marginal notes: Exordium. — Complures Duces & Barones Septemtrionis Crucis signaculum assumunt contra Paganos, & Infideles, Schismaticosque,]

DIGNUM est, ut cælestis Regis obsequiis inhærentes speciali debeant prærogativa gaudere. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, vos zelo *Fidei*, & devotionis accensi ad exhortationem venerabilium Fratrum nostrorum ... [o] Archiepiscopi Gnesnen., & Suffraganeorum ejus, ac dilecti filii *Fratris Bartholomæi* [p] de Ordine Fratrum Minorum contra Litvvannos,

(a) LANCICIÆ ET CUJAVIÆ: De quibus dictum est ad epistolam 219. hujus Pontificis: *Sicut dilectus filius &c.* superius relatam.

(b) INNOCENTIUS PAPA: IV. hujus nominis.

(c) GOLENS ET POLEXICI: Al. *Goleas*, & *Polexia*, forsan Goleas est nunc *Gollenberg* accolis trajectus Ascibergi montis Poloniæ ad Wattam fluvium, & Marchiam Brandeburgicam in Mare Balticum excurrentis: *Polexia* vero nunc est Regni Poloniæ Provincia dicta *Palatinatus Brestiensis* in magno Lithuaniæ Ducatu ad Austrum versus Russiam nigram, & Volchiniam superiorem ad Cujaviam etiam attinens, ubi caput *Brestia* Civitas.

(d) DILECTO FILIO .... Opizone, de quo in epistola 264. *Ex parte tua &c.* Episcopo *Lubecen.* prid. Kal. Januarii anno superiore data; & cujus mentio in Annal. Polon. & Eccles.

(e) CONSERVATORE CONCESSO: Idest defensore, ac protectore.

(f) TOTA TERRA PRUSCIÆ: Erant igitur *Goleas*, & *Polexia* id temporis ad Prussiam attinentes.

(g) AD INSTAR PRÆDECESSORIS EJUSDEM: Nempe *Innocentio IV.*, cujus tamen ad supradictos Prælatos mandatum nobis non innotuit nisi nunc primum.

(h) INDULGENTIA: Incip. *Quieti vestræ &c.* & *Qui postposita vanitate &c.* a Gregorio IX., ejusque successore Innocentio IV. concessa.

(i) VESTRORUM ORDINUM: Hinc apparet, quam sincerior, veriorque sit inscriptio hujus Bullæ apud Waddingum, & Raynaldum cit., quam apud Bullarium O.P., etsi nullibi integra, ut hic a nobis vulgata.

(k) EXEQUANTUR: Paruere Pontifici Equites Prutení, inquit cit. Raynaldus n. 25. ex Longino Hist. Polon. lib. 2., ac suis obsequiis meruerunt, ut Pontifex donationem Principatus *Chelmensis* anno 1230 eis a Conrado Mazoviæ, Cujaviæque Duce factam confirmaret hoc anno 7. cal. Augusti.

(l) ET CUJAVIÆ DUCI: De quo supra in aliis hujus Pontificis litteris.

(m) ALIIS DUCIBUS: Alias dictum est Poloniam tunc divisam, & rectam fuisse a pluribus Ducibus.

(n) POLONIAM: In sequenti de eadem re epistola subjungitur *Bohemia*, & recte.

(o) NOSTRORUM ...: *Fulconis*, cujus est mentio in supra relatis epistolis; feruntque hoc anno vivere desiisse.

(p) FRATRIS BARTHOLOMÆI: De Bohemia, quem Pontifex constituit prædicatorem Crucis contra Infideles anno 1255. die 6. & 7. Augusti, & ad eum etiam anno 1256. die 25. Julii litteras dedit supra relatas.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

vvannos, Jacintiones[a], & alios Paganos, ac Schismaticos, qui Terris Christianorum confines existunt, de mandato nostro prædicantium verbum Dei[b], vivificæ *Crucis* assumpto signaculo, contra eosdem perfidos velitis viriliter cum Dei adjutorio proficisci; Nos propter hoc vos benigno favore prosequi delectantes vestris supplicationibus inclinati personas vestras cum familia, & omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus; vobis auctoritate præsentium nihilominus concedentes, ut eisdem indulgentiis, & immunitatibus gaudeatis, quibus gaudent Crucesignati in *Terræ Sanctæ* subsidium[c] accedentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

qui dicuntur Litvvani &c.

Pontifex eos eorumque bona sub Apost. Sedis protectione suscipit;

& indulgentiis Terræ Sanctæ donat.

Clausulæ prohib. &c.

Datum, *ut supra*.

Prædictis Crucesignatis tribuit Conservatores infrascriptos, iisque subjungit, ne fuper concessione Apostolica a quoquam molestari permittant. (Ex Archivo Vaticano in Regest. Pontif. epist. 7. anni 3.)

CCLXVIII. Anno 1257. die 5. Januarii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus ..[d] *Cracovien.*, *&* ..[e] *Wratislavien. Episcopis*, *&* *dilecto filio* ... *Abbati de Suleioy*[f] *Gnesnen. Diœcesis Salutem*, *& Apostolicam Benedictionem.*

Expositio Ducum, ab iis, atque Crucesignatorum.

CUM, sicut ex parte dilectorum filiorum nobilium virorum Kasmiri *Lanciciæ*, & *Cujaviæ* Ducis, & aliorum Ducum, Baronum, & universorum Crucesignatorum per *Poloniam*, *Boemiam*, *Moraviam*, & *Austriam* constitutorum fuit propositum coram Nobis[g], ipsi zelo *fidei*, & devotionis accensi ad exhortationem Venerabilium Fratrum nostrorum .. Archiepiscopi Gnesnen. & Suffraganeorum ejus, ac dilecti filii *Fratris Bartholomæi* de Ordine Fratrum Minorum contra Litwan., Jacintiones, & alios Paganos, & Schismaticos, qui terris Christianorum confines existunt, de mandato nostro prædicantium verbum Dei vivificæ *Crucis* assumpto signaculo contra eosdem perfidos velint viriliter cum Dei adjutorio proficisci; Nos propter hoc eos benigno favore prosequi delectantes, eorum supplicationibus inclinati personas ipsorum cum familia, & omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possident, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, eis auctoritate præsentium nihilominus concedentes, ut eisdem indulgentiis, & immunitatibus gaudeant, quibus gaudent Crucesignati in *Terræ Sanctæ* subsidium accedentes. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus non permittatis eos super iis contra protectionis, & concessionis nostræ tenorem ab aliquibus indebite molestari; molestatores hujusmodi per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Quos Pontifex sub A. S. protectione suscipit,

Mandat Pontifex, ut supra,

mandatum tamen temperando.

Datum, *ut supra*.

Præcipit, ne cuiquam regendi in aliqua facultate licentiam tribuat, nisi promiserit bona fide Ordinationem pro studii Parisien. conservatione a se editam observare. (Ex Ms. libello Controversiarum Parisien. fol 339. apud Waddingum in Regest. Pontif. num. 16., & in Bullario Romano tom. 3. Bul. 39. ex Regesto Vaticano; atque in Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 130. Alex. IV.)

ALE-

(a) Littvannos, Jacintiones: Leg. Litwanos, Jentuolos, al. Jaczvingos, de quibus in supradicta epistola anno 1256. die 17. Julii scripta, & in alia anno 1255. die 6. Augusti data. Erat autem Jaczwingorum natio, inquit Dlugossus Hist. Polon. lib. 7. ad ann. 1264. versus aquilonarem plagam Masoviæ, Russiæ, & Lithuaniæ terris conterminea cum Pruthenica, & Lithuanica lingua habens magna ex parte similitudinem, & intelligentiam, additque penitus excisam eo anno in prælio a Boleslao Pudico Poloniæ Duce, demptis paucis, & agrestibus, ac infirmis, qui partim Polonis, & partim Lithuanis se dederunt.

(b) De mandato nostro prædicantium verbum Dei: Cujus mandati meminit Pontifex in epistola *Ex parte dilecti &c.* Archiepiscopo Gnesnen. ann. 1256. missa mense Novembri vel Decembri.

(c) In Terræ Sanctæ subsidium: Quæ leguntur in Constitutione Innocentii III. ad finem Concilii Lateranen. IV.

(d) Ven. Fratribus ...: *Prandota* aliàs nec semel memorato.

(e) Et ...: *Thomæ*, de quo superius in no. (c) ad epistolam 119. hujus Pontificis.

(f) Abbati de Suleioy: Cujus Abbatiæ, ac Monasterii nulla in Annal. Benedict. mentio extat, ibi quidem lib. 66. ad ann. 1085. n. 116. legitur *Prioratus Sulejem.* sed in Gallia apud Santones longissime ab ista Abbatia distans. Reliquas notas vide in superiori epistola.

(g) Coram nobis: Ut in litteris præcedentibus.

CCLXIX.
Anno 1257. die 7. Januarii.

ALEXANDER &c.

a *Dilecto filio* [a] *... Cancellario Parisien. Salutem, & Apost. Benedictionem.*

Ordinationis suæ commemoratio.

b LIcet Nos olim pro studii Parisien. conservatione &c. [b] Nisi prius tibi bona fide promiseiit prædictam Ordinationem nostram, & mandata io eo conteota se firmiter, & ioviolabiliter observaturum.

Datum Laterani vII. Idus Jaouarii, Pontificatus Nostri Anoo Tertio.

Indulgentias concedit visitantibus singulis annis Monasterium S. Angeli Asculanæ Civitatis. (Ex Reges. Vatic. epist. 80. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 17.)

CCLXX.
Anno 1257. die 8. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis universis Christifidelibus per Esculanen. Civitatem, & Diæcesim [c] *constitutis Salutem, & Apost. Bened.*

c

d VItæ pereoois gloria &c. [d] Rogamus itaque Universitatem vestram, & hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad Monasterium pauperum inclusarum Sancti Angeli *Esculan.* [e] Ordinis Sancti Damiani in *Die Passionis Dominicæ*, in qua noonulli Christifideles, & præcipue Populus Esculanus, ut ibi reficiantur pabulo verbi Dei, & intersiot *Missarum* officiis, omni anno concurrunt; quod gratum habemus plurimum, & acceptum; imploraturi a Domino veniam delictorum in humilitate spiritus accedatis. Nos eoim, ut cultores Fidei quasi per præmia salubriter invitemus ad merita, de Omnipoteotis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus, qui cum debita revereotia, & devotione illuc in prætacta die annuatim accesseriot, *centum dies* de injuncta sibi pœoiteotia misericorditer relaxamus.

Hortatur Pontifex Asculanos ad visitationem dicti Monasterii

e

die passionis Dominicæ.

Indulgentias centum dies impartiens.

Datum Laterani vI. Idus Januarii, Pontificatus Nostri Aooo Tertio [f]. f

Ne de quibusvis legatis Fratribus Ord. Minorum factis portio canonica exigatur, sed potius eleemosynis iidem releventur, hortatur. (Ex Monumentis Archivi Conventus Sancti Francisci Pisarum.)

CCLXXI.
Anno 1257. die 8. Januarii.

ALEXANDER &c.

g *Dilectis filiis .. Electo* Pisano [g], *& Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Plebanis, Archidiaconis, Rectoribus, & aliis Ecclesiæ Prælatis* per Pisanam *Civitatem, & Diæcesim constitutis Salutem, & Apost. Benedictionem.*

DE pia, & sancta conversatione dilectorum filiorum Fratrum &c. [h] h
Datum, *ut supra* [i]. i

Ne permittant loca aliqua extrui sub nomine Monialium S. Damiani sine licentia Ministri Provincialis FF. Minorum Vasconiæ, & Aquitaniæ. (Ex Archivo Monasterii Burdegalen. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 15.)

CCLXXII.
Anno 1257. die 8. Januar.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis [k], *& Episcopis* [l] per Vasconiam, & Aquitaniam *constitutis Salutem, & Apost. Bened.* k l

Exordium.

CUM harum Rector Satanas tenebrarum se frequenter in lucis Angelum transfigurans sequaces innumeros per 2. Corinth. 11. 14.

(a) Filio ...: N.

(b) Parisien. &c.: Ut in epist. 131. anno 1255. die 7. Decemb. scripta usque ad *licentiam tribuas*.

(c) Per Esculanen. Civitatem, et Diœcesim: In Piceno, non in Apulia, ut ex titulo Monasterii *S. Angeli* deducitur.

(d) Gloria &c.: Ut in *Bulla* anno superiori die 8. Maji edita usque *collaudetur*.

(e) Sancti Angeli Esculan.: de quo Monasterio actum est in pluribus aliis epistolis supra relatis anno 1239. die 24. Maji, 1246. die 6. Septembris, & alias.

(f) Aliud privilegium Pontifex contulit huic Monasterio hoc anno die 21. Januarii incip. *Devotionis vestra &c.*

(g) Electo Pisano: *Friderico Vicecomiti* Pisano ex Innocentii IV. Sacellano anno 1254. assumpto, ut apud Ughellum to. 3. Ital. Sac. legitur, & hoc anno tandem ordinatus est ex epistola 378. infra legenda, in qua adhuc dicitur *Electus*.

(h) Fratrum &c.: Videatur eadem epistola ad aliarum Provinciarum Prælatos Eccles. data anno 1255. die 21. Novembr. & 13. Decembr., atque anno 1256. die 5. Aprilis; nec non anno isto 1257. 4. Non. Februarii Prælatis Eccles. Provinciæ *Daciæ*, quam confirmavit Eugenius IV. per litteras *Sacra Religionis &c.* anno 1431. die 15. Junii ut infra suo loco.

(i) Etiam Ordini Prædicat. dedit hoc anno & mense die 18. ex Bul. 155. Alex. IV. in to. 1. Bullarii ejusdem Ordinis.

(k) Archiepiscopis: Auxitano, & Burdegalensi; illi in Vasconia, isti in Aquitania.

(l) Episcopis: Qui videri possunt in Sanmarth. Gallia Christiana sub prædictis Archiepiscopis relati.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

per erroris devia post se trahat; Ecclesiæ gubernaculum tenentibus expedire plurimum arbitramur, ut discretione provida, quæ velut diluculi palpebræ debeat assidue præcedere gressus suos, singulorum spiritus noverint comprobare; ne ipsis dormientibus sub ovina pelle lupi lateant in ovili; & in Agro Ecclesiæ lolium germinet pro frumento. Sane, sicut nuper a viris fide dignis accepimus, quædam Mulierculæ interius oneratæ peccatis, foris tamen sanctitatis, cujus virtutem prorsus abnegant, speciem prætendentes, disruptis vinculis obedientiæ salutaris, in vitæ latitudine, quæ ducit ad mortem, absque jugo disciplinæ damnabiliter evagantur, circumeundo varias regiones: nec iis contentæ ad damnationis suæ cumulum, quod libentius suam valeant malitiam in oculis hominum palliare, sub nomine *Sancti Damiani*, cujus dignæ memoriæ Sanctus Confessor Christi FRANCISCUS primus Cultor extitit, & plantator, se velle Monasteria ejusdem Ordinis construere profitentes, super ipsorum fundatione literas a Nobis impetrant, tacita veritate. Unde frequenter accidit; ut per tales nomen *Sororum Minorum*, quod nec ipsis etiam Sororibus Ordinis Sancti Damiani ex *Regula*, seu Juris forma competit, sibi fallaciter usurpantes infamiæ nubilo dilectorum filiorum Fratrum Minorum Ordinis puritas offuscetur. Cum igitur talium non indigeat Deus mendacio; nec de suo dolo, & fraude commodum debeant reportare; ne memoratum Ordinem, quem sincere diligimus, & gaudemus utiliter promoveri, famæ suæ contingat de cetero pro talibus incurrere detrimentum; Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus sub nomine *Sancti Damiani* occasione quarumcumque litterarum a Sede Apostolica directarum, seu dirigendarum, quæ de præsentibus expresse non fecerint mentionem, in vestris Civitatibus, sive Diœcesibus Monasterium, vel habitaculum inchoari, seu incboatum construi nullatenus permittatis; nisi de dilecti filii.. Ministri Provincialis Fratrum Minorum in *Vasconia* [a], & *Aquitania* fieret consilio, & assensu; quod si contra mandatum nostrum quidquam contigerit attentari, easdem curetis ab hujusmodi auctoritate nostra, sublato cujuslibet appellationis obstaculo, coercere.

Pastorum solicitudo qualis. — Proverb. 4. 25. — Quarumdam mulierculaurum licentia damnata, — Monasteria sub tit. S. Damiani fundare vagando tentant, — & nomen Sororum FF. Minorum usurpant. — Mandat Pontifex, ut supra.

Datum, *ut supra* [b].

Ut tractatus inter Monasterium S. Pauli de Valle Pontis, & Monasterium Montis Lucidi Perusini incboatus ad finem perducatur. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Perusino Conventus S. Francisci.)

ALEXANDER &c.

CCLXXIII. Anno 1257. die 9. Januarii.

Dilecto filio .. Priori Sancti Antonii Perusin. Salutem, & Apost. Bened.

SICUT accepimus, inter dilectos filios... Abbatem, & Conventum Monasterii Sancti Pauli *de Valle Pontis* [c] Ordinis Sancti Benedicti Perusinæ Diœcesis ex parte una, & dilectas in Christo filias.. Abbatissam, & Conventum Monasterii Sanctæ Mariæ *de Monte Lucido* Perusin. Ordinis Sancti Damiani ex altera super Capella *Sanctæ Mariæ de Præsso* [d], & ejus pertinentiis ad eosdem Abbatissam, & Conventum spectante, ac quodam molendino, & rebus aliis ad prædictos Abbatem, & Conventum pertinentibus utilis partibus habitus est tractatus; sed impedientibus quibusdam malevolis non potuit consummari. Cum autem in Tractatu ipso, ut pro certo dicitur, utriusque partis commoditas procuretur; Nos eosdem Abbatem, & Conventum rogandos duximus [e] attentius,

Tractatus aggrediuntur inter Monasteria S. Pauli de Valle Pontis, & Montis Lucidi — de quibusdam rebus — Quidam malevoli impediunt.

(a) VASCONIA: Duæ *Custodia* Provinciæ Aquitaniæ *Auxitana*, & *Agenensis* constituebant *Vasconiam* ex sæpe citato veteri *Provinciali* Ordinis apud Jordani Ms. Chronicon, & Barthol. Pisanum Conform. 11.

(b) Videantur etiam eædem litteræ datæ Archiepiscopis, & Episcopis *Lombardiæ*, *Marchiæ Tarvisinæ*, & *Romaniolæ* anno 1250. die 20. Aprilis ab Innocentio IV.. Alexander vero alias scripsit Archiepiscopis, & Episcopis *Alemanniæ* diverso quidem in pluribus exemplo, sed ejusdem fere significationis anno 1261. die 24. Martii: uti suo loco videre licet infra.

(c) S. PAULI DE VALLE PONTIS: Forsan ille, qui in monumento anno 1036. edito apud Ughellum to. 1. Ital. Sac. in Episc. Perusin. dicitur *S. Maria in Valle de Ponte* Ord. S. Benedicti, & inde Mabillon. lib. 57. Annal. Benedict. ad eum annum n. 79., interdum enim loca aut binomina sunt, aut nomen mutant.

(d) S. MARIÆ DE PRÆSSO: Quæ in *Bulla* Innocentii IV. *Religiosam vitam eligentibus &c.* anno 1252. die 28. Octobris edita recensentur inter bona Monasterii Montis Lucidi; quamque Gregorius IX. Monasterio donaverat anno 1237. per litteras *Attendentes sicut convenit &c.* die 30. Martii scriptas, ubi vocatur *de Presso al. de Prepo*.

(e) ROGANDOS DUXIMUS: Quæ tamen litteræ non amplius extare creduntur.

tius, & hortandos per Apostolica eis scripta in virtute obedientiæ præcipiendo mandantes, ut tractatum ipsum, prout utriusque Monasterii utilitas suggeret, consummare procurent. Quocirca discretioni tuæ præsentium auctoritate mandamus, quatenus ad id interponas efficaciter partes tuas, ipsos Abbatem, & Conventum ad consummandum tractatum hujusmodi per iterationem præcepti in virtute obedientiæ compellendo; ita tamen, quod si alteram partium in tractatu hujusmodi consummando inveneris forte gravari, facias ei pro tuo arbitrio, ut æquum fuerit, a reliqua parte de compensatione congrua provideri.

Mandat Pontifex, ut supra.

Conditione adjecta.

a Datum Laterani v. Idus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [a].

Ne Monasterium, ejusque bonorum coloni onera publica subire, aut præstationes exhibere teneantur. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo ejusdem Monasterii Montis Lucidi.)

CCLXXIV. Anno 1257. die 11. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Mariæ de Monte Lucido [b] *Perusin. Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

b

Documentum Pontificis pro exordio.

PERSONIS, quæ Mundo relicto ad cælestia totis tendunt affectibus, benevolo Nos convenit adesse favore piis eorum votis; ut consequi valeant tam salubris intentionis effectum misericorditer annuendo; quatenus contra inquietantium defensæ molestias pace quieta, & quiete pacifica pacis famulentur auctori. Hinc est, quod Nos tranquillitati vestræ, ne aliqua sæcularium exactionum infestatione vexetur, Apostolica sollicitudine providere volentes devotioni vestræ, ut pro molendinis, & aliis bonis vestris, quæ Ecclesiastica debent immunitate defendi, vos, & Molendinarii, & Coloni vestri ad subeundum aliqua onera publica, & præstationes aliquas exhibendum minime teneamini, vel compelli possitis auctoritate præsentium indulgemus; decernentes nihilominus irritum, & inane, si quid super his contra præsentis concessionis nostræ tenorem a quocumque quavis auctoritate contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Causa concessionis.

Indulget Pontifex, ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani III. Idus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [c]. c

---

Concedit Indulgentias visitantibus singulis annis diebus statutis Ecclesiam S. Francisci Oppidi Hispellensis. (Ex AUTOGRAPHO Conventus FF. Minorum Convent. ejusdem Oppidi.)

ALEXANDER &c.

CCLXXV. Anno 1257. die 11. Januarii.

Dilectis filiis . . Guardiano, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum de Spello [d] *Spoletanæ Diœcesis Salutem, & Apost. Bened.*

d

CUM ad promerenda sempiterna gaudia &c. [e] Cupientes igitur, ut Ecclesia vestra in Festivitatibus Beatorum *Francisci*, & *Antonii* Confessorum, & Beatæ *Claræ* Virginis, quæ in ipsa Ecclesia sunt præcipuæ, ac solemnes, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam ipsam annis singulis in eisdem Festivitatibus, & usque ad octo dies sequentes devote, & venerabiliter visitaverint, de Omnipotentis Dei misericordia; ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Exordium. e

In festis diebus SS. Francisci, Antonii, & Claræ, octoque diebus sequentibus

Indulgentia annua 100. dierum.

Datum, *ut supra*.

(a) Super hac re coactus est Pontifex anno sequenti die 31. Julii binas exarare epistolas eidem Priori S. Antonii: *Dilectus filius Magister &c.*, & *Ex parte dilectarum &c.*

(b) S. MARIÆ DE MONTE LUCIDO: De quo Monasterio alias & sæpe actum est in primo hujus Operis tomo.

(c) Petrus de Alva in Indiculo *Bullarii Seraphici* refert idem, sive simile diploma Clementis IV. huic Monasterio datum 2. cal. Octobris Pontif. anno I. nempe anno 1265.; idem sane innovavit Nicolaus IV. anno 1289. die 18. Augusti, ut ibi.

(d) DE SPELLO: Ita vulgo dicitur Hispellum Umbriæ vetustissimum oppidum in colle Fulginium inter, & Assisium, cujus Cœnobii mentio extat in *Bullis* Innocentii IV. die 22. Februarii, & 13. Martii anno 1254. supra relatis; cujusque Ecclesiæ fabricam Pontifex hoc mense die 18. commendavit pietati Christifidelium per litteras: *Quoniam ut ait Apostolus &c.*

(e) SEMPITERNA GAUDIA &c.: Ut in *Bulla* 86. die 27. Julii anno 1255. edita usque *obtinere*.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1257.

Mandat, ut Decanus Bracaren. Capellanus suus a Rege Castellæ ad Ecclesiam S. Mariæ de Castrello Aurien. Diœcesis præsentatus, si exposita constent, Rector instituatur. (Ex Reges. Vatic. apud Waddingum ad hunc ann. Reges. Pontif. num. 24.)

CCLXXVI. Anno 1257. die 12. Januarii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri .. [a] *Episcopo* Marochitan. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

EXPOSUIT Nobis dilectus filius Fernandus Johannis Decanus Bracharen. Capellanus noster. &c. [b]

Datum Laterani II. Idus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Visitantibus devotionis causa quotannis statis diebus Ecclesiam Fratrum Minorum Monachii in Bavaria Indulgentia datur. (Ex Autographo in Archivo Provinciæ Bavariæ existente, ut admonet Auctor Supplementi ad Annales Min. Waddingi sub hunc an. n. 1.)

CCLXXVII. Anno 1257. die 13. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. *Guardiano, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum* de Monacho [c] *Frisingen. Diœcesis* [d] *Sal., & Apost. Bened.*

CUM ad promerenda sempiterna gaudia &c. [e]

Datum Laterani Idibus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [f].

Item visitantibus omni anno certis diebus Ecclesiam Sancti Francisci Hortanæ Civitatis. (Ex Autographo Conventus Fratrum Minorum Conventual. ejusdem Civitatis.)

CCLXXVIII. Anno 1257. die 18. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Ministro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Ortan. [g] *Salutem, & Apostol. Benedict.*

Exordium.

CUM ad promerenda sempiterna gaudia &c. [h]

Datum Laterani xv. Kalend. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Eleemosynas præbentibus, & subsidia pro fabrica Ecclesiæ S. Francisci Hispellen. de injuncta pœnitentia sacramenti 100. *dies relaxat.* (Ex Archivo nostri Conventus S. Francisci ejusdem Oppidi.)

CCLXXIX. Anno 1257. die 18. Januarii.

ALEXANDER &c.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Rom. 14. 10.

QUONIAM, ut ait Apostolus &c. [i] Sane dilecti filii .. Minister, & Fratres Ordinis Fratrum Minorum de *Spello* [k] Spoletanæ Diœcesis ibidem, sicut accepimus, Ecclesiam cœperunt construere [l], in qua Divinis possint laudibus deservire. Cum itaque ipsis propter Christum extremæ ferentibus sarcinam paupertatis ad hoc Fidelium subsidium sit plurimum opportunum; Universitatem vestram rogamus, & hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus eis pias eleemosynas, & grata charitatis subsidia erogetis; ut per subventionem vestram Ecclesia memorata valeat consummari; & vos per hæc, & alia bona, quæ Domino inspirante feceri-

Hispelli Ecclesia FF. Min. construitur.

Rogat Pontifex, & hortatur Fideles Christi ad subveniendum.

(a) Ven. Fratri ... Lupo O. M., de quo non semel agimus in tomo 1. hujus Operis p. 431. 437. 444. 572. & seqq.

(b) Capellanus noster &c.: Videatur epistola *Justis petentium desideriis &c.* infra hoc anno die 1. Martii relata, in qua hæ litteræ leguntur.

(c) De Monacho: Urbe Bavariæ elegantissima, & primaria, Ducumque Sede, ubi Fratres Minores ab Ordinis initio locum habuerunt, qui 3. al. 6. erat *Custodia Bavariæ* in Provincia Argentinæ, vel Alemanniæ superioris ex *Provinciali* antiquo Ordinis apud autorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. 11., & ut monumenta hujus loci apud Gonzagam, & Waddingum ad annum 1284. n. 23. referunt, anno 1221. vel 1222. fundari cœpit.

(d) Frisingen. Diœcesis: Urbis Episcopalis sub Salisburgensi Archiepiscopo in Bavaria superiori 4. leucis germanicis a Monacho in Boream distantis.

(e) Sempiterna gaudia &c.: Ut in præcedenti diplomate pro Ecclesia Hispellensi pag. 185.

(f) Hoc eodem anno Kalendis Aprilis Pontifex iterum Christifideles *Indulgentiis* invitavit ad visitandam venerandamque hujus Cœnobii Ecclesiam, ut ex autographo prædicti loci perhibet cit. autor Supplementi Waddingiani.

(g) Fratrum Minor. Ortan.: Provinciæ Romanæ, ac Custodiæ Viterbien., de quorum loco dictum est supra ad *Bullam* Gregorii IX. anno 1232. die 29. Januarii editam.

(h) Gaudia &c.: Vide *Bullam* anno superiore 1255. die 27. Julii pro Cœnobio Bononien. editam; & aliam pro Ecclesia Hispellen. paulo ante relatam usque ad finem, ac *Datum &c.*

(i) Apostolus &c.: Ut in *Bulla* Gregorii IX. anno 1230. die 1. Maji edita, & Innocentii IV. an. 1244. 12. Februar.

(k) De Spello: De quo loco dictum est supra ad *Bullam Cum ad promerenda &c.* die 11. Januarii data.

(l) Ecclesiam cœperunt construere: Quam *S. Andreæ* dicatam acceperant anno 1255. ex diplomate Innocentii IV. *Oblata nobis* anno 1254. die 15. Martii, & 22. Febr. edito.

ceritis, ad æternæ possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui Fratribus eisdem pro dicta Ecclesia consummanda manum porrexerint adjutricem, *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus; præsentibus per *decem annos* [a] tantum valituris.

Indulgentia 100. dier. conceditur, tempore limitato.

Datum Laterani, *ut supra*.

Ut Ministri Provinciales cum Definitoribus in Comitiis congregati Prædicatores instituere valeant. (EX SPECULO MINOR. tract. 2. fol. 120., RODERICO in Bullario Regul. Bul. 15., WADDINGO in Regesto Pontif. num. 18., & ex AUTHOGRAPHO Conventus S. Francisci Salmanticen.)

CCLXXX. Anno 1257. die 20. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Ministris Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Bened.

PROHIBENTE *Regula* vestra, nulli Fratrum vestrorum est licitum &c. [b] Datum Laterani XIII. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [c].

Scribit Electo Pisano, ut Monasterio Pisano Omnium Sanctorum conferat Hospitale S. Leonardi de Stagno suæ Diœcesis. (EX VATIC. ARCHIVO in Regest. Pontif. ep. 305.)

CCLXXXI. Anno 1257. die 22. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio ... [d] *Electo Pisan. Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

RES piissima, & Divinæ gratissima Majestati agi conspicitur &c. [e] Datum Laterani XI. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Indulget, ut privilegiis, & indulgentiis Ordini Fratrum Minorum ab A. S. concessis competentibus uti valeant. (EX VATIC. TABULARIO in Regest. Pontif. epist. 77. an. 3. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. n. 19.)

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

CCLXXXII. Anno 1257. die 25. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus .... Abbatissæ, & Conventui Monasterii Monialium inclusarum Sancti Angeli Esculanen. [f] *Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apostol. Benedict.*

DEVOTIONIS vestræ precibus inclinati, ut *privilegiis*, & indulgentiis Ordini Fratrum Minorum ab Apostolica Sede concessis [g] competentibus vobis uti possitis; auctoritate vobis præsentium indulgemus. Nulli ergo &c. nostræ concessionis &c. Si quis &c.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani VIII. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut auxilio sint, ac necessaria præbeant Fr. Bartholomæo Bohemo ad prædicandam Crucem contra Lituvanos, aliosque illarum partium Infideles. (EX REGESTO VATIC. epist. 308. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. n. 21., teste & RAYNALDO n. 21.)

ALEXANDER &c.

CCLXXXIII. Anno 1257. die 29. Januarii.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & Decanis, Præpositis, Archidiaconis, Rectoribus, & aliis Ecclesiarum Prælatis, & Clericis per Bohemiam, Poloniam, Moraviam, & Austriam, *necnon & partes vicinas constitutis Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

CUM dilecto filio *Fratri Bartholomæo de Bohemia* [h] Ordinis Fratrum Minorum, quem suæ Religionis & pie-

Causa commissionis.

(a) PER DECEM ANNOS: Intra quod spatium opus perfici posse existimatur.

(b) LICITUM &c: Vide hanc ipsam *Bullam* a Gregorio IX. editam anno 1240. die 12. Decembris, & ab Innocentio IV. confirmatam anno 1243. die 30. Octobris, & 1244. die 23. Julii.

(c) Hanc Alexandri constitutionem citat antiquus Scriptor Barthol. Pisanus Conform. IX. in expositione 9. capitis *Regulæ* Fratrum Minorum; & Gonzaga par. 2. Conv. 7. Prov. Calabriæ scribit autographum haberi Consentiæ in Archivo veteris Conventus S. Francisci dat. 17. *Februarii Pontif. anno* 3.

(d) ELECTO ...: *Friderico Vicecomiti* Pisano anno 1254 assumpto, de quo infra ex Ughello.

(e) CONSPICITUR &c. Adeatur *Bulla* 370. hujus Pontificis *Justis petentium desideriis &c.* præfato Monasterio hoc anno die VI. Idus Novembr. data, in qua hæc Epistola cum aliis integra refertur.

(f) S. ANGELI ESCULAN.: De quibus alias, & postremo sub die 8. hujus mensis, & anni: *Vitæ perennis*.

(g) CONCESSIS: Hoc ipsum jam concesserat Innocentius IV. omnibus Monasteriis Clarissarum sub cura & ministerio Fratrum Ordinis constitutis per diploma: *Licet olim quibusdam &c.* anno 1246. die 17. Julii editum, estque n. CXIII. illius Pontificis in primo hujus Operis tomo p. 420.

(h) BARTHOLOMÆO DE BOHEMIA: Ad quem sunt aliæ hujus Pontificis epistolæ anno 1255. die 6. & 7. Augusti datæ, aliæque insequenti anno die 15 Julii; quemque hoc anno Pontifex denuo constituit, vel confirmavit prædicatorem *Crucis* contra supradictos Infideles ex epist. 310. lib. 3. Regel. Vatic., teste Raynaldo in Eccles. Annal. ad hunc annum 1257. num 21., qua tamen epist. caremus.

ALEXANDER PP. IV. An Ch. 1257.

& Fr. Bartholomæi ... 2. Timoth. 2. 9.

Commendat Fr. Bartholomæum, & mandat, ut supra.

Clausula comminationis.

a & pietatis obtentu carum habemus admodum, & acceptum; & in cujus ore non est verbum Domini alligatum; contra *Litvvanos*, & alios infideles in partibus vestris prædicare commiserimus verbum *Crucis* [a]: Universitatem vestram rogamus, & hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus ipsum ob reverentiam Apostolicæ Sedis, & nostram honeste, & benigne tractantes, eidem cum quatuor personis, & totidem equis in securo conductu, & aliis necessariis curetis taliter providere, quod vestra devotio merito posset inde commendari. Alioquin sententiam, quam ipse propter hoc rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, ac faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari.

b Datum Laterani IV. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [b].

Confirmat donationem, & concessionem quorumdam Bonorum per Spoletanum Episcopum auctoritate Gregorii IX. eis factam. (Ex Reges. Vatic. epist. 72. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 20., & ex Autographo Monasterii Vallisgloriæ Hispellen.)

CC-LXXXIV. Anno 1257, die 29. Januarii.

ALEXANDER &c.

c *Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Mariæ de Spello* [c] *Ordinis Sancti Damiani Spoletanæ Diœcesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Monialium petitionis tenor.

d EX tenore vestræ petitionis accepimus, quod Venerabilis Frater noster B .. [d] Spoletanus Episcopus Loci Diœcesanus de mandato fel. recordat.
e Gregorii Papæ [e] prædecessoris nostri quasdam Terras, Possessiones, & alia bona, quæ fuerunt quondam Monasterii *Sancti Silvestri* de Monte Subasio Spoletanæ Diœcesis, vobis, & ipsi Monasterio ad sustentationem vestri perpetuo duxerit concedenda [f]: necnon dictus Prædecessor quasdam Terras, Possessiones, & res alias ad opus vestri emi fecerit pro certa pecuniæ quantitate [g]. Nos vestris supplicationibus inclinati, quod per eumdem Episcopum super hoc factum est, ratum habentes, & gratum; ac id auctoritate Apostolica confirmantes, & supplentes de potestatis plenitudine, si quis super iis habitus est, defectum; omnes Terras, Possessiones, & alia supradicta vobis tam per concessionem, quam per emptionem hujusmodi acquisita, auctoritate Apostolica confirmantes, ea vobis, & per vos eidem Monasterio de novo concedimus, & donamus de gratia speciali. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, suppletionis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. f g

Pontifex annuens confirmat, ut supra.

Clausula prohib. &c.

h Datum, *ut supra* [h].

Confirmat permutationem a Fratribus Ordinis Theutonici cum Capitulo Ecclesiæ Lateranen. factam. (Ex Archivo Vatic. in Reges. Pontif. epist. 74. sn. 3.)

CC-LXXXV. Anno 1257, die 30. Januarii.

ALEXANDER &c.

i *Dilectis filiis .. Magistro, & Fratribus Hospitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum* [i] *Hierosolymitan. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Teutonicorum Militum petitionis tenor.

PETITIONIS vestræ seriem audivimus continentem, quod dilecti filii .. Prior, & Capitulum Ecclesiæ *Lateranen.* [k] annuum censum unius fertonis argenti [l] tunc ad eos in Ecclesia de *Niplavviz* k l

(a) Commiserimus verbum Crucis: Anno 1256. & iterum hoc anno ex proxime dictis.
(b) Alias ad eum litteras *Ut commissum tibi &c.* habes infra ad diem 5. Aprilis.
(c) S. Mariæ de Spello: De quo in *Bulla* Gregorii IX. anno 1236. die 2. Augusti edita, & ibi relata, ubi dicitur *S. Maria Vallis gloria*.
(d) B.: *Bartholomeus* anno 1236. assumptus mense Augusto, de quo in *Italia Sac.* Ughelli tom. 1.
(e) Gregorii Papæ: Nono hujus nominis.
(f) Concedenda: Anno 1233. ex litteris ejusdem Gregorii IX. *Ab Ecclesia S. Silvestri &c.* eo anno die 27. Julii datis, & ex *Bulla* Innocentii IV. *Cum Ecclesiam S. Silvestri &c.* anno 1244. die 18. Maji edita.
(g) Pecuniæ quantitate: Ut ex *Bulla Cum moribus Mundo &c.* anno 1236 die 29. Julii emissa.
(h) Alias hujus Pontificis litteras *Ex tenore &c.* hoc anno die 1. Decembr., & *Monasteriis, Ecclesiis &c.* anno 1259. vide infra.
(i) S. Mariæ Theutonicorum: De qua Religiosa militia jam extincta dictum est pluribus in locis primi hujus Operis tomi p. 128. (c) 734. &c.
(k) Ecclesiæ Lateranen.: Omnium Ecclesiarum Mundi principatum obtinentis.
(l) Fertonis argenti: qui quartæ parti *Marchæ* æquivalebat ex Gunthero Hist. Hierosolym. cap. 8. apud Cangii Glossarium Latin., aut 2. unciis auri, vel argenti ex lib. Censuum Rom. Eccles. in to. 5. Antiqu. medii ævi col. 874. & 875.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

de Vineis argenti in Moravia permutandis

a b

In Vineas prope Romam.

plavviz Olomucen. Diœcesis [a] pertinentem pro quibusdam vineis sitis prope Urbem [b] tunc ad vos spectantibus solempni tractatu, ac diligenti deliberatione hinc inde habitis, & utriusque partis utilitate pensata vobiscum perpetuo permutarunt; prout in publico instrumento confecto exinde plenius continetur. Nos itaque vestris, ac etiam dictorum Prioris, & Capituli supplicationibus inclinati, quod super præmissis factum est, ratum, & firmum habentes, id auctoritate Apostolica de certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, defectum, si quis in iis est habitus, supplentes de nostræ plenitudine potestatis. Tenorem autem Instrumenti præfati de verbo ad verbum præsentibus fecimus annotari, qui talis est.

Id Pontifex probat, & confirmat supplens &c.

Instrumentum permutationis.

Anno 1257. 9. Januar.

„ In nomine Domini nostri Jesu „ Christi Amen. Anno Nativitatis „ ejusdem MCCLVII., XV. Indictione, die „ Martis nono intrantis mensis Janua„ rii, Pontificatus Domini Alexandri „ Papæ IV. Anno Tertio. In præsen„ tia mei Benedicti infrascripti Scri„ niarii, & Testium subscriptorum ad „ hæc specialiter vocatorum Religiosi „ viri .. Prior, & Capitulum Ecclesiæ „ *Lateranen.* diligenti deliberatione, „ ac solemni tractatu inter se habito, „ attendentes utilitatem ipsius Ecclesiæ „ *Lateranen.* annuum censum unius fer„ tonis argenti, in quo Ecclesia de *Ni„ plavviz* de Opavia [c] Olomucen. Diœ„ cesis erat eidem Ecclesiæ *Lateranen.* „ censualis, cum honorabili viro Ma„ gistro Johanne de Capua Domini Pa„ pæ Notario, Fratre, ac generali Pro„ curatore totius Ordinis Hospitalis „ Sanctæ Mariæ *Theutonicorum* Hiero„ solymitan., & *Fratre Alberto de Boe„ mia* [d] Presbytero, speciali Procura„ tore ejusdem Ecclesiæ de *Niplavviz* „ permutarunt hoc modo, videlicet, „ quod dicti Magister Johannes, & Fra„ ter Albertus propter evidentem uti„ litatem, & relevationem, seu exo„ nerationem prædictæ Ecclesiæ de *Ni-*

Utilitas Ecclesiæ Lateran.

c

d

Permutationis modus.

„ *plavviz* duas petias vinearum, quæ „ sunt in loco, ubi dicitur *ad Vallem*, „ inter hos fines, a primo latere est „ mons, qui dicitur *Domini Papæ*, & „ ab alio latere est forma Aquæductus, „ & ab aliis lateribus tenet Ecclesia „ *Lateranen.*; de quibus magis, quam „ de prædicto censu ipsi Lateranen. Ec„ clesiæ singulis annis præter alias uti„ litates poterit provenire; maxime „ cum utile sit etiam ultra communem „ æstimationem vicinos fundos habere; „ titulo permutationis dictis Priori, & „ Capitulo nomine *Lateranen.* Eccle„ siæ, & ipsi Lateranen. Ecclesiæ in „ perpetuum contulerunt. Iidem vero „ Prior, & Capitulum unanimi con„ sensu eamdem permutationem acce„ ptantes quitaverunt [e], remiserunt „ præfatis Magistro Johanni, & Fratri „ Alberto nomine præfati Hospitalis, „ & specialiter ipsius Ecclesiæ de *Ni„ plavviz* dictum annuum censum unius „ fertonis argenti; & ipsos procurato„ res nomine Hospitalis ejusdem, nec „ non Ecclesiam de *Niplavviz* liberave„ runt, & absolverunt omnino, ac li„ beros, & absolutos esse in perpetuum „ voluerunt. Promiserunt autem sibi „ ad invicem prædicti Prior, & Capi„ tulum ex parte una; & Magister Jo„ hannes, ac Frater Albertus ex altera „ nomine prædictorum Ordinis, & Ho„ spitalis Sanctæ Mariæ *Theutonicorum* „ præsentem permutationem inviolabi„ liter observare; & contra eam nullo „ facti, vel juris remedio ordinario, „ vel extraordinario contravenire. Re„ nuntiantes actioni cuilibet, & exce„ ptioni, & omni alii auxilio, per quod „ posset præsens permutatio revocari, „ vel quomodolibet impediri. Ad majorem etiam cautelam, & ejusdem „ permutationis perpetuam firmitatem „ tam dictus *Frater Albertus* Procura„ tor habens ad hæc mandatum, quam „ etiam Petrus de Sancto Bartholomæo „ Yconomus prædictorum Prioris, & „ Capituli *Lateranen.* Ecclesiæ de man„ dato ipsorum Prioris, & Capituli „ præ-

Situs Vinearum.

e

(a) Olomucen. Diœcesis: Moraviæ Provinciæ capitis in Bohemia vulgariter Olmütz sub Pragensi Archiepiscopo.
(b) Prope Urbem: Nimisum Romam.
(c) Opavia: Silesiæ Civitate Ducatus cognominis primaria ad Opam amnem 9. leucis ab Oppolio distante.
(d) Fr. Alberto de Boemia: Ordinis militum Teutonicorum.
(e) Quitaverunt: Hoc est quietos reddiderunt, & absolverunt, Italice *francarono*.

Alexander PP. IV. An.Ch.1257.

„ præsentium prædicta omnia partes inviolabiliter servaturas, præstito corporaliter juramento, firmarunt. In „ cujus rei testimonium, & evidentiam „ pleniorem dicti Magister Johannes, „ & *Frater Albertus*, ac Prior, & „ Capitulum præsens instrumentum „ suorum sigillorum fecerunt appensione muniri. Actum Romæ in Palatio de Laterano, præsentibus iis testibus videlicet *Fratre Bartholomæo* „ *de Boemia* [a] Ordinis Fratrum Minorum, *Fratre Lamberto* Theoton. [b] „ ejusdem Ordinis, Magistro Gentile „ de Montegranerio Domini Papæ Scriptore, Magistro Petro Canonico „ Theanen., Magistro Bono Pergamen. „ Scriniario, & Calcedonio de Rocca „ Willhelmi Judice ad hoc rogatis. Et „ ego Benedictus de Castronovo auctoritate Apostolica Scriniarius omnibus „ iis interfui, & hoc instrumentum „ scripsi, & complevi rogatus." Nulli ergo &c. nostræ confirmationis, & suppletionis infringere, vel ei ausu &c.

Testes rogati. a b

Clausula Pontificia prohibens &c.

Datum Laterani III. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [c].

c

Emptionem loci pro fundando Cœnobio Cæsenæ a Fratribus, vel pro eis factam confirmat. (Ex Autographo Archivi ejusdem Conventus S.Francisci FF. Min.Convent.,& ex Scipione Claramontio Hist. Cæsenat.lib.9.)

CC-LXXXVI. Anno 1257. die 30. Januarii. d

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Minoribus Cæsenatibus [d] *Sal.*, & *Apost. Bened.*

Exordium. e

Fratrum relatio ad Pontificem, atque petitio.

CUM a Nobis petitur &c. [e] Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, Venerabilis A Frater noster... Episcopus *Cæsenas* de consensu dilecti filii... Electi *Ravennatis* [f] loci Metropolitani quemdam fundum ad Cæsenatem Ecclesiam pertinentem, in quo Ecclesia, & locus, in quibus devotum impenditis Domino famulatum, constructum esse dignoscitur, vobis vendidit pro quadam pecuniæ quantitate; prout in Instrumento publico super hoc confecto plenius continetur. Nos vestris devotis supplicationibus inclinati, quod a prædicto Episcopo in B hac parte provide factum est, ratum, & gratum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; supplentes defectum, qui in hoc extitit ex eo, quod Capituli Cæsenatis ad hoc non accessit consensus, de plenitudine potestatis. Tenorem autem Instrumenti prædicti præsentibus inseri fecimus, qui talis est.

f

Pontifex annuens confirmat, ut supra.

Supplens Capituli defectum.

Instrumentum emptionis.

„ In nomine Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis. Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo, C „ octava die Maji intrante, Indictione „ octava. Cæsenæ in Domo Domini „ Episcopi. Testes ad hoc rogati fuerunt Dominus Berardus Petri Guastonis, Archusius Sartus, Gualterus „ Bastardi, Petrus Salomon, & Baldinetus Uberti *Fratres Ordinis Pœnitentium* [g], & alii plures; in quorum D „ præsentia Dominus Manzinus Episcopus Cæsenas [h] pro se, suisque Successoribus de voluntate, & licentia „ Domini... Archiepiscopi *Ravennatis* [i] dedit, & concessit plenam licentiam, & potestatem Fratri *Alberto* „ *de Faventia* de Ordine Minorum ædificandi, & faciendi locum Fratribus „ Minoribus in Civitate Cæsenaten. in „ Con-

Anno 1250. die 8. Maji.

Testes rogati.

g

h

i

(a) Fr. Bartholomæus de Boemia: Duo tunc florebant in Ord.nostro hujus nominis, & Provinciæ, alter dictus etiam *de Praga* in Bulla 150.(n) supra relata, quique constitutus fuit Prædicator *Crucis* contra Lithuanos, aliosque Paganos in Polonia plerumque degens ex supra legendis epistolis: alter vero *de Bruna* appellatus in 326. epistola *Pro cunctis mentis &c.* hoc anno die 17. Aprilis exarata, qua una cum sequenti *Fr.Lamberto* factus est *Inquisitor* contra hæreticos in Regno Bohemiæ, & finibus Poloniæ: est autem *Bruna* Olomucen. diœcesis.

(b) Fr. Lamberto Theoton.: De quo inita in prædicta 326. epistola, ubi dictus asseritur *Theotonicus*.

(c) Hæc *Bulla* latuit auctorem *Bullarii* Lateranen. Ecclesiæ nuper evulgati.

(d) Fratribus Minoribus Cæsenatibus: Quorum locus 7 erat Custodiæ Forolivien. Provinciæ Bononien. ex veteri *Provinciali Ordinis* in Polychronico, & Barthol. Pisano conform. xi.

(e) Petitum &c.: In Bulla xi. anno 1255. die 20. Januarii edita.

(f) ... Electi Ravennatis: Nempe Philippi Fontanæ Ferrarien., qui anno 1250. ex *Electo* Florentino transiit ad Ravennat. Cathedram regendam.

(g) Fratres Ordinis Pœnitentium: Unde liquet, quam antiquum fuerit Cæsenæ *Tertiariorum S. Francisci* Collegium.

(h) Manzinus Episcopus Cæsenas: Quem jam constat sedisse anno 1237., cumque obiisse anno 1255. vult Ughellus tom. 2. Ital. Sac. num. 41., ubi & memorat hanc emptionem, concessionem, & Alexandri confirmationem, sed non sine errore alias evellendo.

(i) Archiepiscopi Ravennatis: Late loquendo pro *Electo Ravennat.*, uti supra scripsit Pontifex; Archiepiscopus enim Theodoricus obierat anno 1249. non die nonis Decembris, ut ait Ughellus num. 55. in Ravennat. sed die 27. Decembris ex Autore Chronici in Appendice ad Agnelli Ravennat. Pontificale; de qua re alias.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1257.

a ,, Conttata *Troa* [a], in possessione ipsius A
,, Episcopatus ceosuali; qui locus jam
,, emptus erat pro Fratribus Minoribus
,, justo pretio ab eis, qui eum possidebant; sub dominio, & potestate,
,, atque protectione Ecclesiæ Romanæ;
,, & insuper idem Dominus Episcopus
,, pro se, suisque Successoribus dedit,
,, veodidit, & tradidit de consensu, &
,, voluntate Domini Archiepiscopi nominati *Michaeli* Petri de Tura Procuratori *Minorum de Cæsena* a Ro- B
,, mana Ecclesia constituto emptori pro
,, Ecclesia Romana; & pro habitatione, & receptione dictorum *Minorum*
,, dominium, & proprietatem dicti loci
,, jam empti, & emendi pro necessitate
,, ipsorum *Minorum* ad arbitrium, &
,, voluntatem discretorum Fratrum *Minorum* juxta quantitatem eis placentem, cum ingressibus, egressibus, finibus, & accessibus suis usque in
,, viam publicam; & cum omnibus, C
,, quæ supra se, & infra se habet, in
,, integrum, omnique jure, & actione,
,, usu, seu requisitione sibi ex ea re
,, competentem, & omnem suum censum, sive pensionem, quam inde recipere debebat, eidem dedit, & tradidit; & pactum fecit ei de noo ulterius petendo; ad habendum, teoendum, possidendum; & quidquid
,, Ecclesiæ Romanæ, seu dicto Procu- D
,, ratori pro eo exinde deinceps placuerit, suo oomine faciendum sine omni
,, contradictione sui, & suorum Successoruo, affirmans sibi possessionem
,, ipsius rei, quam habebit, & ubi possessionem oon habebit, constituit se
,, ejus Procuratoris ipsam rem nomine
,, possidere; donec possessiooem intraverit corporalem; in qua intrandi sua

Pretium loci empti lib.50. Ravennat.

,, auctoritate licentiam dedit ei pro
,, pretio *quinquaginta librarum* Raven- E
b ,, nateo. [b]. Quod pretium confessus est
,, se a dicto emptore integraliter recepisse, & in utilitatem dicti Episcopatus versum esse; renuncians non
,, numerati, & traditi pretii exceptioni, & omni alio auxilio legum; &
,, iosuper promisit ab omni onere legitime defendere, & auctorizare in
,, Judicio, & extra per se, suosque
,, Successores, & damnum, & expensas
,, ex nunc competiturum, vel competituras reficere dicto emptori recipienti, & stipulanti pro Ecclesia Ro- B
,, mana sub pœna dupli pretii nominati; qua pœna soluta, vel non, con-
,, tractus maneat firmus. Latera ipsius
,, loci fossatum Civitatis in tribus viæ
,, Vidalleogi. Et ego Joannes Bovienfis Tabellio præsens ioterfui, & mandato dicti Domini Episcopi, ut su-
,, pra legitime scripsi. " Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ coofirmationis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario con- C traire. Si quis autem &c.

Fines loci empti.

Clausula Pontificis prohib. &c.

Datum Lateraoi III. Kal. [c] Februarii, Pontificatus Nostri Anoo Tertio. c

---

Ut, si expedierit, nec aliis obsit, constituatur Episcopus Luvcovv. Fr. Bartholomæus Bohemus O. M. (Ex Archivo Vatic. io Regest. Pontif. epist. 311. ann.3.)

ALEXANDER &c. D

CC-LXXXVII.

Anno 1257. die 1. Februarii.

Venerabilibus Fratribus ... [d] *Archiepiscopo* Gnesnen., *&* ... [e] *Cracovien. Salutem, & Apostol. Benedictionem.* d e

DILECTUS filius nobilis vir ... [f] Dux Cracoviæ & Sandomiriæ, & dilecta io Christo filia *Salomea* [g] Monialis Ordinis Saocti Damiani quondam Regina *Gallicia* [h] soror prædicti Ducis, nec noo ... Magister Domus *Militiæ Templi* [i] in Alemania, & Sclavonia Nobis humilitet supplicarunt, ut Castrum *Lucovv* f g h i E

Ducis Cracovien. & aliorum petitionis tenor

(a) In contrata Troa: Al. *Troje*, & *Trave*.
(b) Librarum Ravennaten.: De qua moneta scripsit Jo. Ant. Pintius vulgatus etiam nuper in Collectione Philippi Argellati inter Scriptores *de Monetis Italia* par. 3. cap. 5. asserens hanc libram posterioribus temporibus ad duos Julios redactam suisse; incertum tamen, an recte.
(c) III. Kalendas: III. Idus habet cit. Claramontius.
(d) Vener. Fratribus ...: *Fulconi* ex Catalogo Antistitum Ecclesiæ Gnesnen.; & ex *Bullis* 150. & 154. supra relatis.
(e) Et ...: *Prandota*, ut supra ex dictis Catalogo Ecclesiæ Cracovien., & cit. *Bullis*.
(f) Nobilis vir ...: *Boleslaus Pudicus* satis notus, & in memoratis *Bullis* recitatus.
(g) Salomea: Jam pridem *Beatorum* Catalogo adscripta.: & de qua in epist. 96. *Ex parte tua &c.* anno 1255. data pag.66. (b)
(h) Gallicia: Al. Galatiæ, vulgariter vero *Halitz*, ut in no. (g) ad *Bullam* 150. paulo superius allatam.
(i) Militiæ Templi: Quæ jamdiu suppressa fuit, etsi longe, lateque diffusa.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

a b de Castro Lucow Templariis collato, ut fieret Civitas Episcopalis,

covv [a] Cracoviensis Diocesis ipsi Magistro & Fratribus Militiæ Templi a præfato Duce Cracoviæ & Sandomiriæ collatum, quod est in confinio Lataavorum [b], & aliorum infidelium, statueremus esse de cætero Civitatem, & Ecclesiam Cathedralem ibidem erigere; ac ipsi Castro Episcopalem dignitatem concedere; necnon dilectum filium fratrem *Bartholomæum de Boemia* [c] Ordinis Fratrum Minorum, qui contra prædictos infideles pro negotio *Fidei* in illis partibus diligenter laborat [d], in Episcopum & Pastorem inibi præficere; præsertim cum ad id tuus, Frater Episcope, qui loci Diocesanus existis, assensus accedat, & ex hoc *Fidei* Catholicæ cultus possit in illis partibus augmentari non modicum, Apostolica sollicitudine curaremus [e]. Nos igitur hujusmodi cultum Fidei cupientes per Orbem longius, latiusque diffundi, Fraternitati vestræ præsentium auctoritate committimus, quatenus præmissis omnibus provida meditatione pensatis; si hoc sine dilectorum filiorum Magistri & Fratrum Hospitalis Sanctæ Mariæ *Theutonicorum* [f], & aliorum præjudicio fieri poterit; idque ad augmentum *Fidei* cognoveritis redundare; ordinetis, statuatis, ac faciatis auctoritate nostra super prædictis; prout secundum Deum incremento ejusdem *Fidei* videritis expedire. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

c eique Fr. Bartholomæus Boemus O. M. præficeretur.

Pontifex mandat id, quod supra.

Datum Laterani Kalendis Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [g].

Ne de Legatis Fratribus O. M. factis exigatur canonica portio, quinimo eleemosynis eosdem relevare suadet. (Ex AUTOGRAPHO sub plumbo in Veneto nostri magnæ Domus Cœnobii Archivo.)

A

ALEXANDER &c. — CCLXXXVIII.

Anno 1257. die 2. Februarii.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, & Episcopis, ac dilectis filiis Rectoribus, aliisque Ecclesiarum Prælatis per Aquilejen. & Graden. *Provincias, ac Diæceses constitutis, ad quos litteræ istæ pervenerint, Sal., & Ap. Bened.*

De pia & sancta conversatione dilectorum filiorum de Ordine Minorum, qui sunt in vestris partibus &c. [h]

B Datum Laterani quarto Nonas Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CCLXXXIX.

In eundem modum litteras dedit Archiepiscopis, & Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Rectoribus Parochialium, & aliarum Ecclesiarum Prælatis per Daciam [i], Sveciam, Norvegiam &c. *constitutis*. (Ex epist. EUGENII IV. *Sacræ Religionis* &c. anno 1431. die 15. Junii Episcopo Vibergen. directa, quæ suo loco dabitur.)

C

Ut teneantur restituere eos Fratres, quos sine licentia Ministrorum de Ordine Minorum receperunt; & inhibentur in posterum admittere sub pœna excommunicationis. (Ex REGESTO veteri Ord. fol. 44. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. n. 22. Habetur AUTOGRAPHUM Jaderæ in Archivo Cœnobii FF. Min. Observ. ex GONZAGA par. 2. Conv. 12. Provinciæ Dalmatiæ.)

ALEXANDER &c. — CCXC.

Anno 1257. die 5. Februarii.

D *Dilectis filiis universis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Conventibus Monasteriorum* S. Benedicti, *Cistercien.*, *S. Augustini, Præmonstraten., Camald., & Vallis Umbrosæ* [k] *Ordinum Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Modum Pontificis præexordio.

Vestram, & Ordinum vestrorum condecet honestatem, ut ordinatæ caritatis studio desudantes super iis, quæ

(a) CASTRUM LUCOW: In Innocentii IV. 576. epistolas *Ad audientiam nostram &c.* anno 1254. die 13. Julii scripta, & in 1. hujus Bullarii tomo edita p. 756. dicitur *Provincia Lucow* inter Russiam, & Ducatum Cracoviæ sita.

(b) IN CONFINIO LATAAVORUM. Legendum *Lituanorum*, ut in epistola 93. anno 1255., & ad epist. 267. paulo ante relatam pag. 182. no. (2).

(c) BARTHOLOMÆUM DE BOEMIA: Alias de Praga, cujus est mentio in superiori epistola 286., & ad quem sunt plures hujus Pontificis litteræ supra relatæ ad ann. 1255. & 1256.

(d) LABORAT: Juxta facultatem, & mandatum ei datum an. 1255. die 6. & 7. Augusti ex epistolis 92. & 93. eo anno, diebusque relatis.

(e) CURAREMUS: Jam anno 1254. Innocentius IV. mandaverat Abbati Mezanen. A. S. Legato, ut huic Castro, Provinciæque *Lucow* præficeret aliquem ex Ordine Minorum: Nunc iterum ad preces supradictorum commissionem tribuit, & personam designat; sed neque id executioni datum unquam invenitur.

(f) S. MARIÆ THEUTONICORUM: Qui in partibus illis potentes erant, & prope illas præcipuas Sedes habebant.

(g) Memorat hanc epistolam Raynaldus, eamque citat ex Regesto Vatic. in Annal. Eccles. ad hunc annum n. 21.

(h) PARTIBUS &c.: Videatur *Bulla* 123. data die 21. Novembris anno 1255.

(i) PER DACIAM: Nempe *Daniam* vulgo *Danimarck* ita temporibus illis appellatam.

(k) VALLIS UMBROSÆ: Eruot, qui quærant, cur omissus sit Ordo *Humiliatorum*; cum tamen extet expostulatio Ministri Provinciæ Genuen. de *Fr. Paulo* Papien. ad illum Ordinem transfuga ex epist. 375. Innocentii IV. *Dilecto filio . . . Ministro &c.* hujus Operis to. 1. p. 578. at id forsan factum, quod rarissimus esset nostrorum ad illum Ordinem transitus.

quæ tanquam ingrata vobis, & inimica A refugitis, neminem offendere præsumatis. Hinc est, quod Nos dilectorum filiorum Fratrum de *Ordine Minorum* supplicationibus inclinati Universitati vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus, si quos *Fratres* ipsius Ordinis absque suorum Ministrorum petita, & obtenta licentia recepistis, eidem Ordini sine dilatione, ac difficultate qualibet restituere studeatis. Nos ad B præcludendam viam similia in posterum præsumendi auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne prætextu litterarum a Sede Apostolica generaliter obtentarum, seu obtinendarum, quæ de præsentibus plenam, & expressam non fecerint mentionem, in posterum dicti Ordinis *Fratres* professos sine præfata licentia in Ordinibus vestris aliquatenus admittatis; ac decernentes nihilominus C irritum, & inane, quidquid per vos contra præceptum, & inhibitionem nostram super hoc contigerit attentari. Eadem auctoritate statuimus, ut præsumentes scienter contra hoc præceptum, & inhibitionem propria temeritate venire ipso facto sententiam *excommunicationis* incurrant; a qua non possint absolvi, nisi conspectui Sedis Apostolicæ se præsentent ab ea juxta ipsius providentiam absolvendi. Nulli ergo omnino D hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli &c.

Fratrum supplicationes

Pontifex expedit, & mandat ut supra.

Derogando litteris Apostol.,

& irrita cum ita attentata decernendo,

atque excommunicatione comminando.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani Nonis Februarii, a Pontificatus Nostri Anno Tertio [a].

Præcipit restitui Fratres Ordinis Minorum, si qui sint recepti sine licentia suorum Superiorum; & ne in posterum ita recipiantur, inhibet sub pœna excommunicationis. (Ex ARCHIVO Ordinis Romæ apud SS. XII. Apostolos.)

ALEXANDER &c. CCXCI.

Anno 1257. die 3. Februarii.

Dilectis filiis universis Prioribus, & Fratribus Heremitis Ordinis Sancti Augustini, *ac* Sancti Guillelmi [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* b

VESTRAM, & Ordinum vestrorum condecet honestatem &c. [c] Datum, *ut supra* [d].

Documentum Pontificio, & animadversio. c d

Inhibet, ne quis de legatis, oblationibus, ac eleemosynis eis a Fidelibus datis quidquam exigere, vel extorquere præsumat. (Ex REGES. VATIC. epist. 2896. lib. 1. Joannis XXII. apud WADDINGUM in Annal. Minor. ad ann. 1317. n. 22. Reg. Pontif.)

ALEXANDER &c. CCXCII.

Anno 1257. die 7. Februarii.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Claræ Ordinis S. Damiani Avenionen. [e] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.* e

JUSTIS petentium desideriis &c. [f] Exordium. f Eapropter dilectæ in Christo filiæ, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate præsentium districtius inhibemus; ne quis de legatis, oblationibus, seu aliis quibuscumque eleemosynis vobis pia Fidelium devotione oblatis aliquid a vobis exigere, vel extorquere præsumat. Nulli ergo &c. nostræ inhibitionis &c. Si quis autem &c.

Precibus Monialium annuens inhibet ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani VII. Idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Etsi

(a) Hæc Constitutio prodiit etiam anno 1261. die 4. Februarii ex speculo Minor., ut infra constabit, & hoc anno 1257., itaque die 5. Februarii missa est universis Prioribus, & Eremitis Augustinianis, ut ex sequentibus litteris.

(b) S. GUILLELMI: Duæ primæ Congregationes *Eremitarum* S. Aug. memoratæ in Bulla *Recordamur liquido &c.* anno superiore die 17. al. 22. Junii emissa, & alibi, quas etsi jussu Innocentii IV. Richardus S. Angeli Diac. Card. dictorum Eremit. Protector univerit anno 1256., & omnes in unum corpus redegerit sub Lanfranco Priore Generali a Pontifice confirmatum diplomate *Licet Ecclesia Catholica &c.* eodem anno 5. idus Aprilis dato: tamen postea *Guillelmitæ*, ne aliis se se aggregare inviti tenerentur, obtinuerunt per litteras n. 170. Regesti Vatic., teste Raynaldo ad annum 1256 num. 44.

(c) HONESTATEM &c.: Ut in præcedenti *Bulla* universis Abbatibus, Prioribus &c. data.

(d) Hoc diploma recognitum fuit ab Hugutione Episcopo Æsino sub Martino IV. anno 1282. indict. 2. die 25. Julii in *Castro Cingoli* existente, & per Benvenutum de Staphulo Notarium exscriptum, cujus exemplar habetur Romæ apud SS. XII. Apostolos in Archivo Ordinis. Hoc autem *privilegium* adduxit auctor antiquus Barthol. Pisanus Conform. IX. in expositione capitis 2. *Regulæ* Fratrum Minorum; & pro Ordine Prædicat. prodiit anno 1258. die 5. Martii, estque 200. Constitutio hujus Pontificis in to. 1. Bullarii ejusdem Ordinis.

(e) AVENIONEN.: De hoc Monasterio extant litteræ ejusdem Pontificis datæ anno 1256. diebus 4. 7. 11. & 12. Septembris, atque 28. Octobris; nec non hoc anno 1257. die 16. Junii; quæ suis locis relatæ videri possunt.

(f) DESIDERIIS &c.: Ut in *Bulla* 112. anno 1255. 12. Octobr. data.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1257.

Etsi Lubecen. Episcopus Diœcesim Latinorum Ruthenorum ob Regionis vastitatem, Dominorumque perfidiam visitare nequeat, id citra præjudicium ejus jurisdictionis fit, indulget. (Ex Archivo Vatic. epist. 111. ann. 3.)

A

CCXCIII. Anno 1257. die 11. Februarii.

ALEXANDER &c.

a b

Venerabili Fratri . . . [a] *Episcopo Lubucen.* [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

B

Episcopi Lubecen. relatio

EX parte tua fuit Nobis humiliter supplicatum, ut cum *Lubucen.* Episcopi Prædecessores tui [c], qui fuere pro tempore, in possessione spiritualis jurisdictionis super omnes *Latinos* existentes in *Ruscia* [d], & aliorum Legem colentium eorumdem fuerint a tempore, cujus memoria non existit; & tu etiam in possessione adhuc existas eadem, ac propter magnam diffusionem Terræ [e], ac perfidiam Dominorum ipsius [f], necnon malitiam habitantium in eadem non possis commode prædictam Diocesim visitare, providere in hac parte tibi, & Ecclesiæ tuæ, ne ex hoc jus ipsius Ecclesiæ deperire contingat, Apostolica diligentia curaremus. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati tibi, & eidem Ecclesiæ, ut nullum hac occasione vobis imposterum super ipsa jurisdictione præjudicium generetur, auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum &c. nostræ concessionis infringere, vel ei &c. Si quis &c.

c d

de sua in Ruthenos Latinos jurisdictione,

e f

deque eas visitandi difficultate.

Pontifex indulget id, quod supra.

Clausula prohib. &c.

C

D

Datum Laterani III. Idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Fatetur se recepisse ab earum Monasterio pro XL. *annis censum Ecclesiæ Romanæ singulis annis debitum.* (Ex Autographo ejusdem Monasterii vulgato a N.V. Flaminio Cornelio in tom. 6. Eccles. Venet. antiquis monumentis illustr. pag. 165.)

CCXCIV. Anno 1257. die 15. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Mariæ Matris Christi de Venetiis [g] *Castellanæ Diœc. Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

g

NE de solutione census unius *libræ ceræ*, in quo annis singulis Ecclesiæ Romanæ tenemini, possit in posterum dubitari, censum ipsum pro quadraginta annis [h] Nobis fatemur esse solutum, præsentes vobis litteras in testimonium concedentes.

h

Datum Laterani XV. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [i].

i

Ut Moniales rixantes, & alias turbantes transferre possit ad alia Monasteria; contradictoresque censura Eccles. compescere. (Ex Autographo Archivi Provinciæ Argentinæ apud Constantiam in Conventu S. Francisci Min. Convent. asservato.)

CCXCV. Anno 1257. die 16. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Fratri . . . Ord. Min. Visitatori [k] *Monasteriorum Ord. S. Damiani in* Alemania [l] *Sal., & Ap. Ben.*

k l

DILECTÆ in Christo Filiæ . . . Abbatissa, & Conventus Monasterii S. Francisci *Argentin.* [m] Ordinis S. Damiani

Causa commissionis, quod supra.

m

(a) Ven. Fratri . . . : *Joanni Diesten.* ex Ordine Minor., de quo fuse in primo hujus Operis tomo actum est.

(b) Episcopo Lubucen. : Alias & melius *Lubecen.* anno 1254. mense Martio promoto.

(c) Prædecessores tui : Qui quam plures fuerunt, ex *Aldeburgo* enim Holsatiæ Civitate translatus est Episcopalis Sedes circa medium seculum XII. *Lubecam* inde 7. milliar. germanicis distantem, *Aldeburgo* vero Cathedra Episcopalis constituta est seculo X.

(d) In Ruscia : Quæ & varia est, & in Fide Christiana mire variatum ab ea; ut referunt Annales Ecclesiastici, eorumque illustratores: hinc quum Gregorius XI. anno 1375. erexit *Halicien.* Ecclesiam in Metropolim Rusciæ nigræ cum tribus Episcopatibus *Premislien.*, *Chelmen.*, & *Wladimirien.* ejusdem Regionis institutis, eique subjectis; Episcopus *Lubecen.* conquestus est afferens Ecclesias illas esse Paræcias suæ diœcesis apud Raynaldum ad eum ann. n. 28.

(e) Magnam diffusionem terræ : Dividitur enim in *nigram* sub Polonis extantem, & *albam*, quæ modo *Moscovia* nuncupatur: hæc autem quam vasta sit, atque diffusa, nemo nisi omnis Historiæ expers ignorat: etsi alii aliter Russiam dividant in *Albam*, *Nigram*, *Rubram*, & *propriam*, patvamve, in qua *Leopolis*.

(f) Perfidiam dominorum ipsius : Cum enim *Daniel* Ruthenorum Dux anno 1246. a Rom. Pontifice Innoc. IV. coronam, titulumque Regium extorsisset Fidem Catholicam simulando, paulopost ad schisma reversum eum Alexander perstrinxit conatus revocare ad veram pietatem, sed frustra, litteris hoc anno idibus Febr. datis, & a Raynaldo n. 26. publicatis, apud quem & plura alia perfidiæ monumenta illius gentis legimus.

(g) Monasterii S. Mariæ Matris Christi de Venetiis : De quo actum est & supra ad Epistolam Gregorii IX. datam Episcopo Castellano anno 1238. die 28. Junii incip. *Cum sicut accepimus &c.*

(h) Pro quadraginta annis : Quasi istud Monasterium incæperit anno 1217. vel circiter.

(i) Alias litteras hic Pontifex scripsit pro hoc Monasterio anno 1260. die 21. Januarii Episcopo Castellano, quæ suo loco dantur.

(k) Visitatori : Cujus nomen ignoratur.

(l) In Alemannia : Nempe *Superiori*, quæ apud nostros etiam Provincia *Argentina* nuncupatur.

(m) Monasterii S. Francisci Argentin. : Cujus origo latet: nec de eo quidquam habet Waddingus in Annal. Min., de eo tamen verba fecimus in to. 1. hujus Operis p. 704.

miani ut liberius possint Domino famulari, ejiciendi Moniales, quæ turbationem, & rixam in eodem Monasterio, & transferendi ad alia Monasteria ipsius Ordinis, si fuerint incorrigibiles; necnon contradictores, & rebelles per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, tibi auctoritate præsentium concedimus facultatem.

Datum Laterani XII. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Primarios Cleri Fabrianensis increpat de gravaminibus, & molestiis Fratribus Minor. illatis; minaturque excommunicationem, aliasque pœnas, nisi desistant. (Ex Chron. Ms. Fabrian. apud WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum num. 12., & ex AUTOGRAPHO Conven. S. Francisci Fabrian.)

CCXCVI. Anno 1257. die 19. Februarii.

ALEXANDER &c.

a b

Dilectis filiis .... [a] de Fabriano [b] *Camerinen Diœcesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Encomium Fratrum Minorum.

NULLA dubietas Christifidelibus imminet, quin dilecti filii Fratres de *Ordine Minorum* pro innocentis suæ vitæ meritis occurrant gratissimi Divinæ oculis Majestatis: maxime cum ipsorum studentium sub extrema paupertate vivere, ac virtutum cultui desudare ad hoc frequenter aspiret affectio; ut per eorum ministerium salus proveniat animarum. Hæc siquidem præclara merita vos, prout mirantes accepimus, & referimus cum dolore, attendere dedignantes dictos *Fratres* multis gravatis injuriis; & ipsorum quietem, ac pacem, Divino timore postposito, damnabiliter impeditis ad illius excessum malitiæ nequiter prorumpendo, quod eos, ac ipsorum Ordinem in læsione famæ non minus graviter offendistis, quam si de ipsorum cordibus vitæ spiracula auferretis; præsertim cum dedecoris, vel improperii sarcina damno præponderet cuicumque; & minor perditione famæ omnis gravitas reputetur. Ad hæc licet dicti *Fratres* malum in bono vincere satagentes a vobis humili supplicatione petiverint, ut ab ipsorum molestiis Divinæ pietatis intuitu cessaretis; vos tamen quasi ducatis pro solatio haberi de offensa Christi notabiles, & ministrorum ejus reputari nefarios contemptores, piis dictorum *Fratrum* votis noluistis annuere; sed adjecistis ipsos per vos, & alios gravius solito perturbare, prohibentes eosdem in Ecclesia vestra proponere verbum Dei; & ceteros Clericos Castri vestri, ut hoc ipsum in suis Ecclesiis faciant, inducentes; quin immo & indulgentias *Fratribus* eisdem favorabiliter ab Apostolica Sede concessas temerarie, ut fertur, contemnitis comminantes, quod sicut nec pro jam concessis, ita nec pro imposterum concedendis ab ipsorum *Fratrum* vexatione proponitis resilire. Cum itaque nil sit magis menti nostræ contrarium, vel oppositum voluntati, quam quod omnium Conditor, & Redemptor in membris ejus, & præcipue in eisdem *Fratribus*, qui sunt ipsius speciales Nuncii, & præcones, pati contumeliam videatur; discretioni vestræ (si tamen in vobis habetur aliqua, qui contra *Fratres* ipsos tam enormiter, atque impie processistis) per Apostolica scripta in virtute obedientiæ, ac etiam sub *excommunicationis* pœna districte præcipiendo mandamus, quatenus sicut Divinam, & nostram offensam devitari cupitis, a qualibet prædictorum *Fratrum* injuria, & molestatione cesseris; dantes nihilominus operam efficacem, ut hoc ipsum faciant alii Clerici, qui vestra procurante nequitia facti sunt eisdem *Fratribus* inimici. Studeatis etiam Deum, & personam nostram in *Fratribus* ipsis ita mente vigili assidue venerari, quod & præcedens culpa vestra in oblivionem veniat; & debitæ vobis maledictionis meritum in benedictionis gratiam convertatur. Alioquin per privationem officii, & beneficii vobis scire dabitur, quam detestabilis apud Nos dicto-

Fabrianenses aliqui e Clero Fratribus Minoribus graves, ac molesti.

Fratrum humilitas, ac supplicatio.

Fabrianenses prædicti graviores fiunt.

Indulta Apostolica contemnentes.

Pontificis mens in hac re.

Præcipit eis Pontifex quæ supra.

Comminatio pœnæ infligendæ.

(a) DILECTIS FILIIS: Ex litterarum lectione innotescit scripsisse Pontificem Clero majoris Ecclesiæ, seu Collegiatæ illius Oppidi nunc Civitatis, quem etiam anno superiori litteris *Implacida de vestris actibus* &c. dat. die 12. Decemb. vehementer reprehendit; & quidem autographum in Archivo Convent. S. Francisci Fabrianensis asservatum habet scriptum *dilectis filiis Canonicis Ecclesiæ S. Venantii Castri de Fabriano Camerinen. diœcesis.*

(b) DE FABRIANO: Tunc Castro, nunc autem Civitatis titulo nuper condecorato, ut e iam adnotavimus ad supra dictas litteras: *Implacida de vestris actibus.*

Rom. 10. 15.

dictorum *Fratrum* persecutio censeatur; quorum evangelizantium pacem, evangelizantium bona manus mundissimas, & etiam pedes innoxios, si esset in vobis spiritus consilii, & timoris Domini, piis aliquando deberetis affectibus osculari; maxime cum *Fratrum* ipsorum semita quasi lux splendens procedat; & crescat usque ad perfectum diem sub cultu devotissimo Divini nominis, & continuo studio pœnitentiæ salutaris.

Datum Laterani xi. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Declaratio super Regula Fratrum Minorum. (Ex veteri Regesto Ordin. fol. 53. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 23. ad hunc annum: extat Apographium autenticum Parisiis in Archivo Cœnobii Minoritici teste Autore Firmamentorum trium Ord. par. 4. fol. 4. post illam Innocentii IV.)

CCXCVII. Anno 1257. die 20. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . . Generali [a], *& Provincialibus Ministris, ac Custodibus, cæterisque Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium ab affectu Pontificis in Ordinem.

ORDINEM vestrum illo prosequentes affectu &c. [b] Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, & constitutionis infringere, vel ei &c. Si quis autem &c.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani x. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [c].

Ut Monasterium S. Firmi Majoris Veronen. Civitatis Fratribus Min. assignet, in possessionem inducat, inductosque defendat. (Ex Ughello tom. 5. Ital. Sac. in Episc. Veronen. num. 89. al. 90.)

CCXCVIII. Anno 1257. die 25. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio . . . Electo Veronen. [d] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Exordium a commissionis causa,

SINCERÆ devotionis affectus, quem ad dilectos filios *Fratres Minores* inter alios Religiosos specialiter, ipsorumque *Ordinem* gerimus, Nos inducit, ut præcipua eos interdum benevolentiæ, ac favoris gratia prosequamur. Cum itaque dilecti filii Fratres ipsius Ordinis apud *Veronen.* Civitatem morantes [e] minus commode, sicut ex ipsorum significatione accepimus, sint in loco, ubi consistunt ad præsens; Nos super hoc tranquillitati, & consolationi ipsorum providere volentes discretionem tuam rogamus, & hortamur attente, per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandantes, quatenus Monasterium, & Ecclesiam *S. Firmi majoris* [f] Civitatis prædictæ, in quo pauci Monachi Ordinis Sancti Benedicti morari dicuntur, cum domibus, horto, & aliis apenditiis suis, jam dictis Monachis in aliis Monasteriis tuæ Civitatis, & Diœcesis sui Ordinis collocatis, præfatis Fratribus ad opus eorum auctoritate nostra libere concedere, ac assignare procures; ipsos, vel aliquem alium eorum nomine in corporalem ipsius possessionem inducens, & de-

quæ exponitur.

Rogat, imo que jubet Pontifex id, quod supra.

(a) Generali: S. Bonaventuræ hoc anno, & mense in festo Purificationis B. V. Mariæ assumpto, ut in sequenti epist. 300.

(b) Affectu &c: Videatur Constitutio cxiv. Innocentii IV. anno 1245. die 14. Novembris edita, & in primo hujus *Bullarii* tomo vulgata.

(c) Waddingus in Annal. Minor. ad annum 1256. num. 4. scribit, dissolutis Comitiis Gen. eo anno Romæ coactis die 2. Februarii, Pontificem die 29. ejusdem mensis ad instantiam quorundam ex *Parmensis Ex-Generalis* æmulis necessitatem, & utilitatem hinc prodituram fingentibus *Innocentii* IV. expositionem suis litteris insertam confirmasse: sed primum hæc ejus expositio non eo anno, sed hoc 1257. edita fertur ipsomet Waddingo teste ad hunc annum num. 28.: Deinde nulla in ea fit mentio *Innocentii* IV., sed Gregorii IX., estque ipsissima ad verbum expositio Innocentii IV., demptis loco, anno, & die, quibus data dicitur. Cæterum cum in Reges. Vatic. non appareat; & anno 1260. in Constitutionibus Narbonen. a S. Bonaventura Ministro Generali editis in Comitiis Gen. præcipiatur, ut *expositio Innocentii* IV. super Regulam in iis, quæ opponuntur expositioni *Gregorii* IX., maneat suspensa juxta determinationem *Capituli Metensis*; & non memoretur expositio, seu confirmatio hujus Pontificis Alexandri, in dubium, & confictionis suspicionem venire potest hæc *Bulla*. Nihilominus quia memoratur, & admittitur in Extravag. Joannis XXII. *Quia quorundam &c.* cap. 5. tit. 14. *de Verb. Signif.*, utcunque tandem ea sit, apparet ante illud temporis extasse; quandoquidem & amor antiquus Barthol. Pisanus eam citat Conform. IX. in expositione 1. capitis Regulæ Fratrum Minorum, etsi eam potuit habuisse a cit. Joannis XXII. Extravag.

(d) Electo Veronen.: *Gerardo Cossadocha* anno superiori assumpto, annoque 1252. defuncto ex Ughello tom. 5. Ital. Sacræ num. 89. in Episc. Veronen.

(e) Apud Veronen. Civitatem morantes: Anno enim 1230. Raynerius Zeno N. V. Prætor construi fecit Ecclesiam S. *Francisco* dicatam in suburbio ea ea parte, quam Civitellam al. *Cittadella* vulgo vocant; ut indicat lapidea inscriptio ad Januam Cœnobii veteris locata teste Moscardo lib. 7. Hist. Veronen., & cit. Ughellos paneloque post ex proximis Civitatibus Fratres Minores evocarunt ad eam excolendam adjecto parvo, & pro qualitate temporum Cœnobio; de quo agit Waddingus in Annal. Min. ad annum 1232. n. 43.

(f) Monasterium, et Ecclesiam S. Firmi majoris: Quam aberrans Waddingus citatus ait concessam anno 1261., & quam una cum Monasterio concesserat permutandam Innocentius IV. per litteras: *Cum sicut ex parte &c.* Episcopo Veronensi anno 1249. die 10. Maji directas.

& defendens inductos, Contradictores A quoslibet, & rebelles, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, sublato appellationis obstaculo, compescendo. Alioquin dilecto filio *Electo Ravennat.*[a] Apostolicæ Sedis Legato litteris nostris injungimus[b], ut ipse super hoc mandatum Apostolicum exequatur.

Altera alii commissio

Datum Laterani v. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut Fratres Minores Veronæ in possessionem Monasterii S. Firmi majoris inducat, & inductos defendat. (Ex AUTOGRAPHO Archivi dicti Monasterii Veronen.)

CCXCIX.
Anno 1257. die 25. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio . . [c] *Electo* Ravennaten. *Apostolicæ Sedis Legato* [d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

SINCERÆ devotionis affectus &c.[e] dilectum filium . . [f] *Electum Veronen.* rogamus, & hortamur attente, nostris ei dantes literis[g] firmiter in præceptis &c.[h] Quo circa discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si dictus *Electus* præceptum nostrum neglexerit adimplere, tu super hoc illud exequi non postponas[i].

Datum Laterani v. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

ALEXANDER PP.IV. An. Ch. 1257.

Indulgentias unius anni, & 40. dierum impertitur Fratribus Min. annuatim ad Capitulum Generale accedentibus. (Ex AUTOGRAPHO Conv. S. Franc. Civit. Bononien.)

CCC.
Anno 1257. die 25. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . . Ministro[k], *& Fratribus Minoribus Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Exordium e concessionis causa.

B LICET corporalium laborum incommoda, quæ propter Christum ab ejus Fidelibus perferuntur, accommoda reddere debet certa fiducia spiritualium præmiorum; & in eis odor lucri pium desiderium excitare: ut tamen delectabilia fiant, & per hoc amplius ad promerenda sempiterna gaudia fructuosa, devotas personas hujusmodi laborum fascibus oneratas, sæpe muneribus spiritualium gratiarum indulgentiis videlicet, & remissionibus de concessa Nobis in C Beato Petro auctoritatis plenitudine recreamus; ut in studiis suis indefessa perseverantia consistentes æternæ salutis bravium per instantiam fortitudinis comprehendere mereantur. Cum igitur de diversis, ac remotis Mundi partibus Fratres vestri Ordinis ad *Generale Capitulum*[l] accedendo diversas experiantur angustias, plurimosque labores; Nos ad eos facile perferendos, ipsorumque Fratrum D humeros volentes fieri adjectione alicujus præmii fortiores, universis personis dicti Ordinis, & aliis[m] vere pœniten-

Ad Generale Comitia e diversis, & remotis Mundi partibus accedentibus.

(a) ELECTO RAVENNAT.: Philippo Fontanæ Ferrariensi, qui hoc tempore in expeditione erat contra Ezelinum Tyrannum, Patavio jam anno superiori recepto per ipsum Legatum.

(b) LITTERIS NOSTRIS INJUNGIMUS: Quæ litteræ proxime subduntur. Etenim Ughellus supra laudatus affirmat, Pontificem pro hac re nedum *Electo Ravennat.*, verum etiam *Episcopo Tarvisino* litteras dedisse; nihilominus repugnantibus Monachis nonnisi sub Clemente V. auxilio Henrici VII. Imp. quietam, ac pacificam possessionem Fratres adeptos esse anno 1312., quod & fatetur Waddingus loco supracitato, & ad ann. 1261. num. 11., in possessione tamen hujus loci Fratres extitisse fidem astruunt litteræ Clementis IV. *Licet iis, de quorum munere venit &c.* anno 1265. die 20. Augusti datis, & infra suo loco legendis.

(c) DILECTO FILIO: *Philippo* Fontanæ Ferrariensi qui jam Florentinam, & Ferrariensem Ecclesias administraverat, ac postea ad Ravennatem Sedem translatus fuerat.

(d) APOSTOL. SEDIS LEGATO: In Gallia Cisalpina, & Transpadana contra tyrannum Ezelinum, cui præterito anno Patavium armis ademerat, & a quo insequenti anno in prælio prope Brixiam captus fuit, carcerique traditus ex Annal. Eccles.

(e) AFFECTUS &c. ut in præcedenti epistola usque *providere volentes*.

(f) ELECTUM: *Gerardum* Cassadocham Placentinum anno 1256. electum, & a Pontifice 2. Nonas Augusti confirmatum, atque a tyranno Ezelino varie vexatum, de quo Ughellus tom. 5. Ital. Sac. num. 89. Episc. Veronen.

(g) NOSTRIS EI DANTES LITTERIS: Quas ex citato Ughello proxime evulgavimus.

(h) IN PRÆCEPTIS &c.: Ut in præcedenti epist. usque *obstaculo compescendo*.

(i) EXEQUI NON POSTPONAS: Quod habetur expressum etiam in supradictis ad Electum Veronen. litteris.

(k) MINISTRO: Nempe *Generali* S. Bonaventuræ hoc anno die 2. Februarii Romæ in Comitiis generalibus, cum ipse Parisiis esset, electo juxta nostram sententiam, quæ alias contra Waddingum validis rationibus ostendetur.

(l) GENERALE CAPITULUM: Quod ex Regula Minorum cap. 8. cogi debebat in festo *Pentecostes semel in tribus annis, vel ad alium terminum majorem, vel minorem, sicut a Generali Ministro fuerit ordinatum*: ut hoc anno factum est, quo non *Pentecostes* tempore, sed in festo Purificationis B. M. Virginis.

(m) ET ALIIS: Non solum Fratribus Ordinis, sed etiam iis, qui quibusdam ea causis propriis, vel ipsorum Fratrum causa ad dictum Capitulum adibant, *Indulgentia* laxabatur.

Alexander PP. IV. An. Ch. 1257

Indulgentia elargitur, ut supra.

nitentibus, & confessis ad *Generale Capitulum* ipsius Ordinis, quod pro tempore celebrabitur, accedentibus annuatim, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *unum annum* & *quadraginta dies* de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus[a]. a

Datum, *ut supra*.

Indulgentiam impertitur Fratribus, & aliis ad Comitia Provincialia officii sui causa accedentibus. (Ex Reges. Vatic. apud Authorem Supplementi ad Annales Minor. Waddingi sub anno 1257. n. 2.)

CCCI. Anno 1257. die 26. Februarii.

ALEXANDER &c.

b *Dilectis filiis ... Ministro*[b], *& Fratribus Minoribus Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

c LIcet corporalium laborum incommoda; quæ propter Christum &c.[c] Cum igitur de diversis locis Fratres vestri Ordinis ad *Provinciale Capitulum* accedendo diversas expetiantur angustias, diversosque labores; Nos ad eos facile perferendos, ipsorumque Fratrum humeros volentes fieri adjectione alicujus præmii fortiores, universis personis dicti Ordinis, & aliis vere pœnitentibus, & confessis ad *Provinciale Capitulum* ipsius Ordinis, quod pro tempore celebrabitur, accedentibus annuatim de Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *centum dies* de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus.

Datum Laterani iv. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut Monasterio de Monte Lucido Perusin. facultatem tribuat commutandi aliquas terras cum utilioribus, si utilitas accesserit. (Ex Archivo Assisiati Conventus S. Francisci.)

CCCII. Anno 1257. die 26. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio ... Plebano Plebis Palatii Perusin. *Diœc. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Commissionis hujus occasio.

CUpientes dilectæ in Christo filiæ .. Abbatissa, & Conventus Monasterii Sanctæ Mariæ *de Monte Lucido*[d] Perusin. Ordinis S. Damiani conditionem facere meliorem commutandi quasdam Terras parum utiles Monasterio cum aliis eidem Monasterio magis utilibus, a Nobis humiliter licentiam postularunt. De tua itaque sinceritate plenam in Domino fiduciam obtinentes discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus hujusmodi utilitate inspecta, eisdem auctoritate nostra petitam tribuas facultatem[e]. d

Mandat Pontifex ut supra.

e

Datum Laterani, *ut supra*.

Institutionem infrascripti per Fr. Lupum Episcopum Marochiensem factam confirmat. (Ex Reges. Vatic. epist. 611. apud Waddingum in Regest. Pontif. num. 24.)

CCCIII. Anno 1257. die 1. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Fernando Joannis Decano Bracharen.[f] *Cappellano nostro Rectori Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de* Castello *Aurien. Diœcesis*[g] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* f g

Exordium. h

JUstis petentium desideriis &c.[h] (*usque*) complere. Sane petitio tua Nobis exhibita continebat, quod cum ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ *de Castrello* tunc vacantem fuisses a carissimo in Christo filio nostro Illustri Rege Castellæ, & Legionis[i] vero Patrono ipsius venerabili fratri nostro ..[k] *Aurien.* Episcopo loci Diœcesano canonice præsentatus, i k

Petitionis Decani tenor

a Rege Castellæ ad Ecclesiam Castellen. præsentati,

(a) Relaxamus: Quam Indulgentiam postmodum ejus successores continuarunt, ac interdum ampliarunt.

(b) Ministro: *Generali*, qui non raro cogere solet, & interesse etiam Provinciarum Comitiis.

(c) Propter Christum &c.: Vide diploma præcedens pro *Capitulo generali*.

(d) S. Mariæ de Monte Lucido: Sæpe sæpius in hoc Opere præsertim in primo tomo commemorati.

(e) Hæc epistola videtur respicere aliam hoc anno die 5. Januarii scriptam incip. *Sicut accepimus &c.* Priori S. Antonii Perusino circa permutationem *Capellæ S. Mariæ de Presso* hujus Monasterii Montis Lucidi cum Molendino, aliisque rebus Monasterii S. Pauli de Valle Pontis Perusini.

(f) Bracharen.: Vulgo *Braga* Archiepiscopatus ad Regnum Portugalliæ pertinens.

(g) Aurien. Diœcesis: *Gallaciæ* urbis sub Archiepo Compostellano.

(h) Desideriis &c.: Ut supra in litteris dat. die 7. Februarii hoc anno.

(i) Rege Castellæ, et Legionis: *Alphonso X.* dicto Sapiente.

(k) Ven. Fratri nostro ...: *Joanni*, ut infra ex litteris Episcopi Marochien.

& ab Aurien. Episcopo rejectus.

tatus, & idem Episcopus te contra ju- A stitiam instituere noluerit in eadem; Nos venerabili fratri nostro Marochitan.

a b

Pontifex scribit Episcopo Marochit. pro hac re,

Episcopo [a] nostris dedimus literis [b] in mandatis, ut si res taliter se haberet, te in eadem Ecclesia instituere sublata difficultate qualibet procurares; contradictores autem, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Qui mandatum Apostolicum exequens diligenter, litterarum ipsarum forma servata; & intellecto per eumdem Au- B rien. Episcopum, quod Ecclesia ipsa, quam in spiritualibus, & temporalibus

qui re comperta Decanum instituit.

dicebat esse collapsam, poterat per diligentiæ tuæ studium in melius reformari; te litterarum ipsarum auctoritate in ipsa instituere curavit; ac etiam investivit per suum annulum de eadem; prout in litteris ejusdem Marochitan. Episcopi confectis exinde plenius continetur.

& Pontifex institutionem confirmat, ut supra.

Nos igitur tuis supplicationibus inclinati institutionem hujusmodi proin- C de factam ratam habentes & gratam, illam auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: tenorem literarum ipsarum de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, qui talis est.

Litteræ Episcopi Maroch.

c

„ Noverint Universi præsentem literam inspecturi, quod Nos *Frater Lupus* [c] miseratione Divina Marochitan. Episcopus, & Apostolicæ Sedis Legatus litteras Summi Pontificis re- D cepimus in hunc modum.

Litteræ Pontificis ad Episcopum Marochit.

„ ALEXANDER *Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri .... Episcopo Marochitan. Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Exposuit Nobis dilectus filius Fernandus Joannis Decanus Bracharen. Capellanus noster, quod cum ipse ad vacantem Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Castrello Aurien. Diœcesis a carissi-* E *mo in Christo filio nostro .... Illustri Rege Castellæ, & Legionis vero Patrono ipsius Ecclesiæ, venerabili fratri nostro .... Aurien. Episcopo loci Diœcesano fuisset canonice præsentatus; idem Episcopus dictum Decanum contra justitiam instituere noluit in eadem: unde a Nobis humiliter petiit, ut providere in hac parte sibi paterna diligentia curaremus. Cum igitur prædictum Decanum suæ devotionis exigentibus meritis speciali benevolentia prosequamur, ac velimus eidem in suo jure Apostolico adesse favore, Fraternitati tuæ mandamus, quatenus, si tibi constiterit de præmissis, ipsum in præmissa Ecclesia auctoritate nostra instituere, sublata qualibet difficultate, procures. Contradictores &c. Testes autem &c.* usque *prohibere. Datum Laterani II. Idus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.*

Anno 1257. die 12. Januarii.

„ Quia igitur per testes fide dignos, & Instrumenta authentica Nobis constitit de præmissis;

Professio Litterarum Episcopi Marochit.

quia per patentes litteras venerabilis Patris *Joannis Aurien.* Episcopi loci Diœcesani Nobis constitit, quod cum prætacta Ecclesia in temporalibus, & spiritualibus sit collapsa, per prætactum *Decanum* potest in melius reformari: Nos auctoritate Apostolica Nobis tradita ex injuncto mandato prætactum Fernandum Joannis Decanum Bracharen. Domini Papæ Capellanum instituimus in prætacta Ecclesia Sanctæ Mariæ de Castrello, investientes eumdem per nostrum Annulum de eadem, concedentes eidem Decano in spiritualibus, & temporalibus plenam prætactæ Ecclesiæ potestatem. Contradictores etiam eadem auctoritate excommunicationis vinculo innodantes. Datum Romæ [d] x. Kalendas Februarii Anno Domini MCCLVII. Pontificatus Domini Alexandri Papæ IV. Anno Tertio. “

d

Anno 1257. die 23. Januarii.

Clausula Pontificis prohib. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Laterani Kalendis Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut

(a) MAROCHITANO EPISCOPO: Fr. *Lupo* Ordinis Minorum, ut infra.

(b) NOSTRIS DEDIMUS LITTERIS: Quæ infra in aliis dicti Episcopi Maroch. referuntur.

(c) FRATER LUPUS: Ex Ordine Minorum ad Marochien. Episcopatum assumptus anno 2247., ut supra visum est.

(d) ROMÆ: Ubi & anno superiore erat ex notis ad alias litteras superius relatas.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

Ut Fratribus urbis Callii *tantum terræ, aut vineæ suæ tribuat, quantum illis opportunum fuerit.* (Ex Autographo Conventus S. Francisci ejusdem Civitatis.)

CCCIV. Anno 1257. die 4. Martii

ALEXANDER &c.

a b

Venerabili Fratri.. [a] *Episcopo* Callensi [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Causa commissionis. c

CUM, sicut accepimus, dilecti filii *Fratres Minores* tuæ Civitatis [c] propter locum nimis arctum, quem habent, domos, hortum, & alia loca necessaria non habentes multa incommoda patiantur; Nos eis, qui plura pro Domino patiuntur, super hoc misericorditer paterno compatientes affectu Fraternitatem tuam rogamus, monemus, & hortamur attente per Apostolica tibi scripta præcipiendo mandantes, quatenus prædictis *Fratribus* tantum de terra, seu vinea tua eorum loco immediate, sicut dicitur, cohærente, pro Apostolicæ Sedis, & nostra reverentia concedas, quantum ad applicandum memorato loco fuerit opportunum; preces, & mandatum nostrum taliter impleturus, quod a Deo præmium consequi, & a Nobis dignis in Domino laudibus valeas commendari.

Rogat Pontifex, & mandat ut supra.

Datum Laterani IV. Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Explicat quædam dubia ab eis super Constitutione Innocentii IV. contra hæreticos proposita. (Ex Regesto Vatic. apud Waddingum in Annal. Minor. ad hunc annum num. 1. edit. 2. Bullario Romano Bul. 2. al. 14., & Bullario Ord. Prædicat. to. 1. Bul. 143. Alex IV. Peonaque ad calcem Directorii Inquisitorum ex Directorio Sabellano.)

ALEXANDER &c.

CCCV. Anno 1257. die 6. Martii.

Dilectis filiis Fratribus Prædicatoribus Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in* Lombardia, *&* Marchia Januensi *Salutem, & Apostolicam Benedict.*

Innocentii IV. leges contra hæreticos.

d e

FELICIS recordat. Innocentius Papa prædecessor noster [d] dudum Constitutiones quasdam edidit [e], secundum quas rigor debet exerceri canonicus in extirpandis in agro Fidelium zizaniis hæreticæ pravitatis: quarum aliquæ videntur ambiguæ, super quibus nostræ responsionis oraculum implorastis. Ne igitur ipsarum Constitutionum obscuritas commissæ vobis sollicitudini perniciosas vineæ Domini pie persequendi, capiendique vulpeculas obstaculum objiciat tarditatis; quinque ipsarum Constitutionum *Capitula*, quæ vobis dubia videbantur, auctoritate præsentium de Fratrum nostrorum consilio duximus declaranda. Primum sane dubitationis vestræ Capitulum continet, quod ram *Duodecim viri*, quam Notarii, & servitores eorumdem ad capiendum hæreticos deputati simul, & divisim plenariam præcipiendi sub pœna, & banno, quæ ad officium suum pertinent, habeant potestatem; *Potestas* vero talis loci, vel Rector teneatur habere firma, & rata omnia præcepta, quæ occasione officii sui fecerint duo ex ipsis Officialibus, sive plures, & pœnas exigere non servantium. Hoc itaque, quod de *pœna*, & *banno* dictum est; de illis dumtaxat pœnis interpretamur intelligi, quæ consequenter in eisdem Constitutionibus sunt expressæ. Possunt autem prædicti Officiales Communitati, burgo, & villæ præcipere sub pœna, & banno usque ad ducentas marchas argenti, & ultra ad arbitrium Potestatis loci ejusdem, quod Potestati, vel Diœcesano, aut ejus Vicario, seu Inquisitoribus hæreticorum præsentabunt infra præfigendum eis terminum

Super 5. Capitibus dubia.

Cap. 1.

Responsio ad 1.

(a) Fratri .. : a Ægidio Monacho S. Benedicti, qui ab anno 1233. usque ad ann. 1259 Sedem eam tenuit ex Ughelin tom 2. Ital. Sac. in Episcopis Callien. n. 22.

(b) Callensi: Vulgo *Cagli* urbis Umbriæ ad Cantianum amnem, montisque Appennini radices nunc sub Archiepiscopo Urbinate inter Urbinum ad Boream, & Eugubium ad meridiem 15. circiter mill. pas. distitæ.

(c) Fratres Minores tuæ Civitatis: Quorum locus quandonam, & a quo concessus, ignoratur: ultimus est *Custodia* Feretranæ, ac Provinciæ Marchiæ Anconitanæ in veteri *Ordinis Provinciali* apud Barthol. Pitanum Conform. 11., ubi mendose legitur *Calvi*: sed apud Jordanem in Chronico Mss. Vatic. est 2. illius *Custodiæ*, & *Calium* appellatur; constatque ex his litteris jam locum Fratres *Callis* ante hunc annum habuisse, sed arctum nimis.

(d) Innocentius Papa prædecessor noster: Hujus nominis IV.

(e) Constitutiones quasdam edidit: incip. *Ad extirpanda &c.* anno 1254. die 20. Maji.

minum competentem omnes hæreticos, & hæreticas, quos sibi dicti Officiales duxerint assignandos; & Potestas loci a non servantibus pœnam hujusmodi exigere teneatur. Secundum vero est, quod *domus*, in qua prohibiti fuerint [a] hæreticorum captores, sine spe reædificandi funditus destruatur; & bona, quæ ibi reperta fuerint, fiant capientium, ac si hæretici fuissent ibidem inventi: quodque habet, quod *domus*, in qua repertus fuerit aliquis hæreticus, seu hæretica, sine ulla reædificandi spe funditus destruatur, nisi dominus domus ibidem procuraverit reperiri; & si dominus domus illius alias domos habuerit contiguas illi domui, omnes illæ domus similiter destruantur; & bona, quæ fuerint inventa in domo illa, & in domibus illi adhærentibus, publicentur, & fiant auferentium, nisi auferentes fuerint in officio constituti. Hæc autem duo Capitula uno declarationis Sedis Apostolicæ radio lucidantes volumus absolvere [b], ut pœnæ taxatæ per Constitutiones easdem in præmissis casibus infligantur; nisi Diœcesanis, vel in eorum absentia Vicariis ipsorum una cum Inquisitoribus, vel solis ipsis Diœcesanis, cum ipsorum Inquisitorum præsentia de facili haberi non poterit, legitime constiterit, præfatarum domorum dominos in his casibus penitus innocentes, & prorsus inculpabiles exitisse; ac etiam eos non esse credentes, vel receptatores, vel defensores, sive fautores hæreticorum, seu de hæretica labe suspectos. Bona vero, quæ inventa fuerint in domibus supradictis, debent in his casibus similiter publicari; nisi legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione majores, ipsa bona esse aliarum personarum, quam dominorum domuum earumdem. Quartum vero vestræ dubitationis Capitulum enodamus, quod videlicet, si dominus *domus* pro eo, quod in ipsa repertus fuerit hæreticus, vel hæretica, sine spe reædificationis funditus destruendæ habeat alias domos illi domui demoliendæ contiguas, omnes illæ similiter destruantur: illud de *Appendiciis* domus illius debere intelligi declaramus, ut scilicet domus cum aliis ejusdem domui ipsi contiguis, hoc est ipsa, & ipsius etiam appendicia cum eadem, sive in domo, sive in appendiciis ejus hæreticus, vel hæretica repertus fuerit, destruantur; cum *domus*, quamvis diversis mansionibus distinguatur, una nihilominus sit censenda. In quinto autem dubitationis Capitulo legitur; quod teneatur Potestas, seu Rector infra *decem dies* sui regiminis syndicare præcedentem proximo Potestatem, vel Rectorem, & ejus etiam Assessores, per tres viros Catholicos, & fideles, electos ad hoc per Diœcesanum, & per *Fratres Prædicatores*, & *Minores* de omnibus his, quæ in statutis ipsis, sive Constitutionibus, & Legibus contra hæreticos, & eorum complices editis continentur. Hunc itaque dubitationis articulum declarantes respondemus, quod una cum Diœcesano loci Fratres prædictorum Ordinum a *Priore*, & *Guardiano* suis, vel ab eorum altero; si ibidem alterius dumtaxat eorumdem Ordinum Conventus extiterit; assumendi viros eligant supradictos: Si vero neutrius Ordinis Conventus ibi forsitan habeatur, ad solum Diœcesanum eorumdem virorum electio pertinebit. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eadem *Capitula* Constitutionum prædictarum accipientes juxta declarationis Apostolicæ intellectum tenorem præsentium simul cum eisdem Constitutionibus faciatis de verbo ad verbum in Capitularibus [c] Civitatum, ad tollendas de aliorum cordibus ambiguitates hujusmodi, annotari [d].

Datum Laterani II. Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cap. 2. — Cap. 3. — Responsio ad 2. & 3. — Cap. 4. — Responsio ad 4. — Cap. 5. — Responsio ad 5. — Mandat Pontifex, hanc declarationem in Capitularibus Civitatum annotari.

Indulgentiam confert visitantibus venerationis causa Ecclesiam Monialium S. Crucis de Carpita Antiochen. O. S. Bened. certis diebus SS. Francisci, & Antonii, ac B. Claræ. (EX ARCHIVO VATICANO in Regest. Pontif. epist. 179. an. 3.)

(a) IN QUA PROHIBITI FUERINT: Constitutio Innocentiana habet: *a qua prohibiti fuerint*, & melius, nimirum ne caperentur hæretici.

(b) ABSOLVERE: *Absolute* habet cit. Pegna, & Waddingus, *absolvere* vero Bullarium Romanum ab illo O. P. sequutum.

(c) CAPITULARIBUS: Idest Statutorum libris, ut alias adnotatum est.

(d) ANNOTARI: Alia duo *Capitula* dictæ Constitutionis Innocentianæ Pontifex explicaverat anno 1255. per litteras *Cum secundum tenorem &c.* dat. die 30. Aprilis supra vulgatas pag. 41.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1257.

CCCVI. Anno 1257. die 6. Martij

ALEXANDER &c. A

Dilectis in Christo filiabus .. Priorissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Crucis de Carpita Antiochen. [a] *Ordinis Sancti Benedicti* [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

a b

Exordium.

Licet is, de cujus munere venit &c. [c] Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, a prima institutione vestra per Fratres Ordinis *Fratrum Minorum* fueritis circa observationem regularis Ordinis informatæ [d], & ob devotionem, quam erga *Sanctos Franciscum*, & *Antonium* Professores [e], nec non & *Beatam Claram* ejusdem Ordinis geritis, ipsorum natalitia annuatim solemniter celebretis. Nos cupientes, ut Fideles Christi ad hujusmodi solemnia eo libentius currant, quo exinde potiora beneficia se cognoverint percepisse; omnibus vere pœnitentibus, & confessis, C qui ad Ecclesiam vestram in Festivitatibus eorumdem Sanctorum, & septem diebus sequentibus cum devotione accesserint veneraturi, ac eorumdem Sanctorum merita, & devote ipsorum suffragia petituri, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia singulis annis [f] misericorditer relaxamus.

c

Sanctimoniales Antioch. O. B. a Fratribus O. M. informatæ.

d

e

Natalitia Sanctorum O. M. celebrant annuatim.

Pontifex Indulgentiam elargitur ut supra.

f

Datum Laterani II. Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut ab injuriis, & molestiis Fratribus inferendis desistant, ac melius de illis sentiant sub anathematis censura. (Ex Archivo nostri Conventus S. Francisci Civitatis Ansani vulgo *Lanciani*.)

CCCVII. Anno 1257. die 7. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Electo [g], *& Capitulo* Theatino *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

g

B Nulla dubietas Christifidelibus imminet &c. [h] Quasi ducatis pro solatio haberi de offensa Christi notabiles; & Ministrorum ejus reputari nefarii corruptores; & quasi non sufficiat licentia eis ab Apostolica Sede concessa, non permittitis eos etiam in loco suo, sicut moris est, sine vestra speciali licentia pacifice Populo prædicare: Et qui Populum vobis commissum ad audienda Creatoris mandata deberetis compellere, audetis eum per excommunicationem retrahere, ne per eosdem *Fratres* audiant verbum Dei. Insuper, quod non minor est culpa, per Clericos vestros *Excommunicationis* fulminatis sententiam præcipue *Lanzani* [i] contra omnes, qui ad locum *Fratrum* accedunt occasione cujusdam Ecclesiæ illis per Apostolicam Sedem concessæ [k], falso imponentes eisdem, quod hanc impetrasD sent tacita veritate. Cum itaque nil &c. [l] De Parochia quoque Sancti Leuntiani de *Lanzano* [m], quam ipsi Fratres nolunt;

h

Capituli Theat. in Fratres gravamina.

i

Ecclesia Lanciani a S. Apostolica Fratribus concessa.

k

l

m

Fratres Parociam S. Leontiani recusant.

(a) Antiochen.: Etsi plures hujus nominis Civitates extarent, hic tamen sermo est de *Antiochia* Syriæ ad Orontem fluvium sita 12. leucis a Mari Mediterraneo dissita *Patriarchali* dignitate ornata: dicitur porro *de Carpita* instar a loco, ubi Carpita fiebat, vel vendebatur: est autem hæc nostris pannus valde rudis & vilis.

(b) Ordinis S. Benedicti: Cujus Monasterii ideo nulla in Annal. Benedictinis memoria legitur, quod recens esset.

(c) Munere venit &c.: Videatur *Bulla* 216. pro Monasterio S. Claræ Avenionen. supra ad annum 1256. die 7. Septemb. relata.

(d) Per Fratres Ord. FF. Min. ... Informatæ: Erat enim *Antiochiæ* locus Fratrum Minorum, de quo meminit Waddingus in Annal. Minor. subobscure ad ann. 1219. num. 66., at 1268. n. 2. aliquanto clarius, & totius Caput *Custodiæ Syriæ*, quæ 5. erat Provinciæ *Terræ Sanctæ* ex distributione Provinciarum & Custodiarum Ordinis anno 1260. in Comitiis generalibus Narbone facta.

(e) Professores: Leg. *Confessores*.

(f) Singulis annis: Ad id parum fecit, cum anno 1268. die 8. Maii Bendocdar Babyloniæ Sultanus Antiochiam *absque ulla belli tumultu cepit; & post captionem usque ad* xvii. *millia personarum interfecta sunt; & ultra centum millia captivata sunt: & facta est Civitas tam famosa quasi solitudo deserti*: inquit Marinus Sanutus lib. 3. par. 12. cap. 9., aliique prope illa tempora Scriptores apud Raynaldum ad eum annum num. 51.

(g) Electo: *Alexander de Capua* Innocentii IV. Cappellanus anno 1251. electus fuerat Episcopus Theatinus, vulgo *Chieti* in Marrucinis, nunc Aprutio, & Archiepiscopatus dignitate ornatur, de quo Ughellus tom. 6. Italiæ Sacræ.

(h) Christifidelibus &c.: V. *Bulla* 296. hoc anno die 9. Februarii editam usque *gravetur reputetur*.

(i) Lanzani: Latinis *Anxanum* non procul a mari Adriatico in Aprutio nunc dignitate *Archiepiscopali* condecoratum, distatque a Theate ad 15. millia pass. tunc diœcesis Theatinæ, postea a Leone X. anno 1515. Episcopali dignitate condecoratum, & etiam Archiepiscopali anno 1562. a Pio IV.

(k) Ecclesiæ illis per Apostolicam Sedem concessæ: Nimirum *S. Leuntiani*, quæ Parœcia erat, vel *S. Legorii*, ut infra.

(l) Cum itaque nil &c.: Ut in prædicta *Bulla* 296. usque ad *Fratribus committi*.

(m) S. Leuntiani de Lanzano: Quæ cum *Parœcia* esset, more illorum temporum Fratres recipere nolebant, vel turbarum causa.

lunt; & de possessionibus, quas Patroni A retinent, studeatis sine *Fratrum* gravamine alteri Ecclesiæ sive factæ, sive faciendæ, sicut melius vobis videbitur, providere. Studeatis etiam Deum, & Personam nostram in *Fratribus* ipsis ita mente vigili assidue venerari, quod & præcedens culpa vestra in oblivionem veniat; & debitæ vobis maledictionis meritum in benedictionis gratiam convertatur; maxime cum *Fratrum* ipsorum semita, quasi lux splendens procedat, & crescat usque ad perfectum diem sub cultu devotissimo Divini nominis, & continuo studio pœnitentiæ salutaris

corumdem encomium.

B

Datum Laterani Nonis Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio a.

a

Electo Pisano iterum injungit, ut Hospitale S. Leonardi de Stagno suæ Diœcesis attribuat Monasterio Pisano Omnium Sanctorum Ordinis S. Damiani. (Ex Archivo Vatic. in Regesto Pontif. epist. 305.) C

CCCVIII. Anno 1257. die 12. Martii.

ALEXANDER &c.

b *Dilecto filio.. b Electo Pisan. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

c EX intimo cordis affectu olim per litteras nostras c tibi sub certa forma preces direximus &c. d
d

Datum Laterani IV. Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

D

Tradit illis observandam Regulam a Gregorio IX., cum Episcopus Ostiensis esset, pro Clarissis elucubratam. (Ex Archivo Eugubino nostri Conventus S. Francisci.)

CCCIX. Anno 1257. die 14. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiabus.. Abbatissæ, & Sororibus Monasterii S. Donati de Fauce Eugubinen. e *Ordinis S. Damiani Sal., & Apost. Bened.* e

CUM omnis vera Religio, & vitæ institutio approbata &c. f f

Datum Laterani II. Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio g. g

Ut Joannis Sacci Canonici Panormit. de Ecclesia benemeriti negotia de indulgentiis Apostolicis, & rescriptis exequenda studeant. (Ex Tabulario Vatic. in Regesto Pontif. epist. 307. an. 3.)

CCCX. Anno 1257. die 15. Martii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri .... Episcopo Malten. h, *& dilectis filiis .. Fossæ novæ* i, *& ... Sancti Georgii de Gratera* k *Cistercien.*, *& .. Sancti Augustini Ordinum Abbatibus Terracinen.*, *& Cephaluden.* l *Diœcesium Salutem, & Apost. Benedictionem.*

h
i
k
l

DIvulgatæ famæ præconium, & publica notitia manifestant, quod dilectus Filius *Johannes* dictus *Saccus* Cano-

Notitiam exhibet de Joanne Sacco

(a) Ceterum *Theatinus* Conventus, cujus origo latet in Annalibus Minor., valde antiquus est, cum sit caput *Custodiæ* sui nominis in Provincia olim Pennensi, nunc S. Bernardini; *Anxanensis* vero, sive *Lanciani* secundus est ejusdem *Custodiæ* in veteri *Provinciale Ordinis* apud Barthol. Pisanum Conform. 11., & vero apud Jordanis Chronicon Ms. Vatic., ubi mendose legitur *Lasani*, & *Lasane*, de quo infra dicitur ad alias hujus Pontificis litteras *Ex serie vestræ petitionis &c.* hoc anno datas die 31. Maji, & *Volentes paci, & quieti &c.* calend. Junii.

(b) Filio ...: *Friderico Vicecomiti*, de quo in notis ad epistolam 281. hujus Pontificis *Res pessima &c.* superius relatam.

(c) Per litteras nostras: Hoc anno die 22. Januarii datas, & incipientes *Res pessima &c.* ut supra.

(d) Direximus &c.: Videatur *Bulla* 379. hujus Pontificis *Justis petentium &c.* hoc anno die 8. Novembris edita, in qua hæc epistola recitatur.

(e) S. Donati de Fauce Eugubinen.: in suburbio Civitatis, quod anno 1256. mense Septembri *Jacobus* Episcopus hujus Civitatis exemptum esse statuit, & Alexander Papa hoc anno 1257. die 16. Martii exemptionem confirmavit, aliisve privilegiis exornavit ex sequenti Bulla 311.: *Religiosam vitam eligentibus &c.*

(f) Approbata &c.: Vide *Bullam* Gregorii IX. anno 1230. die 24. Maji pro Clarissis Asculanis, vel aliam Innocentii IV. anno 1247. die 6. Augusti pro omnibus Clarissis editam, etsi nonnihil inter se discrepent.

(g) Anno sequenti 1258. idem *Jacobus* Episcopus eis donavit Ecclesiam S. *Mariæ de Saxo Majali* cum bonis attinentibus, quam donationem anno 1259. Sede vacante ob Jacobi mortem Capitulum Eugubinum confirmavit ex chartis, & monumentis ejusdem Monasterii testimonio P. Mauri Sarti in Historia *de Episc. Eugubin.* cap. 9. num. 30. p. 148., ex quibus tamen non proditur, quo anno, & a quibus excitatum fuerit hoc monasterium.

(h) Episcopo Malten.: Al. *Meliten.* vulgo *Malta* Insulæ inter Africam, & Siciliam, a qua 60. mill. distat, nunc Equitum S. Joannis Hierosolym. Sedes, & Episcopatus eius Metropolim Panormitanam agnoscit, quibus secernitur ab altera *Melita* Maris Adriatici Insula; ei autem tunc præerat *Dominicus* ex Roccho Pyrrho in Not. Meliten.

(i) Fossæ novæ: In agro Privernati diœcesis Terracinen. vulgo *Piperno*, a quo, Pontinisque paludibus vix 2. mill. pas. distat intermedium istud Monasterium Ord. Cistercien. anno 1135. fundatum a Comitibus Aquini ex autoribus apud Ang. Manrique in Annal. Cistercien. to. 1. ad eum annum cap. 9. n. 7., quod enim refert Abbas Lucentius in *Italia Sacra restricta &c.* to. 1. p. 844., commentitium est.

(k) S. Georgii de Gratera: Al. *de Grattirio* diœcesis Cephaludien. Oppido, de quo Rocchus Pyrrhus in Notitia Cephaludien. legendus, a quo & hoc Monasterium memoratur, atque fundatum circa ann. 1140. a Duce Rogerio primum Ordinis Præmonstraten., postea Equitum Meliten.

(l) Cephaluden.: Civitatis Siciliæ in ora maris Tirrheni inter Messanam, & Panormum sub Archiepiscopo Messanensi constitutæ, vulgariter *Cefalù*.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1257.

pro defensione libertatis Eccles. quanta perpessus,

Canonicus Panormitanus [a] dudum causam Ecclesiæ causam suam reputans, & intendens sollicite juribus Ecclesiæ Matris suæ; sicut orthodoxum decet filium, & devotum; pro defensione libertatis Ecclesiasticæ in partibus pluribus, contra quondam *Fredericum* olim Romanorum Imperatorem impium exterminatorem ipsius constantia perstitit indefessa, ita quod nihil ad experimentum, ad meritorum cumulum, seu augmentum fieri potuit præmiorum, quod ejus non impleverit promptitudo; propter quod idem Fridericus, Nati [b], Officiales, & Fautores eorum in personam ipsius Johannis, ac suorum iniquitatis sævitia excandentes, eumque tormentis & diri carceris squallore macerantes universa bona ejus tam Ecclesiastica, quam mundana confiscarunt, & aliis concesserunt; ac Matrem, & nonnullos alios de suis consanguineis propter hoc ultimo supplicio condemnarunt. Hujusmodi quidem meritorum obtentu *Johannes* ipse dudum a fel. record. INNOCENTIO PAPA [c] prædecessore nostro, & a nobis [d] postmodum ad instar illius diversas litteras, dispensationes, confirmationes, indulgentias, & revocatorias innovatas sibi ad diversos executores, conservatores, monitores, & judices, nec non ad dilectum filium *fratrem Rufinum* [e] Cappellanum, & Pœnitentiarium nostrum, tunc dilecti Filii nostri O. [f] Sanctæ Mariæ in Vialata Diaconi Cardinalis in partibus illis Apostolicæ Sedis Legati *Vicarium* in Sicilia, & Calabria [g] super diversis gratiis, dispensationibus, confirmationibus, executionibus, monitionibus, revocationibus, & aliis rationibus suis, & juribus tam Ecclesiasticis, quam mundanis etiam impetravit. Sed eis plene uti non potuit, temporis malitia faciente; & interim nonnulli de judicibus, conservatoribus, & aliis prædictis naturæ solvenribus debitum; ac dicto *Cappellano* de illis partibus recedente [h]. Nos igitur ipsius *Johannis* supplicationibus inclinati mandamus, quatenus inspectis præmissis Apostolicis indulgentiis, & rescriptis, ipsius *Johannis* negotia hujusmodi per vos, & per alios, aut alium exequi studeatis juxta continentiam earumdem; Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: non obstantibus lapsu temporis, renuntiationibus, confirmationibus, indulgentiis, collationibus, seu litteris sub forma quacumque a Sede Apostolica, vel Legatis ipsius in ejusdem *Johannis* præjudicium a quocumque postmodum impetratis, vel etiam imperrandis; aut si idem *Johannes* alias beneficiatus [i] existens curam habeat animarum; seu constitutionem de duabus dictis edita in Concilio Generali [k]; Invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii sæcularis. Nos enim irritum decernimus & inane, quidquid in dicti Johannis præjudicium contra gratias sibi ab Apostolica Sede factas præsumptum est, vel præsumi contigerit in futurum. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

& quam in adversis constans.

ob id ab Innocentio, & Alexandro PP. multa impetravit,

Sed eis plene uti non potuit.

Quare Pontifex mandat ut supra,

obstantibus derogando.

& mandatum temperando.

Datum Laterani Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Privilegiis Monasterium munit, & exemptionem ab Ecclesia Eugubina obtentam confirmat. (EX REGES. VATIC. epist. 194. apud WADDINGUM in Reges. Vatic. num. 25.)

ALE-

(a) PANORMITANUS: Regiæ Civitatis, & Metropolis ejusdem Insulæ.

(b) NATI: Nempe *Conradus*, & *Manfredus* alter legitimus, alter vero nothus.

(c) INNOCENTIO PAPA: Hujus nominis IV.

(d) ET A NOBIS: Tam hujus, quam ejus prædecessoris *Innocentii* litteræ &c. nos latent.

(e) FR. RUFINUM: de quo plures litteræ Pontificiæ loquuntur in I. hujus Operis tomo relatæ.

(f) FILII NOSTRI O.: Nempe *Octaviani* Ubaldini Florentini alias commemorati.

(g) VICARIUM IN SICILIA, ET CALABRIA: Anno 1255 mense Ianuario constitutum ex epistola 14. hujus Pontificis superius allata.

(h) CAPPELLANO DE ILLIS PARTIBUS RECEDENTE: Videlicet Fr. Rufino, qui anno 1256. *crescente parte Principis*, (Manfredi) *& invalescente, captus fuit in Panormo prædictus Legatus, & alii sequaces ejus; sicque Civitas Panormitana capto Legato, & aliis &c. ad mandatum Principis redeit*; inquit autor Anonymus Rerum Friderici, natorumque ejus, cum præmisisset: *Erat autem in Sicilia quidam Apostolicæ Sedis Legatus nomine Frater Rufinus de Ordine Minorum, cui nomine Romanæ Ecclesiæ obediebant præter quosdam paucos &c.* De eo dicitur etiam in notis ad epistolam 16. Urbani IV. *Sed ille verus &c.* anno 1261. die 23. Decembr. scriptam, annoque 1264. M. Martin testis legitur in quadam sententia apud Urbem veterem lata ex Regest. Vatic. Pontif. epist. 85. to. 4. an. 4. ubi dicitur adhuc *Pœnitentiarius Papæ*.

(i) BENEFICIATUS: Idest Eccles. beneficio provisus.

(k) IN CONCILIO GENERALI: Lateranensi IV. anno 1215. celebratu cap. 37.

CCCXI.

Anno 1257. die 16. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . . Abbatissæ Monasterii Sancti Donati de Fauce Eugubin. [a], *ejusque Sororibus tam præsentibus, quam futuris Regularem vitam professis in perpetuum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Eandem.

RELIGIOSAM vitam eligentibus &c. [b] (*usque*) enervet. Eapropter, dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, ut Monasterium *Sancti Donati de Fauce Eugubin.*, in quo Divino estis obsequio mancipatæ &c. [c] Præterea quascumque possessiones &c. (*usque*) duximus exprimenda. Locum ipsum, in quo prædictum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis cum terris, pratis &c. (*usque*) immunitatibus suis. Liceat quoque vobis personas liberas &c. [d] Præterea omnes libertates, & immunitates, quas Monasterio vestro venerabilis frater noster . . . Eugubin. Episcopus de Capituli sui assensu indulsisse dignoscitur; sicut in ejus litteris plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum præsenti privilegio inseri fecimus, qui talis est.

Bona stabilia confirmantur.

Exemptionem Episcopi, & Capituli Eugub. confirmat.

Litteræ exemptionis Monasterii. Anno 1256. die 26. Septembr.

,, In Dei Nomine. Amen. Anno Domini MCCLVI. tempore Domini ALEXANDRI PAPÆ IV. Indictione XIV. & die Sabbati XXVI. Septembris. Hoc quidem tempore Nos JACOBUS [e] quamquam immeritus Divina tamen providentia *Eugubin. Episcopus* ad petitionem, seu postulationem Syndicorum, & Procuratorum Abbatissæ, & Monialium Monasterii, seu Ecclesiæ Sancti Donati *de Fauce Eugubin.* videlicet Neapoleonis Ondedei, & Bernardi Notarii filii olim Tunculi damus, & concedimus prætactis Procuratoribus recipientibus pro prætactis Abbatissa, & Monialibus, & pro eorum successoribus, seu succeditricibus, ut liberius, & securius *Dominæ* [f] in dicto loco morantes possint Domino famulari; & pro redemptione peccatorum nostrorum exemptionem plenam de assensu Capituli nostri in perpetuum ancillis Christi conversis, & convertendis, quæ ibi in habitu Religioso debeant, vel debebunt in futurum Domino famulari in Monasterio prætacto; renunciantes, & remittentes vobis recipientibus pro prætactis Abbatissa, & Monialibus, & pro eorum successoribus omne jus, & omnes actiones Nobis, & Episcopatui *Eugubin.* in prætacto Monasterio, & Ecclesia dicta competentes, & competituras; & nihil in eo Nobis, vel Episcopatui, aut nostris successoribus reservamus neque in temporalibus, neque in spiritualibus, præter *mediam libram ceræ* annuatim in Cœna Domini nomine *Cathedratici* [g]: & idem Monasterium, & Ecclesiam, & ipsas Abbatissam, & Moniales, & earum succeditrices, seu successores ab omni jure Episcopali eximimus pleno jure; ut Monasterium prætactum, seu Ecclesia prætacta Beatissimi Donati Martiris, & personæ ibi commorantes, & commoraturæ ab omni potestate, & jurisdictione Episcopali plenius sint exemptæ; ita quod nulla persona occasione juris Episcopalis gravamen eisdem aliquod inferat. Et hæc omnia, & singula supradicta per Nos, nostrosque successores vobis prætactis Neapoleoni, & Bernardo *Syndicis*, seu Procuratoribus nomine prætactarum recipientibus firma tenere, facere, adimplere, observare, & contra non venire promittimus nomine Episcopatus, sub pœna centum marcarum argenti; quam pœnam solvere, & dare promittimus nostro nomine, & Episcopatus *Eugubini* per ,, Nos,

Census annuus Ecclesiæ Eugubinæ persolvendus.

(a) DE FAUCE EUGUBIN.: Ordinis S. *Damiani* Assisiat. ut infra, & supra apparet.

(b) ELIGENTIBUS &c: Ut in *Bulla* Innocentii IV. an. 1245. die 15. Junii Monasterio Nursino data, & Alexandri anno 1256. die 28. Octobris Pro Monasterio Avenionen., & 1255. 30. April. pro Genuen.

(c) MANCIPATÆ &c.: Ut in dicta *Bulla* anno 1255. die 30. April. pro Monasterio Genuen. edita.

(d) LIBERAS &c.: Ut ibi in dicta *Bulla*.

(e) NOS JACOBUS: Qui Jam anno 1246. Episcopus erat ex Ughello tom: 1. Ital. Sac., immo iam anno 1240. ex Mauri Sarti nuperrima *Hist. Episc. Eugubin.* cap 9. num. 29. & 30., obiitque circa annum 1258. ex eisdem.

(f) DOMINÆ: *Pauperes dominæ* dictæ sunt Clarissæ etiam a S. P. Francisco.

(g) CATHEDRATICI. Quod & *Synodaticum* dici solet; estque certa pensio singulis annis Episcopo suo solvi consueta in signum subjectionis, & honorem Cathedræ Episcopalis.

Alexander PP. IV. An. Ch. 1257.

A

„ Nos, & nostros successores vobis, „ pro prætactis Abbatissa, & Monialibus, & earum successoribus recipientibus stipulatione solemni; si a Nobis, vel a nostris successoribus contra prætacta, vel aliquod prætactorum factum fuerit; qua pœna soluta, vel non, hoc instrumentum exemptionis semper firmum, & ratum permaneat; de quibus omnibus supradictis volumus, & mandamus fieri per Paulum Ernardi de Spoleto nostrum

B

„ Notarium publicum instrumentum, quod duximus ad majorem auctoritatem præstandam nostri sigilli munitione roborandum. Jus tamen, quod habent Ecclesiæ *Sancti Mariani*, & *Jacobi*, & Plebes *Sancti Joannis* in parochianis Ecclesiæ *Sancti Donati* prætacti, præfatis Ecclesiis reservamus. Actum apud Eugubium in Camera prætacti Domini Episcopi, præsentibus Fratre *Petro de Castillione*, & Fratre Francisco de *Hermanniis* de Ordine Fratrum Minorum, & Paulieto Spoleti, & Thoma Leonardi Ugoccioni ad hæc testibus rogatis, & vocatis. Ego Paulus Ernardi de Spoleto Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Notarius his omnibus interfui, & de mandato, & auctoritate prætacti Domini Jacobi Episcopi hoc instrumentum exemptionis scripsi, & publicavi. " Ad indicium autem hujus perceptæ a Sede Apostolica libertatis *libram unam ceræ* Nobis, nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat &c. (*usque*) profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum &c. (*usque*) Amen.

Reservatum.

Testes rogati.

Census annuus Romanæ Ecclesiæ solvendus.

Clausula Pontificia inhaerentia &c.

Datum Laterani per manum Magistri Rolandi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ViceCancellarii xvi. Kalendas Aprilis, Indictione xv. Incarnationis Dominicæ Anno MCCLVII. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ IV. Anno Tertio.

Confirmat donationem Episcopi Nucerini de Ecclesia S. Felicissimi eis factam. (Ex Autographo nostri Conventus S. Francisci Nucerinæ Civitatis in Umbria.)

CCCXII. Anno 1257. die 19. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Mariæ Nucerinæ[a] *Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Exordium.

Monialium petitio.

Episcopi donatio.

Pontifex confirmat, ut supra.

Clausula prohib. &c.

CUM a Nobis petitur &c.[b] Sane præsentata Nobis ex parte vestra petitio continebat, quod Venerabilis Frater noster... *Nucerinus* Episcopus[c] Ecclesiam *Sancti Felicissimi* positam juxta muros Nuceriæ cum omnibus possessionibus, juribus, & pertinentiis suis, vobis pia, & provida liberalitate donavit, atque concessit; prout in litteris[d] cum sigillo signatis inde confectis plenius

C

continetur. Nos igitur vestris devotis precibus benignum impertientes assensum donationem, & concessionem hujusmodi ratas, & gratas habentes eas auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino &c. nostræ confirmationis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Laterani xiv. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio[e].

D

Ut de male acquisitis, quæ quibus restituenda nescitur, & de redemptionibus Votorum &c. usque ad cc. libras Imper. recipere valeant. (Ex Archivi nostri Conventus Ravennatis S. Francisci Autographo, & Hieronymo Rubeo Hist. Ravennat. lib. 6.)

CCCXIII. Anno 1257. die 20 Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. Guardiano, & Fratribus Minoribus Ravennat.[f] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

E

VESTRÆ meritis Religionis inducimur, ut vos prosequamur gratia, quæ vestris necessitatibus dignoscitur opportu-

(a) Nucerinæ: In Umbria, ac Provincia S. Francisci nuncupata ex autographo in Conventu S. Francisci illius urbis asservato.

(b) Petitur &c.: Ut in Bulla xi. supra ad annum 1255 die 30. Januarii vulgata.

(c) Nucerinus Episcopus: B. *Philippus* ex Comitibus Aerignani antea Monachus Fontis Avellani electus anno 1254. ab Innocentio IV. sedit usque ad annum 1285., quo obiit magna Sanctitatis opinione teste Ughello tom. 1. Ital. Sac. num. 26, al. 27.

(d) In litteris: Quæ hoc loco saltem desiderantur.

(e) De hoc Monasterio, & domus cum terris prope muros Civitatis acquisitione extant aliæ hujus Pontificis litteræ superiori anno die 13. Maii scriptæ, & supra legendæ; & dicitur Monasterium S. *Mariæ Vallis Flegis*, aliæque anno 1261. ab Urbano IV. die 13. Decemb. scriptæ.

(f) Fratribus Minoribus Ravennat.: Quos constat jam ab anno 1218. locum habuisse prope hanc urbem

Supplicationibus Fratrum Pontifex annuens concedit ut supra.

portuna. Hinc est, quod Nos vestris supplicationibus annuentes, ut de usuris, rapinis, & alias male acquisitis; dummodo hi, quibus ipsorum restitutio fieri debeat, inveniri non possint; necnon de redemptionibus votorum auctoritate Diocesanorum prius factis (Jerosolymitano dumtaxat excepto) usque
a ad *ducentas libras Imperialium* [a] recipere valeatis, auctoritate vobis præsentium duximus concedendum; ita quod

Conditio adjecta.

si aliquid de ipsis ducentis libris dimiseritis, vel restitueritis, aut deberetis illis, a quibus eas receperitis; hujusmodi dimissum, vel restitutum, seu datum nihil ad liberationem eorum prosit; nec quantum ad illud habeantur aliquatenus

Clausula prohib. &c.

absoluti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu &c.

Datum Laterani XIII. Kalend. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut Monasterii Capellanus eas absolvere valeat ab excommunicatione, si quam ob manuum violentam injectionem incurrent, nisi &c. (Ex Reges. Vatic. epist. 223. apud Waddingum in Regest. Pontif. num. 26.)

CCCXIV.
Anno 1257. die 23. Martii.

ALEXANDER &c.

b *Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii* S. Agnetis Asten. [b] *ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinen. Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Exordium.

DESIDERIIS vestris in iis affectu benevolo libenter annuimus, per quæ vestri status tranquillitas procuretur. Sa-

Monialium supplicationi

ne fuit Nobis pro parte vestra humiliter supplicatum, ut, si contingeret interdum aliquas vestri Monasterii Moniales

A in se ipsas manus injicere violentas, providere talibus paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut, si Monasterium ipsum ad Romanam Ecclesiam, prout asseritis, nullo medio pertinet, *Capellanus* ipsius Monasterii Presbyter, qui pro tempore fuerit in eodem, possit easdem Moniales auctoritate nostra a sententia *excommunicationis*, si quam per hoc in-

annuit Pontifex, & indulget ut supra.

B currunt, absolvere; nisi adeo fuerit gravis, & enormis excessus, quod super eo sit Sedes Apostolica merito consulenda; præsentibus post quinquennium minime valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere &c. Si quis autem &c.

Conditione apposita.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani x. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio [c]. c

C

Crasso Canonico Pisano mandat dari Monasterio Omnium Sanctorum Ordinis S. Damiani Hospitale S. Leonardi de Stagno Pisanæ Diœcesis. (Ex Vatic. Archivo in Regest. Pontif. epist. 305.)

ALEXANDER &c.

CCCXV.
Anno 1257. die 23. Martii.

Dilecto filio Crasso Canonico Pisano Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

D DILECTO filio ... [d] Pisan. Electo semel & secundo nostris dedisse &c. [e] d e

Datum Laterani x. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut statutum a correctoribus Monasterii S. Audoeni O. B. super silentio editum, si obstet, secundum Regulam S. Benedicti moderetur. (Ex Archivo Vatic. in Regest. Pontific. epist. 236. an. 3.)

ALE-

urbem ex legatis diversorum eisdem factis; & circa annum 1230. in Civitate Ecclesiam *S. Mercurialis* a Federico Archiepiscopo obtinuisse, ac tandem anno 1261. aliam *S. Petri majoris* antea Canonicorum secularium Collegiatam a Philippo Fontana Ravennat. Electo; quam hucusque retinent, & magna civium animi acceptione, ac fructu administrant. De eo loco Waddingus agit in Annal. Min. ad annum 1261. num. 26. Hieronymus Rubeus Hist. Ravennat. lib. 6., aliique Ravennat. Historici.

(a) Libras Imperialium: De quibus dictum est in notis ad Bullam Innocentii IV. *Ad extirpanda &c.* anno 1254. die 20. Maii edita, ibique relata. Errat cit. Waddingus libras has *Augustales* appellans, quæ ab *Imperialibus* diversæ erant, & recentiores utpote a Friderico II. Imp. ordinatæ; quemadmodum legere est apud Carolum Fresnen. in Glossario mediæ, & infimæ latinitatis.

(b) S. Agnetis Asten.: Cujus Monasterii mentio facta est ad *Bullam* Innocentii IV. *Religionis vestræ meretur &c.* anno 1244. die 6. Maii editam; vel alterius Clarissarum hujus Civitatis Monasterii sub tit. *S. Seraphiæ*.

(c) Aliud privilegium huic Monasterio concessit Alexander, ut legata de male ablatis, quorum veri possessores ignorarentur, recipere valeret, quod confirmavit Nicolaus IV. anno 1288. ex Waddingo ad eum annum n. 44.

(d) Filio: *Friderico Vicecomiti*, ut ex not. ad epist. 281. *Res pessima &c.* & 308. *Ex intimo cordis &c.* hujus Pontificis supra relatas.

(e) Dedisse &c.: Consulatur *Bulla* 379. *Justis petentium &c.* hujus Pontificis hoc anno die 8. Novembris edita, hanc epistolam exhibens.

CCCXVI.
Anno 1257. die 28. Martii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri . . . . [a] *Archiepiscopo* Rothomagen. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Monachorum S. Audoeni expositio supplicantium

EX parte dilectorum filiorum . . Abbatis, & Conventus Monasterii *Sancti Audoeni* [b] Rothomagen. fuit Nobis humiliter supplicatum, ut, cum venerabilis frater noster . . . Episcopus Sagien. [c], & dilecti filii . . Gemeticen. [d], & . . . de Walemont [e] Abbates Rothomagen. Dioecesis, quibus visitatio, correctio, & reformatio ipsius Monasterii erat ab Apostolica Sede commissa [f]; minus provide avertentes [g], quod *Regula* Beati Benedicti super observatione *silentii* riget [h] non levibus institutis, novo destitutionis suæ statuto in animarum degentium in dicto Monasterio personarum evidens periculum edixisse noscantur; „ ut si aliqua ex personis ipsis audiat „ aliam verbo perfecto infra septa dicti Monasterii silentium violare, debeat id in *Capitulo* proximo sequenti referre; si id omiserit, ipso facto „ *suspensionis* sententiam, ac *irregularitatem* etiam, & si sic ligatus se Divinis Officiis immiscuerit, incursurus; & ex statuto hujusmodi multa pericula eveniant animarum personarum degentium in Monasterio supradicto, providere super hoc de consueta Sedis Apostolicæ clementia curaremus. De tua igitur circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes tibi, qui loci Dioecesanus existis, præsentium auctoritate committimus, ut si ex eodem statuto videris animabus personarum prædictarum æternæ salutis periculum imminere, illud auctoritate nostra juxta præfatam *Regulam* moderetis.

de visitantium, & correctorum

novo super silentio statuto.

quod ait hujusmodi.

Monachorum animabus periculum.

Pontifex committit, ut supra.

Datum Laterani v. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Concedit, ut sine cujusquam licentia Fratres ab Ordine constituti Theologiam docere valeant in Conventibus Ordinis. (Ex AUTOGRAPHO Archivi Conventus S. Francisci Colonien.)

CCCXVII.
Anno 1257. die 28. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . . Generali, & Ministris Provincialibus, ac aliis Fratribus Ord. Minorum Sal., & Apost. Bened.

Exordium e Fratrum Minorum doctrinæ utilitate.

EXULTANTI spiritu frequenter advertimus, quod status Ecclesiæ generalis per vestræ prædicationis, ac doctrinæ salutaris instantiam, Divina gratia sufficiente, multipliciter illustratur. Ex hac siquidem procedit, quod Nos ad illa omnia esse prompti delectamur, & faciles, per quæ vos præcones Divini Nominis in declaranda Fidei scientia, & roboranda operum disciplina vestri desiderii sanctitate perficere valeatis. Hinc est, quod Nos devotioni vestræ præsentium auctoritate concedimus; ut singuli *Fratres* de Ordine vestro, quos secundum Constitutiones ipsius Ordinis [i] Conventibus vestris deputandos duxeritis in *Lectores* [k], sine cujusquam alterius licentia libere in Domibus prædicti Ordinis legere, ac docere valeant in *Theologica* facultate [l]; illis locis exceptis, in quibus viget studium generale [m]; ac etiam quilibet in facultate ipsa doctorus solemniter incipere consuevit. Nulli ergo &c. concessionis &c. Si quis &c.

Concedit Pontifex, ut supra,

exceptione appofita

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani v. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio [n].

Indul-

(a) VEN. FRATRI . . . . : *Odoni Rigaldi* ex Ord. Minor., de quo non semel verba fecimus in I. hujus Operis tomo.

(b) MONASTERII S. AUDOINI : Gallice *S. Oven* Ordinis S. Benedicti, quod Mabillonius scribit prius sub vocabulo *S. Petri* tempore S. Dionysii ædificatum fuisse, postea restauratum a Chrotilde Regina Clodovei Regis uxore; ita ille in Annal. Benedict. lib. 5. ad annum 544. n. 19. & alibi.

(c) EPISCOPUS SAGIENSIS : Vulgo *Seez* in Provincia Normanniæ Rothomagen. Archiepiscopi suffraganeus.

(d) GEMETICEN. : De quo Monasterio consuli potest nota (c) ad epistolam 562. Innocentii IV. *Cum dilectis filiis &c.* anno 1253. 16. Septembr. scriptam, & in 1. tomo hujus Operis allatam p. 683.

(e) DE VALLEMONT : Ejusdem quidem dioecesis, sed forsan non ejusdem Congregationis, cum hujus non fiat mentio in Annal. Benedict., uti Gemeticen.

(f) COMMISSA : Hujus Monasterii reformatio etiam anno 1270. injuncta fuit Priori Ord. Prædicat. epist. *Ad audientiam nostram &c.* die 7. Maji data in tom. 3. Bullarii ejusdem O. P. p. 31. B. 38.

(g) AVERTENTES : Leg. *advertentes*.

(h) RIGET : Reponendum videtur *viget*.

(i) CONSTITUTIONES IPSIUS ORDINIS : Quæ, & quibus in Comitiis conditæ, nemo nobis tradidit.

(k) IN LECTORES : Qui cursu temporis *Regentes* dici cœperunt.

(l) IN THEOLOGICA FACULTATE : Nam in Philosophica, ac disciplinis liberalibus cuique liberum erat.

(m) STUDIUM GENERALE : Nempe Gymnasium, seu Academia, uti Parisiis, Oxonii, Bononiæ, Patavii &c.

(n) Idem privilegium concessum fuit hoc anno die 25. Martii Ordini Prædicatorum ex Bulla 150. Alex. IV. in Bullario dicti Ordinis tomo 3.

A

Indulgentias, quæ transfretantibus in Terræ Sanctæ *subsidium conceduntur, his ibi usque ad ultimum vitæ insistentibus elargitur*. (Ex Autographo Conventus Sacri Montis Sion in Palæstina, & inde in *Bullario Terræ Sanctæ* nuper edito pag. 7.)

CCCXVIII. Anno 1257. die 29. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Ministro, & Fratribus Ordinis Minorum de Provincia Syriæ [a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem*. B

a

Ex relatu fide dignorum accepimus, quod vos populo Christiano pro defensione Fidei contra Saracenos illarum partium prælianti [b] non fine periculo personarum vestrarum olim fideliter astitistis: & ita pro eodem populo in prædicationibus, ac salutaribus monitis, & audiendis suis confessionibus laboratis, quod nonnulli Fratrum vestrorum ibi degentium insistentes hujusmodi pietatis operibus impiorum gladiis pro Christi nomine sunt perempti [c]. Nos itaque ad hæc ferventius exercenda vos quibusdam illectivis, & salutiferis præmiis animare volentes de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi vobis, & universis, ac singulis vestrum vere pœnitentibus, & confessis in Provincia *Terræ Sanctæ* præmissis, & aliis piis operibus, quantum in vobis fuerit, usque ad ultimum vitæ insistentibus illam concedimus peccatorum veniam, quæ transfretantibus in ejusdem *Terræ* subsidium in Generali Concilio [d] est concessa.

b — Labor & officium Fratrum Minorum in Palæstina, Syriaque Provincia.

c — & nonnullorum Martyrium.

Ob id illis plena Indulgentia elargitur.

d

Datum Laterani xv. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Tom. II.

C

Mandat, ut compellant quosdam Academicos Parisien. ad revocandas nonnullas propositiones falsas, & Ordinibus FF. Prædicatorum, & Minorum injuriosas sub pœna &c. (Ex Speculo Minor. tract. 1. fol. 7. apud Waddingum in Regest. Pontif. num. 27., Extat Authographum Leodii in Belgio apud nostros PP. Minores Convent.)

Alexander PP. IV. An. Ch. 1257.

CCCXIX. Anno 1257. die 30. Martii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ad quos litteræ istæ pervenerint, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Non sine multa cordis amaritudine, animique turbatione &c. [e] Constat igitur [f], ex iis meritoriam existere mendicitatem eorum; & quod ipsi tam ab iis, quibus prædicant, quam ab aliis eleemosynas petere, ac recipere, illique ipsas possint eisdem Fratribus salubriter elargiri. Cum insuper iidem *Fratres* omnia propter Deum reliquerint, exilia vitæ subsidia mendicantes, Christumque imitentur pauperem perfectionem Evangelicam amplexando; propter quod evidenter apparet, eos non solum in statu salvandorum existere, sed etiam perfectorum, & per suæ Religionis observantiam, quæ quidem ipsius perfectionis Evangelicæ D tenet formam, in æternæ retributionis præmio præcellentem gloriam promereri: Cum etiam de licentia, & Commissione, aut concessione Romani Pontificis, seu Legatorum ejus, vel Ordinariorum Locorum licite possint prædicare Populis, & Confessiones audire, ac pœnitentias injungere salutares, aliorum inferiorum Prælatorum, & Rectorum Ecclesiarum, ac Sacerdotum Parochialium assensu minime requisito [g], E volumus, & per Apostolica vobis scri-

Exclamatio calumniarum quorundam in Fratres Ord. Prædicat., & Minor.

e f

g — Præcipit Pontifex ut supra.

pta

(a) De Provincia Syriæ: Alias *Terra Sancta*, ut in distributione Provinciarum Ordinis anno 1260. a S. Bonaventura facta, & apud Waddingum in Annal. Min. ad eum annum relata num. 14., ubi hæc *Provincia* duabus conflabatur *Custodiis Cypri*, & *Syria*; ita quoque extat in vetari *Provinciali* Ordinis apud auctorem Polychronici, & apud Barthol. Pisanum Conform. 11.

(b) Prælianti: Nota sunt bella Christianorum cum Saracenis pro tuenda *Terra Sancta* usque ad annum 1291., quo funditus amissa est, atque adeo *Custodia Syria* nostri Ordinis, sequenti postmodum seculo ex parte recuperata.

(c) Sunt perempti: Quorum nomina, numerum, & tempus, quo passi sunt, nemo hactenus litteris mandavit; estque hæc prima horum mentio Martyrum anonymorum.

(d) In generali Concilio: Lateranensi IV. sub Innocentio III. anno 1215. celebrato prope finem, nimirum omnium peccatorum omnimodam pœnæ remissionem vulgo *plenariam Indulgentiam*.

(e) Turbatione &c.: Ut in *Bulla* 244. anno superiore 19. Octobr. edita usque *animarum dispendia commotarent*.

(f) Constat igitur: §. Iste usque *Cum insuper &c.* abest a simili epistola superiore anno edita die 19. & 21. Octobr. ad diversos.

(g) Minime requisito: Posthac a prædicta epistola hæc & diversa, & fusior est, ut conferenti patebit.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1257.

pta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſinguli veſtrum in Civitatibus, & Diœceſibus ſuis ad requiſitionem *Fratrum* dictorum Ordinum earumdem Civitatum, & Diœceſum per ſe, vel per alios inquirentes de plano, & ſine ſtrepitu judicii ſuper aſſertione, & præſumptione hujuſmodi diligentius veritatem, omnes Magiſtros, Doctores, & alios, qui ſive in ſcholis, ſive in prædicationibus, ſeu alibi præmiſſa, vel aliquod ipſorum dicere attentatunt, vel imposterum attentabunt, ex parte noſtra monere ſtudeant; ut infra certum terminum ab ipſis præfigendum eiſdem dictum ſuum in iis publice revocetur, male ſe dixiſſe fatentes; illaque deteſtentur penitus, & retractent, aſſerendo conſtanter contrarium; & illud etiam fideliter prædicando. Quod ſi forte ipſi monitis eorumdem in hac parte acquieſcere non curaverint, ex tunc contra eos ad ſuſpenſionis, excommunicationis, & perpetuæ privationis beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum ſententiis, ſublato cujuslibet appellationis impedimento, procedant; Laicos de hoc culpabiles, vel fautores hujuſmodi præſumptorum animadverſione debita percellentes; ſæcularis brachii ad hoc, ſi neceſſe fuerit, auxilio invocato. Nos enim nihilominus auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne quiſquam præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum pertinaciter aſtruere, vel quomodolibet defenſare præſumat. Quicumque vero id præſumpſerit, tamquam contumax, & Eccleſiæ Romanæ rebellis ab omnibus Fidelibus habeatur. Contra quem etiam taliter procedemus, quod pœna condigna ipſum pro ſua temeritate feriet, & alii ejus exemplo perterriti a præſumptione ſimili frænabuntur. Ne autem aliquis ex ignorantia velamen excuſationis aſſumat; vobis univerſis, & ſingulis diſtricte præcipimus, ut ad requiſitionem *Fratrum* eorumdem Ordinum in Civitatibus, & Diœceſibus veſtris manentium præſentes litteras, & earum tenorem in Eccleſiis, & Synodis veſtris publicetis, & faciatis ſolemniter publicari: non obſtantibus aliquibus litteris, vel indulgentiis alicui, vel aliquibus perſonis ab Apoſtolica Sede conceſſis, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra ſuas Civitates, & Diœceſes, ſeu Loca in cauſam trahi non poſſint per litteras Apoſtolicas, quæ de Indulto hujus plenam, & expreſſam non fecerint mentionem; ſeu quibuſcumque aliis indulgentiis, & litteris Sedis ipſius, per quas effectus præſentium impediri valeat, vel differri, & conſtitutione de duabus Dietis edita in Concilio Generali [a]; litteris Venerabilibus Fratribus noſtris *Turon.*, & *Rothomagen.* Archiepiſcopis [b], & Epiſcopo *Pariſien.* [c] ſuper hoc directis [d] a Nobis nihilominus in ſuo robore duraturis. Vos autem memoratos *Fratres* omni benevolentia, & gratia proſequentes, eos tamquam probatos, & acceptos Chriſti Miniſtros habeatis pro Divina, & noſtra reverentia propenſius commendatos; ipſos ab injuriis, & moleſtiis optimis præſidiis defendentes, ita quod ex hoc vobis, & veſtris Eccleſiis fortius obligemur.

Pœna in non obtemperantes.

In litteras harum litterarum publicatio.

Derogando litteris, & indultis quibuscumque Apoſtol.

Iidem Fratres commendantur ſupradictis Eccleſ. Prælatis.

Datum Laterani III. Kalen. Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Ut nonnullos Academicos Pariſien. compellant ad revocandas propoſitiones falſas, & Ordinibus FF. Prædicatorum, ac Minorum injurioſas ſub pœna &c. (Ex MONUMENTIS Ord. Minor. p. 25., Bouiæo to. 3. Hiſt. Pariſien., & BULLARIO Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 152. Alex. IV.)

ALEXANDER &c.

CCCXX.

Anno 1257. die 30. Martii.

Venerabilibus Fratribus Turonen., *&* .. Rothomagen. *Archiepiſcopis* [e], *&* .. *Epiſcopo* Pariſien. [f] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

NON ſine multa cordis amaritudine &c. [g] Volumus, & per Apoſtolica vobis ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ad requiſitionem dile-

Veſtratis inquiſitio præcipitur.

(a) IN CONCILIO GENERALI Lateranenſi IV. anno 1215 celebrato cap. 37.
(b) TURONEN. ET ROTHOMAGEN. ARCHIEPISCOPIS: *Petro Lamballe*, & *Odoni Rigaldi*, ut ad cit. epiſtolam pag. 166. (a)
(c) EPISCOPO PARISIEN.: *Reginaldo Corbej*, ut ibi (b)
(d) DIRECTIS: Quæ mox ſubduntur.
(e) TURONEN. ET ROTHOMAGEN. ARCHIEPISC.: Ut in not. (b) ad præcedentem epiſtolam.
(f) EPISCOPO PARISIEN.: Ut ibi no. (c)
(g) AMARITUDINE &c.: Vide præcedentem *Bullam* Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis datam uſque *aſſenſu minime requiſito*.

dilectorum filiorum Prioris Fratrum *Prædicatorum*, & Guardiani Fratrum *Minorum Parisien.*, vel alterius eorum, per vos, aut alios, inquirentes de plano, & sine strepitu judicii &c.[a] auxilio brachii carissimi in Christo Filii nostri *Regis Franciæ* illustris, si necesse fuerit, invocato. Nos enim nihilominus auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne quisquam præmissa, vel aliquod præmissorum pertinaciter astruere, vel quomodolibet defensare præsumat; quicumque vero id præsumpserit, tamquam contumax, & Ecclesiæ Romanæ rebellis ab omnibus Fidelibus habeatur; contra quem etiam taliter procedemus, quod pœna condigna ipsum pro sua temeritate feriet; & alii ejus exemplo perterriti a præsumptione simili frænabuntur. Ne autem aliquis ex ignorantia velamen excusationis assumat; vobis districte præcipimus, ut ad requisitionem dictorum Prioris, & Guardiani Parisius, & in aliis locis, in quibus expedire videritis, præsentes litteras, & earum tenorem publicetis; & faciatis solemniter publicari. Non obstantibus aliquibus litteris, vel indulgentiis &c.[b] Litteris Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis generaliter a Nobis directis [c] in suo robore duraturis. Vos autem memoratos Fratres &c.[d] Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Assertio, & defensio prædictorum inhibetur.

& harum litterarum publicatio committitur.

aliorum litteris persistantibus.

Commissio temperata.

Datum Laterani III. Kalen. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut condemnationem Libelli de periculis novissimorum temporum *contra Religiones Mendicantium editi a se factam ubique publicent, & publicari faciant.* (Ex Autographo Conventus S.Francisci Salmanticen.; Monumentis Ord.Min. fol.29. Roderico in Bullario Regul. tom.1. Bul.20., & Bullario Ord. Prædicat. to.1. Bul.151. Alex. IV.)

ALEXANDER &c.

CCCXXI. Anno 1257. die 30. Martii.

Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis Salutem, & Apostol. Bened.

Quidam Scripturæ Sacræ intelligentiam se habere fatentes &c.[e] Ideoque Fraternitati vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus singuli vestrum ad requisitionem eorumdem *Fratrum*[f] in Civitatibus, & Diœcesibus vestris manentium hujusmodi nostram reprobationem, condemnationem, præceptum, & prohibitionem, ac præmissa omnia in locis earumdem Civitatum, & Diœcesum, ubi expedire viderint, solemniter publicare studeant, & faciant publicari: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: litteris[g] Venerabilibus Fratribus nostris *Turonen.*, & *Rothomagen.* Archiepiscopis, ac Episcopo *Parisien.* a Nobis super hoc directis nihilominus in suo robore duraturis.

Mandatum publicationis supradictæ,

persistentibus litteris &c.

Datum Laterani III. Kalen. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Venditionem quorumdam bonorum Jacobi Petri de Ponte Romani ab executoribus testamentariis alteri Jacobo de Ponte Romano factam confirmat. (Ex Archivo Vatic. in Reges. Pontif. epist.274. an. 3.)

ALEXANDER &c.

CCCXXII. Anno 1257. die 31. Martii.

Dilecto filio nobili viro Jacobo de Ponte[h] *Civi Romano Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Affectu benivolentiæ specialis illos debemus prosequi, qui Nobis, & Ecclesiæ per operis evidentiam sunt devoti; cum ex hoc sit provenire solitum, quod eorum devotio in augmentum deducitur; & in opportunitatis tempore promptior invenitur. Sane peti-

Exordium.

(a) Sine strepitu judicii &c.: Ut ibi usque *animadversione debita percellentes*.
(b) Vel Indulgentiis &c.: Ibidem usque *in Concilio generali*.
(c) A Nobis directis: præcedentibus videlicet.
(d) Memoratos Fratres &c.: Usque *obligemur*, ubi dicta epistola desinit.
(e) Fatentes &c.: Ut in Bulla 241.an.1256.die 5. Octobr. edita, & incip. *Romanus Pontifex &c.* post medium usque ad illa verba: *a similibus frænabuntur*; subditurque: *Ideo &c.*
(f) Eorumdem Fratrum: sc. *Ordinis Prædicatorum, & Minorum*.
(g) Litteris: Eodem modo incipientibus anno 1256. die 21. Octobris datis, vel præcedentibus hoc anno, & die conscriptis.
(h) Jacobo de Ponte: Quæ Patritia familia jampridem extincta scitur.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1257.

Jacobi de Ponte petitionis tenor

a de Jacobi Petri Pontani testamentum,

petitio tua nobis exhibita continebat, quod quondam Jacobus Petri *de Ponte* [a] Civis Romanus in ultima voluntate de bonis suis condidit testamentum, in quo filios suos, & filias, si quos eum tempore sui obitus habere contingeret, sibi hæredes instituit: & si filii ipsius Testatoris sine legitimis filiis morerentur, bona sua, quæ tunc extarent, in pios usus erogari præcepit. Si vero idem Testator in morte sua filios non haberet; Jesum Christum, & ejus pauperes sibi hæredes instituens dilectos filios.. Priorem *Prædicatorum* [b], &... Ministrum *Minorum* Fratrum S. Mariæ de Capitolio [c], &.. Archipresbyterum Sanctorum *Juliani*, & *Celsi* de Urbe [d] executores hujusmodi constituit testamenti. Porro eodem Testatore nullos filios, vel filias, excepto quodam dumtaxat postumo, relinquente; ac postumo ipso absque filiis decedente, propter quod bona Testatoris ejusdem juxta hujusmodi ordinationem ipsius erant ad Christum, & ejus pauperes devoluta; prædicti Executores id sibi licere credentes [e] quamdam partem cujusdam Turris, & Apothecæ, & quædam alia bona, quæ fuerunt Testatoris ipsius, tibi vendiderunt pro competenti pretio, quod pro redemptione animæ Testatoris ejusdem dicti Executores in usus pauperum converterunt; prout in instrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri. Quare Nobis humiliter supplicasti, ut venditionem hujusmodi confirmare de benignitate Sedis Apostolicæ curaremus. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati venditionem prædictam ratam, & firmam habentes, ac defectum, qui fuit in ipsa, ex eo quod postumo prædicto sine filiis decedente, prædicti Testamenti ad Nos executio pertinebat, supplentes de plenitudine potestatis eam auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

b testamentique executoribus, *c d* *e qui de quibusdam testatoris bonis disposuerunt,* *& Pontifex eam dispositionem confirmat.* *Clausula prohib. &c.*

Datum Laterani II. Kalen. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Mandat, ut Pisanos, cum juramentum præstiterint de stando mandatis Ecclesiæ Romanæ, absolvat ab excommunicatione, & interdictum relaxet. (Ex Regesto. Vatic. apud Ughellum tom. 3. Ital. Sac. in Archiepisc. Pisan. num. 51. al. 52.)

ALEXANDER &c.

CCCXXIII. *Anno 1257. die 1. Aprilis.*

Dilecto filio Pœnitentiario nostro Fratri Mansueto [f] *de Ordine Minorum Salutem, & Apost. Bened.*

Exordium a mansuetudine Ecclesiæ erga suos filios etiam delinquentes.

Clemens semper, & mitis in suis actibus Mater Ecclesia illum circa suos filios tenet modum, ut tamquam vehementer in operibus pietatis exultans, quasi amœnas sibi delicias existimans misereri, eligit magis servare mansuetudinem, quam rigorem; & ignoscere potius, quam sævire; unde si culpam in quoquam reperiat, vel offensam, quia delectabile, ac jucundum est sibi dimittere delinquentem in dimissione, vel moderatione jucundum; libentius parcit, quam feriat; & plus se illi propitiam exhibet, quam severam; nam & ignoscit, quod revera tunc de aliquo egregie vindicta sumitur, cum ei magnanimiter indulgetur; id enim in suis præcipue quærit, & optat Ecclesia, quod

(a) Jacobus Petri de Ponte: Ejusdem, ut videtur, arboris, sed non ejusdem rami, stipitisque, qui & ipse illico defecit.

(b) Priorem Prædicatorum: Tunc apud S. *Sabinam* in Monte Aventino commorantium.

(c) S. Mariæ de Capitolio: Al. *de Aracœli* Cœnobii paulo antea recepti ad discrimen alterius *S. Francisci de Ripa* anno 1239. consequuti.

(d) SS. Juliani et Celsi de Urbe: Quæ Ecclesia Paroch., & Collegiata adhuc superest in Regione 5. *Pontis* in fine viæ prope Pontem S. Angeli.

(e) Licere credentes: Nescii, testatoris extincta linea, ejusdem testamenti executionem ad Romanum Pontificem pertinuisse.

(f) Fr. Mansueto: De Castellione Aretino ex Mariano Florentino Ms. apud Waddingum ad annum 1241. num. 21., ubi tamen errat in anno reconciliationis Pisanorum cum Eccles. Latuit Raynaldum in Annal. Eccles. hæc Pisanorum ad Pontificem, & Pontificis ad illos legatio; sed ad annum 1258. num. 13 habet Pontificem in Angliam ad Henricum Regem ablegasse Fr. *Mansuetum* pro recuperando de manibus Manfredi Principis Regno Siciliæ, quod jam Edmundo Regis filio detulerat, idque ex Parisio. Quo facto, ut ipse tunc ad S. Galliæ Regem, non autem iste ad eum in Italiam peregrinus accederet, ut quidam detorte scripserunt; tempore S. Regis familiaris, a quo scribit vetus auctor Barthol. Pisanus Conform. 11. in loco Castellionis Aretini eum accepisse dono partem Sanctæ Coronæ Redemptoris nostri; ac vitæ sanctitate, miraculisque etiam clarum extitisse: omnium tamen primus, & coævus de eo scripsit Fr. Salimbene Parmen. in Chron. Ms. p. 225. ubi asserit, anno 1235. eum extasse Fani, quo tempore ibi ipse annum probationis, ac tyrocinii in Religione agebat: additque fuisse eundem postea *Lectorem* (nunc studiorum, Gymnasiique *Regentem* appellant) *& hominem valoris in Ordine.*

quod cum suo benigno collecti gremio amore, ac devotione proficiant, & in suorum dulcedine uberum continuo delectentur. Sane accedentes ad præsentiam nostram Ambasciatores, & Syndici Communis *Pisarum* ex parte ipsius Communis Nobis supplicatunt [a], ut dictum Commune paratum mandata nostra suscipere, ac servare per omnia reverenter in nostram, & Apostolicæ Sedis gratiam admittere curatemus; offerentes Nobis, quod dictum Commune nullum in Regem Romanorum, seu Imperatorem recipiet, nisi eum, quem Romana Ecclesia approbabit; & quod dictum Commune dictam Ecclesiam, Legatos, & Nuncios ejus, ac Familias eorumdem in personis, vel rebus nunquam offendet; nec ullo tempore in aliquo contra Ecclesiam erit eamdem; nec adversus ipsam inimicis ejus, vel adversariis adhærebit; aut contra eam præstabit auxilium, vel favorem; sed Ecclesiæ Legatos, & Nuncios humiliter, & devote suscipiet, & eos congrua reverentia, & honorificentia pertractabit. Dictum quoque Commune in Civitate *Pisana*, & districtu ipsius res, & bona, quæ fuerunt Prælatorum, & familiarium suorum, & illorum omnium, qui dudum in galeis capti fuerunt [b], diligenter, & sine fraude inquirere; ac ea, de quibus invenire poterit, quod ad illos de Civitate, & districtu prædictis præsentes, absentes etiam pervenerint per eos, aut hæredes, vel successores eorum, si forte decesserint, restitui facere teneantur. Ad hæc prædictum *Pisanum* Commune in Civitate ipsa, vel circa eam in loco apto, quem ad hoc duxerit designandum, quoddam *Hospitale* [c] construi faciet, in quo tam pro ædificiis, quam pro donatione ipsius usque ad Quinquennium decem millia libras Pis. parvorum [d], videlicet duo millia quolibet anno expendet. Hujusmodi autem *Hospitale* curæ, gubernationi, dispositioni, & defensioni [e] nullo medio subjacebit ab omni jure, & Jurisdictione Diœcesani Episcopi, & cujuscumque alterius prorsus exemptum. Nos itaque more Patris, qui offendentes filios odisse non potest, te, de cujus circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad Partes illas propter hoc duximus destinandum; Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandantes, quatenus postquam prædictum Commune de prædictis omnibus faciendis, & plenarie adimplendis, & observandis cautiones, & securitates idoneas, & sufficientes curaverit exhibere; & de stando præcise mandatis nostris super omnibus Injuriis, & offensis Ecclesiæ Legatis, & Nunciis prædictis, & Familiis eorumdem, ac etiam quibuscumque aliis occasione ipsorum, & discordiæ ortæ dudum inter Ecclesiam, & quondam *Fredericum* olim Romanorum Imperatorem illatis, corporale præstiterit juramentum; ac nihilominus de non offendendis Ecclesiæ Legatis, & Nunciis prædictis, & eorum Familiis; & de suscipiendo eos humiliter, & devote, ac ipsis reverenter, & honorifice pertractandis; & quod nullo tempore contra Ecclesiam ipsam erit, atque adversus eam ipsius inimicis, & adversariis adhærebit; aut contra ipsam præstabit auxilium, vel favorem, prout superius est expressum; Statutum fecerit post Capitulum *de Fide Catholica* in suis Capitularibus [f] adnotandum; quod Statutum Potestates Civitatis ipsius, qui pro tempore fuerint in eadem, in principio sui regiminis, ac universi, & singuli Civitatis prædictæ observare jurabunt; & de quo fideliter observando quilibet Potestas *Pisanæ* Civitatis Successorem suum præstare faciet in perpetuum juramen-

Nuncii Pisanorum ad Sedem Apostolicam accedentium.

Protestationes Pisanorum, & promissa Romanæ Ecclesiæ.

Hospitale ab construendum contentum.

Pontifex Fr. Mansuetum leget Pisas, eique mandat, ut supra.

Quæ Pisani præstare debeant.

(a) Nobis supplicarunt: Ex quo enim Pisani Friderico II. Imp. anathemate percusso adhæserunt, ejusdem pœnæ participes effecti, & ab Ecclesia segregati nonnisi hoc anno supplices ad eamdem accesserunt per nuncios.

(b) In galeis capti fuerunt: Anno 1241., cum ad Rom. Concilium vocati venirent, a Pisanis in mari Ligustico Classi Friderici Imp. unitis.

(c) Quoddam Hospitale: Hoc autem insequenti anno constructum fuisse sub nomine *Alexandri Papæ* refert supra laudatus Ughellus; ac titulo *S. Spiritus*, institutoque S. Augustini anno 1259. Pontifex privilegia donavit, quod legitur apud cit. Auctorem.

(d) Libras Pis. parvorum: Sic illis temporibus *parvorum Venetorum, parvorum Turonensium, Bononiensium &c.* occurrunt, uti & *minutorum* idest denariorum; quorum tamen valorem non expressit Autor Glossarii mediæ, & infimæ latinitatis; sed nec omnes imo perpaucas Civitatum monetarum voces, uti *libras Pisanas*, quarum duodecim non constituere tres *Ducatos* testatus est Alexander PP. VI. in *Bulla* 56. apud to. 4. Bullarii Ord. Prædicat. anno 1501. data pro Monasterio S. Pauli ad Hortum Pisan., sed longe distat hoc tempus ab illo.

(e) Defensioni: Subde Romani Pontificis.

(f) Capitularibus: Idest Statutorum libro.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1257.

ramentum; & de hoc etiam cautionem, & securitatem idoneam, & sufficientem ipsum Commune exhibuerit. Præfatum *Commune*, & omnes Clericos, & Laicos, viros, & mulieres Civitatis, & Districtus prædictorum absentes, & præsentes, & quoslibet, qui nomine *Pisani* censentur, ab omnibus excommunicationum, & interdictorum sententiis, quas incurrerunt; & quæ in eos fuere prolatæ occasione captionis, & spoliationis Prælatorum, & Familiarium suorum, & aliorum, qui dudum in galeis cum Prælatis capti fuerunt eisdem; ac etiam servitii sui obsequii præstiti ab ipsis quondam *Friderico* olim Romanorum Imperatori, & ejus filiis, seu Nunciis, vel Officialibus, aut fautoribus, vel coadjutoribus, sive complicibus eorumdem; & pro quibuscumque injuriis, vel offensis illatis ab eis eidem Sedi, seu Legatis, vel Nunciis ipsius, sive aliis pro eadem Sede quacumque occasione, vel causa; & pro eo, quod inobedientes prædictæ Sedi, vel Legatis ipsius, sive Nunciis extiterunt; pœnis quoque quibuslibet eis pro præmissis, vel aliquo præmissorum debitis, vel quibus sunt obnoxii occasione Ecclesiæ Legatorum, & Nunciorum prædictorum, ac Familiarum eorumdem, & personarum Ecclesiasticarum juxta formam Ecclesiæ absolvas auctoritate nostra; *Interdicto* in Civitate, & Districtu prædictis propter præmissa posito relaxato. Injungens nihilominus eidem *Communi* pœnitentiam publicam, ad quam devote recipiendam se obtulit, & humiliter peragendam. Ad hæc omnia privilegia prædicto Communi a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, aut ab eodem Friderico, antequam in eum esset sententia depositionis promulgata, sive a quibuscumque Imperatoribus Romanorum concessa, etiamsi eorum aliquibus per Ecclesiam eamdem occasione præmissorum privati fuerint, sibi auctoritate nostra confirmes sine Juris præjudicio alieni. Contradictores autem, si qui fuerint, vel rebelles monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compescendo [a].

Ut absolvantur ab excommunicatione, & interdicto.

Privilegia Pisanorum confirmanda.

Datum Laterani Kalendis Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut verbi Crucis prædicatores a sententia Canonis absolvere possint juxta &c. (Ex REGESTO VATIC. epist. 310. apud WADDINGUM in Reges. Pontif. num. 28.)

ALEXANDER &c.

CCCXXIV. Anno 1257. die 5. Aprilis.

Dilecto filio Fratri Bartholomæo de Bohemia [b] *Ordinis Fratrum Minorum, Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Causa commissionis, ac concessionis.

UT commissum tibi officium prædicandi verbum *Crucis* contra Litwanos, Jacuengao. [c], & Ruthen., ac alios Paganos, & Schismaticos illarum partium prospere, auctore Domino, in tuis manibus dirigatur, absolvendi a sententia *Canonis* [d] juxta formam Ecclesiæ per te, ac alios *Fratres* tui Ordinis ad hoc idoneos, illos, qui contra prætactos assumpserint signum *Crucis*, dummodo in personis propriis votum hujusmodi prosequantur; auctoritate tibi præsentium concedimus facultatem; proviso, quod hujusmodi excommunicati super hoc satisfaciant, ut tenentur, & injuncto eis a te, vel a Fratribus ipsis, quod de jure fuerit injungendum.

Conditio adjecta.

Datum Laterani Nonis Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Enormes exprobat infrascriptis excessus, ac potissime gravamen Monasterio Monialium Montis Sancti impositum, quod ut revocent, ablata restituant, & a molestiis inferendis desistant, sub gravi pœna interminando præcipit. (Ex AUTOGRAPHO præfati Monasterii Tudertini.)

ALE-

(a) COMPESCENDO: Hujus Legationis a Fr. Mansueto ubita, & *Hospitalis* a Pisanis constructi fit mentio in aliis hujus Pontificis litteris ad eumdem Fr. Mansuetum datis anno 1260. die 16. Februar. incip. *Dilecti filii Prior &c.* quæ infra dabuntur; & hoc anno 1257. in epist. 375. *Oblata nobis &c.* die 3. Novembris scripta, ut infra.

(b) FR. BARTHOLOMÆO DE BOHEMIA: Ad quem plures aliæ litteræ Pontificiæ leguntur supra ad annum 1255. diebus 6. & 7 Augusti.

(c) JACUENGAO.: Varie nuncupatos hos legimus, *Jaczwingos* habet hujus Pontificis epistola 232. *Ex parte dilecti &c.* anno 1256. relata; atque ita eos appellat Dlugossus ibidem, & alibi legendus, nec non Raynaldus ad hunc annum n. 21., ubi hanc epistolam ex Reges. Vatic. citat.

(d) SENTENTIA CANONIS: Consule notam (f) ad epistolam 93. *Ut eo gratiosior* anno 1255. die 6. Augusti datam; est enim concessio de eadem re; nisi quod illa pro *Fr. Bartholomæo* dumtaxat est circa Clericos, & Laicos delinquentes; ista vero & pro eo, aliisque Fratribus sui Ordinis collaborantibus circa Crucesignatos.

CCCXXV. Anno 1257. die ... Aprilis.

ALEXANDER &c.

..... *Potestati*, *Consilio*, *& Communi* Tudertino [a] *spiritum consilii sanioris*.

Prava Tudertinorum acta recenset.

MULTA enormia, multaque prava opera, & actibus contraria Sapientum adversus Nos, & Romanam Ecclesiam, & nonnullas personas fideles, & devotas ipsius Ecclesiæ hactenus perpetrasse noscimini in nostram, & B Apostolicæ Sedis injuriam, & contemptum; ad quorum debitam ultionem, pro eo quod hucusque procedere Apostolica benignitate distulimus [b]; vos ad pusillanimitatem Nobis patientiam adscribentes offensas cotidie cumulatis offensis pejora semper prioribus committendo, nequaquam considerantes quod potens Ecclesiæ brachium lento gradu ad vindictas procedere consuevit; quodque tarditatem, quam benigne in puniendo reatus adhibet, solet seve itate postmodum compensare. Et quidem manet Apostolica mente repositum negotium Civitatis *Ameliæ* [c]; ad cujus depopulationem contra inhibitionem nostram [d] in nostrum specialiter, & ipsius Sedis obrobrium temerarie processistis. Nec a nostra memoria labuntur injuriæ, quas dilecto filio Pandulpho Trasmundi *de Anibaldo* [e] viro utique nobili, & potenti, ac speciali Ecclesiæ prædictæ devoto vnluntatis libitum, non rationis sequendo judicium noscimini nequiter intulisse [f]. Sed ut de multis pravis excessibus, quos tam contra venerabilem fratrem nostrum [g] *Tudertinum* Episcopum, ac matrem nostram Ecclesiam *Tudertinam*, quam etiam contra quamplures personas Ecclesiasticas Seculares, & Regulares commisistis hactenus, & indesinenter committitis, taceamus; nuper cordis nostri substantiam pungere, ac oculi nostri pupillam tangere præsumpsistis, dum pauperes Christi ancillas Divino quidem deputatas obsequio videlicet dilectas in Christo filias Abbatissam, & Conventum Monasterii de *Monte Sancto* [h] in Divinæ Majestatis offensam affligitis, vexatis, & in conculcationem libertatis Ecclesiæ multipliciter molestatis. Intelleximus etenim, quod vos nullatenus advertentes, quod de eleemosynis Fidelium suam inopem vitam ducunt, ipsas cujusdam *Molendini* [i] earum occasione in decem libras [k], C nullam inter ipsas, & laicales personas vestræ Civitatis faciendo differentiam, condemnastis: & quidem earum bona propter hoc abstulistis eisdem publice comminantes, quod ad auferenda eis alia manus temerarias extendetis; ac facietis, nisi vestræ condemnationi paruerint, voce præconia per totam Civitatem vestram universis & singulis districtius inhibere, ne aliquis frumentum ad prædictum Molendinum in eo molendum D deferre præsumat, alias etiam eis graves injurias, & molestias inferendo. Cum igitur hujusmodi vestras insolentias nequaquam de cetero sustinere velimus, Universitati vestræ sub debito fidelita-

Ameliæ depopulationem,

Pandulfo de Anibaldo injurias illatas,

Episcopum, & Ecclesiam Tudert. nequiter habitam,

Ecclesiasticos, & Regulares vilependunt.

Sanctimoniales Montis Sancti gravamine vexarunt.

(a) TUDERTINO: Vulgo *Todi* Civitatis Umbriæ vetustissimæ, & S. Martini I. Papæ patriæ.

(b) DISTULIMUS: Multo antea igitur populus Tudertinus deliquerat; sed tempus ignoratur silentibus de ea re Scriptoribus.

(c) AMELIÆ: Lat. Ameriæ Italis *Ameglia*, & ipsa Civitas Umbriæ antiquissima Tudertino agro finitima.

(d) CONTRA INHIBITIONEM NOSTRAM: Cujus urbis depopulationem, & qua de causa, Pontificiamque inhibitionem tacent Annales Ecclesiastici, ac ceteri Scriptores.

(e) DE ANIBALDO: Clarissima familia Romana, cujus hic *Pandulfus* forsan Tudertinis pro Romana Ecclesia imperabat; qui anno 1230., cum esset Patriæ suæ *Senator*, & Proconsul missus est una cum *Cancellario* a Romanis Perusinis ad Pontificem pro venia petenda, illumque ad Urbem reducendum ex autore Vitæ Gregorii IX, qui cum vocat *Pandulfum de Suburra* a regione, seu via Romæ, ubi habitabat; *Anibaldum* vero a Ricardo de S. Germano in Chronico ad eum annum; & anno 1231. leges contra Paterenos aliosque hæreticos in Urbe tulit, quas publicavit Raynaldus ad eum ann. n. 16. & 17., nam & *Annibaldus* Petri Annibaldi Innocentii III. Papæ cognati erat anno 1232. Tudertinorum *Potestas* ex monumentis Archivi nostri Cœnobii S. Fortunati illius Civitatis.

(f) INTULISSE: Quid injuriarum, & propter quid ipsi irrogaverint, adhuc nos latet.

(g) FRATREM NOSTRUM: *Petrum Cajetani* Anagninum Bonifacii PP. VIII. patruum, e Sorana ad Tudertinam anno 1252., & e Tudertina ad Anagninam Ecclesiam anno 1276. translatum, ubi sequenti anno decessit e vita ex Ughello tom. 1. Ital. Sac., qui eum a Tudertinis aliquando male exceptum non agnovit.

(h) DE MONTE SANCTO: Cujus Monasterii antea *de Monte Masfarano* nuncupati mentio facta est ad *Bullam* Gregorii IX. *Cum a nobis petitur &c.* an. 1236. die 4. Martii editam; & ad aliam hujus Pontificis *Religiosam vitam &c.* anno 1255. die 27. Decembris scriptam.

(i) MOLENDINI: In *Plano S. Crucis* siti ex Bulla prædicta *Religiosam vitam &c.*, in qua cuncta hujus Monasterii bona enumerantur.

(k) DECEM LIBRAS: Argenti ne, an alterius metalli, non exponitur. Pinius dissert. de Nummis Ravennat. cap. 6. num. 8. aream monetam venire censet, cum moneta absolute profertur sine adjecto, ut *libra*, *solidus*, *denarius &c.*

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

Mandat, & præcipit ut supra.

A delitatis, quo Nobis, & Ecclesiæ memoratæ tenemini[a], ac sub pœna mille marcharum argenti[b], & amissionis gratiæ nostræ districte præcipiendo mandamus, quatenus statim receptis præsentibus, si, ut imminet vobis, periculum propter hoc cupitis evitare, hujusmodi condemnationem revocare omnino; & prædicta bona eisdem Abbatissæ & Conventui restituere; ac statutum, si quod contra ipsas ... tem[c] edidistis, a vestris B statutariis[d] abolere omni difficultate, dilatione, occasione, excusatione, ac tergiversatione remota cuteris ab aliis earum molestiis penitus desistentes: alioquin ... vos[e] volumus, quod & prædictam pœnam a vobis auctore Domino integre faciemus exigi; & alias contra vos sic dure, sicque aspere spiritualiter & temporaliter procedemus ..... pœnæ[f] poteritis qualitate, ac quantitate cognoscere, quam nefarium extiterit, C & quantum Nobis displicuerit, vos præceptum in his Apostolicum non servasse.

Datum Later. ... id.[g] Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio[h].

Inquisitores contra hæreticos, & infideles in finibus Bohemiæ, & Poloniæ instituit ad preces Bohemiæ Regis. (Ex Reges. Vaticano epist. 365. apud Waddingum in Annal. Min. ad hunc annum num. 18., & ex Archivo nostri Ordinis Romæ posito apud SS. XII. Apostolos.)

ALEXANDER &c. CCCXXVI.

Anno 1257. die 17. Aprilis.

Dilectis filiis Bartholomæo Lectori de Bruna[i], *& Lamberto dicto* Theoronico[k] *Fratribus Ordinis Minorum* Norwicen.[l], *&* Pragen.[m] *Diœces. Salutem, & Apostolic. Benedictionem.*

Hortatur a cura peragendi contra depravatores.

PRÆ cunctis mentis nostræ desiderabilibus Catholicæ incrementum *Fidei* affectantes nimio utique &c.[n] Unde quia in aliquibus partibus Regni, B & Dominii carissimi in Christo filii nostri ... Illustris Regis *Bohemorum*[o], & *Poloniæ* confiniis, adeo infidelitatis error invaluit &c.[p] Sub spe mercedis æternæ totis assumentes affectibus sic efficaciter prosequi studeatis, ut &c.[q]

In finibus Bohemiæ, & Poloniæ fides Catholica periclitatur.

Datum Laterani xv. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Tertio[r].

Ne teneantur ad præstationem procurationum Legatorum Sedis Apostolicæ, aut collectarum, & quarumcunque exactionum, nisi expressa Litterarum S. A., & Ordinis sui mentio fiat. (Ex Autographo Monasterii de Paradiso Constantien.) C

ALEXANDER &c. CCCXXVII.

Anno 1257. die 20. Aprilis.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii de Paradiso[s] *apud* Constantiam[t] *Ordinis Sancti Damiani Sal., & Apost. Bened.*

Concessionis causa.

D PAUPERTATI, quam propter Deum voluntarie sustinetis, & queti vestræ paterna volentes in posterum sollicitudine

(a) Tenemini: Utpote subditi Romanæ Ecclesiæ, de quorum fidei constantia cum Spoletinis, Assisiatibus, Pesulinis, aliisque pluribus Umbriæ populis erga eandem Ecclesiam contra Fridericum Imp. commendati fuerant anno 1240. ab autore Vitæ Gregorii IX. apud Raynaldum ad eum annum n. 7.

(b) Mille marcharum argenti: Seu 500. librarum argenti.

(c) .... tem: Forsan supplendum, *& contra charitatem*.

(d) Statutariis: Nempe Statutorum libris. Cangius quidem in Glossario med. & inf. Latin. interpretatur *Archiva*, in quibus publica Statuta reponuntur; at hic Statutorum *Codicem* significare videtur.

(e) ..... vos: Reponimus, *scire vos*.

(f) ..... pœnæ: Suppleri poterit, *ut ex prafata pœna*.

(g) Later. ... id.: *Laterani* datum certo constare potest ex aliis hujus Pontificis litteris: an autem legendum sit *idibus*, vel ante iduum diem, & qualem, incertum; itaque data est inter diem 6. & 13. Aprilis.

(h) An autem cives temporibus illis plerumque relictariis huic epistolæ obtemperaverint, nobis incompertum. Illud modo notare est, de hoc Monasterio iterum nobis agendum infra non semel, ut ad epistolam *Joannis* XXII. anno 1320., *Clementis* V. anno 1313., & alias ad illam Nicolai IV. 1291.

(i) De Bruna: Moraviæ urbe *Brinn*, & *Brno* media inter Olumucium, & Znoymum Regni Bohemiæ Civitates in Moravia.

(k) Dicto Theoronico: Forsan legendum *Theotonico*, seu *Teutonico*, ut in epistola a 5. *Petitionis vestra seriem &c.* supra relata, qua constat, utrumque hujus anni initio extitisse Romæ, & *Fr. Bartholomæus* ibi dicitur *de Boemia*.

(l) Norwicen.: Episcopatus in Anglia sub Cantuarien. Archiepiscopo; quare reponendum *Olomutien.*, cujus diœcesis est Bruna 5. leucis ab eo distans.

(m) Et Pragen.: Bohemiæ metropolis, ut Bartholomæus de Bruna *Olomutien.*, & Lambertus Pragen. diœcesis extiterit.

(n) Utique &c. Vide *Bullam* 120. anno 1255. Idibus Decembris pro Regno Franciæ datam usque *cognoscimus conspirare*.

(o) Regis Bohemorum: Primislai al. Othacheri, de quo non semel dictum est, & in Annal. Eccles. Raynaldi sæpe fit sermo.

(p) Invaluit: &c. Ut in dicta *Bulla* pro Regno Franciæ usque *hæreticam pravitatem*.

(q) Studeatis, ut &c.: Ibidem usque ad finem, seu *Datum*.

(r) Vidit hanc epistolam Raynaldus, namque citat ex Regesto Vaticano ad hunc ann. n. 12.

(s) Monasterii de Paradiso: Ab Eberardo II. Constantien. Episcopo circa ann. 1250. fundati ex epist. Innocentii IV. *Cum venerabilis Fr. &c.* anno 1250. die 6. Julii supra relata.

(t) Apud Constantiam: Sueviæ urbem ex notis ad prædictam Innocentii IV. epistolam.

dine providere, auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut vos ad præstationem procurationum [a] Legatorum Sedis Apostolicæ, vel Nuntiorum ejus, seu Diœcesanorum Locorum, aut exactionum, vel collectarum, seu subsidiorum quorumcumque minime teneamini, nec ad ea solvenda per litteras dictæ Sedis, aut Legatorum, vel Nuntiorum ejusdem, aut Rectorum Terrarum Ecclesiæ Romanæ impetratas, seu imposterum impetrandas, cujuscumque tenoris fuerint, in perpetuum compelli possitis; nisi dictæ Sedis impetrandæ plenam, & expressam de præsentibus, & Ordine vestro fecerint mentionem. Nos enim decernimus irritas, & inanes *interdicti*, *suspensionis*, & *excommunicationis* sententias, si quas propter hoc in vos, vel vestrum aliquas contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei &c.

Addita conditione.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani xiI. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Tertio [b].

CCC-XXVIII.
Anno..., die...

Eodem modo pro Monasterio S. Mariæ Vallis gloriæ *Hispellensi Ordinis S. Claræ Spoletanæ Diœcesis anno, & die incerto hujus Pontificis litteræ prodierunt, quas confirmavit Urbanus V. litteris incip.*: Vestræ devotionis sinceritas &c. *anno* 1367. *die* 9. *Julii datis*, (Et apud WADDINGUM eo loco legendis.)

Quod contra suam Constitutionem pro Studio Parisien. factum est, & adinventum, irritum declarat: Religiosos, Seculares libere lectiones, & prædicationes audire; ac in numerum Scholarium, Magistrorumque Parisien. admitti debere decernit. (Ex REGES. VATIC. epist. 318. apud WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum n. 3., BOULÆUM tom. 3. Hist. Univers. Parisien., & BULLARIUM Ordin. Prædicator. tom. 1. Bul. 156. Alex. IV.)

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

CCCXXIX.
Anno 1257. die 18. Maji.
Exordium a quotidiana sollicitudine pastorali ministerio.

ALEXANDER &c.

Ad perpetuam memoriam futurorum.

Clara frequens quotidianæ sollicitudinis ministerium occupati supra vires nostras assiduis ingruentium undique disceptationum incursibus fatigamur; quæ Nos inevitabili necessitate constringunt, emergentibus litigiorum morbis varia remedia providere; sed interdum pacem dedisse credimur negotiis, & eadem majori strepitu recidivant; dumque offensionis lapides, quibus viæ vitæ hujus inhorret asperitas, ut rationalium affectuum pietas liberius procurrat in Deum; salutaribus studiis removemus; hominis inimici malignitas petras aliquando scandali superjacit gravioris. Hinc utique fit, quod operosior cura plerumque Nobis imminet circa plurima, quæ salubri fatigimus curasse medela; & propensior Nos labor repetit post labores, quibus altam aliis studuimus præparare quietem. Dudum sane, cum super quibusdam articulis statum *Parisiensis* Studii contingentibus controversia emersisset [c]; Nos, qui ejusdem Studii incrementa zelamur, ut viri Scholastici submotis altercationibus, quæ profectum disciplinæ præpediunt, in pacis otio pacificis sanæ doctrinæ occupationibus immiñerent; per Ordinationem quandam, quæ *Quasi lignum vitæ* incipit, suborta dissidentium jurgia duximus de Fratrum nostrorum consilio dirimenda [d]. Verum Magistri, atque Scholares Parisien. Ordinationem eandem, qua in plana curavimus aspera commutare, ad turbationis materiam assumentes adversus dilectos filios Fratres Ordinis *Prædicatorum* maxime in scandala surrexerunt, eidem Ordinationi, erecto inobedientiæ vertice, resistendo; nec considerando prudenter, ordinationi temere obviari Divinæ, dum Apostolicæ contradicitur potestati; ad quod eos credimus non tam voto communi, quam particulari quorundam seductione [e] commotos; cum vix ad con-

Dissensio in Parisiensi Gymnasio exorta.

Ei succurrit Pontifex Constitutione,

quam Academici Parisien. ad turbationis materiam assumunt.

Rom. 13. 2.

E e tuma-

(a) PROCURATIONUM: Harum significatum hoc loco aliter in I. hujus Operis tomo expositum habetur.
(b) Jam anno 1255. die 13. Aprilis Pontifex hoc ipsum diploma, & privilegium ediderat pro universis Clarissarum Monasteriis, postea & pro nonnullis speciatim.
(c) CONTROVERSIA EMERSISSET: Anno 1252. ex Waddingo ad eum ann. n. 33.
(d) DIRIMENDA: Anno 1255. die 14. Aprilis edita, ibique relata.
(e) QUORUNDAM SEDUCTIONE: Nimirum Guillelmi a S. Amore, Odonis Duacen., Nicolai de Barro, & Christiani Canonici Belluacen., de quibus supra actum est.

tumaciam pari consensu multitudo prorumpat; nisi forsitan incitetur a paucis, qui si possint peccare cum plurimis, impunitatem sibi suorum excessuum, quos per hoc potius exaggerant, repromittunt. Cum autem iidem *Fratres* Magistrorum, atque Scholarium infestationibus lacessiti, & insecutionibus fatigati compositionem quandam cum illis in derogationem Ordinationis Apostolicæ subiissent; Nos compositionem hujusmodi, quæ Fratres ipsos excludebat a Scholis Magistrorum Sæcularium, reprobantes [a] Ordinationem ipsam, in cujus contemptu nostra vilipendebatur auctoritas, mandavimus inviolabiliter observari, coercendo pœna debita transgressores; ipsi vero Magistri, atque Scholares cum præsumptioni peccatum, peccato vero contemptum, & contemptui pertinaciam adjecissent, tandem Nuncios, & Procuratores ad Sedem Apostolicam destinarunt, per quos ad excusandas excusationes suas coram Nobis, & Fratribus nostris inter cetera proponere curaverunt, quod cum ipsi de consortio Universitatis Magistrorum, & Scholarium Parisiensium, a qua omnino recesserant, ejus renunciando privilegiis, & actum postmodum dimittendo legendi, non debeant reputari, Ordinationem prædictam, quæ in Universitatem ipsam promulgata extitit, observare; vel Magistros, aut Scholares prædictorum Fratrum ad Magistrorum consortium, vel ejusdem Universitatis Collegium, de quo jam esse desierant, admittere nullatenus tenebantur; præter id, quod ad societatem nemo est cogendus invitus; & ipsi Fratres duobus non debent Universitatis videlicet Scholarium, & Conventus Prædicatorum Collegiis contineri: addentes quod dispar ipsorum professio eos eidem Universitati reddet incongruos, & ad sustinenda ipsius onera, cujus gauderent commodis, efficit paupertatis conditio impotentes; propter quæ, necnon & alia quædam a præfatæ Ordinationis, aliorumque mandatorum nostrorum eandem Ordinationem contingentium exe-

Fratres Ord. Prædic. pro quiete compositionem cum Academicis ineunt,

quam Pontifex improbat, & quare.

a

Academici nuncios ad Pontificem mittunt,

per quos rationes suas exponunt,

quibus ordinationem Pontificiam eludere nituntur.

A cutoribus, ne contra ipsos procederent, fuerat pro parte ipsorum Magistrorum, & Scholarium ad Sedem Apostolicam multoties appellatum. Proponebant quoque in mandatis Apostolicis, quæ contra eos emanaverant, se gravatos injuste, per quæ ipsos puniri graviter conflat, qui culpabiles non existunt; & prædictam Compositionem, quam partes acceptaverant, irritari; ad ultimum super his provideri sibi per Sedem Apo-
B stolicam postulantes. Sed fortius allegabat e contra rebellis eorundem Magistrorum, & Scholarium contumacia, & pertinacia divulgata, qui non solum in Nobis, sed etiam in fel. record. INNOCENTIO PAPA [b] prædecessore nostro auctoritatem Sedis Apostolicæ contempserunt; directis sibi pro memorati Ordinis *Fratribus* in sacra pagina docentibus, eorumque Scholaribus ad suæ Universitatis consortium admittendis, ipsius
C Prædecessoris & Nostris jussionibus resistendo. Aggravat autem culpam eorum exempli contagium, quo Fideles tam Principes, quam populi facile possent in debita Deo, ejusque Vicario obedientia, & devotione corrumpi, si qua ex dissimulationis nostræ patientia illorum inobedientiæ proveniret auctoritas, quibus fidem præbet in plebe fideli scientia Fidei, qua eminere creduntur per do-
D ctrinæ studium, & exercitium disciplinæ. Insurgit quoque adversus eorum duritiam arguendam non solum nostræ Ordinationis [c], quam calumniari conantur, æquitas manifesta communis utilitatis compendium omnibus afferens, & privatæ jacturæ dispendium cuiquam non importans; verum etiam juramentum, quo se contra ejusdem Ordinationis tenorem, ne Fratres ipsos reciperent; donec, utrum sint in Magistrorum,
E & Scholarium consortium receptibiles, diffinitum fuerit, temere astrinxerunt; cum an iidem Fratres receptibilitatis hujusmodi aptitudinem habeant, ipsius Ordinationis auctoritas ambiguum non relinquat. De compositione sane prædicta eis patrocinium adesse non debet, cum fuerit ex quadam impressionis improbi-

Iidem Academici se gravatos proponunt.

Quibus occurritur a Pontifice per eorum contumaciam,

b

per exempli contagium,

c

per ordinationis Pontif. æquitatem,

per compositionis præsumptæ revocationem,

(a) REPROBANTES: Per Constitutionem *Cunctis processibus &c.* anno 1256. die 17. Junii editam, & a supradictis vulgatam.

(b) INNOCENTIO PP.: Hujus nominis IV., qui anno 1253. & 1254. litteris rem componere tentavit.

(c) NOSTRÆ ORDINATIONIS: Incip. *Quasi lignum vitæ &c.* supra memoratæ.

probitate præsumpta: nec possint de revocatione ipsius, aut de mandatorum nostrorum animadversione justam formare querelam; cum in derogationem Odinationis nostræ, ac impedimentum Theologicæ facultatis eadem compositio attentata fuisset, & per consequens in periculum Fidei Orthodoxæ; quæ sicut, proficiente sacræ paginæ studio, incrementum recipit, & vigorem; sic deficiente, perniciosum incurreret detrimentum; cum etiam mandata prædicta sub ea moderationis forma processerint, ut obtemperantes eisdem contenta in illis animadversionis severitas non feriret; apparet per ea non obedientium innocentiam, vel præteritæ rebellionis culpas percuti, sed insolentes contumacium ausus juste cohiberi. Porro per hoc, quod præfati Magistri, & Scholares ab Universitate Parisiensi Studii recessisse, ipsiusque privilegiis renunciasse dicuntur; excusationis suæ intentio non juvatur; cum constet eos in elusionem Mandati Apostolici, quando jam de ipsa Ordinatione servanda notitia eorum attigerat, id fecisse; ipsi etiam nihilominus *Parisius* remanentes Studii Scholastici occupationibus incumbebant; licet ad tempus actum legendi astutæ cogitationis consilio postmodum dimisissent. Unde ad removendum pallium, quod sibi ex hujusmodi recessione, ac renunciatione prætendunt, abnegantes verbis, quod operibus profitentur; omnes Magistros, & Scolares, qui Parisius doctrinæ, vel disciplinæ studiis se exercent, intelligimus, & intelligi volumus ejusdem Universitatis consortio, sive illam profiteantur, sive abnegent, contineri. Nos igitur omnibus, quæ super præmissis coram Nobis fuere proposita, plenius intellectis, excusationes, & allegationes præmissas, ac appellationes quascumque Magistrorum, & Scholarium prædictorum tamquam elusorias, ineptas, & frivolas de Fratrum nostrorum consilio repellentes sententialiter decernimus Ordinationem sæpedictam, & omnia, quæ continentur in ipsa compositione, & aliis in contrarium allegatis

Margin notes: & per prætextum recessionis a Gymnasiis. — Decisio Pontificis in causa. — qui Constitutionem suam præcipit ab omnibus observari.

A nequaquam obstantibus, ab omnibus Magistris, & Scholaribus *Parisius* existentibus, cessante contradictione qualibet, integre, & inviolabiliter observari; & Apostolica rescripta, quæ super ipsius Ordinationis executione, vel observatione processisse noscuntur, habere sui roboris firmitatem. Insuper adjiciendo statuimus, ut Scholares omnes tam Religiosi de Prælatorum suorum licentia Parisius gratia Studii quomodolibet com-B morantes, quam etiam Seculares, ubicumque voluerint, lectionibus, vel prædicationibus audiendis, sive quæstionibus disputandis libere valeant interesse: utque tam *Prædicatorum*, quam *Minorum* Ordinum Fratres, & Religiosi alii, qui pro tempore *Parisius* Doctores fuerint in Theologica facultate, ac Scholares ipsorum, in societatem, consortium, & Collegium aliorum Magistrorum, & Scholarium Parisiensium reci-C piantur plenarie, semperque in eis efficaciter habeantur [a]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sententiæ, ac constitutionis infringere, vel ei ausu &c.

Margin notes: Scholaribus Religiosis, & Secularibus licitum esse vult ad quascumque lectiones, disputationes, & prædicationes accedere. — & Religiosos omnes, eorumque Scholares in consortium Academicorum recipi. — a Clausula prohib. &c.

Datum Laterani IV. Idus Maji, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

D *Ne Fratrum quisquam assumatur ad Episcopatum absque sui Superioris licentia.* (Ex Archivo Aracælit. num. 36. Speculo Min. tract. 1. fol. 6. Roderico in Bullario Regul. num. 5., & Waddingo in Regest. Pontif. num. 29.)

CCCXXX. Anno 1257. die 28. Maii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio .. Generali Ministro [b] *Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

E PETITIO tua Nobis exhibita continebat, quod cum aliqui Fratres tui Ordinis in aliquibus Ecclesiis in Episcopos eliguntur, vel etiam postulantur; iidem Fratres licet &c. [c]

Datum Viterbii v. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

(a) Habeantur: Variantes hujus Constitutionis lectiones apud diversos annotatas legere quisquis poterit in cit. Bullario O. P.

(b) Generali Ministro: S. Bonaventuræ.
(c) Licet &c. Vide Bullam 194. datam anno 1256. die 9. Junii.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1257.

Exclusa Capituli Tuamen. postulatione de Fr. Jacobo Huolathduam O. M. in suum Pastorem, alium a se ordinatum commendat. (Ex Archivo Vaticano in Pontif. Regest. epist.322. an. 3.)

CCCXXXI. Anno 1257. die 29. Maji.

ALEXANDER &c.

a *Dilectis filiis Capitulo* Tuamen. [a] *Salutem, & Apostolicam Bened.*

Exordium. SUsceptæ servitutis officium Nos inducit, ut inter sollicitudines alias, quibus assidue premimur, specialiter circa Ecclesias solertiam adhibentes ipsarum utilitatibus intendamus in ea maxime, ut viduatis, ne longe vacationis dispendia patiantur; de talium nostræ diligentiæ studio provideatur substitutione Pastorum, per quos & spiritualibus proficiant institutis, & incrementis temporalibus augeatur. Præsentata siquidem nobis postulatione facta a vobis in Ecclesia *Tuamen.* solatio destituta de dilecto filio *Fratre Jacobo Huolathduam* [b] de Ordine Fratrum Minorum, non personæ, cui laudabile testimonium perhibetur, vitio non admissa, Venerabilem Fratrem nostrum *Magistrum Waltherum* Archiepiscopum Tuamen., tunc Decanum Ecclesiæ Sancti Pauli Londonien. [c], Cappellanum nostrum, utpote dono scientiæ præditum, ornatum moribus, ac vitæ integritate conspicuum, & nobis, ac Fratribus nostris merito suæ probitatis specialiter carum, eidem *Tuamen.* Ecclesiæ de Fratrum ipsorum consilio præfecimus in Archiepiscopum, & Pastorem, sibi consecrationis munus propriis manibus impendendo, spe nobis proposita, quod auctore illo, qui dans virtutes præmia tribuit, & gratiam gratiæ superaddit, prædicta *Tuamen.* Ecclesia per diligentiæ suæ studium grata in spiritualibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Ipsum igitur ad præfatam *Tuamen.* Ecclesiam cum plenitudine nostræ gratiæ transmittentes Universitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus eumdem Archiepiscopum recipientes benigne, ac honeste tractantes sibi tamquam Patri, & Pastori animarum vestrarum plene, ac humiliter intendatis; & exhibeatis obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam ejus salubria monita, & mandata suscipiendo devote, ac irrefragabiliter observando. Alioquin sententiam, quam idem propter hoc rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Deo inviolabiliter observari.

Capituli Tuamen. postulatio rejicitur, b

& alia ordinatio ipsi exhibetur; c

mandans ut a se ordinatum Archiepiscopum suscipiatur

cum solita comminatoria clausula.

Datum Viterbii IV. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [d]. d

Confirmat & ipse concessionem ab Archipresbytero Ansanen., & Electo Theatino ipsis factam, atque ab ejus prædecessore Innocentio PP confirmatam. (Ex Autographo Archivi nostri Conventus Sancti Francisci Urbis Ansanensis.)

CCCXXXII. Anno 1257. die 31. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Ministro, & Fratribus Domus Fratrum Minorum de Lanzano [e] *Theatinæ Diœcesis Salutem, & Apostol. Benedict.* e

Exordium. f CUM a nobis petitur &c. [f] Sane præsentata nobis ex parte vestra petitio continebat, quod Archipresbyter de *Lanzano* Theatinæ Diœcesis [g] Ecclesiam *Sancti Leguntiani* loci ejusdem dictæ Diœcesis vobis, prout spectabat ad eum, pia, & provida liberalitate concessit; prout in litteris inde confectis plenius continetur [h]; ad quod bonæ

g Archipresbyter Anlanen. Ecclesiam Sancti Leguntiani dat Fratribus.

h

(a) Tuamen.: In Hibernia vulgo *Team* olim ampla Civitas fuit Comitatus Clarensis in Connacia Regione, & quæ de *Primatu* cum Armacha contendit; nunc paucissimis habitatur incolis Archiepiscopatus tamen titulum & dignitatem adhuc retinens.

(b) Fr. Jacobo Huolathduam: Hactenus nostris & aliis ignoto, vita tamen valde commendato, cui testatur Pontifex, laudabile testimonium perhiberi; & in quem Capitulum Tuamen. unitim consensit forsan patria Tuamen.

(c) Ecclesiæ S. Pauli Londonien.: Primariæ majorisque illius Civitatis vulgo *Londra* totius Angliæ Regiæ.

(d) De hoc Archiepiscopo extat & Urbani IV. epistola *Venerabili Fratri &c.* anno 1263. die 8. Novembris data.

(e) De Lanzano: Antiqua *Anxano* Frentanorum oppido nunc in citeriori Aprutio prov. Regni Neapolitani prope oram maris Adriatici, fluviumque Sarum, & juxta Feltrinum rivum, vulgo nunc *Lanciano*, & *Lanzano*:

(f) Petitur &c.: Ut in xx. Bulla sæpe citata.

(g) Theatinæ Diœcesis: Sed modo Archiepiscopali dignitate per Pium IV. ab anno 1562. exornato, ut alias adnotavimus.

(h) Continetur: Quæ quidem litteræ an amplius extent, nobis incompertum.

bonæ memoriæ L. Theatino Electo [a] suum præbente consensum, fel. record. INNOCENTIUS PAPA [b] prædecessor noster concessionem hujusmodi ratam habens, & gratam illam vobis auctoritate Apostolica postmodum confirmavit [c]. Nos igitur vestris devotis precibus benignum impertientes assensum, quod super hoc ab eisdem Prædecessore, Electo, & Archipresbytero factum esse dignoscitur approbantes id, non obstante, quod eadem Ecclesia Parochiam, Cimiterium, & possessiones ante concessionem hujusmodi dicitur habuisse, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes nihilominus defectum [d], si quis in præmissis extitit, de nostræ plenitudine potestatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Innocentius IV. confirmavit.

Derogatio obstantium.

Pontifex iterum confirmat, & supplet.

Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii II. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ecclesiæ S. Leguntiani concessionis occasione excommunicationem latam nullam esse, & neminem eam ferre posse decernit. (Ex AUTHOGRAPHO ejusdem Conventus S. Francisci Civitatis Lanciani.)

CCC-XXXIII. Anno 1257. die 31. Maii.

ALEXANDER &c.

Eisdem.

Fratrum petitionis series.

EX serie vestræ petitionis accepimus, quod Archipresbyter de *Lanzano* [e] Theatinæ Diœcesis Ecclesiam S. Leguntiani [f] loci ejusdem dictæ Diœcesis vobis, prout spectabat ad eum, pia, & provida liberalitate concessit; prout in litteris inde confectis plenius continetur, ad quod bonæ memoriæ L. Theatino Electo [g] suum præbente consensum, fel. record. INNOCENTIUS [h] prædecessor noster concessionem ejusmodi ratam habens illam vobis auctoritate Apostolica postmodum confirmavit [i]. Sed Presbyteri de *Lanzano* piis operibus invidentes in vos, si Ecclesiam aditeris eamdem, de facto *Excommunicationis* sententiam promulgarunt. Quæ licet per nos, & dilectum filium nostrum O. [k] Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconum Cardinalem tunc in Regno Siciliæ Apostolicæ Sedis Legatum fuerit relaxata; nihilominus tamen Electus [l], & Archidiaconus Theatinus asserentes mendaciter eamdem sententiam suum adhuc habere vigorem; nec ipsam potuisse per Nos relaxari; quod verbum sacrilegum est, & hæreticum; & prout tanti excessus temeritas exigit, animadversione gravissima providendum; & Cardinalem eumdem legitime relaxari [m]; in vos, & benefactores vestros, & omnes generaliter, qui ad Ecclesiam ipsam accedunt, similem *Excommunicationis* ferre sententiam propria temeritate præsumunt in vestrum non modicum præjudicium, & gravamen. Quare Nos humiliter supplicastis, ut providere vobis super hoc de benignitate Sedis Apostolicæ curaremus. Vestris igitur devotis precibus inclinati, ut nullus in vos, & Benefactores vestros, ac ad Ecclesiam accedentes eamdem possit occasione concessio-

f Archipresbyter Lanciani ecclesiam Sancti Leguntiani Fratribus attribuit.

g h Concessionem confirmat Innocent. IV.

i Clerus Lancianensis improbat concessionem, & Fratres excommunicant.

k Alexander Pontifex, ejusque Legatus Fratres absolvunt.

l Electus Theatinus, ejusque Archidiaconus se opponunt,

sed jure & merito percelluntur a Pontifice.

m

Pontifex decernit, ut supra.

(a) L. THEATINO ELECTO: *Landulpho*, ut supra in aliis de hac re litteris præsertim Innocentii IV. *Justis petentium &c.* anno 1252. die 20. Aprilis datis, in quibus illius assensus, & concessio refertur.
(b) INNOCENTIUS PAPA: Hujus nominis IV.
(c) CONFIRMAVIT: Per litteras *Justis petentium &c.* proxime commemoratas.
(d) DEFECTUM: Videlicet tam Cleri Ansanensis, quam Capituli Ecclesiæ Theatinæ, ut liquet ex Electi Theatini concessione supra relata.
(e) DE LANZANO: Ut in superiori epist.
(f) S. LEGUNTIANI: In diplomatibus Nicolai II. anno 1059. & Alexandri III. anno 1173. & 1176. pro Ecclesia Teatina editis apud Ughellum tom. 6. Ital. Sac. legimus, *in Aterno plebem Sanctorum Legontiani*, al. *Leguntiani*, *& Domitiani*: cujus in Martyrologiis nulla mentio occurrit: *S. Leuntiani* dicitur in epist. data hoc anno die 7. Martii, ut supra, *S. Longuzoni* vero in Bulla 14. S. Pii V. *Etsi dominici gregis &c.* anno 1566. edita apud Rodericum in Bull. Regul. tom. 2., & 45. novi Bullarii Romani.
(g) L. THEATINO ELECTO: *Landulpho* Neapolitano ex Sacellano Richardi Diaconi Cardinalis S. Angeli ab Innocentio IV. anno 1252. idibus Januarii assumpto, & biennio exacto ante consecrationem defuncto ex Ughello cit. qui in descriptione Ecclesiæ Lanciani Episc., & urbis asserit, Landulphum anno 1252. die 3. Nonas Aprilis concessionem Archipresbyteri ratam habuisse; sed Ecclesiam dicit *S. Legoris*, quam antea Basiliani, postea Benedictini Monachi incoluisse dicuntur.
(h) INNOCENTIUS: Hujus nominis IV.
(i) CONFIRMAVIT: Cujus confirmationis diploma habetur: *Justis petentium &c.* dat. 20. Aprilis 1252. nec subobscure innuitur etiam in litteris Alexandri de hac re datis anno 1257. die 7. Martii supra relatis incip. *Nulla dubietas &c.*
(k) O.: *Octavianum* Ubaldinum, de quo Ciacconius de Cardinal., & Raynaldus in Annal. Eccles.
(l) ELECTUS: *Alexander* Capoanus Innocentii IV. Cappellanus anno 1252. ad hanc Sedem promotus obiit circa annum 1261. ex supracitato Ughello.
(m) LEGITIME RELAXARI: Hic aliqua desunt: est enim textus abruptus; unde suppleri poterit *mandasse tenendum*.

sionis hujusmodi *Excommunicationis* sententiam promulgare, auctoritate vobis præsentium indulgemus. Et si talis sententia forte prolata fuerit, eam ex nunc decernimus non tenere.

Clausula prohib. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Datum, *ut supra*.

Jubet, ut Eccles. censuras ab Electo Teatino in Fratres Minores suæ Diœcesis latas irritas, & inanes denunciet, denunciarique faciat. (Ex prædicto ARCHIVO Conventus S.Francisci Lancianen. Civitatis.)

CCC-XXXIV. Anno 1257. die 1. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio B. Abbati de Lanzano *Theatinæ Diœcesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

VOLENTES paci, & quieti dilectorum filiorum Ministri, Custodum, Guardianorum, & universorum Fratrum [a] *Ordinis Minorum* in Civitate, & Diœcesi Theatina morantium paterna sollicitudine providere eos a jurisdictione *Theatini Electi* [b] per nostras literas [c] usque ad nostrum beneplacitum duximus eximendos; *suspensionis*, vel *interdicti*, aut *excommunicationis* sententiam in ipsos, aut in loca ipsorum communiter, vel divisim latam, seu ferendam a dicto *Electo*, seu ejus Vicariis, sive Officialibus [d] decernendo irritam, & inanem: Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ejusmodi sententiam per Nos sic irritam denunties; & facias per loca, in quibus dicti *Fratres* voluerint, nuntiari; Contradictores per censuram

a Pontifex exemptos voluit Fratres Minores a jurisdictione Teatini Electi.

b c

d

& mandat ut supra,

A Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstante aliqua Sedis Apostolicæ indulgentia, per quam attributa tibi in hac parte Jurisdictionis explicatio impediri valeat, vel differri; & de qua oporteat in præsentibus fieri mentionem.

derogando Indultis Apostol.

Datum Viterbii Kalendis Junii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

B

Commendat fabricam Fratrum Minorum Maceraten., & eleemosynas illis porrigentibus indulgentias 100. dierum concedit. (Ex ARCHIVO Conventus dictorum Fratrum Maceraten.)

ALEXANDER &c.

CCCXXXV. Anno 1257. die 9. Junii.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

C

QUONIAM, ut ait Apostolus &c. [e] Sane cum dilecti filii Fratres Minores de *Macerata* [f] Firman., & Camerinen. Diœces. [g] Ecclesiam, domos, & officinas ædificare inceperint opere sumptuoso, ut possint ibidem Divinis laudibus deservire; Universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur in Domino in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus eis ad hoc de bonis vobis a Deo collatis, pias eleemosynas, & grata charitatis subsidia erogetis; ut per subventionem vestram opus inceptum valeat consummari; & vos per hæc, & alia bona, quæ Domino inspirante feceritis, ad æternæ possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, & confessis,

Exordium.
e
f
g
Conventus, & Ecclesia Maceraten. construuntur.

D

Hortatur Pontifex Christifideles ad subveniendam.

Indulgentias tuodiur. elargitur,

(a) CUSTODUM GUARDIANORUM, ET UNIVERSORUM FRATRUM. Cum diœcesis Teatina vasta valde sit, elletque amplius tum, cum *Lancianum* nondum ad Episcopale fastigium esset evectum, erant etiam in ea complura Fratrum Minorum Cœnobia; ut legere est in veteri *Provinciali Ordinis* apud Polychronicon, & Barthol Pisanum Conform. 11. , ubi *Provincia Pennensis* tunc, nunc *S. Bernardini*, seu Aprutii ex sex *Custodiis* constituitur etiam anno 1260. in divisione Provinciarum Ordinis a S. Bonaventura facta, quarum 3. erat *Theatina*, ut & apud Pisanum, prima vero apud Polychronicon Jordani Ms. V tic.

(b) THEATINI ELECTI: *Alexandri* Capuani, ut in præcedenti epistola.

(c) PER NOSTRAS LITTERAS: Quæ cum, vulgatæque non extant.

(d) OFFICIALIBUS: Causa ferendi has censuras in Fratres Minores videri poterit in epistolis hujus Pontificis hoc anno datis diebus 7. Martii, & 31. Maii.

(e) APOSTOLUS &c.: Ut in *Bulla* anno 1255. die 16. April. emissa.

(f) DE MACERATA: De quo loco dictum est ad *Bullam* Innocentii IV. anno 1247. die 13. Junii pro *Indulgentia* ad perficiendam Fratrum fabricam collata editam.

(g) FIRMAN., ET CAMERINEN. DIŒCES.: In utraque enim diœcesi Maceratensis ager extendebatur utpote inter utramque medius; postea Episcopali dignitate ornatus fuit, ut supra adnotavimus; idque ad discrimen *Macerata* Feretranæ.

fessis, qui eis ad hoc manum porrexerint adjutricem, *centum dies* [a] de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Datum Viterbii v. Idus Junii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ne permittat ullum Monasterium, Claustrum, aut Oratorium Regularium ædificari infra spatium 300. passuum com. circa fines loci Fratrum Minorum Maceraten. (Ex Autographo Archivi dicti Conventus Maceraten.)

CCC-XXXVI. Anno 1257. die 13. Junii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri . . Episcopo Racanaten. [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Pacis, & quietis causa.

PAci, & quieti dilectorum filiorum Fratrum Minorum de *Macerata* [c] Firman., & Camerinen. Dioec. [d] volentes paterna sollicitudine providere, Fraternitati tuæ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus nullius Religionis Monasterium, seu Oratorium, aut Claustrum Religiosarum, vel Regularium personarum ædificare, vel construere, seu jam incoatum in opus progredi infra spatium *trecentorum passuum* [e] ad passum Communis [f] circa omnes fines ipsorum loco contiguos, & vicinos aliquatenus non permittas. Non obstante aliqua Indulgentia impetrata a Sede Apostolica, vel etiam impetranda, per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri; & de qua in istis litteris plenam, & expressam oporteat fieri mentionem; Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Præcipit ut supra, derogando Indultis Apostol.

Datum Viterbii Idibus Junii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Jubet corpus B. Ambrosii de Massa ad decentiorem locum pro suis meritis transferri; ejusque translationis die locum Fratrum Minor. ab Interdicto publico liberum, & exemptum esse. (Ex Autographo nostri Conventus S. Francisci Urbisveteris.)

CCC-XXXVII. Anno 1257. die 14. Junii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri . . Episcopo Urbevetan. [g] *Sal., & Apost. Bened.*

Causa hujus commissionis.

INtelleximus, Corpus bon. memor. *Fratris Ambrosii* [h] de Ordine Fratrum Minorum apud *Urbemveterem* requiescere in loco Fratrum ejusdem Ordinis indecenti. Cupientes proinde, ut in loco ipsorum Fratrum decentiori ob Divinam reverentiam, & sua ejusdem merita recondatur; Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus una cum Clero tuo ad locum prædictorum Fratrum accedens supradicti *Fratris* Corpus in locum prædictum, ubi discretioni tuæ de consilio ipsorum Fratrum decentius visum fuerit, transferas cum debita reverentia, & honore [i]. Nos etiam de gratia speciali concedimus, ut die translationis ejusdem dumtaxat possit *Divinum Officium* in loco dictorum Fratrum, excommunicatis exclusis, solemniter celebrari, *Interdicto*, cui Terra illa supponitur, non obstante [k].

Mandat Pontifex, ut supra,

Indulgetque super Interdicto generali.

Datum Viterbii xviii. Kalend. Julii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut

(a) Centum dies: In supradicta *Bulla* anni 1247. dies 40. Indulgen. dederat; in hac autem adauxit populum magis excitaturus.

(b) Episcopo Racanaten.: *Bonavita* al. *Bonajuncta* Ord. Min. anno præcedenti evecto ex Ughello to. 1. Ital. Sacræ, & Salimbene Parmensi in Chron. MS.

(c) De Macerata: De quibus diximus ad præcedentem *Bullam* die 9. Junii editam incip. *Quoniam, ut ait Apostolus &c.*

(d) Et Camerinen. dioec.: In quibusdam epistolis Pontif. dicitur tantum *Firman. dioec.*, quia major pars agri Macerat. in ea dioecesi erat.

(e) Trecentorum passuum: Quam distantiam postea Clemens IV. extendit ad 300. *cannas* per decretalem *Ad consequendam gloriam &c.* pro omnium Religionum Mendicantium locis anno 1265. die 30. Novembris editam, etsi per aliam *Quia plerumque &c.* anno 1268. ad 140. retraxerit.

(f) Ad passum Communis: Nempe illius Civitatis: etiam anno præcedenti die 10. Julii eandem concessionem contulit Conventui *Bononien.* inquiens *ad passum Civitatis Bononiensis*, sed pro illa *Asculana* Civitatis in Piceno anno 1260. die 25. Augusti ad 300. *cannas* dilatavit.

(g) Episcopo Urbevetan.: *Constantino* Florentino ex Ordine Prædicat. circa annum 1250., & circa annum 1258. defuncto, de quo Ughellus to. 1. Ital. Sac. & Scriptores Ordinis Prædicatorum.

(h) Fratris Ambrosii: Circa annum 1237. ex hac vita translati, de quo extant litteræ Gregorii IX. anno 1240. die 8. Junii, & Innocentii IV. anno 1250. die 2. Decembris, annoque 1252. die 24. Martii, quæ supra relatæ legi possunt.

(i) Et honore: An non hic casus exceptus est a decretis Urbani VIII. ex indulto Pontificio? & quidem rarus, & dilucidus, cum non privatim, sed Episcopus *cum Clero*, quod est publicum, & solemniter, jussus fuerit translationem peragere.

(k) Non obstante: Quod plane aut singulare est, aut rarissimum; neque enim istud, neque aliud tale attulit in suo *de Canonizatione SS.* vasto Opere Benedictus XIV. Pontif. Max.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

Ut privilegiis, & indulgentiis Ordini Fratrum Minorum concessis uti possint. (Ex REGESTO VATIC. epist. 2896. lib. 1. Joannis XXII. apud WADDINGUM in Annal. Minor. ad an. 1317. n. 22. Regesti Pontificii.)

CCC-XXXVIII. Anno 1257. die 16. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Claræ Ordinis S. Damiani Avinionen. [a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

DEVOTIONIS vestræ precibus inclinati, ut *Privilegiis*, & Indulgentiis Ordini *Fratrum Minorum* ab Apostolica Sede concessis competentibus vobis uti possitis, auctoritate vobis præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare &c. [b]

Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii XVI. Kalend. Julii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Jubetur executioni mandare id, quod Plebanus de Birbinaria facere neglexit; & Monasterium de Ficeclo tradere Monialibus de Gattajola. (Ex REGES. VATIC. epist. 79. apud WADDINGUM in Reges. Pontif. n. 50. in *Bulla* incip. *Ea, quæ judicio &c.* Et ex ARCHIVO nostri Conventus S. Francisci Oppidi Ficecli.)

CCC-XXXIX. Anno 1257. die 16. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Gualterotto Canonico Lucan. *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Facti narratio.

DUDUM *Plebano* de Birbinaria Lucan. Diœcesis super provisione dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & Conventui Monasterii de *Gattajola* Ordinis S. Damiani ejusdem Diœcesis Lucan. Episcopo non subjecto, deformato, & de facili non valente in suo reformari Ordine facienda, nostris a Nobis sub certa forma destinatis litteris [c]; & super statu Monasterii de *Fiscedo* [d] ad Romanam Ecclesiam immediate spectantis Ordinis Vallis Umbrosæ, ac moribus, & vitæ Abbatis, & quorumcumque Monachorum, ut dicitur, degentium in eodem. Cum ipsi per appellationis effugium inspectoris oculis, tempusque redimere, ac longis litigiorum perturbationibus evitare judicium niterentur; testibus pluribus ab eodem *Plebano* receptis; auctoritate harum litterarum tandem ipsi Plebano per alias dedimus litteras [e] in præceptis, ut ipsorum Abbatis, & Conventus, & personarum cavillationibus, & tergiversationibus non indulgens, si ex dictis receptorum testium, fama, aliisque adminiculis deformationem ejusdem Monasterii deprehenderet; & ex qualitate personarum ejusdem attenderet illud ex eisdem personis non posse de facili reformari, ad concedendum ipsum cum juribus, & possessionibus suis Abbatissæ, & Conventui præfatis juxta priorum continentiam litterarum, absque solemnitate, & strepitu judiciarii Ordinis inducendum eas, vel partem earum in corporalem possessionem eorum, & defendendum inductas, invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii Sæcularis, submoto cujuslibet moræ, ac difficultatis dispendio, oppositione remota procedere curaret; Contradictores per censuras Ecclesiasticas, appellatione postposita compescendo. Et ne idem Monasterium dilapidari contingeret, ubi expedire videret, publicæ prohibitionis Edictum proponeret, ne quis ab eisdem Abbatibus, & Monachis sub quovis alienationis, vel obligationis titulo præsumeret accipere bona Monasterii supradicti; & decerneret, quod si secus attentari contingeret, non tenere. Non obstantibus aliquibus litteris veritati, & justitiæ præjudicantibus, a Sede Apostolica impetratis, vel etiam impetrandis. Quia igitur hujusmodi provisionis negotium in grave præfati Monasterii detrimentum per memorati *Plebani* negligentiam, desidiam, & malitiam, quam non deferemus authore Domino in-

Præcedentes litteras commemorat.

Alias litteras se dedisse refert.

Curet, ne bona Monasterii dilapidentur.

Plebani Birbinar. negligentia.

(a) Aliæ pro hoc Monasterio epistolæ consuli possunt datæ anno 1256. diebus 4. 7. 11. & 12. Septemb. ac 25. Octobris; & hoc anno die 7. Februarii.

(b) Eadem Constitutio collata fuerat a Pontifice Monialibus Clarissis Asculanis hoc anno die 25. Januarii, ut eo loci apparet.

(c) DESTINATIS LITTERIS: ann. 1255. die 4 Decemb.

(d) DE FISCEDO: legendum *de Ficeclo*, vulgo *Fosfechio*, olim Lucanæ diœcesis haud ignobili Oppido, nunc S. Miniatis.

(e) ALIAS DEDIMUS LITTERAS: Anno 1256. die 30. Septembris, quæ supra relatæ legi possunt.

indiſcuſſam, nimium prorogatur; Nos A de tuæ circumſpectionis induſtria plenam in Domino fiduciam obtinentes per Apoſtolica tibi ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus in negotio ipſo ejuſdem *Plebani* ſervato Proceſſu ſequens dicta receptorum teſtium, famam, & alia legitima adminicula, prætermiſſa difficultate judiciarii ordinis, & per officium noſtrum dictis Abbati, & Monachis protelandi negotium, qualiter difficultate ſublata, finaliter procedere ſtudeas juxta directarum eidem *Plebano* continentiam litterarum.

Mandat ſupradicto, ut ſupra.

a Datum, *ut ſupra*.[a]

Ut nemo Crucesignatos contra Paganos a voto jam emiſſo abſolvat abſque ſpeciali mandato Apoſtolico. (Ex Regesto Vaticano epiſt. 346. apud Wadoingum in Regeſ. Pontif. num. 30., teſte etiam Raynaldo C num. 25., ſed ex epiſt. 310. Regeſ. Vatic.)

CCCXL. Anno 1257. die 16. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Chriſto filiis Miniſtris, & aliis Fratribus Bohemiæ, Poloniæ, *&* Auſtriæ *prædicantibus verbum* Crucis[b] *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apoſtol. Benedictionem.*

b

Fratrum petitionis tenor.

Lecta Nobis veſtra petitio continebat, quod licet vos de mandato Apoſtolico contra *Litvvan.*, & *Jacuenganos*, & alios Paganos illarum partium prædicaveritis verbum *Crucis*; & ad exhortationem veſtram multi Fideles ſigno vivificæ *Crucis* aſſumpto, proponant in brevi contra Paganos eoſdem cum Dei adjutorio proficiſci[c]; quidam tamen potius ardore avaritiæ, quam pietatis zelo ſuccenſi nonnullos de Crucesignatis eiſdem obtentu pecuniæ, E quam ab ipſis recipiunt, a voto *Crucis* abſolvunt pro ſuæ libito voluntatis, aſſerentes ſe habere ſuper hoc a Sede Apoſtolica poteſtatem; propter quod

Multi Crucesignati per FF. Minores.

c

Quidam ex eis pecunia ſe a voto abſolvi faciunt.

hujuſmodi negotii proſecutio in diſpendium Chriſtianæ *Fidei* non modicum impeditur. Quare fuit ex parte veſtra Nobis humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc providere de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, ne quis de cetero *Crucesignatos* eoſdem abſque noſtro ſpeciali mandato taliter abſolvere præſumat, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere, vel ei auſu &c. B

Pontifex annuens concedit ut ſupra.

Clauſula prohib. &c.

Datum, *ut ſupra*.

Ut non teneantur ad ſolvendas præſtationes, aut exactiones Legatorum, Nunciorumque Sedis Apoſtolicæ. (Ex Archivo Conventus S. Franciſci Civitatis San-Severini.)

ALEXANDER &c.

CCCXLI. Anno 1257. die 17. Junii.

Dilectis in Chriſto filiabus... Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Sancti Salvatoris de Sancto Severino[d] *Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

d

Paupertati veſtræ, quam voluntarie propter Dominum ſuſtinetis, ac quieti paterna in poſterum ſollicitudine D providere volentes auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut vos ad præſtationem Procurationum Legatorum Sedis Apoſtolicæ, vel Nuntiorum, aut exactionum, vel collectarum, ſeu ſubſidiorum quorumcumque minime teneamini; nec ad ea ſolvenda per litteras dictæ Sedis Legatorum, Rectorum, vel Nuntiorum ejuſdem impetratas, vel in poſterum impetrandas cujuſcumque auctoritate, quæ de præſentibus, & veſtro Ordine plenam, & expreſſam non fecerint mentionem, in perpetuum compelli aliquatenus valeatis. Nos enim decernimus irritas, & inanes *interdicti*, *ſuſpenſionis*, & *excommunicationis* ſententias,

Cauſa conceſſionis.

Cenſuræ Eccleſ. ea de cauſa latæ irritæ decernuntur.

(a) Iterum Pontifex hoc anno ſcripſit huic Canonico die 21. Julii litteras *Super proviſione &c.* datas, & infra relatas.
(b) Prædicantibus verbum Crucis: Juxta litteras *Nuper ad audientiam &c.* datas anno 1255. die 6. Auguſti Fr. Bartholomæo de Bohemia, quæ ibi leguntur.
(c) Proficisci: Legenda eſt epiſtola hujus Pontificis hoc anno 1257. die 5. Januarii Ducibus, & Crucesignatis Poloniæ, Moraviæ, & Auſtriæ ſcripta.
(d) De S. Severino: Etſi extet Oppidum *S. Severini* etiam in Provincia Terræ laboris, ac Cuſt. Salernitana, tamen hanc Bullam agere de *S. Severino* Piceni olim diœceſis Camerini, nunc autem Epiſcopatus honore coruſcante, ducitur ex eo, quod Bulla habetur in Conventu S. Franciſci Oppidi nunc Civitatis S. Severini.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1257.

Clausula prohib. &c.

tias, si quas propter hoc in vos, vel vestras aliquas, aut Monasterium vestrum contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

a Datum Viterbii xv. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [a].

Ut in Missarum Solemniis Ministri sericis indumentis uti possint. (Ex Reges. Vatic. epist. 418. apud Wadoingum in Regesto Pontif. num. 31.)

CCCXLII. Anno 1257. die 1. Julii.

ALEXANDER &c.

b c *Dilectis filiis ... Guardianis* [b], *& Fratribus Ordinis Fratrum Minorum* Neapolitan. [c] *Salutem, & Apostol. Benedictionem*.

Exordium e munificentia locis divino cultui dicatis præstanda.

LOcis pia Religione conspicuis, in quibus Divinæ gloria Majestatis frequentia devotæ laudis attollitur, & virtutum studio deservitur, debet Apostolicæ Sedis circumspecta benignitas in iis, quæ sunt honoris, & gratiæ, ad illorum decorem congruum se munificam exhibere. Hinc est, quod Nos circa vos, & Ordinem, & locum vestrum benevolum dirigentes affectum, ut in *Missarum* solemniis Sacerdos, & alii Ministri Altaris ipsius Ordinis *sericis indumentis* intra Ecclesiam vestram libere, prout moris est, uti valeant; non obstante statuto contrario ejusdem Ordinis, vobis auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei &c. Si quis autem &c.

Indulget, ut supra, & derogat statuto Ordinis.

Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii v. Nonas Julii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

A

Opprimentes Eccles. libertatem excommunicatione desigit, & Præsules Galliarum ad eam defendendam excitat. (Regest. Pontif. in Archivo Secr. Vatic. epist. 496. lib. 3. apud Rainaldum in Annal. Ecclesiast. ad hunc annum num. 54.)

CCCXLIII. Anno 1257. die 7. Julii.

ALEXANDER &c.

d e *Venerabilibus fratribus Archiepiscopis* [d], *& Episcopis* [e] *per Regnum Franciæ constitutis Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

B

Causa censuræ Eccl. vibrandæ.

IMprobis quorundam volentes, prout cum Deo possumus, refragari conatibus, qui Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, ipsarum, quantum in eis est, libertate subversa, dejicere in Divini nominis injuriam moliuntur; fel. record. Honorii [f], & Innocentii [g] Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo excommunicamus omnes illos, qui de cetero servari fecerint statuta edita, usus, & consuetudines introductas contra Ecclesiasticam libertatem, nisi ea de Capitularibus [h] suis infra duos menses post hujusmodi publicationem edicti nullatenus ulterius resumenda fecerint amoveri. Excommunicamus etiam Statutarios [i], & Scriptores statutorum, necnon Dominos, Potestates, Consules &c. [k] qui secundum ea præsumpserint judicare, vel in publicam formam scribere judicata. Cum igitur vobis præcipue, quos prædictæ libertatis propugnatores oporter esse constantes, ex officio impositæ necessitatis incumbat pro Sanctuario Domus Domini, ne in conculcationem veniat, resistere viriliter ascendentibus ex adverso, ut Ecclesia Dei adversus exteriores insultus muros fortitudinis habere probetur, non parietes inclinatos: Fraternitati

f g — & quorum ad exemplum. — C

h

i

k — D

Præsules Galliarum ad suum edictum publicandum, & observandum excitat.

(a) Etiam Gregorius IX. per litteras *Quoniam ut ait Apostolus &c.* anno 1231. die 4. Augusti huic Monasterio *Indulgentia* consuluit; vocatque *de Colpresseto*.

(b) Guardianis: Erant enim tunc Neapoli duo Fratrum Minorum Cœnobia *S. Mariæ Novæ* alterum tempore *S. Francisci*, forsan & ab ipso acceptum, in ipso littore maris prope Regis Palatium, ubi an. 1256. men. Octobri decessit *B. Augustinus* Assisias primus Provinciæ Terræ laboris Minister; alterum vero *S. Laurentii* anno 1234. acquisitum.

(c) Neapolitan.: Etsi plures extiterint hujus nominis Civitates in Attica, Palæstina, Macedonia &c. hic tamen sermo est de *Neapoli* Campaniæ, seu Terræ laboris urbe.

(d) Archiepiscopis: Quorum unus *Rothomagen.* erat *Fr. Odo Rigaldi* ex Ord. Min. sæpe in to. 1. hujus Operis commemoratus, & in hoc etiam non semel adducendus.

(e) Et Episcopis: Inter quos erat *Fr. Vivianus* Episcopus *Rutenen.*, de quo jam pluries egimus in prædicto tom. 1. pag. 449. &c.

(f) Honorii: Hujus nominis III.

(g) Innocentii: Nempe IV.

(h) Capitularibus: De quibus jam dictum est in cit. tom. 1.

(i) Statutarios: Idest Statutorum conditores.

(k) Consules &c. Ut apud cit. Raynaldum

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1257.

tati vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus edictum hujusmodi tam in Provincialibus *Conciliis*, & Episcopalibus *Synodis* [a], quam alibi per vestras Civitates & Diœceses solemniter publicantes ipsum contra eos, qui in illud commiserint, inviolabiliter observetis, & faciatis usque ad satisfactionem plenariam observari. Contradictores &c. Non obstante &c. [b]

Datum Viterbii Nonis Julii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut suam circa controversiam Studii Parisien. ordinationem publicet, & observandam curet; inobsequentesque debita pœna puniat. (Ex Vetusto Codice fol. 127. apud Waddinoum in Regest. Pontif. num 32., Boulæo tom. 3. Hist. Univers. Parisien., & Bullario Ordinis Prædic. tom. 1. Bul. 166. ex Autographo Conventus Parisien. ejusdem Ordinis.)

CCCXLIV. Anno 1257. die 14. Julii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... [c] *Episcopo* Parisien. *Salutem, & Apost. Bened.*

Hujus Constitutionis occasio.

CUM adversus Ordinationis nostræ provisionem salubrem, quæ: *Quasi lignum vitæ*: incipit, super statu *Parisien.* studii, & nonnullis articulis illud contingentibus dudum de Fratrum nostrorum consilio promulgatam [d] Seculares Magistri, & Scholares *Parisien.* per duram rebellionis contumaciam in contemptum potestatis Apostolicæ calcitrantes, ex ipsa contra dilectos filios Fratres Ordinis *Prædicatorum* offensionis, & scandali materiam, quihusdam ad hoc cæteros instigantibus assumpsissent; tandem post culpas culpis adjectas, & contemptus contemptibus aggregatos, Nuncios, & Procuratores suos ad Sedem Apostolicam destinarunt, per quos ad excusandas excusationes ipsorum, quibus se munire contra prædictæ Ordinationis observantiam conabantur, plura fuere proposita coram Nobis. Nos vero eis plenius intellectis, excusationes, & allegationes, ac quascumque appellationes ipsorum, tamquam elusorias, ineptas, & frivolas de prædictorum Fratrum nostrorum consilio repellentes sententialiter decrevimus, ordinationem præfatam, & omnia, quæ continentur in ipsa, compositione, & aliis in contrarium allegatis nequaquam obstantibus, ab omnibus Magistris, & Scolaribus Parisius existentibus, cessante contradictione qualibet, integre & inviolabiliter observari; & Apostolica rescripta, quæ super ipsius ordinationis executione, vel observatione processisse noscuntur, habere sui roboris firmitatem. Insuper adjiciendo statuimus, ut Scholares omnes tam Religiosi de Prælatorum suorum licentia *Parisius* gratia Studii quomodolibet commorantes, quam etiam Seculares, ubicumque voluerint, lectionibus, vel prædicationibus audiendis, sive quæstionibus disputandis libere valeant interesse; utque tam *Prædicatorum*, quam *Minorum* Fratres, ac Religiosi alii, qui pro tempore Parisius Doctores fuerint in Theologica facultate, ac Scholares ipsorum in societatem, coosortium, & Collegium aliorum Magistrorum, & Scholarium Parisius recipiantur plenarie; semperque in eis efficaciter habeantur: sicut ex literarum nostrarum, quæ incipiunt: *Circa frequens &c.* [e] inspectione tibi liquido innotescet. Quo circa Fraternitati tuæ per Apostolica scripta, in virtute obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna, districte præcipiendo mandamus, quatenus præsentium, & litterarum ipsarum tenores, omni occasione, & dilatione postposita, per te, vel per alios *Parisius* solemniter publicans, ordinationem, literas, & statura prædicta, & quæ continentur in eis, facias integre, & inviolabiliter observari, carissimi in Christo filii nostri Illustris *Regis Francorum* [f] ad hoc, si opus fuerit, auxilio invocato. Ne vero tantæ rebellionis vitium ulterius possit esse aliis occasio schismatis, & contumaciæ perniciosæ fomentum; omnes Magistros, & Scholares

Academici Parisienses Nuncios suos mittunt ad Papam.

Responsio, & sanctio Pontificis 1.

2.

3.

Præcipit Pontifex, ut supra.

(a) Synodis: Concilia a Synodis secernit, illa Provincialia, has Episcopales appellans.
(b) Obstante &c.: Reliqua leges apud cit. Raynaldum.
(c) Ven. Fratri ...: Reginaldo Foalej, de quo in superioribus de hac re litteris.
(d) Promulgatam: Anno 1255. die 14. April.
(e) Circa frequens &c.: Hoc anno 1257. die 12. Maji editarum.
(f) Regis Francorum: S. Ludovici IX.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

Pœna inobsequentium.

lares Seculares, & Auditores Parisius, qui expresse, ac publice non paruerint restitutioni dilectorum Fratrum Prædicatorum per fel. rec. INNOCENTIUM PAPAM IV., & postmodum per Nos factæ ordinationi, literis, sententiis, statutis, ac mandatis nostris infra unum mensem, postquam tenor præsentium, ut prædictum est, fuerit Parisius publicatus; omnibus dignitatibus, & Beneficiis Ecclesiasticis, ac officio Magistrali, prædicatione, ac doctrina privamus; ac imposterum reddimus omnino indignos, decernentes eos ab Ordinum executione, ac susceptione suspensos; eos quoque, qui occasione præsentium, aut aliarum literarum Sedis Apostolicæ pro dictis restitutione, & ordinatione servandis, seu occasione Parisiensis Studii directarum, ipsum Studium dissipare, aut turbare, seu alibi absque Sedis ejusdem speciali licentia contra tenorem ordinationis prædictæ transferre præsumpserint, excommunicationis vinculo innodamus; quos & tu per te, vel per alium excommunicatos denunties *Parisius*, & ubicumque videris expedire. Si qui vero, quod absit, prædicta non curaverint adimplere, aut alias in his contumaces fuerint, vel rebelles, seu quietis Scholarium, & Studii turbatores; tu eorum nomina, ut nominatim graviori pœna multentur, Nobis intimare procures; hoc ipsum supradicto Regi denuntians, ut ad bonorum pacem, malorumque terrorem eos, ut expedire viderit, coerceat, communicata sibi divinitus potestate. Juramenta quidem, aut obligationes quascumque a dictis Magistris, & Scholaribus, seu ab ipsorum aliquibus, & specialiter de non recipiendo ad Scholam, vel Scholasticam Societatem dictos Fratres Prædicatores, vel Scholares ipsorum Fratrum Regentium, sive alias præsumpta contra præfatam ordinationem nostram, aut aliqua eorum, quæ continentur in ipsa, seu contra statuta, vel mandata nostra, seu ipsorum aliquod, decernimus penitus non tenere. Non obstantibus appellationibus, aut occasionibus quibuscumque præteritis, vel futuris; aut etiam, quod a te dato super hoc executore a Nobis pluries appellasse dicuntur; sive processibus aliquibus, vel indulgentiis a Sede prædicta concessis, per quæ hujusmodi mandati executio impediri valeat, vel differri; aut de quibus plenam, & expressam, seu de verbo ad verbum fieri oporteat in præsentibus mentionem; seu etiam, quod dicti Fratres, quando consenserunt in compositione prædicta, renunciaverunt, ut dicitur, litteris Apostolicis impetratis, & impetrandis, quas in suo robore volumus permanere; ipsasque tibi, & eisdem Fratribus ab earum detentoribus reddi; quos ad id, si necesse fuerit, monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellas; præceptum nostrum, quod ex toto cordis affectu tibi dirigimus, taliter impleturus, quod efficacis obedientiæ gaudeamus in te promptitudinem invenisse: Alias pro firmo teneas, quod indignationem nostram sub incursu prædictæ pœnæ contra personam tuam, licet ipsam in Christo sincerissime diligamus, graviter provocabis; literis nostris: *Cunctis processibus* [a]: *Licet olim* [b]: *Ad nostram noveris* [c]: tibi alias directis a Nobis, in suo robore nihilominus duraturis: contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: quod enim super hoc inveneris, & feceris, Nobis fideliter rescribere non omittas [d].

atque perturbantium,

aut Academiam alio transferre præsumentium,

quorum nomina sibi vult intimari.

Juramenta, & obligationes eorundem sancit non tenere.

derogando appellationibus &c.

& comminando executori.

Datum Viterbii II. Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut Patriarchæ Constantinopolitani indigentiis subveniri procuret. (Ex REGES. VATIC. epist. 500. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. num. 33., & ex ARCHIVO Ordinis extante Romæ apud SS. XII. Apostolos.)

ALE-

(a) CUNCTIS PROCESSIBUS &c.: Anno 1256. die 27. Junii, de quibus supra pag. 139. ad no. (d) Bul. 201.
(b) LICET OLIM &c.: Anno eodem die 27. Junii.
(c) AD NOSTRAM NOVERIS &c.: Quæ epistula desideratur; etsi auctor novissimi Bullarii O. P. in no. 13. ad hanc Constitutionem scribit per errorem haberi sub diem 2. *Decembris* MCCLV., illa enim ibi evulgata incipit: *Ad audientiam nostram pervenit &c.*, dataque est non Episcopo Parisiensi, sed *Aurelianen.* & *Autissiodoren. Episcopis*.
(d) OMITTAS: Nonnullas hujus *Bullæ* variantes lectiones videbis in Bullario cit. Ord. Prædicat.

CCCXLV.
Anno 1257. die 15. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio ... Ministro Fratrum Minorum Provinciali de Romania [a] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Eumdem.

NEcessitatibus Venerabilis Fratris nostri .. [b] *Patriarchæ Constantinopolitani* Apostolicæ Sedis Legati tanto libeotius subvenimus, quanto idem ad præsens, prævaleote in eum Græcorum illarum partium poteotia [c], suffragio Sedis Apostolicæ magis noscitur indigere. Transmissa siquidem Nobis ex parte ipsius *Patriarchæ* petitio continebat, quod redditus Patriarchatus sui propter eorumdem Græcorum frequentes incursus sunt adeo diminuti, quod ex eis non potest juxta sui status exigentiam aliquatenus sustentari. Et cum *Patriarcha* prætactus a Prælatis, & Clericis Ecclesiarum suæ Legationis ad relevandam indigentiam hujusmodi procurationes, vel aliqua subsidia exigit, quia iidem Prælati, & Clerici procurationes, & subsidia hujusmodi sibi contumaciter exhibere recusant; dictus Patriarcha, propter hæc promulgat *excommunicationis*, *suspensionis*, & *interdicti* sententias in eosdem; sicque frequenter inter ipsum, & eosdem Prælatos, & Clericos occasione hujusmodi turbationis, & discordiæ Seminaria pullulant; unde commune Religionis negligitur commodum; & contra ipsum Patriarcham, ac alios negotium Constantinopolitani Imperii prosequentes eorumdem Græcorum feritas fortius invalescit. Quare fuit ex parte ipsius *Patriarchæ* Nobis humiliter supplicatum, ut super hoc providere opportuno remedio curaremus. Quocirca mandamus, quatenus universis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & aliis Ecclesiarum Prælatis in illis partibus pariter convocatis, cum eis prudenter dispooere, ac ordinare procures; ut eidem *Patriarchæ* tanquam eorum Capiti annuatim, quousque prætacti Patriarchatus sui redditus quiete percipere valeat; quingentas Marchas [d] argenti pro sua sustentatione ministrare procurent; eos ad hoc ex parte nostra sedulis monitis, & exhortationibus diligenter, & efficaciter inducendo; ita, quod idem *Patriarcha* filialis devotionis affectum in eis per effectum operis se gaudeat invenisse; ac propter hoc ad resistendum eisdem inimicis fortius animetur. Eam autem diligentiam, & sollicitudinem adhibeas in commisso tibi negotio exequendo, ut devotionem tuam possimus exiode merito commendare. Nolumus enim, ut iidem Prælati, quandiu easdem quingentas Marchas exolverint, per eumdem *Patriarcham* occasione alterius subsidii, vel procurationis, seu quavis alia de causa aliquatenus prægraventur. Non obstante indulgentia [e] Sedis Apostolicæ, qua Fratribus tui Ordinis est concessum, ut negotia, quæ sibi a Sede committuntur eadem, exequi minime teneantur.

Petitionis Patriarchæ CP. tenor.

Redditus Patriarchatus CP. valde immanuti.

& Eccles. Clerus subsidia præstare renuunt.

Unde inter Patriarcham, & Prælatos, Clerumque discordia.

Pontifex mandat id, quod supra,

taxans quid Patriarchæ dandum annuatim, & ad tempus.

Derogat indulto Apostolico.

Datum Viterbii Idibus Julii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Iterum jubetur inquirere super Monasterio de Fisceclo, num tale sit, ut Monialibus de Gattajola concedi queat (Ex Regesto Vatic. Epist. 79. apud Waddingum in Regel. Pontif sub annum 1258. num. 50. in Bul. incip. *Ea quæ judicio &c.*)

CCCXLVI.
Anno 1257. die 21. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Gualterotto Canonico Lucan. *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Litteras proprias hac de re dedisse significat,

SUper provisione dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monasterii de *Gattajola* [f] Ordinis Sancti Damiani Lucan. Diœcesis de aliquo Monasterio, vel loco Lucan. Episcopo non subjecto ejusdem Diœcesis desor-

(a) Provinciali de Romania. Quæ tres *Custodia Nigropontis*, Candiæque, *Thebanam*, & *Clarentiæ*, seu Peloponnesi al. Moreæ complectebatur ex divisione Provinciarum Ordinis Minorum anno 1260. a S. Bonaventura facta, & ex veteri *Provinciali Ordinis* apud Polychronicon, & Barthol. Pisanum Conform. xi.

(b) Fratris nostri ... : *Pantaleonis Justiniani* Veneti antea Sacellani Innocentii IV. ann. 1253. assumpti, & de quo Raynaldus in Annal. Eccles., & alii, ut Veneti Scriptores.

(c) Potentia: Sub eo enim Græci Duce Joanne Palæologo Imperium Constantinopolitanum recuperarunt, & Latinos expulerunt, Pantaleonique nudum Patriarchæ titulum reliquerunt.

(d) Marchas: De quibus consuli potest Fresnen. Glossarium mediæ, & infimæ latinitatis, & primus hujus Operis nostri tomus.

(e) Indulgentia: A Gregorio IX. anno 1241. data per litteras: *Quæ postposita vanitate &c.*

(f) De Gattajola: Cujus Monasterii fundatio & mentio videatur in epist. *Cupientes dilectarum &c.* 1255. die 4. Decembr.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1357.

Plebano Birbinariensi.
a
b

deformato, & non valente de facili in suo reformari Ordine facienda, Plebano de Birbinaria prædictæ Diœcesis sub certa forma dudum direximus scripta nostra [a]; & quia ipse postquam super Monasterio de *Fisceclo* dictæ Diœcesis [b], quod deformatum intellexerat, inquirere cœpit, ut si id comperteret veritati subniti, illi provideret; at juxta mandatum Apostolicum de eodem dicebatur procedere in negotio negligenter.

qui negligenter in agendo procedit.

Nos tibi dictum negotium per alias nostras [c] injunximus exequendum in virtute obedientiæ credentes, quod solerti diligentia supplere in hac parte deberes ipsius Plebani negligentiæ imperfectum.

c

Alias literas dat Pontifex suprascripto Canonico,

Quod tu, sicut accepimus, aliis deferens plus quam nobis; quin potius homini plusquam Deo, dicti Plebani negligentiam imitaris.

qui Plebani negligentiam imitatur,

Nolentes igitur, quod ulterius dicta processio protrahatur, discretioni tuæ in virtute obedientiæ, ac sub pœna suspensionis ab officio, & beneficio, quam, si parere neglexeris, te incurrere volumus; per iterata scripta, stricte præcipiendo mandamus; quatenus omni occasione, ac mora postpositis in negotio ipso finaliter procedere non omittas juxta directarum tibi priorum continentiam litterarum.

& quam Pontifex commonendo urget ad opus,

Non obstantibus quibuscumque litteris in contrarium generalibus, vel specialibus a Sede Apostolica impetratis, vel impetrandis, quibus jurisdictionem tibi commissam nolumus aliquatenus impediri.

cum obstantium derogatione.

Datum Viterbii XII. Kalen. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut de bonis suis nihil cuiquam ullo prætextu solvere teneantur. (Ex Reges. Vaticano epist. 528. apud Waddingum in Regesto Pontif. num. 34. al. epist. 558.)

ALEXANDER &c.

CCC. XLVII.

Anno 1357. die 21. Julii.

Dilectis in Christo filiabus . . . Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Catarinæ de Loculo [d] Januen. *Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

d

QUanto studiosius Divinæ contemplationi vacatis Domino famulando, tanto quieti vestræ libentius providemus.

Exordium.

Hinc est, quod cum Monasterium vestrum sincera diligamus in Domino caritate, devotionis vestræ precibus inclinati auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut de quibuscumque bonis vobis, vel Monasterio vestro a Christifidelibus in vita, vel in ultima voluntate legatis, vel legandis in posterum, nulli usque ad nostrum beneplacitum teneamini solvere aliquid prætextu cujuslibet juris Diœcesani, aut consuetudinis, seu alicujus canonicæ portionis.

Monialium precibus annuens, & indulget, ut supra.

Nulli ergo &c. nostræ Concessionis &c. Si quis autem &c.

Clausula prohib. &c.

Datum, *ut supra*.

Indulget, ut Sepultura in eorum loco, atque Ecclesia omnibus sit libera, qui tamen irretiti censuris Ecclesf., aut publici usurarii non sint. (Ex Archivo Conventus Sancti Francisci Bobien. teste Francisco Gonzaga de Orig. Religionis Francisc. par. 2. Conv. 3. Provinciæ Bononien.)

ALEXANDER &c.

CCC. XLVIII.

Anno 1357. die . . .

Dilectis filiis . . Ministro, & Fratribus Ordinis Minorum de Bobio [e] *Salutem, & Apost. Bened.*

e

CUM a Nobis petitur, quod justum, & honestum, tam vigor æquitatis &c. [f]

f

Datum . . . . Pontificatus Nostri Anno Tertio [g].

g

Fra-

(a) Direximus scripta nostra: Die 4. Decembris anno 1355., & die 30. Septembr. anno 1356.

(b) Dictæ diœcesis: At nunc diœcesis S. Miniatis, ex quo hæc Civitas Episcopali dignitate ornata fuit anno 1622. a Gregorio XV.

(c) Per alias nostras: Die 16. Junii hoc anno 1357., quæ litteræ supra suis locis vulgatæ videri possunt, & in privilegio anno 1358. die 18. Martii edito incip. *Ra que judicio &c.*

(d) De Loculo: De quo extant & aliæ hujus Pontificis litteræ hoc anno die 11. Augusti datæ, & infra publicandæ; ejus tamen initium in Annal. Minor. innotescit ex diplomate hujus Pontificis *Religiosam vitam eligentibus &c.* anno 1355. die 30 Aprilis editum.

(e) De Bobio: Urbe Liguriæ Episcopali sub Archiepiscopo Genuensi in finibus agri Placentini, & ditionis Genuensis ad flumen Trabiam inter Placentiam, & Dertonam ad Ducatum alias Mediolanen. pertinenta, quo discriminatur a *Bobio* Flaminiæ, seu *Sarsina* ita antiquitus denominata.

(f) Æquitatis &c.: Videatur *Bulla* 189. hujus Pontificis anno 1356. die 15. Maii edita.

(g) Tertio: Ut ex cit. Gonzaga colligi posse videtur: Hujus porro loci, Cœnobiique meminit Waddingus ad annum 1290. n. 27., sed tantum occasione *Indulgentia* illi a Nicolao IV. elargitæ; ceterum origo ejus adhuc ignoratur, fuitque 5. locus *Custodia Parmensis* in Provincia Bononiensi ex veteri *Provinciali Ordinis* apud auctorem Polychronici, & Pisanum Conform. 11., sæculo XV. a nostris ad FF. Minores Observantes translatum.

Fratres Tuscanen. a jurisdictione Cleri eximit; & censuras Eccles. ab eo in illos latas, vel ferendas nullas esse decernit. (Ex Archivo S. Francisci Tuscanen. apud Casimirum Romanum in Memoriis Hist. Provinciæ Romanæ Ord. Minor.)

CCCXLIX. Anno 1257. die 23. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Minoribus de Tuscan. [a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Causa scribendi, atque decernendi.

AD audientiam nostram pervenit, quod Clerici *Tuscanen.*, qui debetent pro Divina revetentia, & favote, quem vos eisdem citca animarum curam, & cultum Divinum per operis, & sermonis potentiam exhibetis, grata vobis consolationis solatia, & uberioris subventionis auxilia minifltrare; minime attendentes, quod per vestrum Ministerium salus proveniat animarum; vos variis intoletabilibus gravant injuriis; pacem vestram, & quietem, Divino timore postposito, conantes multipliciter impedire; sepultura, & indultis aliis Ordini vestro ab Apostolica Sede concessis vos uti libere nullatenus permittendo; & quasi non sufficiat eis, ut pro tanta injuria de offensa Christi, & nostra notabiles habeantut, in testimonium propriæ aviditatis, & culpæ cumulum gravioris nituntur cæca cupiditate traducti de iis, quæ vobis Fidelium pietas elargitur, aut alias Divinæ rettributionis intuitu in ultima voluntate relinquit, totum, vel pattem quamdam prætextu portionis canonicæ, & cujusdam consuetudinis, quæ apud ipsos, ut dicitur, *Paternaticum* [b] nominatur, a vobis pertinacitet extorquere in grave vestrum ptæjudicium, & scandalum Fidelium prædictorum; temere comminantes velle se in Benefactores vesttos, seu

Clerus Tuscanensis FF. Minoribus molestus.

Eorumdem gravamina.

A dantes vobis eleemosynas, aut etiam prædicationis, vel alia Causa ad locum vestrum venientes *Excommunicationis* sententias promulgare. Nos igitur, qui Ordinem vestrum, quem pro Divina reverentia Sedis Apostolicæ protegit ubique pietas, ab omni injuria reddere cupimus alienum; vos a qualibet jurisdictione omnium Clericorum *Tuscanen.* eximimus de gratia speciali; *Suspensionis*, & *Interdicti*, aut *Excommuni-*

Pontificis provisio

eximendis Fratres a Clero,

& Censuras Ecclesiæ in eos nullas decernentis.

B *cationis* sententias in vos, aut iu locum vestrum communiter, vel divisim, seu in Benefactores vestros occasione præmissorum, vel similium gravaminum, aut in venientes ad locum vestrum contta prohibitionem eorum latas, seu ferendas ab eisdem Clericis, vel ab ipsorum aliquo decetnendo irritas, & inanes; præsentibus ad Sedis Apostolicæ beneplacitum duraturis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam no-

Clausula prohib. &c.

C stræ exemptionis, & Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Viterbii x. Kalend. Augusti, Pontificatus Nostti Anno Tertio.

Confirmat concessionem Ecclesiæ S. Mariæ in Trivio ab Episcopo Ariminen. Fratribus factam. (Ex Autographo Archivi Con-
D ventus SS. Apostolorum de Urbe.)

ALEXANDER &c.

CCCL. Anno 1257. die 28. Julii.

Dilectis filiis [c] .. *Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum* Atiminen. [d] *Salutem, & Apost. Bened.*

Exordium.

JUstis petentium desideriis &c. [e] Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum cotam Nobis, Venetabilis Frater noster .. [f] Episcopus *Ariminen.* Ecclesiam

Fratrum relatio, atque supplicatio.

(a) Tuscan.: De quo loco dictum est ad *Bullam* Innocentii IV. anno 1252. die 17. Junii editam, *Quoniam ut ait &c.*

(b) Paternaticum: abest hoc vocabulum a Fresnen. Glossario med. & inf. Latin.

(c) Fratres ...: *Fr. Dominico*, ut infra in instrumento concessionis.

(d) Min. Ariminen.: Quorum locus antiquus a nonnullis ponitur extasse prope Ecclesiam S. Bartholi al. Bartholomæi, ubi volunt S.P. Franciscum circa an. 1217. hospitio receptum: ab aliis veto prope Ecclesiam S. Mariæ in Trivio eidem S. Patri post ann. 1220. oblatus. Illud certum, jam anno 1228. nostros in Civitata locum habuisse ex cujusdam legato, qui relinquit *pauperibus Christi Fratribus Minoribus in Civitate Arimini ultra Apusam permanentibus nunc, & permansuris ibidem jus & usum, quod habet in uno orto ultra dictam Apusam*: nempe minorem, quæ & *Apsella*, & *fovea Molendini* vocabatur, seu *fovea Patarena*, sicut & in presenti; nam *Aprusa*, seu Apusa major nunc vulgo *Ausa* extra Civitatem prope tamen muros fluit, & in Maxa decurrit; minor vero prope locum Frattum cernebatur, & extat, qui locus utpote in *loco Sylvestri ac nemoroso* juxta vetera hujus Cœnobii monumenta situs tunc *Eremus Fratrum Minorum*, & *Eremus S. Francisci* dicebatur ex variis legatis eidem factis usque ad ann. 1235., & a Cl. Garampo in dissert. 17. Mem. Eccles. ad Historiam B. Claræ Ariminen. n. 5. relatis.

(e) Desiderus &c.: Ut in epist. 112. hujus Pontificis anno 1251. 12. Octobr. usque *complere*.

(f) Frater noster ...: *Jacobus* ex instrumento infra legendo.

ALEXANDER PP.IV. An. Ch. 1257.

a*b

clesiam *Sanctæ Mariæ in Trivio* [a] Ariminen. a jurisdictione, ac lege Diœcesana eximens ipsam cum Domibus, horto, & Territorio sibi cohærentibus vobis, prout pertinebat ad eum [b], pia liberalitate donaverit; vosque in eorum possessionem induxerit corporalem; prout in Instrumentis publicis inde confectis, quorum tenores de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, plenius continetur. Nos vestris supplicationibus inclinati, quod super prædictis ab eodem Episcopo factum est, ratum, & gratum babentes; ac defectum, siquis, ex eo quod consensum Capituli *Ariminen.* non apparet intervenisse, in eis extitit, supplentes de plenitudine potestatis; omnia prædicta vobis, vestrisque successoribus ad usus vestros auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; tenores autem prædictorum Instrumentorum tales sunt.

Pontifex munera confirmat, ut supra.

Supplens Capituli defectum.

Instrumentum donationis, & concessionis Episc.

„ In nomine Domini Amen. Nos „ JACOBUS [c] Dei, & Apostolica gratia „ *Ariminen.* Episcopus Divino intuitu, „ & favore Religionis Ordinis Fratrum „ Minorum, quia manifeste cognovi„ mus, & oculata fide perspeximus, „ quod Ecclesia *Sanctæ Mariæ in Tri-* „ *vio* Civitatis Ariminen. loco Fratrum „ Minorum [d] Civitatis ejusdem nimium „ est contigua, & vicina [e]; & quod „ Fratres ejusdem loci absque dicta Ec„ clesia, Domibus, & hortulo, ac Ter„ ritorio eidem cohærentibus Eccle„ siam, & locum, quibus degunt, plu„ rimum angusta sentiunt, & experiun„ tur inepta; Et quia iis obtinendis, „ & loco Fratrum ipsorum uniendis „ perpendimus Summi Pontificis acce„ dere beneplacitum [f], & assensum; „ ex auctoritate Pontificalis Officii tibi „ *Fratri Dominico* Guardiano loci *Bea-* „ *ti Francisci* Fratrum Minorum de „ Arimino recipienti nomine ipsius lo„ ci, & Fratrum, & Ordinis, & pro „ ipsis Ordini, Fratribus, atque loco „ ipsam Ecclesiam *Sanctæ Mariæ in* „ *Trivio* cum Domibus, hortulo, & „ Territorio sibi cohærentibus plene „ subjicimus, & unimus; & uniendo, „ ac subjiciendo liberaliter, & irrevo„ cabiliter consetimus, & donamus a „ lege Diœcesana, & ab omnibus ju„ ribus, & pertinentiis Episcopalibus „ liberam, & exemptam; dantes tibi, „ & Fratribus loci prædicti nomine di„ cti Ordinis plenam licentiam, & li„ beram facultatem intrandi, appre„ hendendi, tenendi, & possidendi, „ vel quasi ipsam Ecclesiam cum suis „ domibus, hortulo, & Territorio, „ tam vestra auctoritate, quam per In„ vestituram, quam vobis promittimus „ tradere corporalem; ut ex nunc ex „ ipsis omnibus pro vestræ voluntatis „ arbitrio secundum datam vobis a Deo „ pru-

Fr. Dominicus Guardianus Conventus Ariminen.

(a) S. MARIÆ IN TRIVIO: *In Tribio* dicit privilegium Lucii PP. II. anno 1144. Episcopis Ariminen. collatum apud Ughellum to. 2. Ital. Sac., & Clementinum par. 1. lib. 2.

(b) PERTINEBAT AD EUM: Erat enim dicta Ecclesia juris Monasterii Pomposiani ex dicendis.

(c) JACOBUS: Adea ut cit. Ughellus, & no. (a) ad epist. 46. hujus Pontificis.

(d) LOCO FRATRUM MINORUM: Quorum Ædiculam, sive Oratorium ferunt dicatum primitus fuisse *Christo Domino*, non autem *S. Antonio Abbati*, ut aliqui tradiderunt: hæc enim anno 1348. tempore magnæ pestis aucta, & amplixta titulum quoque mutavit ex lapidea inscriptione exteriori muro prope januam dictæ Ecclesiæ affixa in hunc modum:

✠ ANNO MCCCXLVIII. A KALENDIS IUNII USQUE AD KALENDAS NOVEMBRIS IN LOCO FRATRUM MINORUM DE ARIMINO, UT NOTATUM EST A FIDA DIGNIS, SEPULTA SUNT CIRCA VIGINTI QUATUOR CANTANARIA HOMINUM DEFUNCTORUM NATURALITER UTRIUSQUE ÆTATIS ET SEXUS, PRO QUORUM ANIMABUS FACTUM EST HOC OPUS AD HONOREM SANCTI ANTONII ABBATIS:

legitur hæc apud multos depravata, apud Clementinum vero memoratum par. 2. lib. 6. p. 49., & lib. 7. p. 115. dicitur posita a Galeotto Pandulfi Malatestæ Principis filio: Postea cursu temporis nomen etiam mutavit, & *S. Crucis* dici cœpit, tandemque Redemptionis captivorum vulgo *il Riscatto*: sed de his alias.

(e) VICINA: Distabat enim, quantum est jactus lapidis: unde verior opinio illorum apparet asserentium veterem, primumque nostrorum locum extasse prope Ecclesiam *S. Mariæ in Trivio*, non apud illam S. *Bartholomæi*: si enim, antequam daretur Ædes S. Mariæ, erat jam locus Fratrum ei vicinus; quandonam ex illo S. Bartholomæi ad istum S. Mariæ translati dicentur? hinc primus legatur anno 1225. recte prænunciavit *Fratribus Minoribus permanentibus nunc, & permansuris ibidem*; nam hactenus Fratres nostri locum illum retinere noscuntur.

(f) PONTIFICIS ACCEDERE BENEPLACITUM: Scripserat jam anno 1255. Pontifex Abbati Pomposiano, cujus Monasterii juris erat Ecclesia S. Mariæ in Trivio, pro loco Fratrum Minorum dilatando; cumque Episcopum (cui etiam fortasse hoc ipsum significaverat) & Abbatem morosos deprehenderet, sequenti anno mense Octobri Anagniæ litteras dedit Episcopo Montis Feretri, ut soluto loci æstimati pretio, si Abbas recusaret, per censuram Eccl. cogeretur ex Adimario, & Clementino Hist. Arimin. par. 1. lib. 4. ad ann. 1257.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1257.

„ prudentiam disponatis; & ipsam Ec- A „ clesiam, & Domos ejus diruere, ac „ earum rudera in meliorationem, & „ ampliationem, atque constructionem „ Ecclesiæ, & domorum loci vestri con- „ vertere valeatis. Quam unionem, „ subjectionem, concessionem, dona- „ tionem, libertatem, exemptionem, „ licentiam, & omnia, & singula præ- „ dicta, per Nos, nostrosque Successo- „ res promittimus tibi *Fratri* supradi- „ cto recipienti nomine dictorum Fra- B „ trum, loci, & Ordinis rata habere „ perpetuo, & non contravenire, nec „ corrumpere, nec attentare de jure, „ vel de facto; sed auctorizare, & de- „ fendere in Romana Curia, & extra „ ab omni persona, Universitate, & „ loco sub pœna centum librarum Ra- „ vennaten.[a] per stipulationem præ- „ missa; & pœna soluta, vel ommissa „ præsens pagina nihilominus in sua „ firmitate perduret. Actum in Epis- C „ copatu Arimini, præsentibus Domi- „ no Raynerio de Lauditorio, Domino „ Bensio, & Domino Nicolao Follis „ Judicibus, Berardo de Ripabassana „ Notario, & aliis pluribus Testibus „ vocatis, & rogatis sub anno Domini „ MCCLVII. Indictione XV. die Sabathi „ Nono Mensis Junii tempore Domini „ ALEXANDRI PAPÆ IV. Et ego Fredericus „ filius quondam Magistri Bencevenne „ Medici Imperiali auctoritate Nota- D „ rius, prædictis omnibus interfui, & „ rogatus scripsi, & publicavi. "

a

Testes rogati.

Anno 1257. die 9. Junii.

Instrumentum immissionis in possessionem loci.

Anno 1257. die 9. Junii.

„ In nomine Domini Amen. Anno „ ejusdem MCCLVII. Indictione XV. tem- „ pore Domini Alexandri Papæ IV. „ die Sabathi IX. Mensis Junii. Vene- „ rabilis Pater Dominus JACOBUS Dei „ & Apostolica gratia Ariminen. Epi- „ scopus ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ „ in Trivio Civitatis Arimini persona- E „ liter accedens induxit *Fratrem Do- „ minicum Guardianum* loci Fratrum „ Minorum de Arimino nomine Ordi- „ nis, & dictorum Fratrum, & loci in „ corporalem Tenutam; & possessio- „ nem, vel quasi ei tradidit de dicta „ Ecclesia, Pannis Altaris, libris, pa- „ ramentis, hostiis, feraturis, & de „ Domibus ejusdem, & hortulo, & „ Territorio tradendo, & ponendo in „ manibus ejus hostia Domorum cum „ feraturis, arbores hortuli, & Ter- „ ram ipsius pro possessione, vel quasi, „ & Investitura omnium prædictorum. „ Actum ad Ecclesiam supradictam præ- „ sentibus Domino Raynerio de Lau- „ ditorio[b], Domino Bensio, & Domino „ Nicolao Follis Judicibus, Domino „ Ugolino Nicolæ, Domino Jacobo „ Guiscardino, Domino Palmerolo de „ Rubeis, & aliis pluribus Testibus vo- „ catis ad hoc. Ego Fredericus filius „ quondam Magistri Bencevenne Me- „ dici Imperiali auctoritate Notarius „ prædictis omnibus interfui, & roga- „ tus publicavi scribens, & me subscri- „ bens. " Nulli ergo omnino homi- num liceat hanc paginam nostræ supple- tionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis au- tem hoc attentare &c.

Testes rogati.

b

Clausula Pontificia prohib. &c.

Datum Viterbii v. Kalen. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Tertio.[c]

c

Ut adsit Episcopo Parisien. pro executione eorum, quæ a Sede Apostolica sunt statuta. (Ex vetusto CODICE fol. 128., & FIRMAMENTIS trium Ordin. par.2. tom. 1. fol.14. apud WADDINGUM in Reges. Pontif. n. 35., BOULÆO tom.3. Hist. Univers. Parisien., & BULLARIO Ord. Prædicat. tom. 1. Bul.171. Alexandri IV.)

ALEXANDER &c.

CCCLI.

Anno 1257. die 12. Julii.

Carissimo in Christo Filio... Regi Francorum[d] *illustri Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

d

Exordium a pietate, & charitate Regis.

BONA meritoria, per quæ virtutum Domino placere desideras, religiosa multiplicat dilectionis caritas, qua humiles, religiosasque personas, in quibus Divinæ pacis spiritus requiescit, humiliter amplectitur mansuetudinis Regiæ celsitudo. Hoc quippe in cælis ad mercedis cumulum tibi signanter pura reponit intentio, quam pia desideriorum tuorum studia manifestant. Hoc velut insi-

(a) LIBRARUM RAVENNATEN.: pro quibus consule Bullam 133. hujus Pontificis no. (b) pag. 91.

(b) DE LAUDITORIO: Oppido diœcesis Ariminen.

(c) De hoc Cœnobio extat & Bulla infra legenda anno 1259. 29. Septembr. edita.

(d) REGI FRANCORUM: S. Ludovico IX,

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

FF. Prædicatores, & Minores sub Regio patrocinio.

insigne imitationis exemplar Fidelibus aperte proponitur ad profectum. Propterea, si pro dilectis filiis *Prædicatorum*, & *Minorum Ordinum* Fratribus, qui Parisius in prædicatione, & doctrina Evangelii laborantes in refrigerii tui consolatione respirant, protectionis Regiæ præsidium imploramus; credimus, quod nostræ petitionis instantia cum tuo voto concurrens regale auditum, aut animum non gravabit. Sane licet iidem *Fratres* in executione mandatorum Apostolicorum [a], quæ super statu studii ad convertendam, seu conterendam sæcularium Magistrorum, & Scholarium Parisien. duritiam emanarunt, promptum invenerint auxilium Regiæ potestatis; super quo, & ipsi pro te Deo humilia pro tua salute vota persolvunt; & Nos tuæ Celsitudini gratias agimus copiosas. Quia tamen quamdam tulimus de novo sententiam, & statuta condidimus [b], quibus turbatorum studii *Parisien.* cohibetur improbitas; & ipsis *Fratribus*, ac aliis studium diligentibus sanctæ quietis tranquillitas providetur; Sublimitatem tuam rogamus, & hortamur in Domino, ac in remissionem tibi injungimus peccatorum, quatenus Venerabili Fratri nostro ... Episcopo *Parisien.*, cui prædictorum sententiæ, & statutorum executionem commisimus, promptum, & favorabile super hoc contra inobedientes, & rebelles, ac quietis studii turbatores, & præfatorum *Fratrum* vexatores præstare brachii tui cures auxilium; quo pax muniatur humilium, & insolentium cervicosa pertinacia confringatur, excludendo a Regno Franciæ, vel alias coercendo, prout videris expedire; ac memoratos *Fratres* manus Regia præpotenti virtute ab omni molestia protegat, & defendat; vivantque regio culmine tuti, & sub tua protectione securi, inter inquietos pacifici, inter improbos innocentes, preces nostras in hac parte sic efficaciter impleturus, quod Nos, qui eas tibi ex cordis affectu dirigimus, voti nostri plenitudinem consecuti tuis, cum opportunum fuerit, libentius annuamus [c].

Rogat Pontifex Regem, ut supra notatum est.

& Fratres supradictos Regiæ tutelæ plurimum commendat.

Datum Viterbii II. Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Indulget, ut ipsæ, earumque Oblati a qualibet excommunicationis sententia absolvi possint ab earum Capellano, vel Visitatore. (Ex AUTOGRAPHO Monasterii SS. Naboris, & Felicis Bononien.)

ALEXANDER &c.

CCCLII. Anno 1257. die 5. Augusti.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monasterii S. Francisci de Bononia [d] *Ordinis S. Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

DEvotionis vestræ merita Nos inducunt, ut vos favore benevolo prosequentes specialem vobis gratiam faciamus. Hinc est, quod Nos vestris supplicationibus inclinati, ut a qualibet *excommunicationis* sententia *Canonis* [e], quam vos, vel *Oblati* [f] Monasterii in eo continue commorantes hactenus incurristis; & ab illa etiam, quam forte de cetero incurretis, *Capellanus* Ecclesiæ jam dicti Monasterii, seu *Visitator*, qui eidem Monasterio fuerit pro tempore deputatus, juxta formam Ecclesiæ vos, & ipsos Oblatos absolvere valeat, vobis auctoritate præsentium indulgemus; nisi adeo fuerit gravis, & enormis excessus, quod super hoc Sedes Apostolica sit merito requirenda, ut iidem *Oblati* ad Sedem ipsam pro absolutionis beneficio sint mittendi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Precibus Monialium annuens indulget, ut supra,

conditione apposita.

Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii Nonis Augusti, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Inter-

(a) MANDATORUM APOSTOLICORUM: Nempe Bullæ, quæ incipit: *Quasi lignum vitæ &c.* anno 1255.
(b) STATUTA CONDIDIMUS: Videlicet *Cives frequens quotidiana &c.* hoc anno die 13. Maji edita.
(c) ANNUAMUS: aliquot hujus epistolæ variantes lectiones notavit auctor novi Bullarii O. P.
(d) MONASTERII S. FRANCISCI DE BONONIA: De quo videatur privilegium Innocentii IV. *Religiosam vitam eligentibus &c.* anno 1252. die 25. Februar. concesso, & supra to. 1. publicato p. 596.
(e) SENTENTIA CANONIS: in sacris nempe Canonibus legenda ideoque major, & a jure prolata, & uni Rom. Pontifici reservata.
(f) OBLATI: De quorum vario genere egit Benedictus XIV. Pontif. Max. in Synodo Diœces. lib. 6. cap. 3. num. 3. & seq., & Autores nuperrimi Annal. Ord. Prædicat. tom. 1. ad ann. 1209. n. 32. & seqq.

A

Interdicit ei ingressum in Franciæ Regnum sine licentia Sedis Apostol., ut & docere, & prædicare alicubi. (Ex WADDINGO in Annal. Minor. ad hunc annum num. 5., BULLARIO Ord. Prædicat. tom.1. Bul. 173. Alex.IV., & BOULÆO tom.3.Hist.Univerf. Parisien., necnon FIRMAMENTIS trium Ordinum S.P.F. part.2. tract.1. fol. 15.)

CCCLIII. Anno 1257. die 9. Augusti.

ALEXANDER &c.

a *Guillelmo de Sancto Amore* [a] *in bonum dirigere gressus suos.*

Causa procedendi.

CUM propter multiplices culpas, & grandes offensas, quas temetarie commisisti, & specialiter propter
b *Libellum* [b] perniciosum, & detestabilem a te compositum, & per Nos olim de Fratrum nostrorum consilio reproba-
c tum, & in perpetuum condemnatum [c] merueris graves pœnas; volumus, & per Apostolica scripta in virtute obedientiæ sub debito juramenti, quod præstitisti de stando præcise mandatis nostris; necnon & sub excommunicationis, & privationis perpetuæ ab officio, & beneficiis pœnis, quas eo ipso te incurrere volumus, si contra hujusmodi præceptum nostrum venire tentaveris; salvis aliis mandatis tibi faciendis a Nobis, districte præcipiendo mandamus, quatenus nullo umquam tempore Regnum *Franciæ* absque Sedis Apostolicæ speciali licentia intrare præsumas; & nihilominus omnem docendi, ac prædicandi auctoritate Apostolica perpetuo interdicimus facultatem, ita quod nec docere alicubi, nec unquam alicui Cleto, vel Populo sine ipsius Sedis permissione de cæteto audeas prædicare.

Sententia gravis in Guillelmum de Sancto Amore.

Pœna exilii irrogatur.

eique docendi, & prædicandi facultas adimitur.

d Datum Viterbii v. Idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno Tertio [d].

Tom.II.

Ne Guillelmo de Sancto Amore permittat ingressum in Regnum Franciæ, ut ipse a se petierat, & ut Fratres Ord. Prædicat., ac Minorum commendatos habeat. (Ex FIRMAMENTIS trium Ord.tract.1. par.2.fol.15. apud WADDINGUM in Regest.Pontif. n.36., BOULÆO tom. 3. Hist. Univerf. Parif., & BULLARIO Ord. Prædicat. tom.1. Bul. 174. Alex. IV., necnon ex COMPENDIO Bullarii Rom. a Fl.Cherubino edito n.VIII.)

B

CCCLIV. Anno 1257. die 11. Augusti.

ALEXANDER &c.

Carissimo in Christo filio illustri Regi Franciæ [e] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* e

CUM propter multiplices culpas, & grandes offensas, quas Guillelmus de Sancto Amore temerarie commisisse dignoscitur; & specialitet propter *Libellum* perniciosum, & detestabilem ab ipso compositum, cujus prin-
C cipium: *Ecce videntes clamabunt foris*: & Titulus: *Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum*: dicebantur; ac per Nos olim de Fratrum nostrorum consilio reprobatum, & in perpetuum condemnatum [f] meruerit graves pœnas, eidem Guillelmo nostris in virtute obedientiæ sub debito juramenti, quod præstitit de stando precise mandatis nostris; necnon sub excommuni-
D cationis, ac privationis perpetuæ ab officio, & beneficiis pœnis, quas eo ipso eum incurrere volumus, si contra hujusmodi præceptum nostrum venire tentaverit; salvis omnibus aliis mandatis nostris, quæ sibi forsitan viva voce fieri fecimus; aut Nuncio, vel litteris duxetimus facienda; districte dedimus litteris [g] in præceptis, ut nullo umquam tempore Regnum Franciæ intrare præsumat; & nihilominus omnem docendi;
E ac prædicandi sibi auctoritate Apostolica perpetuo interdiximus facultatem; ita quod nec docere alicubi, nec um-

Causa scribendi, atque rogandi.

Tractatus, seu libellus Guillelmi de Sancto Amore contra FF. Mendicantes

f reprobatus, & damnatus a Pontifice,

g cujus autor exilio punitur.

(a) GUILLELMO DE SANCTO AMORE: Doctori Theologo Parisien., & præcipuo hujus causæ contra FF. Mendicantes patrono.

(b) LIBELLUM: *De periculis novissimorum temporum* toties in epistolis hujus Pontificis supra relatis memoratum.

(c) CONDEMNATUM: Anno superiori die 5. Octobris edita *Bulla: Romanus Pontifex &c.* Anagniæ.

(d) Mortuo Alexandro, quem suum persecutorem opinabatur, tentavit Clementem illius successorem anno 1266. an eum flectere posset alio exhibito Libello, ut ex ejusdem Clementis litteris ad eum a Waddingo vulgatis ad prædictum annum num. 9. apparet; sed nihil obtinuisse ex eisdem elicitur, & quod multi tradant obiisse eum in sua pertinacia.

(e) REGI FRANCIÆ: *S. Ludovico* IX.

(f) CONDEMNATUM: Præterito anno, ut in præcedenti epistola.

(g) DEDIMUS LITTERIS: Biduo ante istas, quæ ibi relatæ sunt.

quam alicui Clero, vel populo de cætero audeat prædicare. Cum igitur Nos Celsitudo Regia rogaverit, sicut a tua credimus memoria non elapsum, ut eidem Guillelmo prædicti Regni interdiceremus ingressum; & Nos hoc, prout expressum est superius, duxerimus faciendum; Serenitatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatenus præfatum Guillelmum Regnum ipsum intrare nullatenus patiaris. Et quia pro certo novimus, quod dilectos filios *Fratres Prædicatores*, & *Minores* speciali favore prosequeris, super quo te dignis in Domino laudibus efferentes gratiarum tibi multiplices referimus actiones; Magnificentiam tuam omni, qua possumus, affectione rogamus, quatenus eosdem *Fratres* pro CHRISTI reverentia, cujus sunt deputati obsequiis, habens benignitate solita commendatos, eos a quorumlibet injuriis, & molestiis protegas, & defendas [a]; ita quod, tua potentia communiti pace quieta, & quiete pacifica pacis auctori valeant famulari.

Jam Rex ipse Pontificem de hac re rogaverat.

Nunc & Pontifex ipsum Regem rogat, & hortatur.

& FF. Prædicatores, & Minores ei plurimum commendat.

Datum Viterbi II. Idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut Monasterio de Loculis bona injuste detenta restitui faciat. (Ex REGES. VATICANO epist. 591. apud WADDINGUM in Regesto Pontif. num. 37.)

CCCLV. Anno 1257. die 12. Augusti.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio . . . Præposito Ecclesiæ Sancti Donati Januen. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Monialium recursus, ac supplicatio.

EX parte dilectarum in Christo filiarum . . . Abbatissæ, & Conventus Monasterii Sanctæ Catarinæ [b] *de Loculo Januen.* [c] Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis fuit Nobis humiliter supplicatum, ut cum sæpe contingat detineri possessiones, & alia bona, quæ devolvi debent ex personis Sororum ejusdem loci ratione successionis, vel dotis, sive legati, aut eleemosinæ, seu ex aliis causis ad Monasterium memoratum; & grave sit eis ad Nos pro singulis habere recursum, & coram diversis Judicibus experiri, ipsis super hoc dignaremur misericorditer providere. Quocirca mandamus, quatenus quoties a dictis . . . Abbatissa, & Conventu fueris requisitus, cognito de iis sine strepitu judicii, eis restitui facias bona ipsa a detentoribus eorumdem. Contradictores &c. Testes autem &c.

Mandat Pontifex ut supra.

Datum, *ut supra.*

Ut Monasterium de Logano collapsum uniat alteri Clarissarum de Loculo Genuen. (Ex REGES. VATIC. epist. 590., & ex eo WADDINGUS in Regest. Pontif. num. 38.)

CCCLVI. Anno 1257. die 12. Augusti.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri . . Episcopo Albiganen. [d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Commissionis causa.

INTELLECTO, quod Monasterium Monialium *Sancti Joannis de Logano* [e] Ordinis Sancti Benedicti tuæ Diœcesis tibi pleno jure subjectum, in quo quædam Moniales dissolutæ morantur; & quod consueverat non modica bonorum ubertate florere, adeo est in spiritualibus, & temporalibus sine spe resurgendi collapsum, quod non potest aliquatenus in suo Ordine reformari; Nos ad dilectas in Christo filias . . . Abbatissam, & Conventum Moniales Sanctæ Catarinæ *de Loculis* [f] Januen. Ordinis Sancti Damiani propter ipsarum penuriam gerentes compassionis affectum, præcipue quod earum Religio clara, & approbata suis fructibus intimis Ecclesiasticæ maternitatis amplexibus est fovenda; necnon volentes ex hoc ipsas prosequi speciali gratia, & favore, fraternitatem tuam, quam ad hoc esse promptam

Monasterium de Logano O. B. collapsum.

Laus Religionis Clarissarum.

(a) ET DEFENDAS: Hos enim Fratres in oculis Magistrorum Universitatis Parisien. potissimum extitisse constat, quos vel omnino ab illa exclusos, vel legibus suis subjectos, depressosque volebant, & ideo defensione & quidem Regia, ac Pontificia indigebant.

(b) S. CATARINÆ: De quo Monasterio agitur etiam in *Bulla* 51. anno 1255 die 30. Aprilis edita.

(c) DE LOCULO: N. V. Raynaldus Spinula *de Luculo* civis Genuensis memoratur in Regesto Pontif. Clementis V. apud Waddingum ad ann. 1309. n. 18.

(d) EPISCOPO ALBINGAN.: Fr. *Lanfranco* de Nigro Albingan. ex Ordine Minorum, de quo videatur Bulla 23. hujus Pontificis.

(e) S. JO. DE LOGANO: Cujus nulla mentio in Annal. Benedict. occurrit.

(f) S. CATHARINÆ DE LOCULIS: Al. *de Loculo*, ut in præcedenti epistola, & in aliis.

A ptam credimus, rogamus attente per Apostolica scripta tibi districtæ præcipiendo mandantes, quatenus prætactum Monasterium *de Logano* cum omnibus suis possessionibus, & pertinentiis, ac aliis suis appendiciis positis juxta illud, & ornamentis ipsius auctoritate nostra eisdem Abbatissæ, & Conventui devote sub Ordinis tui observantia [a] Domino famulantibus ob reverentiam Apostolicæ Sedis, & nostram in perpetuos usus assignans eas, vel Procuratorem earum in prætactorum possessionem corporalem inducere, ac inductas defendere per te, vel per alium postponas [b]; amotis exinde Monialibus, quæ sunt ibi, & per alia Ordinis sui Monasteria, aut in earumdem Sanctæ Catharinæ Monasterio congrue collocatis. Contradictores per censuras Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo; non obstante Apostolicæ Sedis indulgentia quibuscumque concessa, per quam hujusmodi effectus impediri valeat, vel differri; & de qua plenam, & expressam oporteat in litteris nostris fieri mentionem [c].

Mandat Pontifex, ut supra.

Derogando Indultis Apostol.

Datum Viterbii II. Idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno Tertio [d].

De Guillelmo de Sancto Amore interdictum esse ingressum in Franciæ Regnum publicet; & si ille contrafecerit, etiam excommunicatum denunciet. (Ex FIRMAMENTIS trium Ord. par. 2. tract. 1. fol. 15. apud WADDINGUM in Reges. Pontif. n. 39, BOULÆO tom. 3. Hist. Univers. Paris., & BULLARIO Ordin. Prædicat. tom. 1. Bul. 178. Alexand. IV.)

CCLVII. Anno 1257. die 21. Augusti.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri.. Episcopo Parisien.[e] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Causa scribendi, & committendi.

CUM propter multiplices culpas, & graves offensas &c.[f] Ideoque Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus in Ecclesia Parisien., & alibi etiam, ubi videris expedire, per te, vel per alium prædicta publicare procures; & si tibi constiterit, quod dictus *Guillelmus* contra tale præceptum nostrum in aliquo venire præsumpserit; tu denuncians ipsum excommunicatum, perjurum, & perpetuo ab officio, & beneficiis privatum; injungasque illis, ad quos beneficiorum suorum collatio pertinet, ut eadem beneficia, si qua eum habere contigerit, personis idoneis, & Ecclesiæ Romanæ devotis conferant, & assignent. Denuncies etiam publice dilectis filiis Universitati Magistrorum, & Scholarium Parisien., quod non pro eo, quod idem *Guillelmus* Universitatem ipsam defendit; aut quod pro eo forsan in Francia, vel apud Sedem Apostolicam laboravit; cum Magistros, & Scholares prædictos tamquam nobilia Ecclesiæ membra sinceritatis præcipuæ affectibus prosequamur; sed pro præfatis excessibus, & præcipue pro prædicto detestabili a Nobis damnato *Libello* [g] sic contra eum processimus; & si adhuc id exegerit pertinacia contumacis, gravius auctore Domino procedemus: latas autem alias in ipsum de mandato nostro suspensionis, vel privationis beneficiorum suorum sententias volumus in suo robore firmitatis persistere. Contradictores, si qui fuerint, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescas.

Mandat Pontifex ut supra.

Eisdem mandatum ad Universitatem Parisien.

Guilelmus S perit. non gravius puniendus.

Datum Viterbii x. Kal. Septembris [h], Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Sacram Alvernæ Montis ædem annuatim in diebus B. Virgini Mariæ dicatis devote visitantibus Indulgentia confertur. (Ex AUTOGRAPHO in Chartophilacio Cœnobii dicti Montis, teste GONZAGA par. 2. Con. 17. Prov. Tusciæ, WADDINGO ad annum 1213 n. 51., PETRO DE ALVA in Indic. Bullarii Seraph., & auctore Supplementi Annal. WADDINGI ad annum 1257. n. 2.)

ALE-

(a) SUB ORDINIS TUI OBSERVANTIA: ex quibus confirmatur, Episcopum fuisse *Ordinis Minorum*.
(b) POSTPONAS: Leg. *non postponas*: ita enim commissionis tenor exquirit.
(c) De hoc Monasterio de *Logano* reformando vide infra Bullas 9. Novemb. 1259. & 8. Febr. 1260.; ex quibus apparet Episcopum nihil agere voluisse primo, & iterum jussum, nec nisi coactum censuris accessisse.
(d) Post has litteras Pontifex alias dedit eidem præcipiendo; cumque nil fieret, scripsit Archiepiscopo Genuensi, qui nihil & ipse egere voluit: demum litteras direxit R. Canonico Theatino, cui repugnante Episcopo non successit exitus: his autem tribus epistolis caremus ex cit. epist. 9. Novemb. 1259., & 8. Febr. 1260. datis.
(e) VEN. FRATRI...: *Reginaldo Fontej*; de quo supra in aliis epistolis.
(f) GRAVES OFFENSAS &c.: ut in superius allata epistola Regi Franciæ directa hoc anno die 11. Augusti usque ad illa: *audeat prædicare*.
(g) DAMNATO LIBELLO: *De periculis novissimorum temporum*.
(h) X. KALEND. SEPTEMBR.: Al. Kalendis Septembris, & x. Kalend. Octobr., alias variantes lectiones leges apud Bullarium cit. Ord. Prædicat.

Alexander PP. IV. An. Ch. 1257.

CCCLVIII. Anno 1257. die 1. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . . Guardiano, & Fratribus Ordinis Minor. Montis Alvernæ [a] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

a b SANCTORUM meritis inclyta gaudia &c.[b] Ad promovenda igitur hujusmodi gaudia causam dare Fidelibus populis cupientes omnibus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam vestram in Solemnitatibus *B. Mariæ Virginis* [c], & per octo dies sequentes cum devotione & reverentia visitaverint annuatim &c. *centum dies* &c.[d]

Datum Viterbii Kalendis Septembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Compositionem inter Episcopatum, & Monasterium Montis Sancti Tudertini super Ecclesiis olim Monasterii S. Leucii peractam adlucit, & confirmat. (Ex Autographo sub plumbo in Archivo dicti Monasterii nunc S. Francisci Tudert.)

CCCLIX. Anno 1257. die 5. Septembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . . Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Mariæ Montis Sancti Tudertin.[e] *Diœc. Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Controversiæ status.

DUDUM inter vos ex parte una, & venerabilem fratrem nostrum . .[f] Episcopum *Tudertin.* super quibusdam *Ecclesiis*, & *Capellis* Tudertin. Diœc.[g], quas dicebatis ad vestrum Monasterium pertinere, ex altera quæstione suborta[h]: demum mediantibus bonis viris inter vos, & eundem Episcopum, Capituli sui ad id accedente consensu, super eisdem Ecclesiis, seu Capellis compositio amicabilis intercessit; prout in instrumento publico super hujusmodi compositione confecto eorundem Episcopi, & Capituli munito sigillis, cujus tenorem de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, plenius continetur. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati compositionem hujusmodi ratam habentes & gratam; ac supplentes defectum, si quis in illa extitit, de Apostolicæ plenitudine potestatis illam auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, decernentes irritum & inane, quicquid contra compositionem eandem per quemcunque contigerit attentari. Tenor autem prædicti instrumenti talis est.

Pontifex ut supra confirmat.

Instrumentum compositionis.

„ In Nomine Domini Amen. Anno . . .[i] millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo Indictione quintadecima tempore Domini Alexandri PP. quarti die undecima exeunte Augusto. Cum inter venerabilem Patrem Dominum *Petrum* miseratione Divina Episcopum Tudertin. nomine Episcopatus Tudertin. ex una parte, & Dominam *Thomassam* Abbatissam, & Conventum Monasterii Sanctæ Mariæ Montis Sancti siti prope Tudertin. Civitatem Ordinis Sancti Damiani nomine ipsius Monasterii, & pro ipso ex altera lis aliquando, & controversia verteretur super quibusdam Ecclesiis, seu Capellis, quæ tales sunt: scilicet Ecclesia *Sancti Johannis in Plano*, Ecclesia *Sanctæ Agathæ* [k], Ecclesia *Sanctæ Mariæ de Gradellis*, Ecclesia *Sancti Sixti de Naja*, Ecclesia *Sancti Laurentii de Puliano*, Ecclesia *Sancti Johannis de Lametato*, Ecclesia *Sancti Jacobi de Scelea*, Ecclesia *Sancti Angeli*, quæ dicitur Eremus de Mastro-Iuulte; Ecclesia *Sanctæ Mariæ de Collegatone*, Ecclesia *Sancti Laurentii de Loreto*, Ecclesia *Sancti Zenonis* prope Lauretum, Ecclesia

i Anno 1257. die 21. Augusti.

Ecclesiarum S. Leucii recensio.

(a) Montis Alvernæ: De quo vide *Bullam* 211. anno 1256. sub mense Julio editam.

(b) Gaudia &c.: Ut in *Bulla* 172. eodem anno 1256. die 4. Martii.

(c) B. Mariæ Virginis: Narrant enim prædicti Gonzaga, & Waddingus n. 31. Comitem Orlandum Montis prædicti dominum, donatione S. P. Francisco facta, jussisse parvam Ecclesiam S. Mariæ Angelorum faciam ibi ædificari juxta formam a B. Francisco traditam.

(d) Centum dies &c.: Ut in *Bullis* similibus hac de causa editis.

(e) Montis Sancti Tudert.: De quo loco alia duo hujus Pontificis diplomata *Religiosam vitam &c.*, & *Grato Deo Religionis* præmissa sunt.

(f) Fratrem nostrum . . .: *Petrum*, ut infra, de Comitibus Rom., vel Anagninis, de quo dictum est ad Constitutionem: *Quanto amplius &c.* anno 1254. die 28. Decemb. (c)

(g) Ecclesiis, et Capellis Tudert. Diœc.: Legendis in diplomatibus *Grato Deo Religionis*, & *Religiosam vitam &c.* Innoc. IV. & hujus Alexandri.

(h) Quæstione suborta: Quam ob rem utrque Pontifex emisit prædictum diploma *Grato Deo Religionis &c.*

(i) Anno . . .: *A Nativitate Domini* supplendum videtur.

(k) Ecclesia S. Agathæ: In diplomatibus cit. *Grato Deo Religionis*, & *Religiosam vitam &c.* loco hujus Ecclesiæ legitur illa *S. Hilarii de Riparola*; unde cum inferius dicatur S. *Agatha de Ripajolis*, liquet eamdem esse sub duplici titulo.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1257.

,, clesia *Sancti Cataldi* juxta Amatam, Ecclesia *Sancti Martini* de Puliano, Ecclesia *Sancti Salvatoris* de Montione, Ecclesia *Sancti Christophori*, Ecclesia *Sancti Laurentii* de Porclano, & Ecclesia *Sancti Benedicti* de Tuderto sita in regione Camuciæ, quæ Monasterio quondam *Sancti Leucii* pertinere dicebantur, & nunc ad ipsum Monasterium *Montis Sancti* pertinere dicuntur in juribus pluribus, variis, & diversis; & quæ etiam Episcopatui Tudertin. in juribus Episcopalibus, & aliis specialibus pertinere videntur [a]: nec jura ipsa varia, & diversa de facili decerni, vel declarari possint, quo altera pars de jure obtineat, vel obtinere debeat in eisdem. Et ut deinceps inter ipsum Episcopum, ac Episcopatum Tudertin., & ipsum Monasterium *Montis Sancti*, Abbatissam, & Conventum ejusdem super ipsis Ecclesiis, seu Capellis, juribus, & pertinentiis ipsarum occasione jurium omnium, quæ pars altera in eisdem habuisse dicebat, & conabatur habere, omnis litium, controversiarum, ac disceptationum materia prorsus tollatur: & perpetua concordia, pax, & unitas finita sit, & vigeat inter ipsos: idem Dominus *Episcopus* nomine Episcopatus Tudertin. de consensu Domini Rustici Prioris, & Capituli Ecclesiæ Tudert. in Ecclesia ipsa præsentium ad hoc vocatorum nomine ipsius Episcopatus, & pro parte ejusdem, & Benacoltus *Oliverii* Sindicus, & Procurator præfati Monasterii ad infrascripta facienda specialiter constitutus, ut patet publicis instrumentis manu mei Johannis Notarii infrascripti, & manu Egidii Notarii scriptis, vice, & nomine dicti Monasterii, Abbatissæ, & Conventus ejusdem pro parte ipsorum Monasterii, Abbatissæ, & Conventus communi eorum plena concordia, & voluntate, plano animo, nulla vi, vel dolo, sine calliditate aliqua, seu malo ingenio ducti, sed propria eorum & spontanea voluntate ad talem de præmissis devenerunt concordiam, compositionem, & pacem præsente, & volente Fratre *Andrea* familiare Domini Papæ, videlicet quod octo ex dictis Ecclesiis videlicet Ecclesia *Sancti Johannis in Plano*, Ecclesia *Sanctæ Agathæ de Ripajolis* [b], Ecclesia *Sanctæ Mariæ de Gradelis*, Ecclesia *Sancti Sisti de Naja*, Ecclesia *Sancti Laurentii de Puliano*, Ecclesia *Sancti Johannis de Lametato*, Ecclesia *Sancti Jacobi de Scolca*, & Ecclesia *Sancti Angeli*, quæ dicitur Heremus de Mastralnulte cum juribus, & pertinentiis suis ipsi Monasterio Montis Sancti, & ad jus, & proprietatem ipsius Monasterii libere & absolute remaneant, & deveniant ad ipsum Monasterium; & ab omni Episcopali jure & jurisdictione sint prorsus exemptæ. Residuæ vero novem Ecclesiæ videlicet Ecclesia *Sanctæ Mariæ de Collegatone* [c], Ecclesia *Sancti Laurentii de Loreto*, Ecclesia *Sancti Zenonis* prope Lauretum, Ecclesia *Sancti Cataldi* juxta Amatam, Ecclesia *Sancti Martini de Puliano*, Ecclesia *Sancti Salvatoris de Montione*, Ecclesia *Sancti Christophori de Porclano*, Ecclesia *Sancti Laurentii* loci ejusdem, & Ecclesia *Sancti Benedicti de Tuderto* in regione Camuciæ cum juribus, & pertinentiis suis ipsi Episcopatui, & ad jus & proprietatem ipsius Episcopatus remaneant, & deveniant, & ab omni jure, & jurisdictione ipsius Monasterii sint prorsus exemptæ. Quare idem Dominus *Episcopus* de consensu Domini Prioris, & Capituli nomine dicti Episcopatus, & pro ipso dedit, cessit, concessit, & mandavit dicto Sindico nomine dicti Monasterii, Abbatissæ, & Conventus ipsius recipienti omne jus, & actionem realem, & personalem, utilem, & directam compositionis, seu translationis nomine, quod & quam Episcopatus Tudertin., & ipse, vel antecessores sui hactenus habuerunt, vel habebant, & nunc habent, & ,, habe-

Margin notes: 8. Ecclesiæ juris Monasterii Montis Sancti. — 9. Ecclesiæ juris Episcopatus Tudert. — Cessio ex parte Episcopatus.

(a) PERTINERE VIDENTUR: Et sane in cit. diplomate *Grata Deo Religionis &c.* x. tantum qua Ecclesiæ, qua Capellæ recensentur; at in altero *Religiosam vitam &c.* sunt XVII., ut in isto.

(b) S. AGATHÆ DE RIPAJOLIS: Al. *S. Hilarii de Riparola*, ut supra.

(c) DE COLLEGATONE: Al. *de Colle Catenis*.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

„ habere videntur, quocunque jure, A „ usu, vel consuetudine, & ex quacunque causa in dictis octo Ecclesiis, „ & juribus, & pertinentiis suis, quæ „ ipsi Monasterio remanere debent, specialiter in albergis, exenniis, procurationibus, institutionibus, visitationibus, & correctionibus, & generaliter in omnibus consuetudinibus „ ipsi Episcopatui in ipsis Ecclesiis competentibus, & competituris: & a sui „ & Episcopali jure, & jurisdictione B „ exemit easdem penes ipsum Monasterium in locum sui, & Episcopatus „ præfati, ut deinceps dictum Monasterium, Abbatissa, & Conventus „ ejusdem, vel quibus, sive cui committere voluerit jura ipsa omnia, & „ singula, quæ Episcopatus Tudertin., „ & ipse Episcopus, & antecessores sui „ habuerunt, vel habent, vel habere „ videntur in eisdem, libere exigant, „ habeant, & recipiant; necnon possessionem ipsarum Ecclesiarum, jurium, C „ & pertinentiarum earundem sua auctoritate capiant, & teneant, & utantur, & fruantur perpetuo ipsis sine „ sua, & successorum suorum contradictione, vel alterius. Et insuper „ quietavit, & remisit, ac pactum fecit „ de non ulterius petendo a ... Sindico „ nomine dicti Monasterii recipienti dictas octo Ecclesias cum juribus, & D „ pertinentiis suis omnibus, quæ nunc „ habent, vel in futurum dante Domino poterunt adipisci, ita quod deinceps ipsas Ecclesias, vel bona earum „ vel dicti Monasterii nomine, vel occasione ipsarum Ecclesiarum, & bonorum earumdem non molestabit, vel „ inquietabit, per se, vel per alium occasione aliqua, vel exceptione, promittens quod jura ipsa, quæ Episcopatus „ prædictus habuit, vel habet in eisdem, E „ nulli alii personæ sunt data, vel concessa: quod si factum aliquando appareret, ea omnia ab omni persona, „ & Universitate legitime defendere, „ ipsi Monasterio autorizare, ac disbrigare, & ponere in quiete promisit „ pro eo, quod idem *Benacoltus* prædictus *Sindicus* versa vice nomine dicti Monasterii, & pro ipso Abbatissæ, „ & Conventus ejusdem, & pro ipsis „ dedit, & concessit, cessit, & manda- F

Cessio ex parte Monasterii.

„ vit præfato Domino Episcopo nomine dicti Episcopatus, & pro ipso recipienti omne jus, & actionem realem, & personalem, utilem, & directam, quod & quam dictum quondam Monasterium *Sancti Leucii*, & „ ipsum Monasterium *Montis Sancti*, „ Abbatissa, & Conventus ejusdem hactenus habuerunt, & nunc habent, „ vel habere videntur quocunque jure, „ usu, vel consuetudine, & ex quacunque causa in dictis novem Ecclesiis, „ seu Capellis residuis, quæ ipsi Episcopatui remanere debent, & in juribus, „ & pertinentiis suis specialiter in albergis, exenniis, procurationibus, „ adjutoriis, institutionibus, visitationibus, & correctionibus, & generaliter in omnibus juribus, & consuetudinibus ipsi Monasterio in ipsis Ecclesiis competentibus, & competituris; & a sui, ac ipsarum Abbatissæ, „ & Conventus, & ipsius Monasterii „ jure, & jurisdictione exemit easdem „ ponens ipsum Dominum Episcopum, „ & Episcopatum in locum sui, & Monasterii nominati, ut deinceps Episcopatus, ipse, & sui successores, qui „ pro tempore fuerint; vel quibus, sive cui committere voluerit jura ipsa „ omnia & singula, quæ dictum quondam Monasterium *Sancti Leucii*, & „ dictum Monasterium *Montis Sancti*, „ Abbatissa, & Conventus ejusdem, & „ antecessores Monasteriorum, & ipsarum habuerunt, vel habent, seu habere videntur in eisdem, libere exigant, habeant, & recipiant, necnon „ possessionem ipsarum Ecclesiarum, jurium, & pertinentiarum earundem „ sua auctoritate capiant, & teneant, „ utantur, & fruantur perpetuo ipsis „ sine sui, & dictarum Abbatissæ, & „ Conventus, aliarumque, quæ pro „ tempore fuerint in ipso Monasterio, „ vel alterius contradictione. Et insuper quietavit, & remisit, ac pactum „ fecit de non ulterius petendo ipsi Domino Episcopo nomine dicti Episcopatus recipienti ipsas Ecclesias cum „ juribus, & pertinentiis suis omnibus, „ quæ nunc habent, vel in futurum dante Domino poterunt adipisci, ita „ quod deinceps dictas Ecclesias, vel „ bona earum, vel dictum Episcopum, „ & Epi-

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

„ & Episcopatum nomine, vel occasio- „ ne ipsarum Ecclesiarum, & bonorum „ earundem non molestabunt, vel in- „ quierabunt ipse, vel dictum Mona- „ sterium, Abbatissa, vel Conventus „ ejusdem per se, vel alium occasione „ aliqua, vel exceptione promittens, „ quod jura ipsa, quæ quondam Mo- „ nasterium *Sancti Leucii*, & dictum „ Monasterium *Montis Sancti* habue- „ runr, & habenr in eisdem, nulli alii „ personæ sunt data, vel concessa: „ quod si factum aliquando appareret, „ ea omnia ab omni persona, & Uni- „ versitate legitime defendere ipsi Epi- „ scopatui, auctorizare, ac disbrigare, „ & ponere in quiete promisit. Quæ „ igitur omnia & singula supradicta ram „ dictus Dominus *Episcopus* pro se, „ suisque successoribus nomine dicti „ Episcopatus, & pro ipso, quam di- „ ctus *Benacoltus* Sindicus nomine dicti „ Monasterii, & aliarum, quæ in ipso „ Monasterio pro tempore fuerinr, & „ pro ipsis inter se solemniter ad invi- „ cem stipulantes promiserunt attende- „ re; & altera pars alteri attendere, „ & observare promisit, & non contra- „ facere, vel venire aliqua occasione, „ vel exceptione sub pœna centum mar- „ carum argenti; quam pœnam pars „ contrafaciens alteri prædicta obser- „ vanti dare, & solvere promisit stipu- „ latione; & pœna soluta, vel non so- „ luta, prædicta omnia, & singula nihi- „ lominus in sua semper maneant firmi- „ tate. Et hæc omnia, quæ supradicta „ sunt, valeant, & teneanr, si *Domino* „ *Papæ* erunt placita, & accepta; alio- „ quin nullius sint valoris, nec obti- „ neant aliquam firmitarem. Hoc actum „ est in Palatio Episcopatus Tuderrin. „ coram Domino Gifredo Archidiaco- „ no Tuderrin., Fratre Jacobo Mona- „ cho, & Capellano Domini Episcopi, „ Benedicto Priore *Sanctæ Illuminatæ*, „ Andrea Clerico de Maliano, Bartho- „ lo Clerico naro Michaelis de Perusio, „ Consulo ministrali Episcopatus, Ni- „ cola Ribaldi serviente Domini Papæ, „ & Allerutio Petri testibus rogatis. „ Et ego Johannes Notarius prædictis „ omnibus intersui, & rogarus scribere „ scripsi, & publicavi. In cujus rei te- „ stimonium Dominus *Episcopus*, Prior, „ & Capitulum supradicti præsens in- „ strumenrum fecerunt sigillis propriis „ roborari. Ego *Petrus Tudertin. Epi-* „ *scopus* subscripsi, & signavi. Ego „ R. Prior Tudertin. subscripsi. Ego „ Presbyter Ugolinus Canonicus Tu- „ dertin. subscripsi. Ego Presbyrer Pe- „ rrus Canonicus Tudertin. subscripsi. „ Ego Ofreducius Canonicus Tudertin. „ subscripsi. Ego Jacobus Canonicus „ Tudertin. subscripsi. Ego Ugolinus „ Canonicus Tudertin. subscripsi. Et „ ego Henricus Canonicus Tudertin. „ subscripsi.

Testes rogati.

Subscriptiones Ecclesiæ Tudert.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppletionis, confirmationis, & constitutionis infringere, vel ei &c. Si quis autem &c.

Clausula Pontificis prohibens &c.

Probibet, ne Bambergen. Ecclesiæ bona ullo modo alienet sine speciali suo mandato. (Ex Vatic. Tabulario in Reges. Pontif. epist. 595. anno 3.)

CCCLX.

Anno 1257. die 7. Septembr.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ..[a] *Episcopo* Bambergen.[b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Cupientes bona Ecclesiæ *Bambergen.* sub tuo regimine non minui, sed augeri Fraternitati tuæ auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne aliqua de prædictis bonis infeudare, concedere, donare, locare, vendere, permutare, obligare, vel quomodolibet alienare præsumas sine nostro speciali mandato faciente plenam, & expressam de præsentibus mentionem. Nos enim nihilominus irritum, & inane decernimus, quicquid contra hujusmodi nostram inhibitionem per te contigerit attentari.

Prohibitionis causa.

Datum Viterbii vii. Idus Septembr. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

(a) Ven. Fratri ..: *Henrico de Epstein* Sifridi III. Archiepiscopi Moguntini nepoti ex Ordine Minorum assumpto; ut notavimus ad epistolam 177. Innocentii IV. *Ita claret, & claruit &c.* anno 1246. 16. Decembris datam, & in to. 2. hujus Bullarii p. 444. vulgatam (c. f), ubi & docuimus, nonnisi post annum 1247. eum ad hanc Ecclesiam evehi potuisse, aliaque de eo protulimus ad ejusdem Pontificis epistolam 237. pag. 488. (1)

(b) Bambergen.: Franconiæ Civitatis inter Norinbergam, & Herbipolim sub dominio sui Episcopi, qui uni Romano Pontifici suffragatur.

Alexander PP. IV. An. Ch. 1257.

Ut in quibusdam diebus festis tempore generalis Interdicti *publice possint celebrare Divina Officia*. (Ex Reges. Vatic. ep. 604. apud Waddingum in Reges. Pontif. n.40.)

CCCLXI. Anno 1257. die 8. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Catarinæ de Loculo [a] Januen. *Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apostolicam Benedict.*

Exordium.

EXIGENTIBUS vestræ devotionis meritis, votis vestris libenter annuimus; & petitiones vestras, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Hinc est, quod Nos vestris devotis precibus inclinati præsentium vobis auctoritate concedimus, ut tempore generalis *Interdicti* liceat vobis, & Fratribus Minoribus [b], qui in festivitatibus Beatæ, & gloriosæ *Virginis Mariæ* Matris Christi, Sanctæ *Claræ*, Sanctæ *Seraphiæ*, & Sanctæ *Catharinæ*, & dedicationis ipsius Altaris Sanctæ Catharinæ vestri Monasterii ibidem convenerint pro Divinis Officiis celebrandis, in eisdem Festivitatibus, & per octo dies festivitates ipsas sequentes, pulsatis Campanis Populum (*excommunicatis*, & nominatim *interdictis* exclusis) ad audiendum Divina Officia in ipso Monasterio convocare [c]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis &c.

Monialium petitionibus annuens concedit, ut supra. — Dies pro Interdicto relaxati. — Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii VI. Idus Septembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut publicet, Gulielmo de S. Amore interdictum esse ingressum in Regnum Franciæ; & docere, ac prædicare ubicumque: & si quid ille contra tentaret, etiam excommunicatum denunciet. (Ex Autographo Conventus Sanctæ Mariæ ad Gradus Viterbien. Ord. Prædicat. apud *Bullarium* ejusdem Ordinis tom. 1. Bul. 180. Alex. IV.)

CCCLXII. Anno 1257. die 24. Septembr.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... Episcopo Bononien. [d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Literarum scribendarum causa.

CUM propter multiplices culpas, & graves offensas, quas Guillelmus de Sancto Amore temerarie commisisse dignoscitur; & specialiter propter *libellum* perniciosum, & detestabilem ab eo compositum &c. [e] Ideoque Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus in Ecclesia *Bononiensi*, & alibi, ubi expedire videtis, per te, vel per alium prædicta publicare procures; ac Magistris, & Scholaribus, ac aliis Bononien. universis districtius auctoritate nostra sub excommunicationis pœna studeas inhibere; ne dictum *Guillelmum* [f] audiant; si forte contra hujusmodi inhibitionem nostram conventiones facere, aut prædicare, vel Cathedram præsumpserit ascendere Magistralem; & si tibi constiterit, quod nominatus Guillelmus contra tale præceptum nostrum in aliquo venire præsumpserit; denuncies ipsum publice excommunicatum, perjurum, ac perpetuò officio, beneficiisque privatum; latas vero alias in ipsum de mandato nostro suspensionis, vel privationis beneficiorum suorum sententias persistere, nihilominus volumus in suo robore firmitatis: Contradictores autem, siqui fuerint, per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compescas.

Mandat Pontifex, ut supra.

Datum Viterbii VIII. Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Affert inter alia declarationem Epistolæ decretalis Innocentii IV. incip. Non solum: (Ex Bullario Ord. Prædicat. to. 1. Constit. 182. Alexandri IV. pag. 350., & ex Regesto Vatic. epist. 639. an. 3.)

ALE-

(a) De Loculo: De quo Monasterio actum est jam ad Epistolam 347. hoc anno die 21. Julii scriptam, supraque relatam.
(b) Fratribus Minoribus: Qui sanctimonialibus inserviebant.
(c) Convocare: Quod rarum est, & particulare privilegium.
(d) Episcopo Bononien.: Fr. Jacobo Boncambio Ord. Prædicat. anno 1244. adlecto, & anno 1260. ex hac vita subtracto ex Ughello tom. 2. Ital. Sac. num. 64. al. 66.
(e) Ab eo compositum: Videatur epist. 354. Regi Franciæ scripta hoc anno die 11. Augusti usque ad illa: *audeat prædicare*.
(f) Dictum Guillelmum: *De Sancto Amore* ex supradicta epistola, aliisque de hac re litteris.

CCCLXIII. Anno 1257. die 27. Septembr.

ALEXANDER &c.

a *Venerabili Fratri* .. [a] *Episcopo* Con-
b stantien. [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

EX tenore tuarum pridem accepimus
c litterarum, quod &c. [c] licet votum Religionis, seu Professionis .. emissum solemniter probaretur, Professio tamen sic facta non tenet infra tempus probationi concessum; nec .. ante annum Religioni potuit obligare ad hoc Constitutionem a felic. recordat. INNOCENTIO
d PAPA [d] prædecessore nostro editam, quæ:
e *Non solum*: incipit [e], inducendo. Propter quod utrum littera ipsius Prædecessoris confecta exinde sit pro Constitutione habenda, & de ipsius intellectu effectus dubius Nos super hoc consulere voluisti &c.: Quare Nos tibi super juris dubio tenore præsentium respondemus, quod ... non obstante Constitutione ipsa, quæ *de Prædicatorum*, & *Minorum Fratrum* Ordinibus mentionem specialiter faciens extendi ad alios
f Ordines [f] non videtur, esse dignosci-
g tur allegata &c. [g]

Datum Viterbii v. Kalen. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut publicet instrumentum juramenti, & promissionis a duobus Magistris Parisien. apud Sedem Apostol. factæ: & si dicti Magistri non impleverint promissa, perjuros denunciet. (Ex FIRMAMENTIS trium Ordinum tract. 1. par. 2. fol. 16. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. n. 42., & in Annal. Min. ad annum 1256. num. 35., atque BULLARIO O. P. n. 184., BULLÆOQUE tom. 3. Hist. Univers. Parisien.)

Tom. II.

CCCLXIV. Anno 1257. die 2. Octobris.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri .. [h] *Episcopo* Parisien. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

CUM olim apud Sedem Apostolicam constituti Magistri *Octo* [*] *de Duaco* doctor Theologicæ facultatis, & *Christianus* Canonicus *Belvacen.* [i] coram dilectis filiis nostris Hugone tituli Sanctæ Sabinæ [k] Presbytero, & Joanne Sancti Nicolai in Carcere Tulliano [l] Diacono Cardinalibus juraverint stare præcise mandatis nostris; iidem Cardinales præfatis Magistris ex parte nostra quædam fecerunt mandata [m] in virtute præstiti juramenti; prout in Instrumento publico inde confecto, cujus tenor præsentibus infra subnectitur, plenius continetur. Volentes igitur in publicam venire notitiam, quod in hac parte dictis Magistris ab eisdem Cardinalibus de speciali mandato salubriter est injunctum; Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus præcepta hujusmodi sine moræ dispendio publices per te, vel per alium Parisius, & alibi, sicut videris expedire. Si vero dicti Magistri præcepta ipsa infra spatium unius mensis a tempore publicationis hujusmodi adimplere non curaverint Parisius efficaciter, & simpliciter, ac sine aliqua fictione; tu eos ibidem publice denuncies esse perjuros; restitutionem quoque dicti Magistri Octonis ad officia, beneficia, & alia, quibus auctoritate quatumdam litterarum nostrarum, quarum principium est: *Cunctis processibus* [n]: privatus fuerat, auctoritate nostra revocare procures; Contradicto-

h Actum enarratio. al. [*] Odo

i Duo FF. Mendicantium adversarii resipiscunt, & jurant stare mandatis Pontificis.

k l

m Iisque mandata fiunt,

quæ si non adimpleverint, perjuri denuncientur publice,

Iterumque Odo Duacen. privetur Officiis, & Beneficiis.

n

Hh 2 res

(a) VEN. FRATRI ...: *Eberhardo* II. Dapifero Waldburgensi, de quo aliat dictum est in primo hujus *Bullarii* tomo.

(b) CONSTANTIEN.: In Svevia ex epistolæ lectione, ac tenore.

(c) QUOD &c.: Ut in supra citata Bullarii O. P. constitutione 182.

(d) INNOCENTIO PAPA: Hujus nominis IV., quem tamen in hac te pixis it Gregorius IX.

(e) NON SOLUM &c. INCIPIT: Ut ad annum 1244 die 17. Junii legere est in 1. tomo hujus nostri, & prædicti Ord. Prædicat. Bullarii.

(f) AD ALIOS ORDINES: Ad quoe tamen *Mendicantes* dumtaxat extendit postea Bonifacius VIII. ex 6. decret. lib. 3. tit. 14. de Regul. & trans. ad rel'g c. 1. *Constitutionem Innocentianam*: ubi in margine illam notatur ex Jo. Andreæ I C. *Eremitis* S. Augustini etiam Clementem V., & *Carmelitis* Joannem XXII. extendisse.

(g) ALLEGATA &c.: Reliqua ut in dicta Constitutione *Bullarii* O. P., quam citavit Bonifacius VIII. in prædicta sua Constitutione *Constitutionem Innocentianam*; quamque autue Glossæ eo loci scribit suo tempore non haberi, scilicet in corpore iuris; ceterum extabat in Regel. Pontif. Archivi Vaticani; & inde cusa est in dicto *Bullario* O. P.

(h) VEN. FRATRI ...: Reginaldo Fontei paulo ante in aliis litteris memorato.

(i) BELVACEN.: Qui duo referuntur in Constitutione *Cunctis processibus &c.* anno 1256. die 17. Junii edita apud Waddingum ad eum ann. n. 26., & in Bullario O. P. n. 102. inter *4. principales hujus rebellionis, & contumaciæ incentores*.

(k) HUGONE TIT. S. SABINÆ: Ordinis Prædicat.

(l) JO. S. NICOLAI IN CARCERE TULLIANO: Cajetano Ursino Ordinis nostri Protectore.

(m) MANDATA: Quæ infra recensentur in instrumento promissionis.

(n) CUNCTIS PROCESSIBUS: Paulo superius laudatarum in no. (i)

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1257.

Instrumentum promissionis duorum Magistrorum Parisien. de parendo mandato Pontificis. Anno 1256. die 23. Octobris.

tes per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Instrumenti vero prædicti tenor talis est.

„In nomine Christi Amen: Anno Domini MCCLVI. vigesimo tertio die Mensis Octobris XV. Indictione, Anagniæ in Palatio Domini Papæ. Venerabiles Patres Domini *Hugo* tituli Sanctæ Sabinæ Presbyter, & Joannes Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinales, præsentibus, & audientibus me Bernardo de Litera Notario, & testibus infrascriptis, scilicet providis viris Joanne Archipresbytero Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Castro Cerveteris, Thomasio de Rivo frigido Canonico Casleten.; Joanne Presbytero Canonico Capuano, & aliis quampluribus ex parte Sanctissimi Patris Domini ALEXANDRI PAPÆ IV., providis viris Magistro* Otone de Duaco Theologicæ facultatis doctore, & Christiano Canonico Belvacen. in eorum præsentia constitutis, qui etiam octavo decimo die Mensis ejusdem juraverant corporaliter coram eisdem Dominis Cardinalibus, & me prædicto Bernardo Notario stare præcise mandatis dicti Domini PAPÆ, in virtute præstiti juramenti mandaverunt primo scilicet, quod salvis aliis mandatis, quæ eidem Domino PAPÆ semel, vel pluties ipsis Magistris mandare placuerit; & salvo, si circa infrascripta idem Dominus aliter ordinaret; ipsi Magistri, quantum in eis esset, ex tunc reciperent, & publice *Parisius* recipient, cum ibi fuerint; ex tunc obedirent, & obedient in posterum Ordinationi præfati Domini Papæ, que incipit; *Quasi lignum vitæ* [a], & quod contra eam scienter non veniant; nec contradicentibus Ordinationi prædictæ in contradicendo auxilium, vel consilium præstarent publice, vel private. Secundo, quod Fratres Prædicatores, & Minores Parisius degentes, Magistros, & Auditores eorum, & specialiter, ac nominatim, Fratres *Thomam de Aquino* [b] de Ordine Prædicatorum, & *Bonaventuram* de Ordine Minorum [c] Doctores Theologiæ ex tunc, quantum in eis esset, in societatem scholasticam, & ad Universitatem Parisien. reciperent; & expresse Doctores ipsos reciperent ut Magistros; & quod cum Parisius fuerint, faciant publice illud idem; ipsosque juxta ordinationem prædictam ab Universitate, seu Magistris, & Scholaribus Parisius commorantibus procurent recipi bona fide; & contra prædicta nunquam præstent consilium, vel assensum. Tertio, quod scienter juramenta, statuta, vel obligationes non faciant; seu a Religiosis, vel aliis exigant; vel quantum in eis fuerit, exigi permittant; per quæ, vel quos infringatur ordinatio supradicta; seu contra eam modo quolibet veniatur. Quarto, quod non procurent; nec, quantum in eis est, fieri permittant, quod Parisien. Studium absque licentia Domini Papæ occasione cujuscumque præteritæ turbationis, seu facti dissolvatur, seu alio transferatur. Quinto, quod tam in Romana Curia, quam Parisius bona fide, ac sine fraude non adjiciendo aliquid scienter, quod sapiat aliquid principaliter, vel consequenter; sed ita, quæ eis in hoc articulo injunguntur, prædicent publice; & in Civitate Parisien. pluries, & in diversis locis, asseverent fideliter in ipsis prædicationibus infrascripta scilicet, quod reprobant *Libellum* [d] in ipsis prædicationibus, qui nuper fuit per Summum Pontificem condemnatus; & errores in ipso contentos, qui sunt contra infrascripta; quæ in ipsis prædicationibus asserant, & affirment, videlicet de potestate Romani Pontificis, quod possit prædicatores mittere ubique per Mundum juxta suæ beneplacitum voluntatis sine consensu infe-

Marginal notes: * Otone — die 18. Octobr. jurarent stare mandatis Papæ. — Dantur mandata 1. — 2. — 3. — 4. — 5.

(a) QUASI LIGNUM VITÆ: Anno 1255. die 14. April. editæ.
(b) FR. THOMAM DE AQUINO: Cui eo anno 1256. die 11. Martii *Cancellarius* Parisien. licentiam dederat in Theologica facultate docendi, quemque Pontifex eidem commendaverat ex 64. epist. Pontif. in Bullario Ord. Prædicat.
(c) BONAVENTURAM DE ORDINE MINORUM: Ex his elicimus, quod alias asseruimus, *Bonaventuram* non sub initium anni 1256., sed 1257. electum fuisse Ministrum Generalem sui Ordinis.
(d) LIBELLUM: *De periculis novissimorum temporum* Gulielmi de Sancto Amore.

,, inferiorum Prælatorum quorumcum- A ,, que, feu Parochialium Sacerdotum. ,, Item quod Archiepifcopi, & Epif- ,, copi in fuis Diœcefibus licentiam ,, dare poffunt prædicandi, ac confeffio- ,, nes audiendi fine confenfu inferiorum ,, Sacerdotum, vel Rectorum Ecclefia- ,, rum, cum viderint expedire. Quod- ,, que Prædicatores, & Confeffores fic ,, miffi poffunt libere prædicare, & li- ,, cite confeffiones audire, ac abfolvere ,, pœnitentes. Item quod ftatus men- B ,, dicitatis propter Chriftum eft ftatus ,, falutis, & perfectionis. Item, quod ,, Religiofi pauperes, qui omnia relin- ,, quunt propter Chriftum, poffunt ,, mendicando acquirere victum fuum ,, fine labore manuum; etiamfi fint va- ,, lidi corpore; maxime qui ftudent ver- ,, bo Dei legendo, difputando, prædi- ,, cando. Item, quod ea, quæ conti- ,, nebantur in *Libello* prædicto, quibuf- ,, dam articulis a Magiftro *Chriftiano* C ,, præfato confectis, quæ explicite, vel ,, implicite videbantur, feu poterant ,, in prædictorum Ordinum infamiam ,, redundare; ficut de *Pfeudoprophetis*, ,, Apoftolis, & Nunciis Antichrifti; ,, de *penetrantibus domos*, & *periculis* ,, *noviffimorum temporum* non intelli- ,, gunt, nec intellexerunt de Fratribus ,, Ordinum *Prædicatorum*, & *Minorum*; ,, quod tales ipfi fint, vel fuerint, vel D ,, etiam fint futuri: Sed fateantur, Or- ,, dines ipfos effe bonos, & ab Ecclefia ,, approbatos; & inter cætera afferant, ,, & affirment, quod Deus hoc ipfum ,, per manifefta indicia noftris tempo- ,, ribus comprobavit, nonnulla miracu- ,, la fcilicet, quæ per *Sanctos* utriuf- ,, que Ordinis Sanctorum Catalogo per ,, Romanam Ecclefiam canonice, legi- ,, time, fideliter, ac rite afcriptos eft ,, mifericorditer operari dignatus. In E ,, cujus rei teftimonium ego præfatus ,, Bernardus Apoftolicæ Sedis aucto- ,, ritate Notarius, qui præmiffis rogatus ,, interfui, de mandato dictorum Do- ,, minorum Cardinalium hoc præfens ,, publicum Inftrumentum propriâ ma- ,, nu fcripfi; ac in publicam formam ,, redegi, & fignum meum appofui. [a] ,,

Mag. Chriftianus Canon. Belluacen. articulos quofdam alicit Libello.

Qui fateri debeantur de Ordinibus Prædicat. & Minor.

Datum Viterbii VI. Nonas Octobris, Pontificatus Noftri Anno Tertio.

Claufula Pontificia. a

Ut a fuo S. Facundi Monafterio amoveat Fr. Guillelmum Arnaldi apoftatam FF. Minorum, quem quocumque officio privatum, nulloque modo ad dictum Monafterium revocandum edicit. (Ex Archivo Vatic. in Regef. Pontif. epift. 658. an. 3.)

CCCLXV. Anno 1257. die 7. Octobris. b

ALEXANDER &c.

Dilecto filio .. Abbati Sancti Facundi [b] *Ordinis Sancti Benedicti ad Romanam Ecclefiam nullo medio pertinentis Legionen. Diœcefis Salutem, & Apoftolicam Benedictionem.*

Exordium.

Quælibet facra Religio per vitæ innocentiam, & cultum fraternæ pacis femper proficit ad incrementa virtutum; ac ita falubriter cuncta difponit, ut ab ea totius materia fcandali, & femine difcordiæ amputatis, inde ipfius crefcat opinio, unde gloriofæ actionis exemplo fibi diffimilis non occurrit. Sane mirantes accepimus, licet credere vix poffimus, quod tu, qui vitæ innocentis, & pacificæ quietis commoda ftudio bene agendi augere deberes; ac novis femper fucceffibus renovare; a difciplinis veterum Patrum doctiffimis animum revocans id operari potius te delectat, quod non decet Monachum; & tibi poteft infamiæ generare jacturam in eo maxime, quod *Guillelmum Arnaldi* virum rixæ, difcordiæ filium, qui olim animi levitate, vel potius culpa fua Ordinem *Fratrum Minorum*, quem profeffus fuerat, dereliquit; poft vitam abfque jugo difciplinæ, quam idem duxit damnabiliter per fæculum vagabundum prætextu quarumdam litterarum fel. record. *Innocentii Papæ* [c] prædecefforis noftri fuper abfolutione ipfius ab Ordine fupradicto per furreptionem obtentarum, in tuo Monafte-

Dura Pontificia increpatio ad Abb.

de Guillelmo Arnaldi transfuga O. M. recepto.

c qui litteras Pontificias furripuit.

(a) Apposui: Perpaucas huius Conftitutionis lectiones variantes habes in cit. Bullario O. P.

(b) S. Facundi: Oppidi diœcefis Legionen. in Hifpania vulgo *Sahagun*, ubi Monafterium Ord. S. Benedicti erectum fuerat fub titulo *SS. Facundi, & Primitivi* ante annum 883., quo a Mauris folo æquatum fuit, & paulopoft ab Alfonfo Magno Rege reædificatum ex Mabillonio lib. 38. Annal. Benedict. ad eum ann. n. 83., qui & lib. 62. ad ann. 1065. n. 92. edocet, Monafterium opera Regis Ferdinandi Magni a *Cluniacenfibus* Monachis reformatum fuiffe.

(c) Innocentii Papæ: hujus nominis IV.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

nasterio recepisti in Monachum, & in Fratrem, occasione ipsius te infestum, dilectis filiis Fratribus Minoribus de *Sancto Facundo* [a] Legionen. Diœcesis exhibens in eorum scandalum, gravamen sui Ordinis, & salutis tuæ non modicum detrimentum. Idem namque *Guillelmus* in Monasterio ipso sub tuæ protectionis umbra pariter, & favoris Monachalem gerens habitum, quem moribus diffitetur, adhuc, ut olim, fraudolenter incedit post Principem tenebrarum se in lucis Angelum transfigurans; dum sub specie sanctitatis, cujus virtutem prorsus abnegat, contra prædictos Fratres ubique innocentes ut gladium acuit linguam suam, ac detractionis dente famam eorum lacerans; constitutis coram se Clero, & Populo, ut audiant verbum Dei [b], pro favore Divini sermonis virus invidiæ subministrare præsumits & eorum munditiam, ac in ipsis sanctitatis formam, & justitiæ speculum nititur depravare; quorum *Ordinem* Dominus ut lucernam insignem ad illuminationem domus suæ inter alias cælestium exemplarium lampades suscitavit. Ne igitur idem *Guillelmus* in injuriam Christi, & nostram, ac prædictorum Fratrum opprobrium se gaudeat triumphum de tantis excessibus, & de iis veluti piis operibus laudum præmia reportare, Discretioni tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus eumdem *Guillelmum Arnaldi* a præfato Monasterio infra spatium quindecim dierum post receptionem præsentium sine difficultate transferas per te auctoritate nostra in alio Monasterio tui Ordinis collocandum. Nos enim statuimus, ut ibidem velut simplex claustralis, quem decernimus cujuslibet officii, & regiminis

Ordinem egrediens.

2. Corinth. 11. v. 14.

Fratres suos O. M. lacerabat.

eorumque puritatem verbis depravabat.

Ordinis Min. encomium.

Præcipit Pontifex Fr. Guillelmum amoveri a Monasterio S. Facundi,

eumque officio omni privatum esse decernit,

præsidentia, vel administratione indignum, tam intus, quam extra Monasterium, quocumque nomine censeatur, debeat prædicationis, & confessionis a Nobis in perpetuum privatus officio de cætero permanere: Firmiter quoque, ac sub pœna *excommunicationis*, quam eum, qui contra fecerit, volumus ipso facto incurrere; inhibemus, ut nullus deinceps dictum *Guillelmum* inde amovere, vel ad præfatum Monasterium *Sancti Facundi* reducere præsumat aliquando absque mandato Sedis Apostolicæ speciali. Preces autem, & præceptum nostrum taliter adimpleas in hac parte, ut exinde digna laudibus apud Nos tua sinceritas habeatur. Alioquin Venerabilibus Fratribus nostris.. [c] *Legionen.*, & .. *Zamoren.* Episcopis [d] per litteras nostras injungimus, ut te ad id monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellant: Non obstante, si tibi, vel Monasterio tuo a Sede Apostolica sit indultum, quod suspendi, vel interdici, aut excommunicari non possitis; aut quibuscumque litteris, seu indulgentiis impetratis, seu imposterum impetrandis, per quas nostræ in hac parte commissionis jurisdictio impediri, vel differri, aut etiam hujusmodi nostræ constitutionis, & inhibitionis robur valeant infirmari.

& ne deinceps revocetur ad dictum Monasterium.

Res aliis etiam commissa.

Obstantibus derogatio.

Datum Viterbii Nonis Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio [e].

Confirmat concessionem loci S. Facundi a PP. Benedictinis ad preces Regis Castellæ Fratribus Min. factam. (Ex REGESTO VATIC. epist. 657. apud WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum num. 22.)

ALE-

(a) FF. MINORIBUS DE S. FACUNDO: Paulo ante interventu Regis Castellæ Alphonsi, qui anno 1252. defuncto patre Ferdinando regnare cœpit, apud illud Oppidum admissis, quorum locus a. erat *Custodiæ* Pelentinæ in Provinciæ *Castellæ*, licet *Legionis* Conventus ad Provinciam S. *Jacobi* spectaret ex antiquo *Provinciali* Ordinis nostri apud auctorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. xi.

(b) AUDIANT VERBUM DEI: Contra decretum Innocentii IV. ab hoc Alexandro confirmatum incip. *Justis petentium desideriis &c.* anno 1246. die 9. Septembris, & 1255. die 12. Octobr., ne ab Ordine egressi sine licentia prædicare præsumerent; quod & infra renovat Pontifex in hujus Gulielmi Arnaldi animadversione.

(c) VEN. FRATRIBUS NOSTRIS...: *Martino* Legionen. Episcopo ex Catalogo Antistitum ejusdem Ecclesiæ quem ex Gonzaga Waddingus ad hunc ann. n. 23. tradit illu Pontificis potuisse primum lapidem in constructione nostri Cœnobii S. Facundi.

(d) ZAMOREN. EPISC.: In sequenti tamen epistola 367. de hac re data est die 13. Episcopo & Archidiacono *Legionen.* non Zamoren, qui forsan aliis negotiis distentus erat; vel ut verius videtur, diversa est epistola, illa vero ad utrumque Episcopum ad nos minime pervenit; in qua quidem diverse legitur commissio.

(e) Meminit hujus Guillelmi Arnaldi, ac litterarum de eo Waddingus ad hunc annum n. 22., sed & Martene ac Durandus has litteras vulgarunt in tom. 1. Anecdot.

CCCLXVI.
Anno 1257. die 8. Octobris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum de Sancto Facundo [a] Legionen. Diœcesis *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

MERITA vestræ factæ Religionis, & piæ devotionis efficiunt, ut Sedem Apostolicam in iis, quæ sunt favoris, & gratiæ, gaudeatis benignam, B & benevolam invenisse. Sane nuper vestris, & carissimi in Christo filii nostri .. illustris *Regis Castellæ*, ac Legionis [b] supplicationibus inclinati locum, quem Abbas, & Conventus Monasterii *Sancti Facundi* Ordinis Sancti Benedicti ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinen. Legion. Diœcef. vestris usibus ad ipsius Regis instantiam, in ejus præsentia liberaliter pia, & provida donatione concesserunt [c]; ac etiam hujusmodi concessionem ipsius loci vobis per nostras litteras confirmantes [d] supplevimus defectum, si quis in hoc fuit, de nostræ plenitudine potestatis. Verum, quia super concessione prætacta nullum extitit ex parte prædictorum Abbatis, & Conventus confectum publicum Instrumentum; non immerito dubitatis, quod ipsi processu temporis reproba pœnitentia ducti vos eodem loco spolient, & expellant [e] exinde pro suæ arbitrio voluntatis: Quare Nobis humiliter supplicastis, ut providere super hoc vobis de benignitate Apostolica curaremus. Ne igitur, quod pro Dei gratia, & animarum salute, quarum lucro nil carius reputamus, fuit ex pio devotionis studio incohatum, in Divinam offensam, & animarum dispendium, quod absit, imposterum revocetur: Nos propter hoc volentes, ut omnis de cætero dubitationis scrupulus in hac parte de vestris E cordibus auferatur; vosque libere, ac pacifice valeatis in prætacto loco virtutum cultui, ac saluti intendere animarum; ipsum locum, sicut præsente dicto Rege vobis extitit assignatus, ac vos recepistis eumdem, & hactenus possedistis cum suis pertinentiis; auctoritate Apostolica in perpetuum vestris, vestrorumque Successorum usibus donamus; non obstante defectu Instrumenti, aut alterius Scripturæ authenticæ, seu B quibuscumque litteris, vel indulgentiis a Sede Apostolica impetratis, vel imposterum impetrandis; per quas hujusmodi nostræ deputationis, & donationis robur valeat infirmari; aut de quibus oporteat in præsentibus plenam, & expressam fieri mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ deputationis, & donationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare &c.

(Narratio facti. — Datur Fratribus S. Facundi. — Dubium oritur de concessione. — Fratrum supplicatio. — Pontifex admittit, & confirmat ut supra. — Derogando defectui, & Indultibus Apost. — Clausula prohib. &c.)

C Datum Viterbii VIII. Idus Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio [f].

Ut Abbatem S. Facundi, censura irrita declarata, inducant ad satisfaciendum Fratribus Minoribus ejusdem Oppidi de injuriis, & gravaminibus; & non obtemperantem citent ad comparendum coram se, alias communione Eccles. privetur. (Ex ARCHIVO VATIC. in Reges. Pontif. ep. 656. anno 3.)

CCCLXVII.
Anno 1257. die 11. Octobris.

D

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri .. g Episcopo, & dilecto filio .. Archidiacono Legionen. [h] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Fratrum O.M. S. Facundi conquestio

EX parte dilectorum filiorum .... Guardiani, & Fratrum Ordinis Minorum de Villa *Sancti Facundi* gravis E Nobis est oblata querela, quod .. Abbas Monasterii loci ejusdem [i] Ordinis San-

de Abbate S. Facundi

(a) DE SANCTO FACUNDO: ut in præcedenti epist. (a)
(b) REGIS CASTELLÆ, AC LEGIONIS: Alphonsi X. dicti *Sapientis*.
(c) CONCESSERUNT: Post annum 1252., quo præfatus Alphonsus regnare cœpit.
(d) PER NOSTRAS LITTERAS CONFIRMANTES: Quæ litteræ non extant saltem in Annalibus Minor., datæ tamen post annum 1254.
(e) SPOLIENT, ET EXPELLANT: Waddingus, qui de hoc Cœnobio agit in Annal. ad hunc annum num. 12., refert etiam, unde ortum sit de concessione loci dubium, nimirum ob receptum a Benedictinis *Fr. Guillelmum Arnaldi* sixorum, discordiæque visum apostatam.
(f) Anno demum 1260. die 30. Aprilis per litteras *Petitio vestra nobis &c.* confirmavit donationem ab Abbate S. Facundi Fratribus Min. Provinciæ Castellæ factam de hoc loco eo anno die 18. April., ut ibi videbitur.
(g) VEN. FRATRI ...: *Martino*, ut in præcedenti epistola 365.
(h) LEGIONEN.: In Hispania Tarraconen. sub Archiepiscopo Compostellano, a qua Regnum Legionense.
(i) MONASTERII LOCI EJUSDEM: Nempe *S. Facundi*, de quo in no. (b) ad prædictam epistolam 365.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1257.

Sancti Benedicti ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis *Legionen.* Dioecesis contra ipsos pro eo rancore concepto, quod iidem Guardianus, & Fratres quemdam sui Ordinis Apostatam [a], quem sine ipsorum licentia, & contra Indulta ipsi Ordini ab Apostolica Sede concessa [b] dictus Abbas præsumpsit recipere in Monachum ipsius Monasterii, repetentes nonnullis conditionibus, quas ipse ab eis contra indulta prædictæ Sedis, ac instituta ejusdem Ordinis Minorum ab eis pertinaciter exigit, contradicunt; diversis gravaminibus, & injuriis gravibus afficere non veretur eosdem, *excommunicationis* sententiam in ipsos post appellationem ab eis ad Nos legitime interpositam tam auctoritate sua, quam de mandato, ut asserit, Venerabilis Fratris nostri [c] ... Archiepiscopi *Auxitani* [d], ad quem supradictus Apostata super absolutione sua ab eodem Ordine litteras Apostolicas dicitur impetrasse [e], temere fulminans, ac pulsatis Campanis, & candelis accensis, diebus singulis faciens innovari; alias eos variis vexationum adinventionibus molestando in Divinam, ac dictæ Sedis, ac nostram offensam, ipsorum non modicum præjudicium, ac in scandalum plurimorum. Quare pro dictis Guardiano, & Fratribus humiliter petebatur a Nobis, ut subvenire super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nolentes itaque ipsorum gravamina conniventibus oculis pertransire; cum eis pro reverentia Divini Nominis, cujus obsequiis sunt astricti, opportuni favoris gratia prosequi teneamur; Discretioni vestræ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus inquisita super præmissis de plano, & sine judicii strepitu veritate, si rem inveneritis ita esse, sententiam ipsam, cujuscumque sit auctoritate prolata, nullam fuisse penitus nunciantes memoratum Abbatem per vos, vel per alium attentius moneatis, ut

Apostatam Ordinis ipsorum recipientis,

& Fratres Min. gravaminibus afficientis,

ac excommunicatione plectentis.

Pontifex mandat id, quod supra.

A præfatis Guardiano, & Fratribus de illatis damnis, & injuriis satisfactionem debitam exhibens ab hujusmodi, & quibuslibet illorum gravaminibus omnino desistat. Quod si forte præfatus *Abbas* monitis vestris acquiescere in hac parte noluerit; vos ex tunc eum peremptorie citare curetis, ut infra competentem terminum, quem sibi duxeritis præfigendum, personaliter compareat coram Nobis super præmissis facturus B dictis Guardiano, & Fratribus, ac alias pro meritis recepturus; quem nihilominus, si in præfato termino se nostro conspectui præsentare contempserit, *Excommunicationis* sententiam, appellatione postposita, involvatis; & eam faciatis, pulsatis campanis, & candelis accensis, singulis diebus Dominicis, & Festivis in locis, in quibus expedire videritis, innovari solemniter, & dictum Abbatem ab omnibus arctius evitari. C Non obstante, si ei a Sede Apostolica sit indultum, quod suspendi, vel interdici, aut excommunicari non possit; sive aliqua indulgentia Sedis ejusdem, per quam mandati nostri effectus in hac parte impediri valeat, vel differri; & de qua, seu cujus toto tenore oporteat in nostris litteris fieri mentionem. Quidquid autem inde feceritis, & diem citationis, ac formam Nobis per vestras D litteras harum seriem continentes fideliter exponatis. Quod si non ambo iis exequendis interesse potueritis, tu, Frater Episcope, ea nihilominus exequaris.

Cum obstantium derogatione,

mandatique moderatione.

Datum Viterbii v. Idus Octobris [f], Pontificatus Nostri Anno Tertio.

E *Facta Fratribus Asculanis copia locum mutandi, & intra Civitatem ad habitandum se transferendi, mandat infrascriptis, ne super ea concessione illos molestari permittant.*

(Ex AUTOGRAPHO in Archivo nostri Conventus Sancti Francisci Asculi in Piceno extante.)

ALE-

(a) SUI ORDINIS APOSTATAM: videlicet *Fr. Guillelmum Arnaldi* ibi supra descriptum.

(b) AB APOSTOLICA SEDE CONCESSA: per constitutionem incip. *Fratrum Minorum continent Instituta &c.* ab Honorio III. Gregorio IX. Innocentio IV. & ipsomet Alexandro editam.

(c) VEN. FRATRIS NOSTRI ...: *Hispani* nomine ex Catalogo Antistitum infrascriptæ Ecclesiæ.

(d) ARCHIEPISCOPI AUXITANI: Vulgo *Ausch* in Aquitaniæ parte, quæ nunc *Vasconia* dicitur in finibus Hispaniæ.

(e) DICITUR IMPETRASSE: Sed quæ non apparent.

(f) V. IDUS OCTOBR.: Petrus de Alva in suo Bullarii Seraph. Indiculo, & ex eo autor Supplementi ad Annales Waddingi n. 2. memorat hanc epistolam, & datam ait v. *Kal. Octobris*,

CCC-LXVIII.

Anno 1257. die 11. Octobris.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri [a] .. Episcopo Recanat. [b], *& dilecto filio* .. *Plebano Ecclesiæ S. Benedicti ad Mare Firman.* [c] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium, a concessionis causa.

PAUPERTAS voluntaria, cui pro Divini honore nominis dilecti filii Guardianus, & Fratres de Ordine Minorum *Esculan.* [d] se indissolubili vinculo astrinxerunt, benignitate Apostolica eos ita dignos constituit, ut ipsa in omnibus, quæ ad Dei laudem, & animarum profectum pertinere noscuntur, devotionem eorum gratiosis favoribus libentissime prosequatur. Sane cum ad nostrum auditum pervenerit, quod intra Civitatem *Esculan.*, consideratis, quæ ad salutem animarum respiciunt, & incommoditatibus, quas in loco, in quo extra ipsam [e] dicti Guardianus, & Fratres degunt, frequentissime sustinent; locus eis foret plurimum opportunus: Nos animarum saluti, qua nihil Nobis est carius, paterna sollicitudine providere volentes; ac eorum necessitatibus pio compatientes affectu, ut ad locum, ad quem intra Civitatem ipsam transeundi dilectus filius FRATER BONAVENTURA Generalis Minister ipsorum Ordinis ex nostra commissione eis facultatem per suas litteras [f] dicitur concessisse, libere transferre; ac Oratorium, domos, ac officinas eis necessarias ibidem construere, & habere possint, Parochialium, & vicinarum Ecclesiarum jure salvo dictorum Guardiani, & Fratrum devotioni per nostras litteras [g] concedendam duximus liberam facultatem. Non obstantibus aliquibus litteris quibuscumque concessis, seu etiam concedendis, per quas hujusmodi concessionis effectus impediri valeat, vel differri, & de quibus plenam, & expressam, seu etiam de verbo ad verbum fieri oporteat in nostris litteris mentionem. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus dictos Guardianum, & Fratres non permittatis super his contra concessionis nostræ tenorem ab aliquibus molestari; molestatores hujusmodi per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii sæcularis: Non obstantibus aliquibus litteris quibuscumque concessis, quod interdici, & excommunicari nequeant, vel suspendi; & constitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali [h]. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Fratres a sæculi extra mœnia degentes

permittuntur intra commorari,

cum obstantium derogatione,

mandans Pontifex ut supra,

derogando litteris &c.

& justa temperando.

Datum, *ut supra* [i].

Ecclesiam S. Francisci Asculanæ Civitatis certis diebus devote visitantibus quotannis 100. *dies de injuncta sacramen. pœnitentia relaxat.* (Ex ARCHIVO nostri Conventus Sancti Francisci ejusdem Civitatis in Piceno.)

CCCLXIX.

Anno 1257. die 15. Octobr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... *Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum* Esculan. [k] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

SANCTORUM meritis inclyta gaudia &c. [l] Ad promerenda igitur sempiterna gaudia causam dare Fidelibus populis cupientes omnibus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam vestram in die Consecrationis, & in Anniversario Dedicationis ejusdem, ac in Sanctorum *Francisci*, & *Antonii*, Sanctæque *Claræ* Virginis; & per octo dies

Visitantibus Ecclesiam Asculan. FF. Min. certis diebus annuatim

(a) VEN. FRATRI ... De quo videatur Ughellus to. 1. Ital. Sac., & notæ ad similem epist. Kal. Decembris hoc anno datam.

(b) RECANAT.: In Piceno Civitatis a Gregorio IX. Episcopali honore decoratæ.

(c) FIRMAN.: Etiam in Piceno, & addendum puto *Diœcesis*.

(d) ESCULAN.: Reliquæ notæ videantur ad cit. epistolam infra *Kalendis Decembris* scriptam.

(e) EXTRA IPSAM: Ubi vetus locus extra Civitatem esset, habetur ex epist. 29. *Ad audientiam nostram &c.* anno 1255. 8. Martii scripta.

(f) PER SUAS LITTERAS: Sed modo desiderantur.

(g) PER NOSTRAS LITTERAS: Dat. 1. Decembris.

(h) IN CONCILIO GENERALI: Lateranensi IV. anno 1215. celebrato cap. 37.

(i) Hanc epistolam dedit Pontifex de loco quidem mutando, ac acquirendo, at paucis post diebus, seu *Kalendis Decembris* eamdem epistolam iisdem de loco jam empto, & acquisito scripsit cum facultate ibidem permanendi.

(k) ESCULAN.: In Piceno, & Provincia Marchiæ Anconitanæ ex autographo in Archivo dicti Conventus asservato; de quo loco agit Waddingus ad annum 1245. num. 36. edit. 2.

(l) GAUDIA &c.: Ut in Bulla 172. anno 1256. 4. Martii data.

ALEXANDRI PP. IV. An. Ch. 1257.

Indulgentia impertitur annuatim.

dies sequentes, & *Sanctorum* eorum, quorum ibi *Altaria* sunt, in suis festivitatibus cum devotione, & reverentia visitaverint annuatim, de Omnipotentis Dei misericordia; & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *centum dies* de injunctis sibi poenitentiis misericorditer relaxamus.

Datum Viterbii Idibus Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio [a].

B

Ne procurationes, & exactiones, seu collectas, subsidiaque praestare teneantur Legatis, vel Nunciis Sedis Apostolicae, Ecclesiasticas ob id in eas latas censuras irritas esse decernens. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo infrascripti Monasterii existente sub plumbo.)

CCCLXX. Anno 1257. die 15. Octobr.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissae, & Conventui Monasterii Sanctae Mariae Montis Sancti Tudertin. [b] *Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* C

Concessionis causa paupertas.

PAUPERTATI vestrae, quam propter Deum voluntarie sustinetis, ac quieti paterna in posterum solicitudine providere volentes auctoritate vobis praesentium indulgemus, ut vos, & *Capellae* vestrae ad praestationem procurationum Legatorum Sedis Apostolicae, vel Nunciorum ipsius, aut exactionum, vel collectarum, seu subsidiorum quorumque minime teneamini; nec ad ea solvenda per litteras dictae Sedis Legatorum, Rectorum, vel Nunciorum ejusdem, cujuscunque tenoris existant, aut cujuscunque auctoritate compelli aliquatenus valeatis. Nos enim decernimus irritas, & inanes *interdicti*, *suspensionis*, & *excommunicationis* sententias; si quas propter hoc in vos, vel in vestrum aliquas, aut Monasterium vestrum, seu *Capellas* vestras in posterum contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit &c.

Censurae Eccles. a Collectoribus, Nunciis &c. ea de causa latae irritae censentur.

D

E

Datum, *ut supra* [c].

Ut de illicite acquisitis, quorum restitutio, cui facienda, nescitur; & de Legatis indistinctis recipere, ac ordinare valeant, non obstantibus quibusdam litteris aliis concessis. (Ex SPECULO MINOR. tract. 1. fol. 8. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. n. 43., ejusque SUPPLEMENTI auctorem num. 3., ac RODERICUM in Bullario Regul. tom. 1. Bul. 16. Alex. IV., extat AUTOGRAPHUM in Archivo nostri Conventus Avenionensis lib. 1. Bull. pag. 18., cusum vero in FIRMAMENTIS trium Ordinum S. P. F. par. 2. tract. 1. fol. 14., ubi notatur AUTOGRAPHUM haberi in Conventu Min. Parisiis, & autenticum etiam Rothomagi.)

CCCLXXI. Anno 1257. die 16. Octobris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Generali [d], *& aliis Provincialibus Ministris, ac Fratribus Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Gratia Templariis Militibus facta.

FELICIS record. I. PAPA [e] praedecessor noster, & Nos postmodum ad instar ipsius dilectis filiis Magistro, & Fratribus Domus *Militiae Templi* Hierosolymitani [f] pro exoneratione debitorum, quibus teneri dicuntur, ut de usuris, rapinis, & alias quocumque modo illicite acquisitis, quae Christifideles mandant restitui in ultima voluntate; vel dum vivunt, etiamsi sospitate fruantur, restituere sunt parati; si quibus ipsorum restitutio fieri debeat, omnino inveniri non possunt: necnon de Legatis indistincte in pios usus, non expressis locis aliquibus, vel personis, usque ad *decem millia Marcharum* argenti, ubique locorum extra Regnum *Alemanniae* recipere valeant, per Apostolicas sub certa forma litteras dicimur concessisse;

De summa pecuniae variis ex causis recipienda.

(a) Ante quinque dies, & post sesquimensem Pontifex potestatem dedit Fratribus hujus urbis mutandi locum per litteras *Paupertas voluntaria &c.* Kalendis Decembris datas, ex quibus discimus Fratres antea locum habuisse extra Civitatem; & hoc anno intra Civitatem admissos fuisse.

(b) MONASTERII S. MARIAE MONTIS SANCTI TUDERTIN.: V. *Bulla* similis anno 1255. die 12. Februar. edita.

(c) Hoc privilegium contulerat jam Pontifex huic Monasterio anno 1255. pridie Idus Februarii, sed non adeo distincte, ut in isto ampliori.

(d) GENERALI: S. *Bonaventura* initio hujus anni in festo Purificationis B. V. M. absenti Romae assumpto ad supremam Ordinis Praefecturam, ut jam in no. (a) ad epist. 188. indicavimus.

(e) I. PAPA: Innocentius Papa IV.

(f) MILITIAE TEMPLI HIEROSOLYMITANI: Qui postea in Concilio Viennensi anno 1312. extincti fuerunt.

cessisse; diversis super hoc eis executoribus deputatis. Verum quia, sicut intelleximus, dicti Magister, & Fratres super præmissis, quæ sive vobis, sive

Iidem Templarii FF. Minoribus molesti.

depositioni, vel ordinationi alicujus, vel aliquorum ex vobis quomodolibet relinquuntur; seu si executores decedentium de talibus eorum dispositioni relictis vobis velint aliqua elargiri, vos occasione concessionis hujusmodi inquierant multipliciter, & molestant: Nos volentes paci, & tranquillitati vestræ

Pontificis provisio contra eosdem.

B paterna super hoc sollicitudine providere, vobis universis, & singulis, ut per tales litteras prædictis Magistro, & Fratribus ab Apostolica Sede concessas nullum vobis, vestroque Ordini præjudicium generetur; quin eisdem litteris nequaquam obstantibus, ea, quæ de præmissis vobis, & ipsi Ordini relinquuntur, & ab executoribus decedentium

Indulgens Fratribus ut supra.

exhibentur, recipere; ac de iis, quæ C vestræ committuntur dispositioni, ordinare, ac disponere libere valeatis, auctoritate præsentium indulgemus; prædictis Monasterio, & Fratribus, ac etiam Executoribus eorumdem in virtute obedientiæ districtius inhibentes, ne vos, vel vestrum aliquos prædictarum litterarum prætextu molestare contra hujusmodi indulti tenorem, aut inquietare, seu quomodolibet perturbare præsumant.

& irritas in eos censuras Eccles. declarans.

Nos enim nihilominus omnes *excommunicationis*, *suspensionis*, & *interdicti* D sententias, quas per eosdem Executores in vos, vel vestrum aliquos occasione hujusmodi promulgari contigerit, decernimus irritas, & inanes [a]. Nulli ergo

Clausula prohib. &c.

omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Viterbii xvi. Kalen. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

A

Ut de male perceptis, quæ quibus restituenda ignorantur; & de indistinctis Legatis Fratribus Minoribus providere valeant, non obstantibus nonnullis litteris ab aliis super ea re apud Sedem Apostol. impetratis. (Ex cit. Speculo Minor. tract. 1. fol. 8. apud Wadingum in Reges. Pontif. n.44., ejusque Supplementi Auctorem num. 4., ac Rodericum in Bullario Regul. tom. 1. Bul. 17. Alex. IV., necnon Firmamenta trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 14.)

ALEXANDER &c.

CCCLXXII. Anno 1257. die 16. Octobr.

Dilectis filiis universis Executoribus Testamentorum præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Ex parte dilectorum filiorum.. Ministri Generalis [b], & Fratrum *Ordinis Minorum* fuit propositum coram

Fratrum expositio, atque recursus ad Sedem Apostol.

Nobis, quod cum aliqui vestrum de male ablatis, & illicite acquisitis, quæ Fideles nescientes, quibus horum restitutio fieri debeat; necnon de his, quæ iidem Fideles indistincte non expressis personis, vel locis vestro arbitrio, seu de consilio alicujus per vos in pios usus eroganda committitur, velint eorumdem Fratrum indigentiis providere; nonnulli Ecclesiarum Prælati, necnon *Hospitalis* [c], & Militiæ *Templi* Hierosolymitani [d], ac etiam Militiæ *Sancti Jacobi* [e] Domorum Magistri, & Fratres, ac alii, pro quibus super obtinendis ab eis certis quantitatibus Legatorum hujusmodi litteras nostras direxisse dicimur, per Executores sibi super hoc deputatos a Nobis impedire procurant; ne prædictorum Fratrum Minorum indigentiis de prædictorum Legatis per vos valeat subveniri; propter quod duxerunt ad Apostolicæ Sedis auxilium recurrendum.

Prælati quidam, & Religionum Equ. Milites FF. Minoribus graves.

Cum igitur nostræ intentionis non fuerit, nec existat, per hujusmodi litteras providendi eisdem Fratribus de prædictis Legatis vobis adimere facultatem: Universitati vestræ præsentium auctoritate

Pontificis provisio mandantis ut supra.

(a) Et inanes: Eodem modo scripsit Pontifex anno sequenti Episcopo Mutinensi *Templariorum* executori litter. Apostol. pro hac re die 11. Februar. epistolam incip. *Felicis record. Innoc PP.*, quæ infra dabimus; universis vero Executoribus testamentorum sequentem epistolam.

(b) Ministri Generalis: S. Bonaventuræ, ut adnotatum est in superiori Bulla de hac re.

(c) Hospitalis: nunc Equites *Melitenses* appellati.

(d) Templi Hierosolymitani: Jam suppressi, ut supra.

(e) Militiæ S. Jacobi: In Hispania institutæ cognomento *de Spatha*, cujus Monasterium extra Ulyssiponem vocabatur *de Santos* ex certis monumentis, quibus mihi modo lucescentibus corrigimus. (1) ad Bullam ix. Honorii III. *Ex parte &c.* anno 1221. editam in to. 1. hujus nostri *Bullarii* p. 9., deleoque ea, quæ de *Sanctarena* loco ibidem apposui.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

tate concedimus; ut non obstante contradictione prædictorum Executorum, eisdem Fratribus Minoribus de prædictis Legatis providere possitis; prout eorum necessitatibus videritis expedire. Nos enim nihilominus omnes *excommunicationis*, *suspensionis*, & *interdicti* sententias, quas per eosdem Executores in vos, vel vestrum aliquos occasione hujusmodi promulgari contigerit, decernimus irritas, & inanes [a]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis &c.

Censuras Eccles. ea de causa in Fratres Min. latas irritas declarans.

Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii [b] &c. *ut supra*.

Sanctimoniales hortatur, ut earum Sanctæ Matris Claræ imitari virtutes, piaque vestigia sequi satagant, Abbatissæ præsidium, & auxilium omne pollicitus. (Ex Autographo Assisinstis Archivi Monasterii S. Claræ.)

CCCLXXIII. Anno 1257. die 17. Octobris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiabus in Christo.. [c] *Abbatissæ, ac Sororibus Monasterii pauperum inclusarum Sanctæ Claræ* Assisinat. *Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

Largifluæ paternæ caritatis affectum, quem ad vestram quondam Matrem Beatissimam Claram vestri utique Ordinis prælectam a Domino plantatricem in minori constituti officio intime semper habuimus, dum in mortalitatis humanæ caduco beata ipsius anima viveret, innotescat vobis, dilectæ in Christo filiæ, magis ac magis ad vestras jugiter dilatari personas: & quia *caritas nunquam excidit*, ipsum in intimis cordis nostri erga vos, & Monasterium vestrum argumenta recipere potiora. Sicque fit, quod dum ille interna sinceritatis amor, quo & Nos mundo mortua, viveos nunc ipsa prosequebatur in carne, nostros memoriter excitat sensus erga vos suæ plantationis prolem Divina gratia faciente fæcundam, quadam sobriæ dilectionis inebriamur dulcedine; ut, quo post suum felicem de Mundo exitum, providentia Nos Divina ad universalis Fidelium suorum regiminis, Summique Sacerdotis culmen provexit; eo de ipsius dilectionis irriguo, quasi de caritatis eximiæ fonte, ad irrigationem tam gratæ Deo plantationis continuo rivuli defluant, & emanent Apostolicæ benedictionis, & gratiæ pleniores. Quocirca, Filiæ a Domino benedictæ, ac Nobis, Universitatem vestram rogandam attente duximus, & hortandam, quatenus quemadmodum accepistis ab ipsius Sanctæ claris operibus, & exemplis, quomodo vos oporteat ambulare, & placere Deo, sic etiam ambuletis, ut abundetis magis in timore Domini, & amore. Sicque sedulæ, sic ferventes virtutum curetis insistere studiis sanctæ contemplationis otio, & orationum, aliisque vacare operibus pietatis, quod sedulitatis circa hæc & instantiæ vestræ fervor virtutem justitiæ, prudentiæ, ac temperantiæ bonum non deferat; & verbum sapientis prudenter amplexantes, quod legitur: *miserere animæ tuæ placens Deo*, rationabile secundum Apostolum vestrum obsequium faciatis; ut fortes vos, & inexpugnabiles in dimicatione temptationum multiplici serpens, caro, mundus inveniat triplex hostis; & pulsante Christo Sponso vestro ad januam, cum oleo sanctæ præparationis virgineo occultus ejus vos jucundaoter apprehendat adventus: sicque in vobis matris, & plantatricis vestræ sancta imitatio clareat, quod unitatem spiritus in vinculo semper mutuæ pacis servantes, lucidum aliis consororibus, & commonialibus vestris caritatis, & dilectionis præbeatis exemplum, quæ capiti vestro in Ordine capud præcipuum, & exemplar vestru primæ successistis specialiter exemplari; ad perceptionem denique, & fruitiooem illius bea-

1. Corinth. 13. 8.

Hortatur Sanctimoniales ad id, quod supra.

1. Thessal. 4. 1.

Ecclesi 30. 24.
Rom. 12. 1.

Matth. 25. 7.

1. Pet. 5, 4.

(a) Inanes: Eemdem inhibitionem Pontifex fecit executori militiæ *Templariorum* ex epist. 405. *Felicis recordat. &c.* anno sequenti die 21. Februarii Episcopo Mutinen. data.

(b) Viterbii: Apud supra citatum Supplementi Wad. Autorem, Firmamenta, & Rodericum legitur *Datum Anagniæ*. sed cum errore, cum toto hoc anno Pontifex non nisi *Romæ*, & *Viterbii* moram traxerit, ut ex ejus Epistolis liquido constat, & ex sequentibus, ac præcedentibus litteris.

(c) In Christo...: *Benedicta* Assisiati, quæ defunctæ S. Claræ successit in regimine Monasterii S. Damiani, obiitque cum opinione sanctitatis ex Waddingo ad annum 1254. n. 34., & Act. SS. Collect. Bollandi continuatoribus ad diem 16. Martii.

beatissimæ, & immarcescibilis gloriæ, A quæ nuoquam humano visui, vel audi-
1.Corinth 2.9. tui patuit; quamve oullius in hoc morticinio posita, quantumque dilucidus capere potuit intellectus. Sollicite igitur in vestris animis revolventes beneficia bonorum omnium largitoris, quibus affluenter vos, & Ordinem vestrum, prosequutus est io ipsius *Sanctæ* glorificatione mirifica, suæ virtutis præsidio, & continue clementer prosequitur; cunctis vestris salutaribus studiis præferre B obedientiæ meritum; & hooore vos secundum statum cuilibet vestrum iovicem prævenire; ac in sinceri perseverare integritate amoris, & humilitatis, ac benivolentiæ, aliarumque virtutum amplexu, ceterisque actibus sanctitatis curetis; eique conformes vos, quantum gratia vobis Divina ministrarit, efficere; ac sanctæ conversationis suæ per imitationem Deo acceptam calcare vestigia C incessanter; ita quod tanti capitis corpus vere quoque tantæ filiæ Matris digne commendari possitis; ut opulenta primæ plantaotis plantatio gratorum Deo fructuum ubertate. Tibi autem,
Abbatissam alloquitur, Jacob.1.5. dilecta in Domino Filia.. Abbatissa, de Nobis io eo, qui dat affluenter, & non improperat; fiducia plena existat; quod paternis a Nobis præsidiis, & auxiliis semper confoveberis opportunis, quam
Laudat, ante commissum vigilantiæ tuæ tanti ovilis regiminis mioisterium zelo præcipuæ affectionis dileximus pro prægnitis in te vitæ laudabilitet gressibus, & salutis; secura in Christo, quod cum caritas minorationis dispeodio crescat, augebitur ad te semper paternitatis nostræ benivoleotia; & in indicium oostræ ad te
& benedicit. dilectionis insignis, speciale tibi Apostolicæ benedictionis muous tenore præsentium mittimus; ut Divinæ adjuta per eam protectionis, & gratiæ consequaris plenius largitatem.

Datum Viterbii xvi. Kal. Novembr. Pootificatus Nostri Anno Tertio.

Plenam tribuit in omnes sui Ordinis Fratres potestatem, facultatemque circa eosdem dat, quam Pœnitentiarii Apostolici habere noscuntur. (Ex Regesto Vatic. epist. 670. apud Wadoingum in Annal. Min. ad hunc annum num. 11., & ex Archivo Assisiati nostri Conventus S. Francisci apud auctorem Collis Paraoisi lib.2. pag.27.)

ALEXANDER &c. CCC-LXXIV.

Anno 1257. die 28. Octobr.

Dilecto filio Fratri Bonaventuræ *Generali Ministro* [a] *Ordinis Fratrum Minorum Sal.*, *& Ap. Ben.* 2

Causa concessionis. UT Ministerium tibi commissum ad Dei gloriam, & prosperum tui Ordinis statum libere; & efficaciter valeas exercere; nullusque *Fratrum* ejusdem Ordinis prætextu alicujus licentiæ possit mandatum obedientiæ regularis, aut ipsius Ordinis subterfugere disciplinam; universis, & singulis Ministris, Custodibus, Guardianis, cæterisque *Fratribus* præfati Ordinis tenore præsentium in virtute obedientiæ districtius
Vetat, ne Fratrum quisquam utatur privilegiis sine licentia Ministri Generalis. inhibemus, ne ipsorum aliquis *privilegiis*, indulgentiis, litteris, mandatis, vel licentiis quibuscumque pro ipsis, vel ipsorum aliquo, seu aliquibus sub quacumque forma verborum ab Apostolica Sede obtento uti quoquo modo præsumat absque tuo mandato, & licentia D speciali. Nos enim omnem pœnam, quam hujusmodi oostræ iobibitionis traosgressoribus rite duxetis infligendam, ratam habebimus, & observari auctore Deo inviolabiliter faciemus. Si vero ipsorum aliqui electiones, seu postulationes; aut provisiones, quas deinceps celebrari de ipsis in Ecclesiis *Cathedralibus* [b], aut fieri contiogerit absque tuo b
Promotiones de iisdem Ecclesiasticas sine Generalis Ministri arbitrio irritas edicit. arbitrio acceptare, seu illis conseotire præsumpserint; Nos omnem processum, E qoi de ipsis, & pro ipsis in hac parte habitus fuerit, irritum decernimus, & inanem nolentes, ut eis quidquam juris per electiooes, postulationes, vel provisio-

(a) Generali Ministro: De quo in ep.371.paulo ante n. (d) dictum est: de eoque alio in Opere retallo, profligaqua veterem errorem afserentium, eum anno 1243.ætatis suæ 22. Ordinem S. Francisci ingressum esse, ac anno sequenti Parisios amandatum sub disciplina Alexandri Alensis profecisse: ostanduque, anno 1238. Minorum vestam induisse ætatis suæ anno 17., & anno 1243. Lutetiam Parisiorum missum non paucis mensibus, sed triennio magistrum Alexandrum audivisse, idque pluribus præsertim ex auctora suppari B. Francisco Fabrianensi.

(b) In Ecclesiis Cathedralibus: etiam Innocentius IV. per Constitutionem *Petitio tua nobis &c.* anno 1252. 10. Kalend. Maji B. Joanni Parmen. *Ministro Generali* concesserat, ut nemo Fratrum suorum ad dignitates Ecclesiasticas extra suum Ordinem assumeretur absque ejus licentia, sed adjecit: *vel ipsorum Fratrum Provincialium Ministrorum, qui pro tempore fuerint &c.* hic vero Pontifex actum coarctat ad ipsos dumtaxat Ministri Generalis concessum; videturque *personale* privilegium.

visiones hujusmodi, eorumque acceptationes, & consensus quomodolibet acquitatur. Ad hæc ut eo efficacius commissum tibi officium exequi valeas, quo majori per Nos fueris auctoritate munitus, illam tibi potestatem circa absolutionem Fratrum ejusdem Ordinis ab *Excommunicationum* sententiis, & dispensationem super eorum *irregularitatibus* præsentium tenore, concedimus, quam nostri *Pœnitentiarii* [a] habere ab Apostolica Sede noscuntur. Cæterum quia pro certo tenemus, quod data sit tibi cælitus gratia regendi salubriter populum sanctum Dei, ac ejusdem gubernacula Ordinis prospere dirigendi; Nobis de re fiducia magna probetur, quod dictus Ordo, te illi præsidente, continuatis concrescet augmentis; ejusque status auctore Domino grata suscipiet per tuum Ministerium incrementa virtutum: Idcoque discretionem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, ac per Apostolica tibi scripta mandamus in remissionem tibi peccaminum nihilominus injungentes, quatenus sic te cultorem Religionis exhibeas, & vindicem vitiorum, quod eodem Ordine tuæ doctrinæ rore compluto, tuaque salubri dispositione composito crescat exinde meritis apud Deum, penes Nos gratia, & apud homines clara fama. Nos enim, qui ejusdem profectum, & augmentum Ordinis toto cordis zelamur affectu, tibi in omnibus, quæ tuum contingunt officium, firmiter Apostolico favore adesse proponimus; ac ut idem Ordo sub tuo regimine titulis refulgescat insignibus, omnem, quam poterimus, intendimus opem, & operam adhibere.

Facultas Pœnitentiarii Apostolici pro Fratribus Ord. tribuitur Ministro Generali.

S. Bonaventura gubernante continuis crevit incrementis Ordo.

Ad quod hortatur a Pontifice.

promittens in omnibus suam opem, & operam.

Datum Viterbii XII. Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Mandat, ut Perusinos ad abradenda contra Religiosas, & Ecclesiasticas personas edita statuta compellant; censuras tamen Eccles. in eos non proferant sine speciali Sedis Apostolicæ mandato. (Ex AUTOGRAPHO in Assisiati Sac. Conv. S.F. Archivo extante.)

ALEXANDER &c.

CCCLXXV. Anno 1257. die 27. Octobris.

Dilectis filiis Ordinis Prædicatorum, & Sancti Antonii Prioribus Perusin. Salutem, & *Apostolicam Benedictionem.*

Ad audientiam nostram relatio valde molesta pervenit, quod Potestas, Consilium, & Commune *Perusin.* novo præsumptionis spiritu statuta valde damnosa Religiosis, & aliis Personis Ecclesiasticis ad depressionem Ecclesiarum edidisse dicuntur, imponentes eis Tallias [b], & Collectas pro suæ arbitrio voluntatis. Nolentes itaque Personas hujusmodi, & specialiter dilectas in Christo filias Abbatissam, & Conventum Monasterii *Sanctæ Mariæ de Monte Lucido* [c] Perusin. talibus statutis involvi, quas cum omnibus bonis suis, ubicumque ea habeant, immunes esse cupimus a Collectis, & quibuslibet aliis oneribus Civitatis; Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, dictos Potestatem, Consilium, & Commune, quod statuta ipsa de suis Capitularibus [d] prorsus abradant nunquam inibi conscribenda, & ab hujusmodi Collectarum, & Talliarum impositione, seu exactione penitus desistant, monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellatis; Proviso, ne in Universitatem Perusin. *Excommunicationis*, vel *Interdicti* sententiam proferatis, nisi a Nobis super hoc mandatum receperitis speciale.

Relatio de Statutis Eccles. personis damnosis.

a quibus dictas personas, & specialiter Monasterium S. M. Montis Lucidi liberum esse vult Pontifex

mandans dicta statuta aboleri, & a Capitularibus abradi.

A censuris tamen Eccles. in Perus. Univers. abstinendum.

Datum Viterbii VI. Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio [e].

Nullas decernit litteras obtentas contra locum S. Edmundi Fratribus Minor. concessum. (Ex REGES. VATIC. epist. 695. apud WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum num. 21.)

ALE-

(a) PŒNITENTIARII: Hoc est absolutam, omnimodamque ea in re summi Pontificis auctoritatem.

(b) TALLIAS: Italis quidem notas, exteris autem, & exoticis nequaquam; sed vide tom. 1. hujus Operis p. 261. no. (p)

(c) S. MARIÆ DE MONTE LUCIDO: De quo Monasterio persæpe actum est in dicto to. 1. p. 13. &c.

(d) CAPITULARIBUS: Nempe libro Statutorum Civitatis.

(e) Idem Pontifex hoc anno die 8. Novembris scripsit etiam Perusino Communi pro hac re litteras consimiles, ut infra.

CCC-LXXVI.
Anno 1257. die 1. Novembr.

ALEXANDER &c.

A

a *Dilectis filiis . . [a] Ministro Provinciali, & Fratribus de Ordine Fratrum Minorum in* Anglia *Salutem, & Apost. Bened.*

Exordium.

VESTRÆ meritis Religionis inducimur, ut vos favore benevolo prosequamur; & in iis, quæ digne deposcitis, habeamus providentiæ studium efficacis. Hinc est, quod Nos vestris B
Fratrum supplicationes.
supplicationibus annuentes, quidquid
contra litteras, privilegia, seu indul-
gentias vobis super recipiendo, & ob-
b rinendo loco in Villa *Sancti Edmundi* [b]
c Regis, & Martyris, quæ *Beci* [c] vulga-
riter appellatur, *Norvvicen.* Diœce-
d e sis [d] a Nobis concesso [e], per quascum-
que alias litteras, vel indulgentias, seu
privilegia non facientia de præmissis
mentionem expressam attentatum est,
vel contigerit attentari; ex nunc aucto- C

Pontifex annonas decernit ut supra.

ritate præsentium decernimus irritum, & inane. Eadem auctoritate nihilominus

obstantibus derogando.

statuentes, ut hujusmodi litteræ, vel indulgentiæ, vel privilegia a Sede Apostolica impetrata, vel impetranda nullis personis Religiosis, vel Sæcularibus communiter, vel divisim contra vos, & concessionem præsentis loci, ac decretum, & statutum nostrum aliqua-

Clausulæ prohib. &c.

tenus suffragentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ D Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Viterbii Kalendis Novembris,
f Pontificatus Nostri Anno Tertio [f].

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1257.

Indulgentia subsidium tribuentibus pro fabrica Ecclesiæ, Cœnobiique Majoricensis. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo dicti Cœnobii testante WADDINGO ad annum 1257. num. 24.)

CCC-LXXVII.
Anno 1257. die 1. Novembr.

ALEXANDER &c.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

QUONIAM, ut ait Apostolus &c. [g] g
Sane cum dilecti filii Fratres Mi-
nores de Villa *Majoricæ* [h] Le- h
gionen. Diœcesis Ecclesiam ibidem, si-
cut accepimus, cum aliis ædificiis suis
usibus opportunis cœperint construere,
in qua Divinis &c. [i] i

Datum, *ut supra.*

Hospitalia Pisana jurisdictionis Ordinis Camaldulen. exempta declarat ab unione magni Hospitalis, quod Pisis construebatur. (Ex ARCHIVO VATIC. in Regesto Pontif. epist. 712. anno. 3.)

CCC-LXXVIII.
Anno 1257. die 3. Novembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . Priori, & Fratribus heremitis Camaldulen. *Heremi* [k] k *Aretin. Diœcesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

FF. Camaldulensium petitionis tenor

OBLATA Nobis ex parte vestra petitio continebat, quod cum . . Potestas, & Commune *Pisan.* occasione
compositionis nuper [l] inter ipsos, & l
Roma-

(a) FRATRIBUS . . . : *Joanni Stamfordiensi*, qui circa annum 1254. Provinciæ Angliæ ministerio cohonestatus fuerat ex Catalogo Ministrorum illius Provinciæ apud Waddingum ad annum 1400. n. 36.

(b) IN VILLA S. EDMUNDI: Obtinuerunt, inquit Waddingus supracitatus, per hoc tempus FF. Minores domicilium in Urbe *S. Edmundi* Regis, & Mart. Norwicen. diœcesis in Anglia Pontificio freti diplomate, & favore adjuti Comitis Gloverniæ & Gilberti Prestonensis. Contradixerunt Benedictini Monachi illius loci, impetraruntque in Curia litteras contradictorias; quas tamen certior totius controversiæ factus Pontifex revocavit per diploma relatum. Hic locus porro S. Edmundi 3. al. 4. erat *Custodia* Cantabrigen. in veteri *Provinciali Ordinis* apud auctorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. xi.

(c) QUÆ BECI: *Bery* dicitur in litteris Urbani IV. infra citandis, *Bure* vero apud Mabillon., ut in notis ad dictas litteras.

(d) NORWICAN. DIŒCESIS: Nordovicum al. Norvicum vulgo *Nordwich* ampla Civitas est, & Comitatus Norfolciæ caput in Angliæ ora orientali ad Garienum fluvium Episcopalis sub Cantuarien. Archiepiscopo.

(e) A NOBIS CONCESSO: Deest hujus concessionis diploma, quo anno datum fuerit, post annum tamen 1254.

(f) Hæ tamen Alexandri litteræ postea revocatæ sunt ab ejus successore Urbano IV. per alias *Exposuerunt nobis &c.* an. 1263. die 28. Maji datas, ut infra.

(g) APOSTOLUS &c.: Ut in *Bulla* 44. anno 1255. die 16. April. edita.

(h) MAJORICÆ: Cujus Oppidi Cœnobium 4. al. 5. erat, ac ultimum *Custodia* Zamoren. in Provincia *S. Jacobi*; seu Compostellæ ex veteri *Provinciali* Ordinis apud Polychronicon & Pisanum Conform. xi., in eoque anno 1424. fundatum fuit publicum *Gymnasium* opera Fr. Didaci Badan Episcopi Carthagin. & dicti Conventus alumni ex diplomate Martini V. apud Waddingum ad eum annum legendo n. 9.

(i) DIVINIS &c.: Ut in supra citata Bulla 44. usque ad finem, ac *Datum*.

(k) CAMALDULEN. HEREMI: De quo loco diximus ad epistolam 113. Gregorii IX. *Quia illos vere &c.* in tomo 1. hujus *Bullarii* p. 112. (e. f)

(l) COMPOSITIONIS NUPER: Hoc anno mense Aprili ex epistola 323. *Clemens semper & mitis &c.* supra relata pag. 212.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

Romanam Ecclesiam initæ quoddam *Hospitale* [a], quod jam incepisse noscuntur, teneantur Pisis construere de bonis propriis, & dotare; Venerabilis Frater noster.. [b] Archiepiscopus tunc Electus Pisanus [c] ad instantiam, sicut dicitur, dilecti filii *Fratris Mansueti* [d] *de Ordine Minorum* Cappellani, & Pœnitentiarii, & tunc in partibus illis Nuncii nostri omnia Hospitalia Civitatis, & Diœcesis Pisan. *Hospitali* construendo per ipsos subjecit auctoritate propria, ut dicitur, & univit; & Nos postmodum eadem Hospitalia *Hospitali* eidem, seu Magistro ipsius per certum assignari executorem ad hoc deputatum a Nobis litteris nostris [e] dicimur mandavisse. Nolentes igitur loca, quæ in prædictis Civitate, & Diœcesi vos, & Monasteria vobis subdita obtinetis, jurisdictioni alterius hac occasione submitti, auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut per unionem, & subjectionem hujusmodi, aut quamlibet aliam factam, vel de cætero faciendam nullum vobis quoad Hospitale, quod apud Monasterium Sancti *Fridiani* Pisan. [f], & alia Hospitalia, quæ tam vos, quam Sancti *Zenonis*, Sancti *Michaelis* de Burgo Civitatis, Sancti *Savini*, & Sancti *Stephani* de Cintorio Diœcesis ejusdem, ac aliorum locorum Monasteria vobis subjecta in prædictis Civitate, ac Diœcesi habere noscimini, ac eorumdem Hospitalium pertinentias, valeat præjudicium generari; nec talis unio, & subjectio ad prædicta *Hospitalia* vestra, & Monasteriorum ipsorum, seu pertinentias eorumdem possit extendi. Decernentes nihilominus unionem, & subjectionem easdem, & quicquid prætextu unionis, & subjectionis hujusmodi nostra, vel quavis auctoritate attentatum est; etiamsi

a
de quodam Hospitali a Pisanis excitando,
b c d.

cui Pisanus Antistes auctore Fr. Rufino alia Hospitalia univit,

& Pontifex firmavit;
e

qui ab illa unione eximit illa Ordinis Camaldulen.
f

eorumdem unionem factam revocando.

A jam ipsorum Hospitalium *Hospitali* præfato possessio sit collata; vel contigerit attentari, quantum ad vos, & prædicta Monasteria, & Hospitalia; nullius existere firmitatis; non obstante *confirmatione*, si qua est super iis a Sede Apostolica impetrata, vel etiam impetranda [g]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc
B attentare præsumpserit &c.

g
Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii III. Nonas Novembr. Pontificatus Nostri Anno Tertio [h].

h

Concessionem Hospitalis S. Leonardi de Stagno Clarissis Pisanis factam confirmat. (Ex Reges. Vatic. epist. 305. apud Vadoingum in Reges. Pontif. num. 45.)

C ALEXANDER &c.

CCC-LXXIX.
Anno 1257. die 8. Novembr.

Dilectis in Christo filiabus [i].. *Abbatissæ, & Conventui Monialium inclusarum Monasterii* Omnium Sanctorum Pisan. [k] *Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apost. Bened.*

i
k

Justis petentium desideriis &c. [l] Dudum siquidem intellecto, quod *Hospitale* Sancti Leonardi de *Stagno* Pisan. Diœcesis in spiritualibus esset, &
D temporalibus graviter deformatum; ejusque bona per habitantium in eo incuriam, seu malitiam potius in dispendia jugiter vergerent graviora: Nos destructioni, & lapsui *Hospitalis* ejusdem occurrere, vestramque de ipso volentes relevare inopiam, qua mortuæ Mundo gravamini sub clausuræ claustralis angustiis in voto voluntariæ paupertatis; & rem super hoc agere piam, & gratissimam

Exordium.
l
Facti expositio.

(a) Hospitale: De quo in dicta epistola 323.
(b) Ven. frater noster...: Fridericus Vicecomes Pisanus ex Catalogo Ecclesiæ Pisanæ apud Ughellum to. 3. Ital. Sac.
(c) Electus Pisanus: Ab anno 1254. usque ad hunc annum ex aliis dictis ad epistolam 281. (d)
(d) Fr. Mansueti: Cujus memoria, & Pontificiæ commissionis officium habetur ex proxime cit. epistola 323.
(e) Litteris nostris: Quas latere credimus.
(f) S. Fridiani Pisan. &c.: De his Camaldulensium Xenodochiis notitiam quisque habere poterit ex nuperrimis Annalium illius Ordinis Scriptoribus, & illustratoribus.
(g) Impetranda: Idem decrevit Pontifex de Hospitali S. Jacobi Orticariæ Ordinis S. Augustini prope Pisas ex diplomate infra *Dilecti filii... Prior &c.* anno 1260. die 16. Febr. edito.
(h) Eodem die, eodemque exemplo, mutatis mutandis, scripsit ad *Archiepiscopum Pisanum*, ut unionem dictorum Hospitalium Ordinis Camaldulen. ab eo factam intra octo dies dissolveret.
(i) Filiabus...: *Marina*, ut infra in instrumento.
(k) Monasterii omnium Sanctorum Pisan.: Anno 1233. fundati a Vitali Archiepiscopo Pisano jussu Gregorii IX., ut ex diplomate ejusdem Pontificis anno 1235. die 23. Julii edito, & supra relato apparet in to. 1. hujus *Bullarii* p. 167.
(l) Desideriis &c.: Adeas Bullam 112. an. 1255. 12. Octobris editam.

tissimam Deo credentes primo, & secundo [a] Venerabili Fratri nostro Archiepiscopo tunc Electo *Pisano* [b] de conferendo vobis, & Monasterio vestro *Hospitali* jam dicto cum juribus omnibus, & pertinentiis suis, ipsoque Procuratori ejusdem Monasterii vestro, & ipsius Monasterii nomine plene, ac libere, prout dictum est, assignando sub certa forma mandatum direximus speciale [c]. Sed quia, quantum in hac parte deferremus eidem, illud utique circa vos de *Hospitali* prætacto ad relevandum vestræ paupertatis incommoda fieri mandantes per eum, quod per Nos de plenitudine potestatis effici poterat, nequaquam attendens mandatum, & præceptum nostrum adimplere circa prætacta neglexit; dilecto filio *Crasso* Canonico Pisano sub certa forma nostris demum dedimus litteris [d] in mandatis, ut ad collationem, & assignationem Hospitalis ejusdem cum antedictis juribus, & pertinentiis vobis, ut præmissum est, vestroque Monasterio faciendam procederet juxta nostrarum directarum dicto Archiepiscopo tunc *Electo* super his priorum continentiam litterarum. Cum igitur, sicut accepimus, jam dictus Canonicus mandatum super hoc Apostolicum exequendo, Syndico, & Procuratori vestro, & dicti Monasterii sæpefatum *Hospitale* Sancti Leonardi de Stagno, Ecclesiam quoque, Domos, & Possessiones, pertinentias, & jura ipsius omnia Apostolici auctoritate mandati super hoc decreti eidem vestro, & ipsius Monasterii nomine conferenda duxerit, & etiam assignanda; in corporalem ipsius *Hospitalis*, & prætactorum omnium possessionem Syndicum inducens eumdem; in contradictores nihilominus excommunicationis sententiam promulgando; & decernendo etiam, prout ex vi Apostolici sibi competebat mandati, irritum, & inane, si quid post nostras obrentas ad eumdem Archiepiscopum tunc Electum super hujusmodi negotio litteras de *Hospitali* prætacto innovatum, aut de possessionibus, & rebus pertinentibus ad illud alienatum extitit, vel præsumptum; prout in Apostolicis, aliisque publicis litteris [e] super hoc confectis plenius continetur; vosque plena *Hospitalis*, & omnium prætactorum possessione gaudere dicamini pacifica, & quieta. Nos devotionis vestræ supplicationibus inclinati, quod a prætacto Canonico super his provide factum est, ratum habentes, & gratum, illudque tenore approbantes præsentium, ac defectum, si quis est, de prætactæ plenitudine potestatis supplentes *Hospitale* ipsum cum prætactis Ecclesia, Domibus, possessionibus, juribus, & pertinentiis suis omnibus, sicut ea omnia juste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos Monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Tenorem autem prætactarum litterarum præsentibus inseri fecimus [f] ad cautelam, qui talis est:

Electo Pisano datur commissio. — *Negligenti substituitur Canonicus Pisanus.* — *qui mandatum Apostol. exequitur.* — *Ea quæ a novo deputato sunt facta, confirmat Pontifex.*

Litteræ, seu instrumentum concessionis Hospitalis memoratæ. — *Anno 1257. die 14. Aprilis.*

„ In Christi Dei æterni nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCLVII. Pontificatus Domini Alexandri PP. IV. Anno Tertio Quintædecimæ [sic] Indictionis Mense Aprilis die quattodecimo intrantis. Ex hujus publici Instrumenti tenore omnibus appareat evidenter, quod in præsentia mei Notarii Jacobi de Podio Bonizi [g], & Testium subscriptorum ad hæc specialiter vocatorum, atque rogatorum, Dominus *Crassus* Canonicus Pisanus Domini Papæ Alexandri IV. Executor constitutus ad infrascripta exercenda ex præcepto facto sibi a Domino Papa per formam litterarum ipsius Domini Papæ ad eumdem Dominum Crassum propterea directarum, quarum tenor talis est. "

Epistola Pontificia Crasso Canonico Pisano.

ALEXANDER *Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto filio Crasso Canonico Pisano Salutem, & Apostolicam Benedictio-*

(a) PRIMO, & SECUNDO: Nempe dieb. 22. Januarii & 12. Martii hujus anni, ut infra.
(b) TUNC ELECTO PISANO: *Friderico* Vicecomiti Pisano Innocentii IV. Cappellano anno 1254. assumpto, & anno 1278. defuncto ex Ughello tom. 3. Ital. Sac. num. 51. al. 52.
(c) MANDATUM DIREXIMUS SPECIALE: Hoc anno. dieb. 22. Januar. & 12. Martii ut supra.
(d) DEDIMUS LITTERIS: die 23. Martii, ut infra.
(e) LITTERIS: Quæ omnes mox subduntur.
(f) PRÆSENTIBUS INSERI FECIMUS: Sed scriba Waddingi illas omisit, nos vero ea Regesto Vatic. edi curavimus.
(g) PODIO BONIZI: Al. *Bonitzi* vulgo *Poggibonzi* Oppido ad Elsam fluvium inter Florentiam & Senas hinc 11., inde 20. milliar. dissito.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1257.

suas ad Electum Pisanum litteras commemorat

dictionem. Dilecto filio .. Pisan. Electo semel, & seenndo nostris dedisse dicimur litteris in præceptis, ut Hospitale Sancti Leonardi de Stagno cum juribus, & pertinentiis suis Pisan. Diœcesis dilectis in Christo filiąbus .. Abbatissæ, & Conventui Monialium Inclusarum Monasterii Omnium Sanctornm Pisan. Ordinis Sancti Damiani ad earum inopiam relevandam ob reverentiam Apostolicæ Sedis, & nostram conferre curaret; sed eodem id efficere negligente

ab eodem neglectas.

dictæ Abbatissa, & Conventus, prout ex parte ipsarum fuit propositum coram Nobis, nullum sunt ex hoc commodum subsequutæ. Nolentes itaque, quod super hoc incœpimus, relinquere imperfectum, discretioni tuæ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus,

Canonico præfatum negotium committit.

quatenus prædictum Hospitale cum omnibus juribns, & pertinentiis suis Abbatissæ, & Conventui auctoritate nostra per te, vel per alium conferas, & assignes juxta directarum ad eumdem Electum Nostrarum continentiam litterarum, non obstante aliqua indulgentia Sedis Apostolicæ, de qua oporteat in nostris litteris plenam, & expressam mentionem fieri, & per quam id impediri valeat, vel differri: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Tu enim, siquid post mandatum nostrum super hoc Electo directum eidem, de Hospitali prædicto innovatum, aut de possessionibus, vel rebus pertinentibus ad illud alienatum existit, decernas irritum, & inane. Datum Laterani x. Kalendas Aprilis Pontificatus Nostri Anno Tertio. „ Visis quoque litteris ejusdem Domini „ Papæ directis Domino Fr. Electo Pi„ san., quarum tenor talis est. “

Anno 1257. die 23. Martii.

Epistola 1. Pontificis Electo Pisano directa

ALEXANDER *Episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio ... Electo Pisan. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

Res piissima, & Divinæ gratissima Majestati agi conspicitur, si personis humilibus, & devotis ejus cultui vacantibus studio vigilanti de favore condigno, & opportunis beneficiis consulatur. Sane visu, & auditu percepisse te credimus, quod dilectæ in Christo filiæ ... Abbatissa, & Conventus Monialium Inclusarum Monasterii Omnium Sanctorum Pisan. Ordinis Sancti Damiani, quæ

& Monasterii Clarissarum Pisan. encomium.

perennis obtentu gloriæ paupertati voluntariæ sunt astrictæ, ad hoc semper invigilant, ut per sanctæ conversationis, & vitæ merita gratæ in conspectu Conditoris Omnium habeantur. Cum itaque ipsæ propter hoc a Nobis in Christo diligi, & a te gratiosa benivolentia debeant confoveri; discretionem tuam affectuose rogandam duximus, & monendam, per Apostolica tibi scripta firmiter præcipiendo mandantes, quatenus Hospitale Sancti Leonardi de Stagno Pisanæ Diœcesis cum juribus, & pertinentiis suis dictis Abbatissæ, & Conventui in remedium paupertatis earum affectu prompto, & libero pro Divina, & nostra reverentia conferas, & assignes; præsertim cum Hospitale ipsum in spiritualibus, & temporalibus, sicut accepimus, graviter deformatum, cujus bona quotidie disperguntur, per ipsorum industriam possit auctore Domino ab omnimoda destructione præripi, & salubriter reformari; ita quod & debita hospitalitas ibi servabitur; & Divinæ laudis obsequium resumetur. Ad hæc cum Nos tibi super eo duxerimus deferendum, quod idem Hospitale prædictis Abbatissæ, & Conventui non dedimus de nostræ plenitudine potestatis; tuam satis condecet honestatem, ut sic nostrum beneplacitum in hac parte devote audias, & compleas reverenter; quod & Nos exinde lætitiam consequamur in Domino; nec tibi mandatum oporteat aliud fieri, sed Divinæ tibi gratiæ præmium, ac nostri favoris proveniat incrementum. Datum Laterani xi. Kalendas Februarii Pontificatus Nostri Anno III.

cui Hospitale de Stagno conferri mandat, & injungit.

Anno 1257. die 22. Januarii.

„ Secundum mandatum hoc est super „ eodem. “ ALEXANDER *Episcopns Servus Servorum Dei dilecto filio .. Electo Pisan. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Epistola 2. ad eundem Electum.

Ex intimo cordis affectu olim per litteras nostras tibi sub certa forma preces direximns, ac firmiter etiam dedimus in præceptis, nt Hospitale Sancti Leonardi de Stagno Pisanæ Diœcesis cum juribus, & pertinentiis suis dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monialium Inclusarnm Monasterii Omnium Sanctorum Pisan. Ordinis Sancti Damiani pro Divina, & nostra reverentia in remedinm paupertatis earum affectu prompto, & li-

Suas priores ad eum litteras adducit,

& libero conferre, & assignare curares, ita quod a Nobis, qui tibi super eo deferre specialiter dignabamur, quod idem Hospitale prædictis Abbatissæ, & Conventui non dabamus de nostræ plenitudine potestatis, aliud super hoc mandatum non contingeret iterari; sed tibi exinde gratiæ Divinæ præmium, & favoris nostri proveniret augmentum. Cum itaque, sicut mirantes audivimus, de prædictis precibus, & præceptis nostris nihil omnino perduxeris ad effectum; Nos secundo experiri volentes, quid in te circa personam nostram devotionis, & reverentiæ habeatur, discretioni tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus prudenter attendens, quod vota nostra in iis, quæ honestatem sapiunt, & continent pietatem, prævenire deberes, & exequi gratulanter; præfatum Hospitale prædictis Abbatissæ, & Conventui omni occasione, & dilatione postpositis, juxta priorum litterarum nostrarum continentiam liberaliter conferas, & assignes; Nosque saltem hac vice gaudentes te in hac parte devotum efficaciter invenisse, tibi exinde speciales gratias referamus; nec sit necesse, ut id fieri per alium demandemus; quia nullum exinde præmium laudis, aut favoris acquireres, sed inobedientiæ notam, & ingratitudinis detestandæ maculam potius reportares. Datum Laterani IV. Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

miraturque neglectas.

Iterum eidem mandat, & præcipit.

Anno 1257. die 12. Martii.

„ Sequens [a] formam prædictarum litterarum, & præcepti sibi facti per easdem litteras ab eodem Domino Papa; ac etiam personaliter ad supradictum Hospitale accedens [b] contulit, & assignavit Domino *Guelfo* Gajetan. filio Ruin. Bandidini Syndico, & Procuratori, & certo Nuntio Monasterii, & Religiosæ Mulieris Dominæ *Marinæ* Abbatissæ, & Conventus Monialium Inclusarum Omnium Sanctorum Pisan. Diœcesis Ordinis Sancti Damiani Syndicatus, & Procuratorio nomine; prout de hujusmodi Syndicatu, & Procuratione apparet publicum Instrumentum confectum per Notarium Bonacursum quondam Petri, & a me ipso Notario Jacobo visum, & lectum; *Hospitale* Sancti Leonardi de Stagno Pisanæ Diœcesis cum juribus, & pertinentiis suis, & Ecclesiam, & domos ipsius Hospitalis, mittens, & & inducens eumdem Sindicum Sindicatus nomine, ut dictum est, & ipsum Monasterium in possessionem, & tenutam dicti Hospitalis, atque Ecclesiæ, & domorum, & possessionum ipsius, & omnium Bonorum Hospitalis ejusdem cum pertinentiis, & juribus suis; præcipiens etiam auctoritate dictarum litterarum Domini Papæ, qua fungitur, omnibus, & singulis personis in dicto Hospitali existentibus sub pœna etiam excommunicationis videlicet Henrico Suinigi, qui dicebat se *Hospitalarium*, Johanni Canavario, Torrisianæ Uxori Magistri Gerardi, Bonædonnæ, & Armellungæ Mulieribus Conversis Hospitalis ejusdem, & omnibus aliis publice, & alta voce sub dicta pœna tam præsentibus, quam futuris, quod dictum Hospitale cum pertinentiis, & juribus suis de cetero non imbrigent, seu molestent; sed sinant, & patiantur libere Abbatissam ipsam, dictum Sindicum Sindicatus nomine, ut dictum est, & ipsum Sindicum, & Monasterium, atque Conventum habere, & tenere, ac pacifice possidere dictum Hospitale, & Ecclesiam ipsam, & domos, & possessiones dicti Hospitalis cum pertinentiis, & juribus suis, & omnibus aliis bonis ad ipsum Hospitale pertinentibus, ut dictum est, ubicumque sunt, sive in Civitate Pisana, ejus Diœcesi, ac etiam Comitatu, & in Sardinia, vel alibi. Acta sunt hæc a Domino *Crasso* prædicto apud Hospitale prædictum, præsentibus, & vocatis iis testibus Domino Lanfranchino Bocejo, Domino Ubaldo Vecchio, Uguictione Rau, Guidotto Barberio, Jacopinello quondam Hugolini, Aringlerio quondam Pisan., Raynerio quondam Vicini Civibus Pisanis, & aliis. Item incontinenti ibidem coram dictis te-

Personæ Hospitalis de Stagno.

Testes rogati.

(a) SEQUENS: Nimirum *Crassus* Canonicus executor Pontificius.

(b) HOSPITALE ACCEDENS: Quod erat extra Civitatem.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

Varia executoris Pontificii praecepta.

„ ftibus prædictis Dominus *Craſſus* dicti mandati Apoſtolici auctoritate, ſub pœna excommunicationis præcepit præfatis Henrico, qui ſe dicebat *Hoſpitalarium*, & Converſis, ut hinc ad diem Mercurii proximum futurum coram præfata Abbatiſſa perſonaliter ſe præſentent, eique obedientiam faciant, & reverentiam præſtent.

2. Præcepit etiam eis ſub eadem pœna, ut nulla bona dicti *Hoſpitalis* mobilia, & immobilia alienare de cætero, ſeu diſtrahere præſumant, decernens nihilominus irritum, & inane juxta dicti mandati Apoſtolici tenorem, ſiquid poſt dictum mandatum Apoſtolicum præfato Domino Electo directum de Hoſpitali prædicto innovatum, aut de poſſeſſionibus, vel rebus aliis pertinentibus ad illud alienatum extitit. Inſuper ſubſequenter coram Domino Lanfranchino, Domino Ubaldo Vecchio, Guidocto prædictis, & aliis pluribus præſentibus teſtibus ad hæc vocatis die prædicta Dominus *Guelfus* Sindicus, & Procurator prædictus prædictis poſſeſſione, & tenuta pacifice, & ſine contradictione recepta, habitis etiam clavibus dicti Hoſpitalis a Johanne Cannavario, & aliis familiaribus dicti Hoſpitalis, pro quibuſdam negotiis ad ipſum Hoſpitale ſpectantibus Piſas redire intendens loco ſui conſtituit in dicto Hoſpitali Huguictionem Rau, & Hughetum Gerbini famulum dictarum Dominarum præſentes, & recipientes uſque ad beneplacitum prædictæ Dominæ Abbatiſſæ, & ſuum; recommendans eis poſſeſſionem prædictam prædicti Hoſpitalis, & gubernationem ipſius, atque claves prædictas, ut quæ ipſe Sindicus poſſet facere, & exercere in dicto Hoſpitali pro dictis Abbatiſſa, Conventu, & Monaſterio, poſſint, & debeant ipſi facere libere, & expedite.

Syndicus Monaſterii habita Hoſpitalis poſſeſſione alios in eo pro ſe ſubſtituit.

3. Quare præfatus Dominus *Craſſus* præcepit auctoritate, qua fungitur, ſub pœna excommunicationis præfatis Henrico, & Converſis, & aliis familiaribus dicti Hoſpitalis tam maribus, quam mulieribus; tam præſentibus, quam abſentibus, ut dictos Abbatiſſam, Conventum, & Sindicum, Huguictionem etiam, & Hughetum conſtitutos a Sindico ſupradicto loco ſui in dicto Hoſpitali ſuper bonis, juribus, & pertinentiis ſuis non imbrigent [a], vel moleſtent in aliquo; ſed ſinant, & patiantur eumdem Sindicum, & prædictos, quos conſtituit loco ſui, prædictum Hoſpitale cum bonis, juribus, & pertinentiis ſuis ad ipſum Hoſpitale pertinentibus libere, ac pacifice poſſidere pro Abbatiſſa, & Conventu, ac etiam Monaſterio memoratis. Item eodem die apud Monaſterium ſupradictum perventis iis per Dominum *Craſſum* prædictum ad notitiam Dominæ Abbatiſſæ prædictæ, quæ apud præſcriptum Hoſpitale geſta fuerant ab eodem, ut ſuperius ſunt expreſſa, dicta Domina Abbatiſſa ratificavit id, quod Dominus *Guelfus* Sindicus memoratus fecerat de Conſtitutione Huguictionis, & Hughetti prædictorum in dicto Hoſpitali; dans, & concedens eidem Sindico licentiam, & plenum mandatum prædictos Huguictionem, & Hughettum ibidem dimittere, & iterato ipſos, vel alios conſtituere, vel ſubſtituere loco ſui in dicto Hoſpitali pro ſuæ beneplacito voluntatis. Promittens dicta Domina Abbatiſſa, ſe firmum, & ratum habituram, quidquid per prædictum Dominum *Guelfum* Sindicum factum eſt, vel fuerit in prædictis, ſeu per præfatos Huguictionem, & Hughettum in dicto Hoſpitali conſtitutos, vel etiam conſtituendos, aut etiam quoslibet alios ſubſtituendos in dicto Hoſpitali a Domino *Guelfo* Sindico memorato. Actum coram Domino Lanfranchino, Domino Ubaldo prædictis, & aliis teſtibus ibidem præſentibus, & vocatis. Item eodem die coram dictis Teſtibus præfatus Dominus *Craſſus* poſtea Piſas reverſus prædicti mandati Apoſtolici auctoritate miſit, & induxit dictum Sindicum Sindicatus nomine, ut dictum eſt, per Vectem, & Oſtia in poſſeſſionem, & tenutam domus, & *Hoſpitalis* Sancti Leonardi Piſan. in Ripa Arni, quod ad ipſum „ *Hoſpi-*

Abbatiſſa ratum habet a ſui Monaſterii Syndico factum.

Immiſſio in poſſeſſionem Hoſpitalis in urbe Piſarum.

(a) NON IMBRIGENT: ideſt non involvant, aut implicent litis.

,, *Hospitale* Sancti Leonardi de Stagno
,, immediate dicitur pertinere, cum
,, omnibus bonis, juribus, & perti-
,, nentiis suis. Item eodem die pau-
,, lulum post apud Monasterium *San-*
,, *cti Pauli* Pisan. cotam Domino Lan-
,, franchino, Domino Ubaldo prædi-
,, ctis, Illustri Grossoli, Johanne Ugo-
,, lini Carrai de Pisis, & aliis dictus
,, Dominus *Crassus* dicti auctoritate
,, mandati præcepit Religioso viro Do-
,, mino Bartholomæo Abbati dicti Mo-
,, nasterii præsentibus Donno Petro, &
,, Johanne Monachis ipsius Monasterii
,, pro se, & aliis de Conventu assetten-
,, tibus Monachis etiam superius nomi-
,, natis una cum dicto Abbate coram me
,, Notario, & Testibus, quod nomine
,, dicti *Hospitalis* quædam erant ibidem
,, recondita, ut nihil de iis, quæ apud
,, eos, vel ipsum Monasterium sunt de-
,, posita, vel recondita, de bonis, &
,, rebus præfati Hospitalis Sancti Leo-
,, nardi de Stagno accipere, vel aspor-
,, tare permittant sine expresso con-
,, sensu, & licentia Dominæ Abbatissæ
,, jam dictæ; immo ea omnia nomine
,, ejusdem Abbatissæ, & Conventus,
,, ac Monasterii Omnium Sanctorum
,, debeant fideliter conservare. Ego
,, Jacobus de Podiobonizi, qui supra,
,, Imperiali auctoritate publicus, &
,, nunc Cameræ Domini Papæ Nota-
,, rius, quia præscriptas Domini Papæ
,, litteras Bulla plumbea ipsius Domi-
,, ni Bullatas primo ad Venerabilem
,, Patrem Dominum *Electum* Pisan.
,, transcriptum, ac postmodum ad Do-
,, minum *Crassum* prædictum directas
,, vidi, & diligenter legi; & eas de
,, verbo ad verbum nullo addito, vel
,, diminuto fideliter hic seriatim tran-
,, scripsi; nec non & possessioni, atque
,, tenutæ dicti Hospitalis Sancti Leo-
,, nardi de Stagno collatæ, & assignatæ
,, per eumdem Dominum *Crassum* su-
,, per iis a Domino Papa Executorem
,, concessum Domino *Guelfo* Sindico
,, memorato, & aliis omnibus, & sin-
,, gulis superius denotatis expresse præ-
,, sens vocatus interfui; ideoque ea
,, omnia scripsi, & in publicam for-
,, mam redegi rogatus Anno, Indictio-
,, ne, Pontificatu, & die prædictis. "

De nonnullis rebus Hospitalis apud Monasterium S. Pauli Pisan.

Notarii recognitio, & subscriptio.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ratificationis, approbationis, suppletionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Clausula Pontificis prohib. &c.

Datum Viterbii vi. Idus Novembt. [a], Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Indulgentias elargitur Confraternitati nomen dantibus: eamque certis diebus ad Missas, & Conciones adeuntibus. (Ex Archivo nostri Conventus Sancti Francisci Balneoregien.)

ALEXANDER &c.

CCC. LXXX.

Anno 1257. die 8. Novembris.

Dilectis filiis Rectoribus, Confratribus, & Sororibus universis Fraternitatis Beatæ Mariæ, & Beati Francisci Balneoregien. [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Licet is, de cujus munere venit &c. [c] Cum itaque, sicut dilecti Filii Fratres de Ordine Minorum *Balneoregensium* [d] Nobis significare curarunt, *Fraternitas* vestra in honorem *Beatæ Virginis Mariæ*, & *B. Francisci* Confessoris facta esse noscatur; Nos eam cupientes de bono in melius augmentari, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, qui in eadem *Fraternitate* Collegas se statuerint, & Confratres; ac venerint semel in mense, ac diebus solemnibus ad Congregationem, quam secundum provida, & salubria statuta vestra facitis, ad *Missarum* solemnia in commemoratione dictorum Virginis, & Confessoris, & *Verbum Dei* nihilominus prædicatione audienda,

Exordium ex abundantia Divinæ potestatis sibi bene servientibus majora retribuentis, quam illi mereri valeant.

Societas B.V.Mariæ, beatique Francisci Balneoregii erecta.

Confratribus juxta statuta facientibus Indulgentiæ conceduntur.

(a) VI. Id. Novembr.: Sed Waddingus habet vi. *Kalendas Novembris*.

(b) Balneoregienses: Institutorem hujus Confraternitatis fuisse *S. Bonaventuram* credimus; cum Thomas Bozius lib. 9. de sign. Eccl. cap. 5. tradat, S. Doctorem primum instituisse e laicis *sodalitates*, qui ad opera pia convenirent statis diebus, certasque preces recitarent, ac Prælectos perpetuo successionis tenore deligendos haberent.

(c) Munere venit &c. Vide *Bullam* Innocentii IV. anno 1248. die 27. Junii editam, & hujus Alexandri anno 1256. die 7. Septembris.

(d) Minorum Balneoregien.: Quorum locus 2. est Custodiæ Urbevetanæ Provinciæ Romanæ in veteri Ordinis *Provinciali* apud Polychronicon Jordani, & Barthol. Pisanum Conform. 11. S. Doctoris *Bonaventuræ* ortu, & aggregatione celebris.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1257.

da, *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Datum Viterbii vi. Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Confraternitati se adscribentibus, & eò certis diebus ad Missas, & Conciones convenientibus Indulgentias impertitur. (Ex Archivo nostri Conventus Sancti Francisci Auximan.)

CCC. LXXXI. Anno 1257. die 8. Novembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Rectoribus, Confratribus, & Sororibus universis Fraternitatis Beatæ Mariæ, & Beati Francisci Auximan.[a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

Licet is, de cujus munere venit &c.[b] Cum itaque, sicut dilecti Filii Fratres de Ordine Minorum *Auximan.*[c] Nobis significare curarunt, Fraternitas vestra in honorem *Beatæ Virginis Mariæ*, & *Beati Francisci* Confessoris facta esse noscatur; Nos eam cupientes de bono in melius augmentari, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui in eadem Fraternitate Collegas se statuerint, & Confratres; ac venerint semel in mense, ac diebus solemnibus ad Congregationem, quam secundum provida, & salubria statuta vestra facitis, ad *Missarum* solemnia in commemorationem dictorum Virginis, & Confessoris, & *Verbum Dei* prædicatione audienda, *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Confraternitas B. V. Mariæ, & B. Francisci Auximi erigitur.

Datum, *ut supra*.

Concedit Indulgentias iis, qui Confraternitati se aggregaverint, & certis diebus ad Missas, & Conciones audiendas eò convenerint. (Ex Authographo nostri Conventus S. Francisci Urbis Recineten.)

CCC. LXXXII. Anno 1257. die 8. Novembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Rectoribus, Confratribus, & Sororibus universæ Fraternitatis Beatæ Mariæ, & Beati Francisci Recanaten.[d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

Licet is, de cujus munere venit &c.[e] Cum itaque, sicut dilecti Filii Fratres de Ordine Minorum *Recanaten.*[f] Nobis significare curarunt, Fraternitas vestra[g] in honorem *Beatæ Virginis Mariæ*, & *Beati Francisci* Confessoris facta esse noscatur; Nos eam cupientes de bono in melius augmentari, de Omnipotentis Dei misericordia; & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui in eadem Fraternitate Collegas se statuerint, & Confratres; ac venerint semel in mense, ac diebus solemnibus ad Congregationem, quam secundum provida salubria statuta vestra facitis, ad *Missarum* solemnia in commemoratione dictorum Virginis, & Confessoris, & Verbum Dei nihilominus prædicatione audienda, *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Sodalitium B. Virginis Mariæ, & B. Francisci Recineti erectum fuerat.

Datum, *ut supra*.

Ut

(a) Auximan.: Vide notam (b) ad præcedentem Bullam. Auximum porro vulgo *Osimo* Urbs est Piceni in colle ad fluvium Musonem media fere inter Anconam, Æsinm, & Lauretum sita sub Romano Pontifice Episcopali dignitate fulgens.

(b) Munere venit &c.: Ut in *Bulla* Innocentii IV. anno 1248. die 27 Junii vulgata, & hujus Pontificis anno præcedenti die 9. Septembr. data.

(c) Fratres de Ordine Minorum Auximan.: De cujus loci antiquitate agit Waddingus ad ann. 1202. num. 25. ex Rodulphio; estque 3. Conventus Custodiæ Anconitanæ in veteri *Provinciali Ordinis* apud Polychronicon, & Barthol. Pisanum Conform. xi., de eoque dictum est etiam in I. hujus Bullarii tomo p. 452.

(d) Recanaten.: Urbis in Piceno in colle ex ruinis Helviæ Recinæ ortæ, vel auctæ prope Potentiam fluvium 3. mill. pas. a Laureto Innocatum, cujus Episcopatus Lauretano unitus fuit uni Rom. Pontifici obtemperans.

(e) Venit &c.: Vide duas præcedentes *Bullas*, ac illam Innocentii IV. anno 1248. die 27. Junii scriptam.

(f) Minorum Recanaten.: De cujus loci vetustate alias dictum est supra ad aliquas Rom. Pontif. litteras.

(g) Fraternitas vestra &c.: De cujus fundatore dixi ad præcedentes Bullas de Confraternitatibus *Auximi*, & *Balneoregii* erectis: addoque extasse etiam erectam *Parmæ* testimonio auctoris æqualis Fr. Salimbeni Parmensis Ord. Min. in Chron. apud Pegnam in Commentariis ad Directorium Inquisitorum Eymerici par. 2. Comment. 37. de Geraldo Segarello disserentem, ubi legitur de eo Salimbeni fragmentum: *nam super coopertorium lampadis societatis, & fraternitatis Beati Francisci* (Parmæ) *depicti erant Apostoli circumcirca cum soleis in pedibus &c.*, idque circa annum 1260., & *Tuscana* vulgo *Toscanella* in Provincia Romana, quemadmodum refert Thenlus in Appar. Minor. lib. 2. cap. 2.

Ut Statuta personis Ecclesiasticis, & Religiosis valde damnosa nuper edita rescindantur præsertim ob Monasterium S. Mariæ de Monte Lucido Perusino. (Ex Autographo Archivi Sac. Assisiatis Conv. S.Francisci.)

CCC-LXXXIII. Anno 1257. die 8. Novembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Nobilibus Viris .. Capitaneo, Consilio, & Communi Perusin. *Salutem, & Apost. Bened.*

Statuta Perusinorum personis Ecclesiasticis damnosa.

Moniales S. Mariæ Montis Lucidi præ cæteris vult exemptas.

Mandatque id, quod supra.

AD aures nostras relatio valde molesta pervenit, quod vos novæ excogitationis[a] spiritu statuta valde damnosa Religiosis, & aliis Personis Ecclesiasticis ad depressionem Ecclesiarum dicimini edidisse, imponentes eis Tallias[b], & Collectas pro vestro arbitrio voluntatis. Nolentes itaque personas hujusmodi, & specialiter dilectas in Christo filias .. Abbatissam, & Conventum Monasterii *sanctæ Mariæ de Monte Lucido*[c] Perusin. talibus statutis involvi, quas cum omnibus bonis suis, ubicumque ea habeant, immunes esse cupimus a Collectis, & quibuslibet aliis oneribus Civitatis; Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, statuta ipsa de vestris prorsus Capitularibus[d] abradatis nunquam inibi rescribenda; & ab hujusmodi collectionum, & taxarum impositione, seu exactione penitus desistatis. Ita quod vobis in hac parte adimplentibus, quæ mandavimus, devotionem vestram possimus exinde merito commendare.[e]

Datum, *ut supra*.

Bona stabilia, seu possessiones Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Tiburtinæ FF. Minoribus concessæ, confert Basilicæ S. Petri de Urbe, præcipiens, ne distrahi, alienarique possint. (Ex Reges. Vatic. epist. 705. apud Collect. Bullarum SS. Basilicæ Vaticanæ to. 1. p. 137. ex Autographo in eadem Vatic. Basil. Arch. caps. 29. fasc. 119., & apud P. Casimirum Romanum in Memor. Hist. Provinciæ Romanæ FF. Min. p. 339.)

ALEXANDER &c.

Archipresbytero, & Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum *de Urbe*.

CCC. LXXXIV. Anno 1257. die 11. Novembris. Exordium.

Ecclesia S. Mariæ Majoris Tiburtin. FF. Minoribus concessa.

Capituli S. Petri supplicationi annuit Pontifex, & confert ut supra.

Prohibitio alienandi bona dictæ Ecclesiæ.

Provisio pro Abbate, binisque Monachis Tiburtinis viventibus.

Clausula prohib. &c.

ILla specialis affectus, illaque charitas singularis, quibus *Basilicam* Principis Apostolorum *de Urbe* ob ipsius Principis reverentiam, cujus Fidei firmitatem Christus fundamentum Ecclesiæ stabilivit &c.[f] Cum igitur Ecclesiam Sanctæ Mariæ Majoris *Tiburtin. Fratribus Ordinis Minorum* duxerimus concedendam[g]; Nos attendentes, quod ejusdem Ecclesiæ possessiones eisdem Fratribus habere non licet; & vobis de illis gratificari volentes vestris supplicationibus inclinati possessiones hujusmodi, videlicet Domos, Vineas, Terras cultas, & incultas, Molendina, Casalia, Oliveta, Hortos, Canapinas, & cætera bona, & jura prædictæ Ecclesiæ cum omnibus fructibus, redditibus, pensionibus, & proventibus eorumdem vobis, & per vos memoratæ *Basilicæ* de gratia conferimus speciali, communis mensæ vestræ usibus perpetuis temporibus applicanda. Itaque nullo unquam tempore vobis, vel successoribus vestris præmissa omnia, vel ipsorum aliqua vendere, vel donare, seu pignori obligare, aut quomodolibet alienare, seu in alios usus convertere liceat; & si secus præsumpseritis, eo ipso a præfatorum jure cadatis. Volumus autem, ut dilectis filiis *Abbati*, & Fratribus Angelo, & Blasio quondam Monachis ejusdem Ecclesiæ, quandiu vixerint, de præfatis redditibus, fructibus; & proventibus vitæ necessaria ministretis; & teneamini ministrare; quibus cedentibus, vel decedentibus, iidem fructus, redditus, & proventus integre revertantur ad mensam præfatam; & in ejusdem mensæ usus totaliter convertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, confirmationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu

(a) Novæ excogitationis: Quæ sciri nequit nisi ex statutis illius Civitatis; id autem contigisse credimus ob bella crebra, & multa cum finitimis populis, & interdum inter se gerenda.
(b) Tallias: Impositiones, & vectigalis genus vulgo etiam *tassa*.
(c) S. Mariæ de Monte Lucido: Ordinis S. Damiani Assisiatis ex aliis Pontificiis diplomatibus, quæ multa jam allata sunt, & alia referentur.
(d) Capitularibus: Idest Statutorum libris.

(e) Commendare: Similes litteras dederat Pontifex hoc anno die 27. Octobris Prioribus Ord. Prædicat. & S. Antonii Perusin. supra proxime relatas.
(f) Stabilivit &c.: Reliqua vide in supracitata Collect. Bullarum Basilicæ Vatic.
(g) Duxerimus concedendam: Anno præcedenti die 4. Maji per litteras *Sincera devotionis*, quam concessionem confirmavit die 30. Augusti per alias *Ut illibata permaneant &c.* supra relatas.

Alexander PP. IV. An.Ch.1257.

ausu temerario contraire. Si quis autem A
hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei &c.

Datum Viterbii III. Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio [a].

Visitantibus devotionis causa quotannis certis diebus Ecclesiam Velitrea. Fratrum Minor. indulgentiam impertitur. (Ex Bonaventura Theulo in Appar. Min. lib.6. cap.1., & in Theatro Histor. Veliterno lib. 1. cap. 11.) B

CCC. LXXXV. Anno 1257. die 11. Novembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis.. Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum Velletren. [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Sanctorum meritis inclyta gaudia fideles Christi attingere &c. [c]

Datum Viterbii III. Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio. C

Subsidia ministrantibus fabricæ Ecclesiæ supradictæ Velitren. Indulgentia conceditur. (Ex cit. Theuli Appar. Min. lib.6. cap.1.)

CCC. LXXXVI. Anno 1257. die 17. Novembris.

ALEXANDER &c.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Quoniam, ut ait Apostolus &c. [d] Sane cum dilecti filii Fratres Minores *de Velletris* Ecclesiam cum aliis ædificiis suis usibus opportunis cœperint construere, ut possint ibidem Divinis laudibus deservire; Universitatem vestram rogamus &c. [e]

Datum Viterbii xv. Kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio [f].

Fratres Ord. Min. Asculanos novum locum adeptos commendat, ut foveantur, & a molestatoribus tueantur. (Ex Authographo in Archivo Conventus S. Francisci Asculanæ in Piceno Civitatis exstante.)

CCC. LXXXVII. Anno 1257. die 29. Novembris.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio.. Capitaneo Communitatis Esculan. [g] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

Ut de talento, quod tibi Dominus dignoscitur contulisse, in conspectu ejus possis haberi gratissimus, te ad illa, quæ digne per omnia sibi placere valeant, piis affectibus invitamus. Hinc est, quod cum dilecti filii Fratres de Ordine Fratrum Minorum locum in Civitate *Asculana* [h] in vico, qui *Scadya* dicitur, ex nostra concessione sibi obtinuerint opportunum, in quo possint Oratorium, domos, & officinas eis necessarias construere, & habere juxta, quæ in litteris nostris [i] ipsis Fratribus ad hoc concessis plenius continetur. Nos spiritualium bonorum, quæ processu temporis in eo fient ad gloriam omnium Conditoris, te participem fieri cupientes discretionem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente in remissionem tibi peccaminum firmiter injungentes, quatenus dictos Fratres ipsius Ordinis in prædicto loco morantes, & in posterum moraturos [k] una cum ipso loco pro Divina, & nostra reverentia, tui favoris auxilio, & opportunæ subventionis gratia studeas confovere, & ab omnibus molestatoribus defensare ita, quod exinde tibi Divinæ benedictionis præmium, & a Nobis gratiosi favoris proveniat incrementum.

Narrat FF. Minores locum obtinuisse Asculi, commendatque eosdem ut supra.

Datum Viterbii III. Kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

In

(a) Eodem modo, eodemque die scripsit Pontifex *Philippo Canonico* Ecclesiæ S. Mariæ majoris de Urbe, ut in possessionem bonorum, juriumque Ecclesiæ S. Mariæ Tiburtinæ Vaticanum S. Petri Capitulum induceret, & inductum defenderet. Legitur epistola in cit. Collect. Bullarum Basilicæ Vatic. tom. 1. p. 138.

(b) Velletren.: Adeatur tom. 1. hujus *Bullarii* pag. 681.

(c) Attingere &c. Ut in superiori *Bulla* 369. die 25. Octobris pro Conventu *Asculano* emissa.

(d) Apostolus &c.: Ut in *Bulla* 44. data an.1255. die 16. Aprilis.

(e) Rogamus &c.: Vide *Bullam* hoc anno die 9. Junii editam.

(f) Anno tertio: Error autem irrepsit in Appat. Minor. supracitatum, ubi legitur *anno secundo*; quo anno, & mense non *Viterbii*, sed Romæ erat Pontifex.

(g) Esculan.: In Piceno, non in Apulia, cum vicus *Scadya* infra memoratus in illo, non in isto reperiatur; & autographum istud in Piceno extet, non in Apulia.

(h) Locum in Civitate Asculana: Nempe novum, & alium a primo, ut ex litteris *Paupertas voluntaria &c.* circa hoc tempus datis clare habetur.

(i) Litteris nostris: Incip. *Paupertas voluntaria &c.* hoc anno diebus 11. Octobris, & calendis Decembris emanatis.

(k) Moraturos: Et sane usque in hodiernum diem non sine profectu, & honore incolitur a nostris.

CCC. LXXXVIII. *In eumdem modum, eodemque tempore scripsit* Consilio, & Populo Esculano, *mutatis tantum, quæ ad personas attinent, verbis*. (Ex AUTOGRAPHO supracitati Archivi Asculani.)

Facultatem concedit Fratribus mutandi locum, & ad alium in Civitate positum se transferendi, ibique perpetuo manendi cum assensu etiam S. Bonaventuræ Ministri Generalis. (Ex AUTOGRAPHO ejusdem Archivi nostri Conventus Sancti Francisci Civitatis Asculanæ.)

CCC. LXXXIX. Anno 1257. die 1. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . . Guardiano, & Fratribus de Ordine Minorum Esculan. [a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

Exordium. Causa concessionis paupertas voluntaria.

PAUPERTAS voluntaria, cui pro Divini honore nominis vos indissolubili vinculo astrinxistis, benignitate Sedis Apostolicæ, vos ita dignos constituit; ut ipsa in omnibus, quæ ad Dei laudem, & animarum profectum pertinere noscuntur, devotionem vestram gratiosis favoribus liberalissime prosequatur. Sane cum ad nostrum auditum pervenerit, quod infra Civitatem *Esculanam*, consideraris, quæ salutem animarum respiciunt; & incommoditatibus, quas in loco, in quo extra ipsam degitis, frequentissime sustinetis; locus vobis foret plurimum opportunus: Nos animarum saluti, qua nil nobis est carius, paterna sollicitudine providere volentes; ac vestris necessitatibus pio compatientes affectu; ut ad locum nuper, sicut asseritis, emptum pro vobis infra Civitatem ipsam situm in Parochia Sanctæ Mariæ inter Vineas in vico, qui *Scadya* nominatur; ad quem vobis transeundi dilectus filius Frater BONAVENTURA Generalis Minister vestri Ordinis ex nostra commissione facultatem per suas litteras [b] dicitur concessisse; libere vos transferre, ac Oratorium, Domos, & officinas vobis necessarias ibidem construere, ac habere possitis; Parochialium, & vicinarum Ecclesiarum in oblationibus, Primitiis, & Decimis jure salvo; devotioni vestræ auctoritate præsentium liberam de speciali gratia concedimus facultatem; Cum nostræ intentionis extiterit, & existat; ut in prædicto loco perpetuo maneatis devotum impendentes ibidem in Domino famulatum; non obstantibus aliquibus litteris quibuscumque concessis, seu etiam concedendis, per quas hujusmodi concessionis effectus impediri valeat, vel differri; & de quibus plenam, & expressam, seu etiam de verbo ad verbum fieri oporteat in nostris litteris mentionem [c]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei &c. Si quis &c.

Fratribus in Civitate locus erat plurimum necessarius.

Datur eis locus in vico *Scadya*, & Parœcia S. Mariæ inter Vineas.

cum assensu S. Bonaventuræ. b

Pontifex tribuit facultatem ut supra

derogando litteris quibuscumque.

c Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii Kalendis Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio [d].

d

Ut alienandi possessiones, & bona quædam Monasterii Vallisgloriæ *minus utilia facultatem tribuat eidem Monasterio, si quidem ita expediat*. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo dicti Monasterii Hispellen.)

CCCXC. Anno 1257. die 1. Decembris. e

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri . . Episcopo Assisinat.[e] *Salutem, & Apost. Bened.*

Monialium postulationis causa.

EXHIBITA nobis dilectarum in Christo filiarum . . Abbarissæ, & Conventus Monialium inclusarum Monasterii Sanctæ Mariæ *Vallisgloriæ* [f] Ordinis San-

f

(a) MINORUM ESCULAN.: De Asculo Piceni, non Apuliæ sermonem esse, & verba in litteris expressa, locaque illius Civitatis, & Archivum supra memoratum id evincunt.

(b) PER SUAS LITTERAS: Quæ forsan non amplius habentur: etenim hoc anno mense Aprili S. Doctor per litteras Ministris Provincialibus, & Custodibus Ordinis datas incip. *Licet insufficientiam meam &c.* id inter alia sibi reservavit, *ut nullus deinceps locum mutaret sine sua licentia speciali*.

(c) MENTIONEM: Jamque sequenti anno obtinuerunt a Pontifice lapidem ab eo benedictum cum facultate ac mandato *Episcopo Recanaten.* dato illum ponendi, ac Cœmeterium benedicendi per litteras *Ex parte dilectorum &c.* dat. die 7. Martii. Utriusque epistolæ meminit Waddingus in addit. Annal. Minor. ad annum 1245. num. 36. edit. 2.

(d) Paucis enim ante diebus Pontifex *Indulgentias* concesserat Ecclesiæ Fratrum hujus Civitatis veteri per litteras *Sanctorum meritis inclyta &c.* idibus Octobris datas; & antea etiam scripserat Episcopo Recanat., & Plebano S. Benedicti ad Mare similem epistolam die 11. Octobris *Paupertas voluntaria &c.* pro mutando loco.

(e) EPISCOPO ASSISIATEN.: Fr. *Nicolao* de Curbio al. Carbio vulgo *Colvi* diœcesis Narnien. ex Ordine Minorum anno circiter 1247. assumpto, de quo dictum est ad eum annum.

(f) S. MARIÆ VALLIS GLORIÆ: Hispellensis, de quo loco actum est supra ad plures Pontificias epistolas, & pro quo datæ sunt etiam litteræ *Monasteriis, & Ecclesiis &c.* anno 1259. idibus Martii, & *Felicis recordat. Gregorius &c.* anno 1261. die 9. Februar.

Sancti Damiani Spoletan. Diœcesis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis petitio continebat; quod ipsæ nonnullas domos, vineas, terras, possessiones, & res alias habent, de quibus tum propter distantiam, & diversitatem Locorum; tum quia de singulis notitiam plenam non obtinent, commoditatem modicam assequantur; unde nobis humiliter supplicarunt, ut vendendi possessiones, & bona præfata, vel aliqua ex eisdem pro evidenti utilitate Monasterii sui, aut ea permutandi pro utilioribus bonis licentiam sibi concedere curaremus. Nos itaque de tua circumspectione confisi præsentium tibi auctoritate committimus, quatenus consideratis diligenter circumstantiis universis, postulatam licentiam præfatis Abbatissæ, & Conventui; prout secundum Deum utilitati ejusdem Monasterii *Vallisgloriæ* videris expedire, vice nostra concedas. Proviso prudenter, ut quod pro commodo ipsius Monasterii super præmissis conceditur, in detrimentum ejus nullatenus convertatur.

Annuit Pontifex, & committit ut supra.

Addita cautela.

Datum, *ut supra*.

Qualiter agendum cum iis, qui de Ordine ad alias Religiones transire volunt. (Ex Speculo Min. tract. 1. fol. 8. apud Waddingum in Regesto Pontif. num. 46., & Roderico in Bullario Regul. Bul. 18.)

CCCXCI. Anno 1257. die 3. Decembris.

ALEXANDER &c.

Generali, & Provincialibus Ministris Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostol. Benedict.

Exordium a cura Religionis.

Cum & plantare sacram *Religionem*, & plantatam fovere summopere debeamus; expedit, ut sicut circa ipsam ea, quæ sunt recta, nutrimus; sic & ea, quæ profectum virtutis impediunt, corrigi diligenti sollicitudine procuremus. Ad audientiam nostram quidem pervenit, quod nonnulli Fratres Ordinem vestrum professi asserentes, se ipsius Ordinis observantias sustinere non posse, transeundi ad *Sancti* A *Benedicti*, vel *Carthusensium* Ordines procurant sibi a Nobis licentiam exhiberi; non ea intentione aliquando quod remaneant in eisdem, sed ut ab eis transeant ad alios Ordines observantiæ mitioris, & ab his ad seculum revertantur, secum in Apostasia sua per illorum personas agi mitius confidentes: sicque multa committunt, per quæ Deum offendunt; & Ordinem vestrum apud illos præcipue, qui de ipso eos fuisse nove- B runt, plurimum inhonestant. Quate igitur honorem Ordinis vestri prædicti, & salutem in eo degentium personarum intimo zelantes affectu, vobis in virtute obedientiæ auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne de cetero aliquibus vestri Ordinis Fratribus hujusmodi licentiam concedatis; nisi sub ea conditione, quod in Ordine, ad quem licentiantur [a], debeant remanere. Nos a
enim, si tales ab eo absque speciali Se- C dis Apostolicæ indulgentia vel ad mitiorem Ordinem transiverint; vel quod absit, ad seculum revertantur; volumus vos, ac successores vestros circa ipsos rigorem vestri Ordinis exercere; ac decernimus, quidquid circa concessionem hujusmodi licentiæ secus feceritis, irritum, & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis &c. vel ei &c. Si quis &c.

Quorundam perversus de Religione ad aliam transitus.

Ordini Minorum nocivus.

Pontificis provisio, ac inhibitio.

Facultas Ministris circa eosdem contributa.

Clausula prohib. &c.

Delationis ad Pontificem tenor.

D Datum Viterbii III. Nonas Decembr., Pontificatus Nostri Anno Tertio [b]. b

Indulgentia confertur promoventibus fabricam Ecclesiæ, Cœnobiique Confluentini. (Ex Autographo apud Petrum de Alva in Indiculo Bullarii Seraphici sub anno 1257.)

CCCXCII. Anno 1257. die 4. Decembris.

ALEXANDER &c.

E *Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Quoniam, ut ait Apostolus &c. [c] c
Sane dilecti filii.. Minister, &
Fratres Ordinis Fratrum Mino-
rum de *Confluentia* [d] Treviten. Diœce- d
sis

(a) Licentiantur: Idest dimittuntur.
(b) Idem diploma innovavit Pontifex anno 1260. die 15. Maji, quod infra publicabitur.
(c) Apostolus &c.: Ut in Bulla anno 1251. die 16. Aprilis edita.

(d) Confluentia: Vulgo *Coblentz* in finibus Germaniæ superioris, & inferioris ad Mosellæ cum Reno confluentiam, unde nomen accepit, sub dominio Principis Electoris Treviten., a qua Metropoli 13. leucis distat. Erat hujus Oppidi locus FF. Min. 4. *Custodia Tre-*

fis ibidem, ficut accepimus, Ecclefiam cum aliis ædificiis fuis ufibus opportunis cœperint conftruere, in qua &c. (a) A
Datum Viterbii II. Nonas Decembr. Pontificatus Noftri Anno Tertio.

Confirmat donationem Capituli Ecclefiæ Fulginatenfis de Cafalinis Fratribus ejufdem Civitatis factam. (Ex MONUMENTIS Mss. [illegible] Conventus S. Francifci prædictæ Civitatis.)

CCCXCIII. Anno 1257. die 13. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis... Guardiano, & Fratribus Minoribus de Fulgineo (b) *Salutem, & Apoftol. Benedict.*

Fratrum petitionis tenor.

DEVOTIONIS veftræ petitio continebat, quod dilecti filii Prior, & Canonici Ecclefiæ Sancti Feliciani *Fulginatis*, quidquid in novo Civitatis Fulginatis (c) habuerunt, & poffederunt in Cafalinis cafatis, & excafatis, dilecto C filio Fratri *Egidio Angulari* Ordinis Fratrum Minorum Procuratori veftro recipienti Ecclefiæ Romanæ nomine pro vobis in perpetuum eleemofynam contulerunt; prout in Inftrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos igitur veftris fupplicationibus inclinati collationem hujufmodi ratam, & gratam habentes; ac defectum, fi quis in ea fuit ex eo, quod auctoritas non acceffit Diœcefani Loci (d), fupplentes de plenitudine poteftatis ipfam auctoritate Apoftolica confirmamus, & præfentis fcripti patrocinio communimus, tenorem Inftrumenti prædicti præfentibus inferi facientes, qui talis eft:

Pontifex annuit, & confirmat, ut fupra.

Inftrumentum donationis. Anno 1256. die 9. Augufti.

„ In nomine Domini Amen. Anno „ ejufdem MCCLVI. Indictione XIV. Nona Augufti tempore Domini ALEXANDRI PAPÆ IV. Fulginii. Hoc actum „ eft in Caftro Canon. coram Domino „ Gabriele Judice, Donno Angelo Clerico Sancti Petri, Joanne Maffatoni, „ Juntura de Canonica Domo Domini „ Ottinelli, Bartholuccio Seneballi, „ & Dote-Salvi Petti teftibus de his „ rogatis, & vocatis. Dominus *Philippus* Prior Canonicorum Sancti Feliciani de Fulingo una cum Canonicis fuis Domino *Berardo* Archidiacono (e), Domino Thomafio, Donno Leonardo, Donno Compagnono, Donno Anfelmo, & Stephano Canonicis B „ dictæ Ecclefiæ, ad honorem & reverentiam Omnipotentis Dei, & Gloriofæ, & Beatæ Virginis Mariæ, & honorem Sacrofanctæ Romanæ Ecclefiæ, & Beati Francifci, & ad honorem & reverentiam totius Ordinis „ *Fratrum Minorum*, & fpecialiter „ Conventus, & Loci Fulginat. novi, „ & Fratrum ibidem commorantium, „ & pro honore, & devotione fupradictorum Prioris, Canonicorum præfentium, & futurorum, & pro remiffione peccatorum, fi qua in officio, „ vel aliter commiferunt; titulo donationis pure, libere, & fimpliciter „ inter vivos, & irrevocabiliter dederunt, cefferunt, tradiderunt, & mandaverunt in eleemofynam, & contemplationem *Fratrum*, proprietatem, „ & jus proprietatis, & jus dominii, vel „ quafi, quod habet, vel habere poffet D „ dicta Canonica, vel ipfi Canonici, „ vel alii pro ea, & jus poffeffionis, vel „ quafi, quod in novo Civitatis Fulginatis habent, & poffident pro ipfa „ Canonica, vel alii pro ea in Cafalinis cafatis, & excafatis (f) infra hæc latera, fcilicet juxta murum Clauftri „ a ftrada, qua itur ad Portam Abbatis (g) „ per Trivium Francifcorum, & protenditur fex pedibus extra murum dicti Clauftri ufque ad Burgum, vel „ viam, quæ eft inter Domum Crufii „ Kaligantis, & Domum Juntæ Michae„ lis,

Teftes rogati.

Nomina Canonicorum Fulginat.

Confines Cafalinorum.

Trevires, in Provincia Coloniæ ex antiquo & alias eft. *Provinciali* Ordinis apud Polychron. & Barthol. Pifanum Conform. XI., etfi Waddingus ad annum dumtaxat 1331. n. 22. de illo agat; fatetur tamen ibi ferri receptum fuiffe tempore S. P. Francifci; ceterum annus, & fundatores latent.

(a) IN QUA &c.: Ut in fupra citata *Bulla* anni 1255. ufque *Dat*.

(b) FF. MINORIBUS DE FULGINEO: Al. *Fulginio*, de quibus dictum eft ad epiftolam *Cum ficut ex parte &c.* anno 1255. die 8. Martii datam.

(c) IN NOVO CIVITATIS FULGINATIS: Etiam in inftrumento donationis infra relato dicitur *Fulginat. novi*, quo indicatur pars Civitatis recens ædificata.

(d) DIŒCESANI LOCI: Ab anno 1243. vacabat Sedes Epifcopi Fulginat., ut aliar oftendit Ughellus to. I. Ital. Sac. in illius Ecclefiæ Præfulibus num. 28.

(e) BERARDO ARCHIDIACONO: E. Ecclefiæ Fulginaten. adminiftratore ex laudato Ughello, & *Bulla* hujus Pontificis *Cum a nobis petitur* anno fequenti die 10. Januarii edita.

(f) CASATIS, ET EXCASATIS: Ideft Cafas habentibus, & non habentibus, quorum 2. vocabulum abeft a Cangii Gloffario latino. Subditur *infra* pro *intra*.

(g) PORTAM ABBATIS: *Abbatia* dicitur in inftrumento permutationis anno 1256. die 28. Maii factæ, & ab hoc Pontifice anno 1258. die 10. Januarii per fupra citatam *Bullam* confirmatæ.

lis, & deinde ante, ficut protenditur usque ad aliam viam, sive Burgum, quæ est inter Domum Jontæ dicti, & Domum olim Domini Gerardi Judicis, & istis lat. infra usque in *Palatium* [a], sive locum prædictorum Fratrum, & viam, quæ vadit ante domum olim Teballi Rocce, & Ecclesiam S. Matthæi, quæ vadit versus *Palatium*, & Claustrum Palatii, dando, & cedendo Ægidio Angulari [b] Procuratori constituto a Sanctissimo Patre Domino ALEXANDRO Dei gratia Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Papa IV., recipienti nomine, & vice Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Loci prædicti, contemplatione Fratrum Minorum in Coonventu *Fulginat.* existentium, sive commoraotium omne jus, omnemque actionem realem, & personalem, utilem, & directam, tacitam, & expressam, civilem, & mixtam, quod, & quam habet ipsa Canonica, vel ipsi pro ea, vel alii generaliter contra omnem personam detinentem, seu possidentem infra prædicta latera Casalenum encasatum, vel excasatum; & specialiter contra hæredes olim Teballi Ricce*, vel etiam Pañe videlicet, Philippum Prime, Jonctam Michaelis, Mathæum Placidi Crispini Baligantis, filios Jacobi Tobbiæ, vel uxores, & uxorem, seu hæredes olim Domini Gerardi Judicis; pooeodo eum nomioe, & vice supradictæ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ & Loci præfati in locum suum, & constituendo eumdem, ut in rem suam, Procuratorem, ita quod omnino possit agere, experiri, excipere, replicare, sesque tueri, & omnia & singula facere, & libere exercere, quæ ipsa Canonica, vel ipsi Canonici nomine ipsius facere, & exercere posseot pro se. Promittendo per se, suosque successores dicto Egidio Procuratori pro præfato loco, & ordine stipulanti nomine Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Domini ALEXANDRI PAPÆ IV. dictam donationem, & omnia & singula supradicta semper rata, & firma perpetuo habere, atque tenere; & ea non revocare aliqua ingratitudine, vel ingenio, atque fraude, & colludio; & dando ei licentiam possessionem intrandi auctoritate sua; & omnia damna, & expensas, ac interesse litis inde provenientia in Curia, & extra integra reficere, & libellum non petere, nec exemplum hujus chartæ; renunciavit [c]. Illi autem offs. libl. & omnibus; nec contra prædicta, vel aliquod de prædictis per se, vel alium aliquando facere, vel venire aliqua occasione, vel exceptione sub pœna duplici in coosimili loco, coostituendo se interim precario possidere, vel quasi res prædictas; donec ex eis possessionem, vel quasi reciperet corporalem; qua pœna soluta, vel noo, rata sint, & firma omnia, & singula supradicta. Item sequenti die postea in dicto loco coram Domino Gabriele Judice, Magistro Siffredo Medico, & Meliorato Durastantis testibus de his rogatis, & vocatis Dominus Berardus Caoonicus dictæ Ecclesiæ consentit omnibus supradictis & siogulis, promittendo ipsa firma teoere, ut alii præfati Canonici, secundum quod supra scriptum est, & contra non venire. Et ego Joannes Pedonis Imperialis Aulæ Notarius his omnibus interfui; & ut supra legitur, hæc omnia de mandato prædictorum Domini Philippi Prioris, & Caooicorum scripsi, & publicavi." Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam oostræ confirmationis, & suppletionis &c.

Procurator pro Fratribus. — *Testes rogati.* — *Alter Canonicus assentitur.* — *Clausula Pontificia inhibentia &c.*

* al. Rocce

Datum Viterbii Idibus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Si Cives Asculani impedire vellent FF. Minores, ne de veteri eorum loco disponerent, mandat Eccles. censuris eos compesci. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo nostri Cœnobii S. Francisci dictæ Civitatis in Piceno.)

ALE-

(a) PALATIUM: Nempe *Palatium Curia* dictum *Imperiale*, quod Alexander an. 1255. die 2. Martii Fratribus concessit: ex litteris *Cum sicut &c.* supra relatis.

(b) ÆGIDIO ANGULARI: Hic in litteris Pontificiis dicitur *Frater Egidius Angularis Ordinis Fratrum Minorum*, sed vereor scriptoris erratum; cum in instrumento permutationis locorum anno 1256. die 18. Maii stipulato, & in hujus Pontificis litteris *Cum a nobis petitur &c.* anno 1258. die 10. Januarii datis relato & etiam in alio donationis eodem anno 1256. die 9. Augusti factæ in his litteris exhibito enuncietur sine nota *Fratres*; nisi post has litteras, seu instrumenta Institutum Franciscanum subierit nempe post diem 9. Augusti anni 1256.

(c) RENUNCIAVIT: Locus confusus, & corruptus haud facile sanandus, forsan leg. *renunciantes legi usitens. offic. libel.*

CCCXCIV.
Anno 1257. die 13. Decembris.

ALEXANDER &c.

a *Venerabili fratri . . .* [a] *Episcopo* Anconitano *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Narratio concessionis, &c.

b CUM Nos dilectis filiis Fratribus Ordinis Minor. de *Esculo* [b], considerantes, quæ salutem animarum respiciunt, & incommoditatibus, quas in loco, in quo extra Civitatem ipsam actenus morabantur, multoties sunt perpessi; ut ad locum sibi opportunum nuper, sicut intelleximus, emptum pro ipsis infra [c] eandem Civitatem situm in vico, qui *Scadya* dicitur, libere se transferrent, concessimus facultatem [d]; & iidem Fratres necesse habeant ibidem de prædicti prioris loci pretio, ac ejusdem ædificiis præter eleemosynas, quas eis ad hoc pia Fidelium devotio largietur, Oratorium, domos, & officinas sibi opportunas construere; necnon & fundum suis utile usibus ampliare; dubitentque, ne per dilectos filios Capitaneum, Consilium, & Commune Civitatis Esculan. fideles nostros, vel ipsorum quempiam prior locus, ædificia, & res aliæ, quæ ad eundem pertinent, occupentur; neve ipsis prædicta secundum indulta ipsorum Ordini ab Apostolica Sede concessa [e] convertere in eorum utilitatem permittant eisdem; authoritate litterarum nostrarum districtius duximus inhibendum; ne ipsi, vel aliqui eorum præfatos Fratres præsumant quomodolibet impedire, quin valeant de loco, ubi steterunt, & omnibus ejusdem ædificiis, ac aliis rebus per Procuratorem suum disponere juxta formam sibi a prædicta Sede concessam; sicut eis pro ipsorum utilitate videbitur opportunum. Nos enim decernimus irritum, & inane, quicquid contra nostram inhibitionem per eos, vel aliquem ipsorum in hac parte fuerit attentatum. Quocirca Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si dicti Capitaneus, Consilium, & Commune contra inhibitionem nostram venire præsumpserint; tu eos a præsumptione hujusmodi per *excommunicationis* in personas, & *interdicti* in Civitatem eorum sententias per te, vel per alium appellatione remota compescas.

c & necessitatis Fratrum,

d dubiique earundem.

e

Alexander PP. IV. An. Ch. 1257.

Mandat id Pontifex, quod supra.

Datum Viterbii Idibus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CCCXCV.

In eundem modum scripsit Capitaneo, Consilio, & Communi Civitatis Esculensis usque ad illa verba fuerit attentatum, *mutatis mutandis: postea subjunxit:* & nihilominus Venerabili Fratri nostro .. Episcopo Anconitano nostris damus litteris in mandatis, ut vos a præsumptione hujusmodi per *excommunicationis* in personas, & *interdicti* in Civitatem vestras sententias per se, vel per alium appellatione remota compescat. Dat. *ut supra*. (Ex Autographo in suprad. Archivo Asculano.)

Abbatissam Monasterii S. Mariæ de Massa *ad regimen Monasterii Falesiani translatam confirmat, & utrumque Monasterium olim conjunctum modo divisum esse decernit.* (Ex Reges. Vaticano epist. 6. apud Wadingum in Regest. Pontif. num. 47.)

ALEXANDER &c.

CCCXCVI.
Anno 1257. die 15. Decembris.

Dilectis in Christo filiabus . . . Abbatissæ & Conventui Monasterii Sancti Bartholomæi de Falesio *Ordinis S. Damiani* Massanen. *Diœcesis* [f] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

f

Exordium.

g Monialium petitionis tenor.

CUM a Nobis petitur &c. [g] Sane petitio vestra Nobis exhibita continebat, quod dilectus filius Frater *Raynaldus*

(a) Ven. Fratri . . . : *Joanni Bono* Anconitano, quem tabulæ illius Ecclesiæ ferunt sedisse ab anno 1243. usque ad ann. 1256., quo occubuisse volunt: at ex his litteris adhuc in vivis hoc anno affecto ipse fuisse videtur, neque de ejus successore loquutas apparet; cum ejus successor *Petrus Capoccius* Viterbiensis solummodo ad ann. 1285. memoretur in dictis tabulis.

(b) Minor. de Esculo: De quibus in aliis litteris egimus, ut illis *Sanctorum meritis &c.* anno isto Idibus Octobris datis.

(c) Infra: Pro *intra* temporibus illis dicebatur.

(d) Concessimus facultatem: Hoc anno par litteras *Paupertas voluntaria &c.* Calendis Decembris vulgatas, & supra pag. 265. relatas.

(h) Ab Apostol. Sede concessa: Diplomatis incip. *Ex parte vestra &c.* edito anno 1255. die 22. Octobris.

(i) Massanen. Diœcesis: Cum duæ sint in Italia Civitates Episcopales hujus nominis, *Massa* nimirum *Veternensis* in Tuscia agri Senensis, Senensique sub Archiepiscopo, & *Massa Lubrensis* in Provincia Terræ Laboris sub Archiepiscopo Surrentino; hic sermo est de prima, seu Massa Veternensi Tusciæ, ut ex diplomatis verbis, Falesiique loco apparet.

(g) Petitur &c. Ut in xi. hujus Pontificis *Bulla* anno 1255. die 20. Januar. data.

naldus de Tocco [a] Pœnitentiarius, & Capellanus noster de mandato nostro te, filia . . . Abbatissa, a regimine Monasterii Sanctæ Mariæ de *Massa* absolvens in Abbatissam Monasterii Sancti Bartholomæi de *Falesio* Massan. Diœcesis te præfecit statuens, ut idem Monasterium Sancti Bartholomæi, quod dicto Monasterio Sanctæ Mariæ de *Massa* contuleramus [b], & dictum Monasterium Sanctæ Mariæ per se consistat; & utrumque Monasterium ipsarum cum omnibus bonis suis sit liberum, & exemptum; nec alterum eorum alteri in aliquo sit subjectum; prout in litteris inde confectis [c] ejusdem Capellani sigillo signatis plenius continetur. Nos igitur vestris devotis precibus benignum impertientes assensum, quod ab eodem Capellano in hac parte factum est, ratum habentes, & gratum, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, & supplentes defectum, si quis in iis habitus est, de nostræ plenitudine potestatis. Tenor autem litterarum talis est.

a

& relatio translationis Abbatissæ S. Mariæ de Massa ad Monasterium S. Bartholomæi de Falesio.

b

c

Quod Pontifex probat, & confirmat.

Litteræ Pœnitentiarii, & Capellani Papæ.

„ Universis præsentes litteras inspecturis frater *Raynaldus de Tocco* Domini Papæ Pœnitentiarius & Capellanus salutem in Domino. Cum olim Dominus Alexander Papa IV. necessitatibus Abbatissæ, & Conventus Monasterii Sanctæ Mariæ *de Massa* Ordinis Sancti Damiani paterno compatiens affectu Monasterium Sancti Bartholomæi de Falesio Massan. Diœcesis eis duxerit concedendum; & *B.* Abbatissa cum quibusdam ipsius Monasterii Monialibus de Massa ad prætactum Monasterium de *Falesio* se velit transferre; & ibidem juxta sui Ordinis

A

„ instituta Domino perpetuo famulari; „ Nos ipsam auctoritate Summi Pontificis supratacti Monasterii Massan. a regimine absolventes eamdem in Abbatissam memorati Monasterii de *Falesio* duximus præficiendam; statuentes, ut deinceps Monasterium *Massan.* & Monasterium de *Falesio* duo sint Monasteria, quorum utrumque per se cum omnibus bonis suis [d] sit liberum, & exemptum; prout ante concessionem hujusmodi erant; nec unum alteri in aliquo sit subjectum; nec Monasterium ipsum de *Massa* prætextu concessionis prætactæ in nominato Monasterio Sancti Bartholomæi suis juribus, ac pertinentiis suis jus aliquod sibi ulterius valeat vendicare; quod a subjectione ipsius Monasterii Massan. volumus esse exemptum. Sed ipsum Monasterium de Falesio prætacta Abbatissa, & ejus Sorores, & quæ eis successerint, cum omnibus juribus & pertinentiis habeant liberum, & exemptum. Datum Viterbii Nonis Decembris, Pontificatus Nostri Domini Alexandri Papæ IV. Anno III. Indictione I. In cujus rei testimonium litteras præsentes fieri fecimus, & nostri sigilli munitione roborari. „ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & suppletionis infringere, vel ei &c. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei &c.

B

C

D

d

Anno 1257. die 5. Decembris.

Clausula Pontificia prohib. &c.

Datum, *ut supra* [e].

e

Annuam Indulgentiam elargitur visitantibus devotionis causa statutis diebus Ecclesiam Ferentin. O. M. (Ex Bonav. Theulo in Appar. Minor. lib. 5. cap. 2.)

ALE-

(a) De Tocco: Oppido Aprutii, & diœc. Pennen., Ordinisque Minorum, qui an. 1255. interfuit uti *Pœnitentiarius, & Cappellanus Papæ* sententiæ die 9. Augusti ab Hugone Card. S. Sabinæ latæ *Anagniæ* in causa inter Episcopum Catalaunen., & Abbatem, ejusque Monasterium S. Pauli Virdunen. Ord. Præmonstrat. super visitatione &c. domus de Wanov Virdunen. diœcesis ab Alexandro confirmatæ XII. Kal. Septembr. anno I. ex Regest. Vatic., mox eidem Ricardus Abbas Casinen. tradidit Ecclesiam S. *Cæsarii* pro *Monasterio S. Blasii* Ordinis S. Damiani Civitatis *Anagniæ* ex instrumento acto *Laterani* in Camera Domini PP. Alexandri IV. apud Gattulam in fine par. 1. Hist. Abbatiæ Casinen. & anno 1261. erat *Cappellanus, & Pœnitentiarius* etiam Urbani IV. ex ejus epist. 8. *Cum de pecunia &c.* die 23. Novembris, dieque 21. Octobris memoratur in 3. dicti Pontificis epistola *Ecce mittimus &c.* sed sine illis titulis.

(b) Contuleramus: Deest diploma hujus collationis, hinc nescitur, quo anno sit facta, post tamen annum 1254., si ab isto Pontifice, ut dicitur, peracta fuit.

(c) In litteris inde confectis: Quæ etiam infra subjiciuntur.

(d) Bonis suis: Quæ fursan, seu illorum pars recensetur in *Bulla Religiosam vitam &c.* anno sequenti die 23. Maji pro Monasterio *S. Mariæ de Falesio* edita.

(e) Huic Monasterio Pontifex alia concessit per litteras *Ex tenore vestræ &c.* dat. anno 1259. die 18. Octobr., ut infra; & Vaticani Tabularii scriba notavit, præsens diploma datum esse XIV. *Kalend. Februar.* Pontif. *anno* IV., hoc est die 19. Januarii anno 1258.

CCCXCVII. Anno 1257. die 29. Decembris.

ALEXANDER &c.

a *Dilectis filiis . . . Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum* Ferentin.[a] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

b SANCTORUM meritis inclyta gaudia Fideles &c.[b] Ad promerenda igitur sempiterna gaudia causam dare Fidelibus populis cupientes omnibus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam vestram in die Consecrationis, & in Anniversario dedicationis ejusdem, ac in Sanctorum *Francisci*, & *Antonii*, Sanctæque *Claræ* Virginis, & per octo dies sequentes, & *Sanctorum* eorum, quorum ibi Altaria sunt, in suis festivitatibus cum devotione & re-
c verentia visitaverint annuatim &c.[c] *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Datum Viterbii IV. Kalen. Januarii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Permutationem FF. Fulginaten. cum Archidiacono ejusdem Civitatis factam de quibusdam terrenis confirmat. (EX ARCHIVO nostri Conventus Fulginaten. Sancti Francisci.)

CCC. XCVIII. Anno 1258. die 10. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . . Guardiano, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum
d Fulginaten.[d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.
e
Fratrum expositio, atque petitio.

CUM a Nobis petitur &c.[e] Exhibita siquidem Nobis vestra petitio continebat, quod vos quædam Casalina, sive Terrena posita in loco, qui vocatur *Pagillum*, tunc ad vos spectantia cum dilecto filio Berardo Archidiacono Procuratore, & Administratore Ecclesiæ, sive Episcopatus Fulginaten. receptis ab ipso pro eisdem Casalenis, sive Terrenis aliis Casalenis vobis utilibus, & loco vestro contiguis, tunc ad dictum Episcopatum pertinentibus, per compositionem amicabilem commutastis; prout in publico Instrumento confecto exinde plenius continetur. Nos itaque vestris precibus inclinati commutationem ipsam ratam, & gratam habentes, ac defectum, si quis in ea fuit, ex eo quod Diœcesani Loci[f], & Capituli ejusdem Ecclesiæ ad id non accessit assensus, supplentes de plenitudine potestatis, illam auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, tenorem ipsius Instrumenti de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, qui talis est. Pontifex confirmat commutationem, & supplet defectum Capituli &c. f

Instrumentum permutationis. Anno 1256. die 28. Maji.

„ In Dei nomine Amen. Anno ejusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, Indictione XIV. decima octava die mensis Maji, tempore Domini ALEXANDRI PAPÆ IV. hujus publici Instrumenti tenore Dominus *Berardus Archidiaconus* Fulginaten. Procurator, & Administrator Ecclesiæ Fulginaten., seu Episcopatus ejusdem nomine ipsius Episcopatus, & pro ipso Episcopatu permutavit, dedit, & tradidit jure proprio, & in perpetuum Egidio Angulari de Fulgineo Procuratori legitimo, Actori, & Factori Conventus Fratrum Minorum loci Fulginen. vice, & Procuratorio nomine ipsius Conventus, & Fratribus, eorumque successoribus recipienti, & stipulanti omnia & singula Casalena; & totum Terrenum; & quidquid ipse vel alius nomine dicti Episcopatus, & pro ipso Episcopatu, & idem Episcopatus habet, tenet, & possidet, & ad ipsum Episcopatum de jure, vel de facto occasione aliqua noscitur aliquatenus pertinere, sive spectare; & cum his omnibus, g

Syndicus FF. Minorum Fulginat.

(a) FERENTIN.: In Latio nunc Campania Rom. urbis in colle Episcopalis uni Romano Pontifici subjecta 5. mill. ab Anagnia, 4. ab Alatro, & 6. a Frusinone, octo vero a confinio Regni Neapolitani distantis, de cujus Civitatis nostro Cœnobio consuli poterit citatus Theulus, nam apud Waddingum frustra requiras; estque 4. *Custodia* Campaniæ.
(b) FIDELES &c.: Ut in *Bulla* 369. hujus Pontificis pro Cœnobio Asculano anno isto idibus Octobris data.
(c) ANNUATIM &c.: Ut in dicta Bulla.
(d) FRATRUM MINORUM FULGINATEN.: Adeatur Bulla 26. hujus Pontificis anno 1255. 2. Martii edita.
(e) PETITUR &c.: V. *Bulla* 21. alias citata hujus Pontificis die 20. Januarii 1255. data.
(f) DIŒCESANI LOCI: Vacabat enim Cathedra hujus Civitatis ab anno 1243., quo illam Innocentius IV. suppressit ob cives Friderico Imp. adhærentes.
(g) BERARDUS ARCHIDIACONUS FULGINATENSIS: Cum Innocentius IV. anno 1243. Fulginium Episcopali dignitate spoliasset, eo quod Cives Friderico Imp. adhærerent, *Berardus* Archidiaconus factus est ab eodem Innocentio Administrator Fulginatensis Ecclesiæ, & confirmatus anno 1255. ab Alexandro IV., ubi itque anno 1269. mense Novembr., quo Civibus ad Ecclesiam Rom. reversis dignitas quoque Episcopalis reddita est Civitati ex Ughello tom. 1. Ital. Sac. num. 28.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1258.

bus, quæ dictæ res infra se, & supra se, & intra se integrum habent, & continent, ad eumdem Episcopatum modo aliquo pertinentibus, sive spectantibus cum omnibus & singulis accessibus, & regressibus suis, omnique jure, actione, usu, requisitione, & pertinentiis, & adjacentiis suis ad habendum, tenendum, possidendum, & quidquid eidem Procuratori nomine prædictorum Conventus, & Fratrum, & ipsis Fratribus placuerit, perpetuo faciendum: infra hæc latera, seu confines, a primo latere murus novus Carbonariæ, seu ipsa Carbonaria: secundo strata, qua itur per Portam Abbatiæ: tertio murus Claustri Palatii ipsorum Fratrum, sicut recte protenditur, & vadit usque ad viam, quæ vadit juxta domum Domini Gerardi; per quam viam ire consuevit per Portam *Sancti Matthæi* a nostris via dicta, sicut recte trahit usque ad locum, ubi fuit murus novus supradictæ Carbonariæ Civitatis Fulginaten., intus & extra murum Civitatis prædictæ; vel si quæ sunt alia, vel plura latera, vel confines. Quod totum Terrenum, & Casalena omnia, & singula supradicta infra hæc latera, vel confines ad prædictum Episcopatum pertinentia aliquatenus sive spectantia, præfatus Procurator, & Administrator Episcopatus prædicti pro ipso Episcopatu, & nomine ipsius Episcopatus dicto Ægidio Procuratori, & Actori prædictorum Fratrum recipienti, & stipulanti pro ipso Conventu, & nomine ipsius, & Fratrum, eorumque successorum permutavit, dedit, & tradidit pro cambio, & permutatione Casalenorum, sive Terreni positorum in *Pagillum* * infra hæc latera: a primo latere via: a secundo Croffiarellus Domini Hermanni pro uxore: a tertio Dominus Opezinius Cassedonit: a quarto Fratres prædicti Conventus; vel si quæ alia sunt latera. Quæ Casalena, seu quod Territorium

Confines rei accipiendæ in permutatione a FF.

* Pagillo. Confines rei dandæ a FF. in permutatione.

idem Procurator dictorum Fratrum, Procuratorio nomine eorum, & Conventus prædicti volentibus, consentientibus, & mandantibus Fratre *Jacobo de Ancona Guardiano*, Fratre Thoma de Spello [a], Fratre Benedicto de Cannaria [b], & aliis Fratribus dicti loci eidem Domino Berardo Archidiacono Fulginaten., Procuratori, & Administratori Episcopatus prædicti jure proprio permutavit, dedit, & tradidit cum ingressibus, & egressibus, omnique jure, & actione, & pertinentiis suis, & cum iis omnibus, quæ supra se, & infra se dicta res habet, & continet ad habendum, tenendum, possidendum, & quidquid eidem nomine dicti Episcopatus, & ipsi Episcopatui placuerit exinde faciendum. Quæ omnia & singula supetius, & inferius scripta prænominatus Dominus *Berardus Archidiaconus* Fulginaten. Procurator, & Administrator Episcopatus prædicti Procuratorio, & Administratorio nomine Episcopatus ejusdem, & pro ipso Episcopatu per se, & successores suos Ægidio Procuratori, & Actori Fratrum, & Conventus loci prædicti pro ipso Conventu, & Fratribus eorum successoribus stipulanti, & recipienti promisit observare. Et idem Ægidius ipsi Domino Archidiacono procuratorio, & administratorio nomine dicti Episcopatus, ejusque successoribus promisit rata, & firma habere, tenere, & observare, & contra occasione, vel exceptione aliqua non venire; sed semper ad invicem alter alterius res permutatas legitime ab omni homine, & Universitate, omnibus eorum expensis, & advocatis in Judicio, & extra defendere, autorizare, disbrigare [c], & non molestare sub pœna duplici estimationis dictarum rerum hinc inde solemni stipulatione præmissa, & obligatione tam dicti Episcopatus, quam dicti Conventus Fratrum. Verum pœnaque soluta, vel non soluta, prædicta omnia,

Fr. Jacobus Anconitan. Guardianus, & FF. discreti Conventus.

Ægidius Procurator Conventus.

(a) FR. THOMA DE SPELLO: B. *Andreæ* Hispellatis socio, qui ejusdem Beati *Vitam* scripsit; & hac eodem anno *Conventum Burgi S. Sepulchri* accepit die 12. Septembris etiam ex Waddingo ad hunc annum n. 21., & in lib. de Scriptor. Ord. Min.

(b) DE CANNARIA: Oppido Vallis Spoletanæ diœcesis Assisiaten. ad Tiniam fluvium prope Bettonam.

(c) DISBRIGARE: Idest *liberare* a lite, & rixa Italis *briga*.

„ omnia, & singula firma, & rata con- A
„ sistant. Actum in Proferlo Palatii [a]
„ prædictorum Fratrum Fulginaten-
„ sium coram Boncagno Gulielmi, Bo-
„ naventura Joannis Bonerii, Massarel-
„ lo Michaelis, Jacobo Valentini, Jo-
„ hagnolo Matthæi, & Scipione Alber-
„ ti testibus de iis vocatis, & rogatis.
„ Ego Benegnatus Pauli Notarius om-
„ nibus prædictis interfui, & de prædi-
„ ctorum contrahentium mandato, ut
„ superius legitur, scripsi, & publica- B
„ vi. “ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppletionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Testes rogati.

Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii IV. Idus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Quarto [b].

Iterat litteras, & mandatum, ut Sanctimonialibus Castri Begni *conferatur Monasterium S. Silvestri de* Ischietto. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Monasterii S. Luciæ Urbinat. Ord. S. Claræ.)

CCCXCIX. *Anno 1258. die 13. Januarii.*

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri [c] ... *Episcopo Forosempronien.* [d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

NE dilectæ in Christo filiæ.. Abbatissa, & Conventus Monasterii *Sanctæ Mariæ Castri Begni* [e] Ordinis Sancti Damiani Feretran. Diœcesis [f], quæ Monasterium ipsum a quibusdam Tyrannis [g] illarum partium occupatum, sicut accepimus, reliquerunt pro quærendo victu, vincerentur a Mundo; & periculosius vagarentur; nostris tibi sub certa forma dedimus litteris [h] in mandatis, ut Monasterium *Sancti Silvestri* [i] Ordinis Sancti Benedicti Urbinat. Diœcesis [k] eisdem Abbatissæ, & Conventui auctoritate nostra ad tempus concedere procurares, inducens ipsas in corporalem possessionem ipsius, & defendens inductas, ac faciens eis de bonis ejusdem Monasterii, quamdiu permanerent ibidem, necessaria ministrari; Monachis ejusdem Monasterii *S. Silvestri*, qui computato Abbate quatuor esse dicuntur, in aliis Monasteriis sui Ordinis interim collocatis: contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quia vero dicti Abbas, & Monachi super iis tibi, C sicut intelleximus, se opponunt Nuntium tuum Nostras [l], & tuas ad eus super hnc deferentem litteras pene usque ad interitum cædi verberibus facientes; propter quod eædem Abbatissa, & Conventus de provisa sibi a Nobis gratia nullum commodum reportarunt: Fraternitati tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus eis Monasterium ipsum assignare, ac eas in illius posses- D sionem inducere, ac inductas defendere de plano sine judicii strepitu studeas juxta priorum continentiam litterarum: contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Alias commissionis litteras commemorat,

& Monachorum oppositionem.

Mandatque id, quod supra.

Datum Viterbii Idibus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

(a) IN PROFERLO PALATII: Abest hoc vocabulum *proferli* a Glossario Fresneusi seu Cangien. mediæ, & infimæ latinitatis; videtur tamen significata partem Claustri superioris vulgo *Loggia*.

(b) Anno etiam 1257. die 13. Decembr. Pontifex per litteras *Devotionis vestræ petitio &c.* confirmavit Fratribus donationem rerum, quas Capitulum Ecclesiæ Fulginaten. habebat in Calalinis &c., ut ex instrumento anno 1256. die 9. Augusti acto, & in dictis litteris relato.

(c) VEN. FRATRI ...: *Gentili*, qui ab anno 1255. usque ad ann. 1285. sedit ex Italia Sac. Ughelli to.2. num. 14.

(d) FOROSEMPRONIEN.: Vulgo *Fossombrone* prope Metaurum flumen in Urbinati Ducatu inter Fanum, & Callium, olim Episcopatus sub uno Rom.Pontifice, nunc sub Urbinete Metropolitano, a cujus urbe 10. mill.pas. distare dignoscitur.

(e) CASTRI BEGNI: Olim in territorio, cujusque Montis Copioli prope flumen Crustumium vulgo *Conca* nunc prorsus diruti; distabatque a Civitate Urbini mill. pas. 15., cujus Monasterii S. *Mariæ* fundatio hucusque latet.

(f) FERETRAN. DIŒCESIS: Vulgo *Monte Feltro* in Ducatu Urbinate, Pontificiaque ditione juxta flumen Ariminum vulgo *Marecchia*, cujus Episcopatus Leopolis vulgo *San Leo* nunc subest Archiepiscopo Urbinati, a qua Metropoli 10. mill. pas. recedit ad occasum in monte excelso cum arce turissima in finibus Flaminiæ.

(g) TYRANNIS: *Cavalca* cum Nepotibus Feretranæ ditioni dominante.

(h) DEDIMUS LITTERIS: Quæ a nobis desiderantur, earum tamen tenorem in his Pontifex exposuit.

(i) S. SILVESTRI: De *Ifeleto* al. *Hischito* vulgariter *Schietto*, ut infra in aliis de hac re litteris pag.288.

(k) URBINAT. DIŒCESIS: Nunc, & *Ducatus* valde noti.

(l) NOSTRAS: His etiam litteris ad Monachos datis caremus.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1258.

CD.

Anno 1258. die 15. Januarii.

a *Eodem modo .. Episcopo* [a] *, & Clero Urbinati, mutatis convenienter verbis, usque ad illa*: juxta priorum continentiam litterarum *subjungens*: Quocirca Universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus easdem Abbatissam, & Conventum pro Divina, & nostra reverentia habeatis penitus commendatas; ac super præmissis opportunum, ac debitum auxilium impendatis. Tu vero, Frater Episcope, postquam eædem Abbatissa, & Conventus in corporalem possessionem ipsius Monasterii inductæ fuerint, non permittas eas super eodem Monasterio contra mandati nostri tenorem ab aliquibus molestari, molestatores hujusmodi per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo ita. quod propter hoc tibi laudis accrescat titulus, & apud Deum cumulus præmiorum. Datum, *ut supra*. [b] b

---

C *Donationem Ecclesiæ S. Matthæi Fulginat. eis a Patronis dictæ Ecclesiæ factam confirmat*. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo nostri Conventus Sancti Francisci ejusdem Civitatis Fulginaten.)

CDI.

Anno 1258. die 20. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum de Fulgineo [c] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem*. c

Exordium. d

JUstis petentium desideriis &c [d] Exhibita sane Nobis vestra petitio continebat, quod Patroni Ecclesiæ *Sancti Matthæi* [e] *Fulginat.* quicquid Juris in eadem habebant Ecclesia, vobis ad construendum locum ibidem, dilectorum filiorum Berardi *Archidiaconi* Fulginat. Procuratoris Episcopatus Fulginat., & Benevenuti Clerici dictæ Ecclesiæ ad hoc accedente consensu, pia, & provida liberalitate donarunt; prout in Instrumento publico exinde confecto plenius continetur. Vestris igitur supplicationibus inclinati; quod ab eisdem Patronis factum est in hac parte, ratum, & firmum habentes illud auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; supplentes defectum, si quis in præmissis ex eo extitit, quod Ecclesia *Fulginat.* vacat [f] ad præsens; & ejusdem Capituli ad id non intervenit consensus, de plenitudine Apostolicæ potestatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. f

Petentium petitio. e

Et Pontificis confirmatio cum defectus suppletione.

Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii XIII. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Ut tempore Interdicti *generalis Fratres de Pœnitentia admittantur ad Divina Officia debitis circumstantiis, aliis quoque Ecclesiæ. Sacramentis, ac sepultura non priventur*. (Ex AUTOGRAPHO nostri Conventus Sancti Francisci Urbis Reatinæ.)

CDII.

Anno 1258. die 20. Januarii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis aliis Ecclesiarum Prælatis per Italiam *constitutis Sal., & Apost. Bened.*

Exordium a causa concessionis.

D CUM illorum, qui sua novissima memorando non post vanitates sæculi, sed post CHRISTUM euntes pœnitentiam in humiliato spiritu agunt; & corde contrito castigando, & in servitutem sua corpora redigendo tota videatur intentio circa servitium Creatoris; indignum forsitan crederetur, si pro aliena culpa a Divinis obsequiis, & sacramentis Ecclesiasticis contingeret hos excludi; cum in his, & aliis, quæ ad servitium Dei pertinent, favorem mereantur Sedis Apostolicæ specialem. E Cum igitur per Italiam nonnulli tales dicantur a quibusdam *Fratres de Pœnitentia* [g] nuncupari; Universitati vestræ ad g

Fratres de Pœnitentia per Italiam degunt.

(a) EPISCOPO: *Petro*, qui paulo post occubuit ex Italia Sac. Ughelli tom. 2. n. 17.

(b) Etiam Pontifex hoc anno die 18. Maii litteras dedit Abbati Monasterii *S. Anastasii* Feretrani diœcesis, ut infra, & paulo ante Jacobo *Alberici* Scriptori suo, qui Moniales in possessionem loci immisit, & Eccles. censuras tulit &c.

(c) DE FULGINEO: Al. *Fulginio*, de quo in præcedenti diplomate.

(d) DESIDERIIS &c.: Ut in *Bulla* 112. anno 1255. 22. Octobr. edita.

(e) ECCLESIÆ S. MATTHÆI: Hujus donationis meminit Ughellus to. 1. Ital. Sac. in Fulginat. Episc., ubi de *Berardo* administratore Ecclesiæ Fulgin. agit; cætera non vidit.

(f) ECCLESIA FULGINAT VACAT.: Ab anno 1243. ob eam causam, quam attulimus in notis ad *Bullam* 398. hoc anno die 10. hujus mensis superius editam.

(g) FRATRES DE PŒNITENTIA: Nempe Tertii Ordinis S. Francisci, ut alias ostensum est to. 1. hujus Bullarii p. 20. 31. &c.

a ad instar fel. recor. Gregorii Papæ [a] prædecessoris nostri per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos eos in Ecclesiis vestris, in quibus a Sede Apostolica est concessum generalis tempore *Interdicti* Divina Officia celebrari, tempore Interdicti hujusmodi; dummodo ipsi causam non dederint *Interdicto*; ad Divina Officia, quæ suppressa voce, Interdictis, & Excommunicatis exclusis, non pulsatis campanis, clausis janius celebrantur; & alia Ecclesiastica Sacramenta, necnon Sepulturam Ecclesiasticam admittatis.

Margin: Ab quibus Pontifex mandat id, quod supra, — apposita conditione.

Datum Viterbii XIII. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Concedit, ut de male acquisitis, quorum restitutio fieri nequeat; & de redemptionibus votorum commutatorum usque ad 200. uncias auri recipere valeant. (Ex AUTOGRAPHO nostri Conventus Sancti Francisci Eugubinæ Civitatis.)

CDIII. *Anno 1258. die 18. Januarii.*

ALEXANDER &c.

b *Dilectis filiis.. Guardiano, & Fratribus* Eugubin. [b] *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

VESTRÆ meritis Religionis inducimur, ut vos prosequamur gratia, quæ vestris necessitatibus esse dignoscitur opportuna. Hinc est, quod Nos vestris supplicationibus annuentes, ut de usuris, rapinis, & aliàs male acquisitis; dummodo ii, quibus ipsorum restitutio fieri debeat, omnino fieri, & inveniri non possint; necnon de redemptionibus *votorum*, quæ fuerint commutata Diœcesanorum auctoritate, *Hierosolymitano* dumtaxat excepto, usque ad summam *ducentarum unciarum auri* [c] recipere valeatis, auctoritate vobis præsentium duximus concedendum; si alias pro similium receptione non estis a Nobis hujusmodi gratiam consecuti; ita tamen, quod si aliquid de ipsis ducentis unciis dimiseritis, vel restitueritis, aut dederitis illis, a quibus eas receperitis; hujusmodi dimissum, vel restitutum, seu datum nihil ad liberationem eorum prosit; nec quantum ad illud habeantur aliquatenus absoluti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Margin: Exordium. — Fratrum supplicationibus annuens Pontifex concedit, ut supra, — conditione apposita. — c — Conditiones adjectæ. — Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii v. Kalen. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Quarto [d].

d

In controversia duorum super Præfectura Cantorum Ecclesiæ Biterren. alteri adjudicatur Præfectura, & alteri Canonicatus Narbonen. conceditur; Guardiano vero FF. Min. Biterren. facultas absolvendi a censuris Eccles. & ab Irregular. dispensandi. (Ex REGES. VATIC. epist. 49. an. 4.)

CDIV. *Anno 1258. die 31. Januarii.*

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Magistro Pontio de Sancto Justo Camerario Ecclesiæ Biterren. [e] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

e

EA, quæ judicio, vel concordia terminantur, firma debent, & illibata persistere; & ne in recidivæ contentionis scrupulum relabantur, convenit Apostolico præsidio communiri. Sane cum olim inter te, ac dilectum filium Magistrum Gregorium de Sancto Laurentio Subdiaconum, & Cappellanum nostrum super *Cantoria* [f] *Biterren.* Ecclesiæ quæstio verteretur; Nos tandem dilectum filium nostrum *R.* [g] Sancti Angeli Diaconum Cardinalem dedimus super hoc partibus Auditorem, in

Margin: Exordium. — Relatio controversiæ, — f — g — in qua partibus datur Auditor,

Tom.II. Mm 2

(a) AD INSTAR FEL. RECORD. GREGORII PAPÆ: Quod anno 1229. die 23. Augusti edidit; & ibi retulimus to. 1. p. 51., & ante eum *Honorius* III. anno 1224. Calend. Decembr. ibidem p. 19.

(b) FRATRIBUS EUGUBINIS: Quorum locus, etsi quo anno acceptus fuerit, ignoretur, tempore tamen *S. P. Francisci* extabat, estque caput *Custodiæ* sui nominis in Umbriæ Provincia S. Francisci etiam in divisione Provinciarum Ordinis anno 1260. a S. Bonaventura facta. De quo Waddingus in Annal. Minor. agit dumtaxat ad annum 1251. n.46. & valde parce. Forsan anno 1222. fundatum, quo S. Franciscus Eugubii miracula patravit teste Waddingo ad eum ann. n. 9. & 10.

(c) DUCENTARUM UNCIARUM AURI: Quarum quælibet quinque Florenis æquipollebat anno 1343. ex monumento apud Raynaldum in Annal. Eccles. ad eum annum num. 81.

(d) Anno 1256. die 4. Julii *Indulgentias* Pontifex elargitus est huic loco per litteras *Cum ad promerenda &c.* ibi relatas n. 104.

(e) CAMERARIO ECCLESIÆ BITERREN.: Al. *Camerlengo* Latinis Quæstori Ecclesiæ Bitert. vulgo *Beziers* in Occitania inferiori sub Archiepiscopo Narbonensi.

(f) CANTORIA ECCL.: Nempe Præfectura Canentium in Odeo Ecclesiæ, licet ab aliquibus vulgo accipiatur pro loco cantorum.

(g) FILIUM NOSTRUM R.: Videlicet *Richardum* apud Scriptores de S. R. E. Cardinalibus, & in Annal. Eccles. celebratum.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1258.

in quem etiam ipsæ partes super quæstione prædicta compromittere curaverunt. Idem vero Cardinalis visis rationibus utriusque partis, tam judiciaria, quam arbitraria, & concessa sibi a Nobis super hoc nihilominus potestate, dicto Magistro Gregorio sententialiter *Cantoriam* ipsam adjudicans [a] tibi silentium perpetuum imposuit super ea; & ut aliquam gratiam a Sede Apostolica reportares, dictus Cardinalis de speciali mandato nostro tibi *Canonicatum* Ecclesiæ Narbonen. [b] cum plenitudine Juris Canonici contulit; & te de ipso per suum *pileum* investivit [c]; non obstante de certo Canonicorum numero juramento, vel alia firmitate vallato, statuens, quod tibi provideatur in ipsa Ecclesia de *Præbenda*, quamprimum ad id obtulerit se facultas; quodque præferaris omnibus in assecutione ipsius proprio motu Capituli ejusdem Ecclesiæ, seu auctoritate Legatorum Sedis Apostolicæ; receptis ibidem de dignitate quoque, vel personatu [d], seu Abbatia Sæculari, etiamsi nonnisi per electionem ad eam consueverit quis assumi, cum cura, vel sine cura in Provincia *Narbonen.* in Ecclesia Cathedrali, vel alia, secundum meritorum tuorum exigentiam tibi auctoritate nostra provideri mandavit; decernens irritum, & inane, si secus a quoquam super iis in tuum præjudicium contingeret attentari; prout in ipsius Cardinalis litteris suo sigillo munitis plenius continetur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem Cardinale super præmissis factum est, ratum habentes, & gratum, illud auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipsarum præsentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est.

& Præcentoria uni, a — *alteri Canonicatus attribuitur b* — *c* — *obstantibus derogando,* — *& nonnulla statuendo,* — *d* — *quæ Pontifex confirmat.*

„ In nomine Domini Amen. Super „ *Cantoria* Ecclesiæ Biterren., quam „ discretus vir &c. [e] „ Relaxatis, seu „ in irritum revocatis omnibus sententiis *excommunicationis*, *suspensionis*, „ seu *interdicti* per quoscumque executores occasione dictæ *Præcentoriæ* „ prolatis adversus dictum Magistrum „ Pontium, aut Petrum de Sancto Justo, & Bernardum Textorem Clericos, & quoscunque alios majores, sive „ minores fautores, & adjutores dicti „ Magistri Pontii, cum quibus dispensamus de speciali mandato Domini „ Papæ super *irregularitate*, si quam „ forsitan contraxerunt Divinis se Officiis immiscendo post dictas sententias „ in se latas; concedentes, quod prædicti reconciliari possint per *Guardianum* Fratrum Minorum de *Biterris* [f], cui damus super hoc potestatem. Actum Viterbii Anno Domini „ millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, Indictionis primæ, mense Januario vigesimo sexto die, Pontificatus Domini ALEXANDRI PAPÆ IV. „ Anno Quarto, præsentibus iis testibus ad hoc vocatis, & rogatis Domino Raymundo Priore de Villanova „ Domini Papæ *Cappellano*, Domino „ Crescentio *Capellano* nostro, Magistro Petro Sansonis Canonico Vivarien., Magistro Bartholomæo Domini „ Papæ *Medico*, Magistro Johanne de „ Pedemonte, & Magistro Raymundo „ de Perignano. Ad majorem autem „ hujus rei evidentiam, in cautelam „ præsentem scripturam fecimus sigilli „ nostri munimine roborari. „ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Litteræ Cardinalis Auditoris in causa, & Judicis. — *e* — *Revocantur censuræ Eccles.* — *& reconciliator assignatur. f* — *Anno 1258. die 26. Januarii.* — *Testes rogati.* — *Clausula Pontificis prohibens &c.*

Datum Viterbii II. Kalen. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Man-

(a) ADIUDICANS: Forsan quia Biterrensis patria erat, aut illius diœcesis.

(b) CANONICATUM ECCLESIÆ NARBONEN.: Erat autem & *Canonicus Agathen.*, & Capellanus prædicti Richardi Cardinalis ex litteris ejusdem Cardinalis in hac Pontificia *Bulla* relatis; & *Agatha* urbs est Occitaniæ Episcopalis sub eodem Archiepiscopo Narbonen. prope Biterras.

(c) PER SUUM PILEUM INVESTIVIT: Quæ ex pluribus dandæ possessionis rerum formulis una erat.

(d) DIGNITATE, VEL PERSONATU: De quibus Beneficiis Eccles. vide not. (f) ad *Bullam* 253. Innocentii IV. in to. 1. hujus Operis p. 499.

(e) VIR &c.: Harum litterarum tenorem, & epitomen jam Pontifex exhibuit, ideoque omisimus ea, quæ ad rem nostram parum, aut nihil faciunt.

(f) FRATRUM MIN. DE BITERRIS: Quorum locus etsi nullus est in Annal. Min. Waddingi; nos tamen in primo hujus Operis tomo pag. 595. attulimus Innocentii IV. Bullam 393. *Quoniam ut ait Apostolus &c.* anno 1252. die 22. Februarii datam cum notis.

Mandat, ut censuras Eccles. in Fratres Minores ab eo latas causa percipiendi quædam legata, & in executores eorumdem legatorum relaxet. (Ex Archivo nostri Conventus S. Francisci Mutinen. Urbis.)

CDV.

Anno 1258. die 11. Februarii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... Episcopo Mutinen. [a], *Sal., & Apost. Ben.*

Episcopus Mutinen. Executor litterarum Apostol. pro Militia Templariorum

FELICIS recor. INNOCENTIUS PAPA &c.[b] Cum igitur, sicut intelleximus, tu prædictis Magistro, & Fratribus *Militiæ Templi* [c] Executor super præmissis a dicta Sede deputatus existas; & diversas in nonnullos ex eisdem *Fratribus Minoribus*, & hujusmodi Executores decedentium excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias hujusmodi occasione protulisse dicaris; volumus, & præsentium tibi auctoritate districte præcipiendo mandamus, quatenus omnes hujusmodi sententias, etiam si pro iis, quæ prædictis Ministris, & Fratribus Minoribus, aut dispositioni, vel ordinationi alicujus, vel aliquorum ex eis ante tempus Indulti hujusmodi sunt relicta, in eosdem Ministros, & Fratres, vel aliquem, aut aliquos ex eis, seu Executores prædictos per te promulgatæ fuerunt, sublata qualibet difficultate relaxes. Alioquin dilecto filio *Matthæo de Piis* [d] Canonico Mutinensi litteris nostris injungimus [e], ut mandatum super hoc Apostolicum exequatur: contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo.

Jubetur relaxare censuras a se in FF. Minores latas.

Alias minatur delegatio.

Datum Viterbii III. Idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Confirmat concessionem Fratribus Min. Montis Sancti ab Episcopo, & Capitulo Firmano factam de Terra vineata pro commutatione ad constructionem ædium eorumdem Fratrum. (Ex Autographo nostri Conventus Sancti Francisci de Monte Sancto.)

ALEXANDER &c.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

CDVI.

Anno 1258. die 19. Februarii.

Dilectis Filiis ... Guardiano, & Fratribus de Ordine Minorum de Monte Sancto [f] *Firmanæ Diœcesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

Fratrum petitionis tenor.

CUM a Nobis petitur &c. [g] Exhibita siquidem Nobis vestra petitio continebat, quod Venerabilis Frater noster G. Episcopus *Firmanus* de consensu Capituli sui quamdam Terram vineatam ad *Firmanam* Ecclesiam pertinentem, & dandam in Excambium pro loco concesso vobis apud *Montem Sanctum*, vobis pia, & provida deliberatione concessit; prout in publico Instrumento confecto exinde plenius continetur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem Episcopo pie, ac provide factum est, ratum, & firmum habentes id auctoritate Apostolica confirmamus; & præsentis scripti patrocinio communimus; tenorem autem ipsius Instrumenti de verbo ad verbum præsentibus fecimus annotari, qui talis est.

Pontifex confirmat, ut supra.

Instrumentum concessionis rei &c. Anno 1257. die 10. Septembr.

„ In Dei nomine Amen. Anno ejusdem MCCLVII. Indictione XV. die decima, intrante Septembri. Nos GIRARDUS [h] Dei gratia Firmanus Episcopus volentes justis postulationibus Fratrum Minorum nostrum præbere assensum, & providere pro anima nostra, nostrorumque Successorum, cum consensu, & voluntate totius Firmani Capituli, videlicet Mansionarii Domini Andalonis, Domini G., Domini Noe, D. Raynaldi, D. Angeli Rodulphi, & Raimundini, non vi, non dolo inducti, nec metu coacti, sed propria nostra bona voluntate, & pietatis intuitu, pure, & libere, ac simpliciter inter vivos jure proprio, & in perpetuum tibi Marco „ Jaco-

Nomina Can. Capituli Firmani.

Syndicus Conventus FF. Minorum.

(a) EPISCOPO MUTINEN.: *Alberto Boschetto* patritio Mutinensi, qui ab anno 1234. usque ad an. 1264. eam Cathedram moderatus est; & quem nonnulli Ordinis Prædicat. extitisse putant.
(b) INNOC. PAPA &c.: Hujus nominis IV. ut in epist. 371. anno superiore data die 16. Octobr. Fratribus O. M. mutatis mutandis usque ad *irritas, & inanes*.
(c) MILITIÆ TEMPLI: *Hierosolymitani*, quæ sub Clemente V. in Generali Concilio Viennensi anno 1312. extincta est.
(d) MATTHÆO DE PIIS: Qui & Præpositus erat S. Gregorii de *Sassueto*, & ipsi Alberto anno 1264. defuncto successit in *Mutinensi* sede, quam & diu rexit ex Ughello tom. 2. Ital. Sac. in Mutinen. Episcop. num. 39. al. 41.
(e) LITTERIS NOSTRIS INJUNGIMUS: Sed hæ desiderantur.
(f) DE MONTE SANCTO: De quo loco agit, & Waddingus in Annal. Min. ad annum 1399. num. 24., citansque hanc Bullam, quam ait ad manus suas tarde pervenisse, scribit datam esse 11. *Idus Martii Pontif. anno* IV Videatur *Bulla* 287. Innocentii IV. in 1. hujus Operis to. p. 401.
(g) PETITUR &c.: Ut in Bulla XI. hujus Papæ.
(h) NOS GIRARDUS: Qui ab anno 1250. usque ad annum 1263. sedit ex Ughello tom. 2. Ital. Sac. n. 37.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

Jacobi de Firmo Sindico, sive Iconomo, Actori, & Procuratori Ecclesiæ *Sancti Francisci de Monte Sancto*, & Conventus ejusdem recipienti nomine dictæ Ecclesiæ, & Conventus ejusdem totam Terram vineatam, & arboratam positam in Fundo *Montis Grulliani* in Territorio Montis Sancti intra hæc latera, a tribus lateribus sunt viæ, a quarto possidet Compagnonus Stephani, qui *Fabrutius* vocatur; vel si qui alii sunt ei confines; cum accessibus, & egressibus suis usque in vias publicas; & cum omnibus, quæ super se, seu intra se in integrum continentur; omnique jure, & actione, usu, seu requisitione Nobis pro prædicta Ecclesia *Firmana* pertinente, sive spectante nomine dictæ rei, & pro ea re ad habendum, tenendum, & possidendum; & alii jure proprio vendendum, & concedendum, & alienandum; & quicquid prædictæ Ecclesiæ *S. Francisci*, & Conventui ejusdem placuerit perpetuo faciendum; & pro eo quod dictam terram dare, & concedere vultis loco pretii, & pro pretio, vel concambii illi, vel illis, qui concessit, vel concesserunt [a] prædicto Conventui, & Fratribus dictæ Ecclesiæ recipientibus nomine dictæ Ecclesiæ Territorium [b], sive locum pro dicta Ecclesia ædificanda, & construenda ibidem, & pro aliis necessariis dictæ Ecclesiæ, & Conventus; quod Territorium, & locus, in quo dicta Ecclesia est sita, in Territorio *Montis Sancti* habet fines tales, a primo, & secundo latere est via, a tertio possidet Benvenutus Actorris ...., a quarto Dominus Bonuscambius Domini *Bonacursi* [c]. Et hæc omnia promittimus per Nos, nostrosque Successores prædicto Sindico recipienti nomine dictæ Ecclesiæ *Sancti Francisci*, suisque Successoribus semper firma, & rata tenere; & nullo modo contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel occasione nec per Nos, nec per aliquas personas a Nobis, nostrisque Successoribus nomine dictæ Ecclesiæ Firmanæ submissas, vel submittendas; sed ab omni quoque homine, & universitate tibi prædicto Sindico recipienti nomine dictæ Ecclesiæ *Sancti Francisci*, & Conventus ejusdem, & alii, cui concedere voluerit dicta Ecclesia Sancti Francisci, & Conventus jure proprio, & in perpetuum legitime defendere, & authorizare, atque disbrigare cunctis nostris expensis, salariis, & Advocatis in casu quæstionis, vel litis, sub pœna dupli dictæ rei; quæ pœna toties in solidum committatur, quoties in totum, vel in partem, & in aliquo Capitulo supradictorum contrafactum, vel conventum fuerit; & pœna dicta soluta vel non, omnia supradicta rata sint, & firma. Actum Firmi post Altare Majus Majoris Ecclesiæ Firmanæ, præsentibus Abbate Sancti Firmani, Priore Sancti Pauli de Monte Sancto, Plebano Montis Rubiani testibus ad hoc vocatis. Et ego Benvenutus Jacobi Donone nunc Domini Episcopi jam dicti Notatius rogatus a prædictis prædicta omnia scripsi, & publicavi. " Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolotum ejus se noverit incursurum.

Confines loci dandi in permutationem.

Loci concessi pro ædificatione Conventus & Ecclesiæ.

Confines alterius loci concessi.

Testes rogati.

Clausula Pontificia prohib. &c.

A B C D E

Datum Viterbii xi. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Quarto [d].

Subjicit eas regimini Fratrum Minorum ad earumdem votum; & concedit etiam reddi-tus, ac possessiones habere. (Ex Regesto Vatic. epist. 250., & apud Waddingum in Regest. Pontif. num. 51.)

ALE-

(a) Vel concesserunt: Hic desunt nomina eorum, qui concesserunt.

(b) Territorium: Pro quocunque loco, ac parte terræ sumitur hic territorii vocabulum.

(c) Domini Bonacursi: Floruit, floretque adhuc hæc nobilissima domus *Bonacursia* apud Montem Sanctum, & alibi in Anconitana Marchia præsertim.

(d) Hic error expungitur in I. hujus Operis to. p. 451. (b), non enim Ecclesia Firmana commutationem egit cum Fratribus O.M., sed terram dedit ad commutationem faciendam.

CDVII.
Anno 1258. die 20. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Mariæ de Longe Marche [a] *Ordinis Sancti Damiani* Morinen. *Diœcesis* [b] *Salutem, & Apostolicam Benedict.*

CUM, sicut ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, vos inclusæ corpore in Castris Claustralibus mente tamen libera devote Domino famulantes Generali Ordinis, & Provinciali *Fratrum Minorum* Ministro illius Provinciæ [c] desideretis pro vestra salute committi: Nos pium vestrum propositum in Domino commendantes devotionis vestræ precibus inclinati vos, & Monasterium vestrum auctoritate præsentium Generali, & Provinciali Ministris committimus suprascriptis; eadem auctoritate nihilominus statuentes, ut sub Magisterio, & doctrina Ministrorum Generalis, & Provincialis *Fratrum Minorum* Provinciæ prætactæ, qui pro tempore fuerit, de æterno maneatis, illis gaudentes *privilegiis*, quæ Ordini prætacto Fratrum ipsorum ab Apostolica Sede concessa sunt, vel in posterum concedentur; ipsique Generalis, & Provincialis Ministri animarum vestrarum sollicitudinem gerentes, & curam eidem Monasterio, per se, vel alios Fratres sui Ordinis, quos ad hoc viderint idoneos, quoties expedierit, officium visitationis impendant, corrigendo, & reformando ibidem tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, seu reformationis officio noverint indigere; & nihilominus instituant, & destituant, mutent, & ordinent, prout secundum Deum viderint expedire: electio tamen Abbatissæ libere pertineat ad Conventum. Confessiones autem vestras audiant; & ministreot vobis Ecclesiastica Sacramenta. Et ne pro eo, quod in Monasterio vestro ipsius Ordinis Fratres residere continue non tenentur, pro defectu Sacerdotis possit periculum imminere; prætacti Generalis, & Provincialis Ministri ad confessiones in necessitatis articulo audiendas, & ministranda Sacramenta prætacta, necnon Divina officia celebranda, vobis deputent aliquos discretos, & providos *Cappellanos*. Ad hæc liceat vobis redditus, & possessiones recipere, ac ea libere retinere; non obstante consuetudine, vel statuto vestri Ordinis [d] confirmatione Sedis Apostolicæ, aut quacumque alia firmitate roboratis. Nulli ergo &c. nostræ Concessionis, & Constitutionis infringere &c. vel ei &c. Si quis autem &c. [e]

Datum Viterbii x. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Quarto. [f]

Monialium desiderium.

Pontifex exaudit, & concedit, ut supra.

Privilegiis FF. Minorum Moniales gaudent.

Electio Abbatissæ ad Moniales pertinet.

Capellani loco Fratrum deputandi.

Possessiones permittuntur derogando Statuto &c.

Clausula prohib. &c.

Ut de male acquisitis, quorum Domini ignorantur, & de votorum commutatorum redemptionibus usque ad summum 100. *unciarum auri recipere possint*. (EX AUTOGRAPHO nostri Conventus Ferentin. teste BONAVENTURA Theulo in Appar. Min. lib. 5. cap. 2.)

CDVIII.
Anno 1258. die 27. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. Guardiano, & Fratribus Ferentin. [g] *Ordinis Fratrum Minorum Sal., & Apost. Bened.*

VESTRÆ meritis Religionis inducimur &c. [h] Hinc est, quod Nos vestris supplicationibus annuentes, ut de usu-

(a) MONASTERII S. MARIÆ DE LONGE MARCHE: Codex Vaticanus habet *Monasterii S. Claræ*, quod quando, & a quo fundatum fuerit, enarrant monumenta ejusdem Monasterii Mss. apud autorem Supplementi ad Annales Waddingi sub annum 1257. n. 7. & seqq. nimirum circa ann. 1256. *Ypris* tunc diœcesis Morinen., postea ad Episcopalem dignitatem evecta Civitate in illius Parœcia *de Longe Marcha* nuncupata a Ven Virgine Coloniensi *Ermentruda*, quæ eodem tempore fundavit aliud Brugis, & Gandavi.

(b) MORINEN. DIŒCESIS: tunc quidem, sed nunc Audomarensis in Belgio olim sub Archiepiscopo Remensi; cum Morinorum urbs *Tarvana* a Carolo V. excisa fuerit, cui successit Audomarum ad tres leucas distans vulgo *S. Omer* nunc Episcopatus sub Cameracen. Archiepiscopo.

(c) MINISTRO ILLIUS PROVINCIÆ: Nimirum *Franciæ*, cujus sexta *Custodia* erat *Flandria*, in qua Ypris; & apud Audomarum FF. Minores Cœnobium habebant ex Waddingo ad annum 1233. num. 41., & ex veteri *Provinciali Ordinis* apud autorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. XI., ut & apud Ypras.

(d) STATUTO VESTRI ORDINIS: Nempe *Regula* S. P. Francisci Clarissis data anno 1224. instat illius Fratres M notum, quæ possessiones, & bona stabilia, prorsus eliminat.

(e) Anno postea 1259. vel 1260. locum Sanctimoniales mutarunt, transieruntque ad locum *de Rosendale supra plateam de Longe Marche in Parocina* S. *Joannis juxta Ypram* ex litteris *Sua nobis dilecta &c.* die 26. Febr., & *Devotionis vestræ meretur honestas &c.* dat. die 9. Martii anno prædicto, quæ infra dabuntur.

(f) X. KAL. MARTII ANNO QUARTO: X. *Kal. Maji* legitur apud cit. Waddingum, sed retinere placuit lectionem ex codice Vaticano acceptam; *annus* autem *quartus* non mutatur in *quintum*, & si librarii Vaticani Tabularii testentur hanc epistolam in Regesto Pontif. *anni quinti* collocatam legi, qui ibi quoque dat. dicitur *anno quarto*.

(g) FERENTIN.: Urbis Latii nunc Campaniæ Rom., ut in not. ad *Bullam* 397. sub die 29. Decembris anni superioris relatam.

(h) INDUCIMUR &c.: Vide *Bullam* 403. die 28. Januarii datam Eugubinis Fratribus.

ALEXANDER PP.IV. An.Ch.1258.

a b usuris, rapinis &c. [a] usque ad summam *centum unciarum auri* recipere valeatis auctoritate vobis præsentium duximus concedendum; si alias &c. [b]

Datum Viterbii III. Kalend. Martii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Mandat, ut primarium lapidem a se benedictum in nova Fratrum Min. Asculan. Ecclesia construenda ponat, & ibi Cœmeterium benedicat. (Ex Archivo nostri Conventus Sancti Francisci Asculanæ Civitatis in Piceno.)

CDIX. Anno 1258. die 7. Martii.

ALEXANDER &c.

c *Venerabili Fratri . . Episcopo* Recanaten. [c] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Fratrum expositio Pontifici facta.

Ex parte dilectorum filiorum Guardiani, & Fratrum Ordinis Minorum de *Esculo* fuit propositum coram Nobis, quod licet ipsi Venerabilem Fratrem nostrum . . Episcopum *Esculanum* [d] duxerint dupliciter requirendum, ut pro Ecclesia eorum ibidem construenda de novo [e] primarium ipse lapidem largiretur; quia tamen ipse id efficere non curavit, dicti Fratres ad benignitatem Apostolicam recurrerunt. Cum itaque Nos propriis manibus lapidem ad opus Ecclesiæ hujusmodi benedixerimus; Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, cum a dictis Fratribus fueris humiliter requisitus, personaliter illuc accedens dictum lapidem in loco, ubi Ecclesiam ipsam decreverint construendam, ponere studeas reverenter; ac etiam juxta ipsam benedicas Cœmeterium; contradictores aucto-ritate nostra, appellatione postposita, compescendo.

(Margin: d, e; atque recusatio.; Injungit Pontifex, ut supra.)

Datum Viterbii Nonis Martii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Confraternitati nomen dantibus, & ad ejus congregationem certis diebus accedentibus de injuncta eis Sacrament. pœnitentia 100. dies relaxat. (Ex Monumentis nostri Conventus S. Francisci Tuscanen. apud Theulum in Appar. Minor. lib. 2. cap. 2.)

CDX. Anno 1258. die 9. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Rectoribus, Confratribus, & Sororibus universis Fraternitatis B. Mariæ, *&* B. Francisci Tuscanen. [f] *Salutem, & Apostol. Benedict.* f

Licet is, de cujus munere venit &c. [g] Cum itaque, sicut dilecti filii Fratres de Ordine Minorum *Tuscanen.* [h] Nobis significare curarunt, Fraternitas vestra in honorem *Beatæ Virginis Mariæ*, & *Beati Francisci* Confessoris facta esse noscatur; Nos eam cupientes de bono in melius augmentari, de Omnipotentis Dei misericordia &c. [i]

(Margin: g, h, i)

Datum Viterbii VII. Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Ut de male acquisitis, quæ quibus restituenda nesciuntur; & de redemptionibus votorum commutatorum usque ad 100. uncias auri recipere possint. (Ex Archivo nostri Conventus S. Francisci Oppidi Proceni.)

ALE-

(a) Rapinis: &c. ut in prædicta Bulla 467.
(b) Si alias &c. Ut ibidem.
(c) Episcopo Recanaten.: Bonavita, quem anno circiter 1256. ad eam Ecclesiam promotum scribit Ughellus tom. 1. Ital. Sac., sed ignoravit verum ejus nomen fuisse *Bonajunctam* e Marchia Anconitane, & ex Ordine Minorum assumptum, cum antea socius extitisset B. Joannis Parmensis Ministri Generalis, teste auctore suppari, ejusque aliquando contubernali Fr. Salimbene Parmensi in Chronica MS. pag. 439.
(d) Episcopum Esculan.: *Theodinum*, qui ab anno 1239. sedebat, eique anno 1259. successor datus est *Raynaldus Abbas* S. Mariæ de Monte Sancto Ordinis S. Benedicti ex Ughello tom. 1. Ital. Sac., sed *Ord. Minorum* dicitur in Regest. Pontif., ut suo loco videbitur infra.
(e) Construenda de novo: In loco acquisito in Civitate juxta facultatem eis a Pontifice concessam anno superiori per litteras *Paupertas voluntaria &c.* die 1. Decembris datas, uti supra.
(f) Tuscanen.: vulgo *Toscanella* urbi Patrimonii B. Petri Episcopali Viterbiensi Ecclesiæ unita; de qua alias dictum est.
(g) Venit &c. Vide similem *Bullam* pro Confraternitate *Balneoregiensi* anno 1257. die 8. Novembris editam, ut & pro aliis Confraternitatibus *Auximan.*, & *Recanaten.*
(h) Minorum Tuscanen.: De quorum loco actum est supra ad Bullam: *Quoniam ut ait Apostolus &c.* Innocentii IV. anno 1252. die 17. Junii editam; & ad aliam Alexandri IV. incip. *Ad Audientiam nostram &c.* anno 1257. die 27. Julii.
(i) Misericordia &c.: Reliqua ut in supradicta *Bulla* pro Confraternitate Balneoregiensi.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1258.

CDXI. Anno 1258. die 14. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . Guardiano, & Fratribus Ord. Min. de Proceno [a] *Suanen. Diœcesis* [b] *Sal., & Ap. Ben.*

Exordium. VEstræ meritis Religionis inducimur &c. [c]

Datum Viterbii II. Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno Quarto [d].

Indulget, ut de male perceptis, quorum restitutio nescitur cui facienda, & de redemptionibus votorum commutatorum usque ad 100. *uncias auri recipere valeant.* (Ex Archivo nostri Conventus Sancti Francisci Bevanien.)

CDXII. Anno 1258. die 14. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . Guardiano, & Fratribus Ord. Min. de Bevanio [e] *Spoletanæ Diœcesis Sal., & Apost. Ben.*

Exordium. VEstræ meritis Religionis inducimur &c. [f]

Datum, *ut supra*.

Sententias Canonici Lucani, & Episcopi Prænestini Abbatiam S. Salvatoris de Ficeclo eis adjudicantium probat, & concessionem ejusdem Abbatiæ ipsis factam confirmat. (Ex Regest. Vatic. epist. 79. apud Waddingum ad hunc annum num. 50. Regest. Pontif., & ex Archivo nostri Conventus S. Franc. Oppidi Ficecli, vulgo *Fosecchio*.)

CDXIII. Anno 1258. die 18. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . Abbatissæ, & Conventui de Gattajola [g] *Ordinis S. Damiani Lucanæ Diœcesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Pontificis documentum pro exordio. EA, quæ judicio, vel concordia terminantur, firma debent, & illibata persistere; & ne in recidivæ conten- A tionis scrupulum relabantur, Apostolico convenit præsidio communiri. Sane *Plebano* de Birbinaria Lucanæ Diœcesis super provisione vestra de aliquo Monasterio, vel loco ipsius Diœcesis *Lucano* Episcopo non subjecto, deformato, & de facili non valente in suo reformari Ordine facienda, nostris a Nobis sub certa forma litteris destinatis [h]; & super statu Monasterii de *Ficeclo* ad Romanam Ecclesiam immediate spectantis Ordinis B *Vallis Umbrosæ*, ac moribus, & vita Abbatis, & quinque Monachorum degentium in eodem pluribus Testibus ab eodem Plebano receptis auctoritate hujusmodi litterarum; tandem ipsi Plebano per alias litteras [i] dedimus in præceptis, ut ipsorum Abbatis, & Conventus, ac Personarum eavillationibus, & tergiversationibus non indulgens, si ex dictis receptorum Testium fama, aliisque adminiculis deformationem ejusdem C Monasterii deprehenderet; & ex qualitate personarum ejusdem Monasterii attenderet illud ex eisdem personis non posse de facili reformari; ad concedendum ipsum cum juribus, & possessionibus suis Abbatissæ, & Conventui præfatis juxta priorum continentiam litterarum absque solemnitate, & strepitu judiciarii ordinis inducendum eos, vel Procuratorem ipsarum in corporalem D possessionem eorum procedere procuraret: contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Et quia hujusmodi provisionis negocium per ipsius Plebani negligentiam videbatur nimium protogari: dilecto filio *Gualterotto Canonico* Lucano primo in virtute obedientiæ, ac tandem sub pœna suspensionis ab officio, & beneficio per nostras duximus litteras [k] injungendum, ut in negotio ipso

Narratio facti.

Litteras dat Pontifex Plebano Birbinariæ.

Mandat inquiri in Monachos Ficecli.

Negligente Plebano, committit negotium Gualterotto Canonico Lucano.

(a) De Proceno: Oppido juxta Paliam fluvium inter montes infra Soranum in Tuscia non longe ab Urbeveteri sito. Cujus Cœnobii meminit Waddingus ex Rodulphio ad annum 1264. num. 15. sed parum castigate; est autem 5. locus Custodiæ Urbevetanæ in veteri *Provinciali Ordinis* apud Polychronicon, & Barthol. Pisanum Conform. 11. de Provincia Romana.

(b) Suanen. Diœcesis: Episcopatus sub Archiepiscopo Senensi apud Olam fluvium, ubi natus est *B. Gregorius* VII.

(c) Inducimur &c.: Ut in *Bulla* 403. hoc anno die 28. Januarii edita.

(d) De hoc *Proceni* Conventu agit & Theulus lib. 3. Apparatus Minoritici cap. 4., & de eo iterum infra ex litteris *Sua nobis dilecti &c.* die 13. Februar., & *Dilecti filii Guardianus &c.* die 15. Maji anno 1259. datis.

(e) De Bevanio: Al. Bevania Oppido Vallis Spolet. olim Episcopali dignitate ornato *Mevania* Latinis, nunc vulgo *Bevagna*, estque 8. al. 7. locus *Custodiæ* Vallis Spoletanæ apud Polychronicon, & Pisanum Confor. 11., & creditur a S. P. *Francisco* receptus, dum ibi anno 1212. & Concionem habuisse, & miracula patrasse conscribunt.

(f) Inducimus &c.: Vide præcedentem *Bullam* pro Conventu Proceni.

(g) Conventui de Gattajola: De quo dictum est in not. (b) ad epist. 129. *Cupientes dilectarum &c.* datam anno 1255. die 4. Decembris pag. 91.

(h) Litteris destinatis: Anno 1255. die 4. Decembris ut supra.

(i) Per alias litteras: Datas anno 1256. die 30. Septembr., & incipientes: *Cum mandatum &c.*

(k) Per nostras duximus litteras: Incip. *Dudum Plebano &c.* anno 1257. die 16. Junii scriptas; aliasve incipientes: *Super provisione &c.* eodem anno & die 21. Julii datas, quæ omnes suis locis vulgatæ legi possunt.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

ejusdem Plebani servato processu, sequens dicta receptorum testium, formam, & alia legitima admioicula, prætermissa difficultate judiciarii Ordinis, & per officium vestrum dictis Abbati, & Monachis protelaodi negocium qualibet difficultate sublata, finaliter procedere procuraret juxta directarum eidem Plebano continentiam litterarum; propter quod idem *Gualterottus* super processu coram se, & dicto Plebano diligenti examinatione præmissa; visis, & inspectis depositionibus Testium ab utraque parte in negocio hujusmodi productis; & auditis allegationibus Partium earumdem; communicato etiam consilio cum Peritis, præfatum Monasterium de *Ficeclo* deformatum esse, & de personis prædictis oon posse de facili reformari; & ideo illud vobis concedendum fore definitive pronuncians [a] illud vobis cum omnibus possessioobus, juribus, & pertioentiis suis dedit, & concessit perpetuo retinendum; Abbatem, & personas in ipso degentes amovens per seotentiam ab eodem (latam). Cumque propter hoc pro parte dictorum Abbatis, & Monachorum fuisset ad nostram audientiam appellatum; Venerabilis Frater noster *Episcopus Prænestinus* [b], quem super hoc dedimus Partibus auditorem, lite legitime contestata, juramento de veritate dicenda hinc inde præstito; actis prioris judicii plenius recensitis; auditis allegationibus partium; habitaque a Nobis de sententia proferenda licentia speciali, prædictum Gualterottum bene, ac legitime juxta formam sibi traditam pronunciasse, & pro parte prædictorum Abbatis, & Monachorum male appellatum fuisse finaliter definivit [c]; prout in Instrumento publico, & litteris ipsius [d] Episcopi sigillo muoitis inde confectis plenius continetur. Nos igitur vestris supplicationibus inclioati, quidquid per *Gualterottum*, & *Episcopum* supradictos in hac parte factum est, ratum habentes, & gratum, id, non obstante appellatione pro parte Abbatis, & Mooachorum a seotentia dicti Episcopi ad nostram audieotiam interjecta, quam reputamus frivolam, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Teoorem ipsius Instrumenti, ac præfatarum litterarum de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes. Tenor enim Instrumenti præfati talis est.

Marginal notes: a — Qui Canonicus sententiam fert pro Monasterio de Gattajola. b — Appellantibus Monachis datur auditor causæ Episcopus Prænestinus. c, d — qui Canonici sententiam confirmat. Ubi & Pontifex, ut supra est dictum.

In nomine Domini. Amen. Placuit Summo Pontifici scribere Plebano de Birbinaria in hac forma: ALEXANDER EPISC. &c. [e]

Nulli ergo &c. oostræ confirmationis infringere &c.

Datum Viterbii xv. Kalen. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Quarto [f].

Ut nullus nisi Legatus de Latere Pontificis quemquam Fratrum sibi assumere queat in socium, seu ad procuranda negotia sine Ministrorum Ordinis licentia. (Ex REGESTO VATIC. apud PETRUM DE ALVA in Indiculo Bull. Seraph.)

ALEXANDER &c.

CDXIV. Anno 1258. die 19. Martii.

Dilectis filiis ... Generali [g], *& Provincialibus Ministris, ac aliis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

PETITIONIBUS vestris tam piis, quam providis paternæ benigoitatis gratia, quæ filiis utiliora prospicit, assensum benevolum impendentes, ut nullus Legatus nisi de Latere nostro missus auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ de cetero impetrandarum specialem de præsentibus non facientium mentionem; aut Prælatus aliquis, seu aliqua Persona Reli-

Marginal note: Petitionibus Fratrum annuit, & indulget, ut supra.

(a) DEFINITIVE PRONUNCIANS: Ea senteotia lata est Lucæ anno 1257. die 18. Septembr., legiturque etiam apud Waddingum cit. in Regesto Pontif.

(b) EPISCOPUS PRÆNESTINUS: *Stephanus Hungarus* antea *Vaciensis* in Hungaria Episcopus ex epistola Pontificis ad Hungariæ Regem apud Raynaldum ad annum 1259. n. 33., qui postea fuit etiam Clarissarum Protector etsi brevi tempore, de quo Waddingus, Ciacconius, & Ughellus agunt.

(c) DEFINIVIT: Hoc anno 1258. die 5. Martii Viterbii præsentibus Episcopo Ferentinate ex Ord. Min., Friderico Abbate Monasterii S. Pauli de Urbe, Raynaldo Canonico Theatino, & aliis.

(d) IN INSTRUMENTO PUBLICO, ET LITTERIS IPSIUS: Quæ omnia vulgavit supra citatus Waddingus in Regest. Pontif. sub ann. 1258. num. 50.

(e) ALEXANDER EPISC. &c.: Ut apud cit. Waddingum.

(f) Paulopost inita est commutatio inter Episcopum Lucanum, & Sanctimoniales Gattajolæ de Monasterio *Ficeclen.* cum *Ecclesia S. Petri Majoris*; sed se opponentibus Lucæ civibus, & Parochianis, dissoluta est commutatio, & Ficecl. Monasterium Monialibus restitutum ex 123. *Bulla* Urbani IV. *Insinuavit nobis &c.* anno 1264. 25. Febr. edita.

(g) GENERALI: S. Bonaventuræ.

Religiosa, vel Secularis de Fratribus vestri Ordinis ad sua, seu Ecclesiæ negotia procuranda, vel secum manendum aliquos assumere valeat, nisi quos Generalis, & Provincialis Minister eorum tamquam idoneos, & discretos sibi duxerit assignandos, quos subjacere volumus Ordinis disciplinæ, auctoritate vobis præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii XIV. Kalend. Aprilis,
a Pontificatus Nostri Anno Quarto [a].

Ne teneantur ad præstationem procurationum Legatorum Sedis Apostol., aut Collectarum, & exactionum quarumcunque, nisi expressa mentio fiat litterarum S. A., atque Ordinis Min. (Ex Regesto Vatic. teste Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph.)

CDXV. Anno 1258. die 26. Martii.

ALEXANDER &c.

Eisdem.

b PAUPERTATI, quam propter Deum voluntarie sustinetis &c. [b]

Datum Viterbii VII. Kalend. Aprilis,
c Pontificatus Nostri Anno Quarto [c].

Cavet, ne quis Prælatorum Fratribus nostris gravamina, quæ recenset, inferat; & censuras Ecclesf. in eos latas, vel ferendas irritas pronunciat. (Ex Indiculo Bullarii Seraphici cit. Petri de Alva.)

CDXVI. Anno 1258. die 3. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Eisdem.

d NIMIS iniqua vicissitudine &c [d]
Datum Viterbii III. Nonas Aprilis,
e Pontificatus Nostri Anno Quarto [e].

Tom. II.

A

Ut convocatis in unum quibusdam Regni Franciæ Prælatis, & Magnatibus inter se diffidentibus eos conciliare studeat. (Ex Archivo Vatic. in Regest. Pontif. epist. 99. ann. 4.)

CDXVII. Anno 1258. die 13. Aprilis.

ALEXANDER &c.

f
g

Venerabili Fratri ... [f] *Archiepiscopo* Rothomagen. [g] *Sal.*, *& Ap. Ben.*

Exordium in laudem Archiepiscopi.

B DE providentia, & maturitate tua obtinentes certitudinem pleniorem vitare non possumus, quin te sæpius in grandium negotiorum, & aliorum, quæ frequenter in illis emergunt partibus, commissione gravemus firma credulitate tenentes, quod ea, quæ tibi committimus, prospere, ac salubriter tuæ circumspectionis studio dirigantur. Sane illa singularis dilectio, quam ad famosum Regnum *Franciæ*, ejusque Prælatos, ac Proceres gerimus, sic Nos
C circa ea, quæ ipsius Regni profectum, ac eorumdem Prælatorum, & Procerum honorem respiciunt; reddit jugi meditatione vigiles; & indefessa sollicitudine sic intentos; ut nec torpeamus in iis alicujus negligentiæ somno; nec quantæcumque attentionis studio fatigemur; quinimmo inter alia, quæ Nobis consideranda imminent, & cogitatione circa hæc versamur sedula, & quo
D diligentius pensamus in eis, eo accendamur ferventius erga ipsa; maximo namque desiderio prædictorum Prælatorum, & Procerum quietem appetimus; omnique salubrem, & prosperum Regni præfati statum affectione zelamur: & licet ad diversa & ardua ex Apostolatus officio variis, profundisque cogitationibus intendamus assidue; istorum tamen considerationi eo attentius imminemus, quo affectu majori angimur circa illa,
E pro quibus etiam a pensatione subducimur aliorum. Verum quia intelleximus, quod instigante humani generis inimico gravis inter quosdam ex ipsis Prælatis ex

De Regni Franciæ statu quieto sollicitus Pontifex.

Et de gravi inter Prælatos, & Barones discordia.

(a) Hanc concessionem ediderat jam Innocentius IV anno 1245. die 24. Septembr. aliis verbis *Vobis per Apostolica &c.*, & 1247. die 13. Augusti renovavit hoc exemplo.

(b) Sustinetis &c.: Ut in *Bulla* 127. anno præcedenti die 20. Aprilis emissa.

(c) Eandem concessionem simili fere exemplo Pontifex contulerat omnibus Monasteriis S. Damiani, seu Clarissarum anno 1255. idibus Aprilis, & postea nonnullis seorsum Monasteriis.

(d) Vicissitudine &c.: Adeat *Bullam* 232. anno 1250. die 28. Augusti editam.

(e) Eandem Constitutionem exaravit Pontifex pro Ordine FF. Prædicatorum hoc anno die 24. Februarii ex to. 1. Bullarii ejusdem Ordinis B. 258.

(f) Ven. Fratri ...: *Odoni Rigaldi* O. M. in isto & præcedenti hujus Bullarii tomo sæpe memorato.

(g) Rothomagen.: Gallice *Roan* Provinciæ Normanniæ Metropolis Galliarum clarissimæ.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1258.

ex parte una, & nonnullos Barones ejusdem Regni ex altera, quod dolentes referimus, discordia est exorta [a]; cum & dicti Prælati quædam indebita, & injusta petere ab ipsis Baronibus, iidemque Barones prædictis Prælatis super quampluribus articulis valde molesti, & injuriosi esse dicantur: Nos toto mentis cupientes affectu, ut dissidii fomes extinguatur; in eis scandali tollatur occasio, ac omnis discordiæ materia penitus extirpetur, quatenus dilectionis & pacis conjuncti nexibus in seipsis suavem, & salubrem pacis fructum in propriis degustent commodis; sed ad alios ipsius dulcedinem effundant laudabiliter per exemplum; habito super iis Fratrum nostrorum cum multa deliberatione consilio, volumus, & Fraternitati tuæ per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus illos Prælatos, qui hujusmodi controversiam cum prædictis Baronibus habere noscuntur, ad aliquem communem locum, ubi melius tibi videbitur expedire, auctoritate nostra convocare; certumque ipsis diem, quo personaliter in eodem loco conveniant, assignare procures, requirens ex parte nostra charissimum in Christo Filium nostrum... Illustrem Regem *Franciæ* [b] pacis & justitiæ zelatorem, ut omnibus illis Baronibus, quos hujusmodi contingit negotium, districte præcipiat, ut similiter ad prædictum locum eodem die personaliter studeant convenire. Postquam vero tam Prælati, quam Barones prædicti ad locum convenerint, quem ad hoc duxeris deputandum; tu, in cujus labiis infusam esse credimus celitus gratiam [c], ut scias necessarium proferre sermonem tempore opportuno; & qui ex dono cælesti nosti specialiter discordiarum eradicare zizania; & serere semen pacis, mutuisque offensionibus provocatos congruis exhortationibus, & inductionibus salubribus complacare; tractes inter eos de pace, ac concordia, diligenter omnem ad hoc,

& Pontificis de ea sopienda cupido,

qui mandat Archiepiscopo id, quod supra.

Illustre Archiepiscopi encomium.

A ut amicabilis inter eos compositio intercedat, efficacem opem & operam adhibendo. Ita quod per tuæ diligentiæ studium, gratia cooperante Divina, procul depulsis odiis, abjectisque rancoribus pacentur eorum mentes; concilientur corda; serenentur pectora; & voluntates unanimiter socientur; tuque crescas exinde meritis apud Deum, penes Nos gratia, & apud homines clara fama. Si vero, quod absit, pax inter B eos tua mediante sollicitudine non poterit provenire; Nos sperantes, ac etiam intendentes, quod ex tua circa Prælatos, & Regia erga Barones ipsos coertione discordantia eorumdem Prælatorum, & Baronum corda necessitate laudabili reconcilientur, & reducantur ad pacem; volumus & Prælatos ipsos, quod ab omnibus, quæ injuste, ac indebite a prædictis Baronibus eos petere tibi constiterit, omnino desistant, au- C ctoritate nostra, remoto cujuslibet appellationis impedimento, compellas; non obstante, si ipsis, vel ipsorum alicui a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari, quodque extra suas Dioceses, aut alia certa loca evocari non possint per litteras Apostolicas plenam & expressam non facientes de indulto hujusmodi mentionem; & constitutione de duabus Dietis edita in Concilio Generali [d]: & Regem D requiras eumdem, ut prædictos Barones ab omnibus eorumdem Prælatorum vexationibus, injuriis, & molestiis, quantum ad eum pertinet, tradita sibi a Domino potestate compescat; Ita quod spiritualis, & temporalis potestate gladii partium motus illicitos, & indebitos coercente, pax, & concordia inter eas auctore Domino necessario reformetur. Taliter igitur præceptum, E & mandatum super hoc Apostolicum studeas adimplere; ut de prompta possis devotione non immerito commendari.

Ex hypothesi illa subditur commissio,

cum obstantium derogatione,

& ad Regem recursus

Datum Viterbii Idibus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Quarto [e].

(a) DISCORDIA EST EXORTA: Forsan inde exorta, quod Pontifex anno præcedenti per litteras *Archiepiscopis, & Episcopis per Regnum Franciæ constitutis* dat. nonis Julii incip. *Improbis quorundam &c.* ut supra ad eum annum n. 343. contra opprimentes libertatem Ecclesiast. eos anathemate desigent Præsules ad eam defendendam excitavit.

(b) REGEM FRANCIÆ: S. Ludovicum IX.

(c) CÆLITUS GRATIAM: Fuit enim *Odo* non solum Theologus insignis, sed etiam orator, & concionator egregius, uti scribit Wadding. ad an. 1236. n. 16., & 1276. n. 5. & nos in lib. de Script. Francisc. plura conscripsimus.

(d) IN CONCILIO GENERALI: Lateranensi IV. anno 1215. cap. 37., ut alias.

(e) Anno sequenti Pontifex huic Archiepiscopo, ejusque Suffraganeis, ac Prælatis illius Provinciæ dedit litteras: *Si vere quod dicimur &c.* idibus Februarii, ut infra epist. 473.

Ad Terras Infidelium, Hæreticorum, & Schismaticorum euntibus conversionis ad Fidem causa complura confert privilegia. (Ex ARCHIVO Sac. Assisiatis Conventus S. Francisci apud PEONAM ad calcem Directorii Inquisit., & WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum num. 1., extat & AUTOGRAPHUM in Conventu Sacri Montis Sion Palæstinæ, ex autore BULLARII Terræ Sanctæ nuper vulgati pag. 7.)

CDXVIII. Anno 1258. die 19. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus de Ordine Minorum in Terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Æthiopum, Syrorum, Yberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zichorum, Ruthenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Nestorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moscelinorum [a], *Tartarorum, Hungarorum, Majoris Hungariæ* [b], *Christianorum captivorum apud Turcas* [c], *aliarumque Infidelium Nationum Orientis, seu quarumcumque partium proficiscentibus Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Matth. 20. 6. Exordium ab Apocalypsis vaticinio. CUM hora jam undecima diei sit hominibus, ut exeant ad opus usque ad Mundi vesperam deputata; & illud Apocalypsis elogium cito credetur cum Matris Ecclesiæ consolatione complendum, videlicet, oportere viros spirituales vitæ munditiam, & intelligentiæ gratiam cum Joanne fortitos populis, & gentibus, linguis, Regibusque multis denuo prophetare (Apocal. 10. 11.); quia non sequetur reliquiarum Israel per Isajam prophetata salvatio (Isa. 10. 21.), nisi juxta Paulum Apostolum prius introeat *gentium multitudo* (Rom. 11. 25.). Nos licet immeriti super Apostolicæ Sedis speculam constituti fideliter, ac prudenter dispensandis Dei mysteriis (1. Corinth. 4. 1.), & operibus coadjuvandis intendimus; si vergente plenitudine temporis (Matth. 20. 16.); post pia priorum studia in vi- A neam Domini Sabaoth novos, & pene novissimos, qui sapientiam longum dicere per otium, operarios mittere procuremus. Vos igitur, quos juxta professæ Religionis officium zelus comedit animarum; & in quadriga quarta (Zach. 6. 3.), quam variis carismatum donis, & Fidei fortitudine trahitis; ubique discurrere, ac vexillum Regis gloriæ procul levare gestitis, ad gentes, quæ Jesum Christum Dominum non cognoscunt [d]; & ad sub- B tractionis filios, qui Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ non obediunt [e], destinamus, vobis in remissionem peccatorum omnium injungentes, quatenus seminaturi super aquas multas in illo tantum (Isa. 32. 20.), qui Mundum dixit se vicisse (Joan. 16. 11.), confisi, ad illuminationem cœcæ multitudinis, exterminium hæreticæ falsitatis, ad confirmandos nutantium animos, & Fidelium confortandos in luce sermonis, & certitudine operis propositum vobis iter C sine quorumlibet offensione curratis. Ut autem Ministerium vestrum honoretur plenius, & honorabilius impleatur; præsentium vobis auctoritate concedimus; ut in Terris, quæ adhuc Sedis Apostolicæ Magisterio non intendunt, proponere verbum Dei; & constitutis ibidem, non obstantibus, si aliqua sunt *excommunicatione* ligati, in verbis, officio, & cibo, ac in aliis secure communica- D re; & ipsos, seu etiam alios converti ad unitatem Christianæ Fidei cupientes recipere, baptizare, & aggregare Ecclesiæ filiis valeatis [f]; & Presbyteri ex vobis ipsos aggregatos possint insignire charactere *Clericali*, & ipsos ad *Acolytatus* Ordinem [g] promovere. Liceat etiam vobis ibidem redeuntibus ad obedientiam Sedis Apostolicæ, qui sunt *excommunicatione* ligati, absolutionis beneficium juxta formam Ecclesiæ impertiri; E & super eo dispensare cum ipsis, quod sacros receperunt *Ordines*, & Divina celebrarunt Officia sic ligati. Hoc ipsum vobis sit licitum, circa illos de terris eis-

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

Fr. Minores, quorum officium describitur, Pontifex destinat ad Infideles, & Schismaticos.

Concedit Pontifex, ut supra,

cum excommunicatis communicare,

baptizare,

Tonsuram, & Acolytatum conferre.

ab excommunicatione absolvere.

& ab Irregularitate dispensare.

(a) MOSCELINORUM: In simili *Bulla* Innocentii IV. de hac re anno 1245. die 21. Martii edita legitur *Mossolitorum*, *Mossilitorum* in alia ejusdem Innocentii pro Ord. Prædicat. anno 1253. die 23. Julii relata in to. 1. Bullarii illius Ordinis 0. 311., & de his diximus to. 2. nostri hujus Bullarii p. 360.

(b) MAJORIS HUNGARIÆ: Nempe Transdanubianæ ab incolis dictæ *Magiar*; nam Cisdanubiana, quæ est *Pannonia* antiquorum, a Pontifice simplici nomine *Hungarorum* effertur.

(c) APUD TURCAS: In cit. *Bulla* 311. Bullarii O. P. dicitur *apud Tartaros*.

(d) NON COGNOSCUNT: Nempe Idololatræ, uti *Tartars &c.*

(e) NON OBEDIUNT: Hæretici nimirum, & Schismatici.

(f) VALEATIS: Hoc loco Innocentiana Constitutio supra citata nonnihil variat, vel deficit.

(g) ACOLYTATUS ORDINEM: Qui 4. est, & ultimus Minorum Ordinum; hinc legerem: *usq. ad Acolyt.*

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

a suspensione etiam solvere

cum conditione.

eisdem, qui temporibus indebitis, vel infra ætatem legitimam, aut qui omnes eadem die, vel qui superiores prætermissis inferioribus conferre, seu recipere *Ordines* præsumpserunt: si tamen in hoc servata forma talis extiterit, per quam Ordines recepissent. Vobis prætera dispensare licet, ut illi ex Nationibus vestræ prædicationi commissis, qui post susceptionem sacrorum Ordinum, vel in gradibus, & casibus a Divina minime lege prohibitis [a] *matrimonia* contraxerunt, remaneant in eisdem; necnon quod *Clerici* Nationum ipsarum publice ad obedientiam Sedis Apostolicæ redeuntes gaudeant privilegio Clericali. Sit etiam vobis licitum, omnium Fidelium in Terris prædictis *confessiones* audire, ac ipsis injungere pœnitentias salutares; & *excommunicatos* a Canone [b], vel alio modo juxta formam Ecclesiæ absolvere; dummodo injuriam, & damna passis satisfaciant competenter: cum *irregularibus* autem partium earum in illis casibus, in quibus solent Legati Sedis Apostolicæ dispensare; ac etiam cum Clericis ipsarum partium patientibus *defectum natalium*, dummodo non sint de adulterio, vel de incestu, aut de Regularibus procreati, sit vobis dispensandi facultas; quam circa illos similiter habeatis, qui ab unitate Ecclesiæ Catholicæ, seu Religione, vel Clericali Ordine discesserunt, si humiliter redire voluerint, & digne satisfaciant de commissis: ita quod ipsi Religiosi ad sua loca, salva disciplina Ordinis, resumantur; & illos ex jam dictis, qui *excommunicationis* vinculo sunt astricti, juxta præmissam formam, & prædictæ satisfactionis modum absolvere valeatis: & cum *irregularibus* ex eisdem, sicut expressum superius, dispensare. Ad hæc, sit vobis facultas absolvendi *occisores* Clericorum, & Religiosarum personarum in prædictis partibus constitutos: fundandi de novo ibidem *Ecclesias*, & reconciliandi illas, quæ fuot casu ali-

ab impedimentis matrimonii divina lege minime vetitis relaxare.

a

ut Clerici ad Ecclesiæ Rom. obedientiam redeuntes privilegio Clericali gaudeant,

Confessiones Sacramen. excipere,

b

a censura Eccles. absolvere.

ab irregularitate, qua Legati S. A. solent, dispensare,

& super defectu natalium cum Clericis, conditionate tamen,

ut & cum Apostatis, ac desertoribus,

Occisores Clericorum, & Religiosarum personarum absolvere,

reconciliare, & fundare de novo Ecclesias, Rectoresque illarum constituere,

A quo prophanatæ: ac de novo fundatis Rectores idoneos providendi; & illis, qui de gentibus, vel Schismaticis noviter sunt conversi, dandi licentiam, ut uxores suas, cum quibus ex gradibus a lege Divina non prohibitis contraxerunt, valeant retinere. De causis matrimonialibus, quas in partibus illis ad audientiam vestram deferri contigerit, legitime cognoscendi, ac discordantes inter se ad invicem quoad pacem, & B concordiam redeaot: necnon quod inordinate viventes de suis excessibus (sicut justum fuerit) satisfactionem exhibeant, compellendi per censuram Ecclesiasticam vobis libera sit potestas. Insuper in locis, in quibus vos hospitari contigerit; vel in locis partium earumdem, in quibus residentiam facietis, *Missam*, & cætera Divina *Officia* celebrandi, & in eisdem partibus *Cæmeteria* benedicendi, ac dandi *Indulgentias*, C commutandi *vota* facultatem, & licentiam habeatis. Ceterum vobis concedimus, quod a Catholicis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis possitis *Ordines*, & alia Ecclesiastica *Sacramenta* suscipere [c]; ac vestes Sacerdotales, Altaris Pallas, & Corporalia per vos, qui ex vobis sunt Presbyteri, cum necesse vobis fuerit, benedicere; ubi Catholicorum Episcoporum copia non habetur; nec non alia facere, quæ ad augmen- D tum Dominici nominis, & ampliationem Catholicæ *Fidei*, ac reprobationem, & irritationem illorum, qui sacris traditionibus contradicunt, sicut pro loco, & tempore videritis expedire. Nulli ergo &c. nostræ concessionis infringere, vel ei ausu &c. Si quis autem &c.

Causas matrimoniales cognoscere, ac componere,

male viventes censura Eccles. compescere,

Cœmeteria benedicere, Indulgentias conferre, & Vota commutare,

Ordines, & Sacramenta Eccles. a Catholicis Antistitibus suscipere.

c

Sacerdotales vestes, Pallas, & Corporalia benedicere,

& alia &c.

Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii XII. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Quarto [d].

d

E *Ut per litteras Apostolicas conveniri non possint, nisi mentio expressa de his litteris, earumque Ordine fiat.* (Ex REGESTO VATIC. ep. 111. apud WADDINGUM in Regesto Pontif. num. 52.)

ALE-

(a) DIVINA MINIME LEGE PROHIBITIS: Ut in primo gradu consanguinitatis non datur dispensatio.

(b) EXCOMMUNICATOS A CANONE: Ut Clericorum percussores.

(c) SUSCIPERE: Hic deest § de *Altaribus portatilibus*, qui legitur in cit. Constitutione Innocentii.

(d) Anno 1233. Gregorius IX. alias Fratribus Minor. in terras Infidelium proficiscentibus litteras dederat incip. *Animarum salutem &c. Cum messis multa &c. & Pro zelo fidei &c.*, sed valde breves, ac privilegiis restrictas: deinde anno 1239. die 11. Junii hic Alexandri similes emisit incip. *Cum hora undecima &c.* ampliores quidem illis, sed non tot indultis onustas, ut istæ. Leguntur omnes supra suis locis, sicut & illæ Innocentii IV. anno 1245. die 22. Martii datæ eodem fere exemplo cum istis.

CDXIX. Anno 1258. die 26. al. 28. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii Monialium
a *inclusarum* Sancti Angeli Esculan. [a]
Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CÆLESTIA quærentibus terrenis con-
b temptui derelictis &c. [b]
c Datum Viterbii VI. Kalendas [c] Maji,
d Pontificatus Nostri Anno Quarto [d].

Præcipit, ut statuta, quæ contra FF. Prædicatores, & Minores ediderat, intra 8. dies revocare studeat. (Ex ARCHIVO nostri Conventus S. Francisci Perusinæ Urbis, ac BULLARIO Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 209. Alexandri IV.)

CDXX. Anno 1258. die 6. Maji.

ALEXANDER &c.

e *Venerabili Fratri .. Episcopo* Perusino [e]
Salutem, & Apostolicam Benedict.

VEHEMENTER mirari cogimur, & mo-
f veri, quod tu de novo [f] aucto-
ritate propria inter quædam alia temere
Statuta Episcopi Perusini. statuisti, ut nullus de Civitate, & Diœcesi *Perusina* pœnitentiam recipiat ab alio, quam a Sacerdote proprio, nisi de ipsius speciali licentia, & mandato; quod si aliquis secus fecerit, denegentur ei Sacramenta Ecclesiastica, & etiam Sepultura. Quilibet vero Parochialis Presbyter dispositiones ultimarum voluntatum Parochianorum suorum, & eorum Legata in subsidium pauperum, ac alios pios usus relicta diligenter inquirat, & scire procuret; & si testator, vel sui consanguinei hæc nolint pandere proprio Sacerdoti; nec ipse, nec etiam aliqui A alii Clerici Sepulturæ illius, si decesserit, debeant interesse. Cum autem statuta hujusmodi ex causis legitimis reputemus iniqua, & contraria canonicis

Contrario Canonicis institutis.
g institutis [g]; ac redundantia in periculum animarum; & specialiter contra di-

& contra præfatos FF. prædictos.
h lectos filios Fratres *Prædicatorum*, & *Minorum Ordinum* edita [h] videantur, quos deberes sincera prosequi in Domino caritate; Fraternitati tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ firmi-

Mandat Pontifex præcipiendo, ut supra.
B ter præcipiendo mandamus; quatenus statuta ipsa infra octo dies a receptione præsentium, vocatis, & præsentibus omnibus Religiosis, & Secularibus Clericis ejusdem Civitatis, publice, & sine fictione aliqua studeas revocare: non ob-

& derogando indulta Apostol.
stantibus aliquibus litteris, vel indulgentiis dictorum statutorum confirmationem continentibus; seu quibuscumque aliis sub quacumque forma, vel expressione verborum ab Apostolica Sede
C obtentis; per quas mandati nostri effectus in hac parte impediri valeat, vel differri; & de quibus oporteret in nostris litteris plenam, & expressam fieri mentionem; alioquin Venerabili Fratri

ac etiam comminando delegationem.
i nostro .. Episcopo *Assisinat.* [i] per lit-
k teras nostras injungimus [k], ut ipse ad præfatam Civitatem accedens ex tunc statuta ipsa juxta formam sibi traditam auctoritate nostra non differat revocare; Contradictores eadem auctoritate, ap-
D pellatione postposita, compescendo.

Datum Viterbii II. Nonas Maji, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Ut absolvere queat eos, qui aliquid in executione votorum emissorum super visitatione Ecclesiæ Assisiatis S. Francisci omiserunt. (Ex ASSISIAT. Archivo nostri Conventus S. Francisci apud Auctorem COLLIS PARADISI lib. 2. pag. 24.)

ALE-

(a) S. ANGELI ESCULAN.: Pro quo Monasterio Pontifex etiam superiori anno diebus 8. & 15. Januarii diplomata expedivit.

(b) DERELICTIS &c.: Vide Bullam 45. Monialibus *Montis Sancti* in Piceno datam anno 1255. die 20. Aprilis.

(c) VI. KAL.: Al. IV. Kal.

(d) ANNO IIII.: Al. an. III. Hoc Monasterium tandem an. 1460. unitum fuit alteri *S. Mariæ* ejusdem instituti extra Civitatem posito ex Waddingo ad eum ann. n. 63.

(a) EPISCOPO PERUSINO: *Bernardo Cario* ann. 1254. ad eam Ecclesiam promoto, annoque 1287. e vivis sublato ex Ughello to. 1. Ital. Sac. in Perus. Episc. n. 38. alias 37.

(f) TU DE NOVO: Forsan alias vel eadem, vel horum similia statuere tentaverat.

(g) CANONICIS INSTITUTIS: C. 16. & 17. *Nimis iniqua*, & *Nimis prava* tit. 31. *De excessibus Prælat.* lib. 5. Decr. Greg.

(h) EDITA: Ut ex prædictis dectetalibus *Nimis iniqua*, & *Nimis prava*, aliisque Constitutionibus Pontificiis superius allatis.

(i) EPISCOPO ASSISINAT.: *Fr. Nicolao* ex Ordine Minor. assumpto, de quo diximus ad annum 1247., quo circitet Episcopus ast promotus.

(k) PER LITTERAS NOSTRAS INJUNGIMUS: Quæ tamen aut non extant, aut vulgatæ nondum fuerunt.

CDXXI.
Anno 1258. die 6. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio ... Custodi *Fratrum de Ordine Minorum Ecclesiæ* Sancti Francisci Assisiat. *Salutem, & Apostol. Bened.*

Exordium.

PRO reverentia *Beati Francisci* Confessoris, ad quem devotionis affectum gerimus specialem, tuis votis super iis libenter annuimus, quæ pietati conformia, & animarum profectui esse percipimus opportuna. Hinc est, quod Nos tuis, & dilectorum filiorum Fratrum Ecclesiæ ipsius Sancti *de Assisio* supplicationibus annuentes discretioni tuæ præsentium auctoritate concedimus; ut illis, qui causa devotionis ad eamdem Ecclesiam accedentes aliquid in executione *votorum* emissorum super visitatione ipsius Ecclesiæ omiserint, cum ab eis humiliter fueris requisitus, salutarem pœnitentiam super hoc possis injungere; prout secundum Deum videris expedire.

Fratrum supplicationibus annuit;

& concedit, ut supra.

a Datum, *ut supra* [a].

Ne permittat ullum Religiosarum Monasterium ædificari in Territorio Montis Politiani. (Ex Tabulario Vatic. in Regesto Pontif. epist. 114. n. 4.)

CDXXII.
Anno 1258. die 10. Maji.

ALEXANDER &c.

b *Dilecto filio* .. *Plebano de Clanzan. Clusinæ Diœcesis* [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Sanctimonialium Collazen. delatio

EX parte dilectarum in Christo filiarum ... Abbatissæ, & Conventus Monasterii Sanctæ Mariæ novæ de
c d *Collazo* [c] Montispulsan. [d] Ordinis Sancti
A Damiani Aretinæ Diœcesis fuit Nobis humiliter intimatum; quod Nos olim dilectæ in Christo filiæ Sorori *Gregoriæ* Abbatissæ Monasterii *Grossetani* [e] in territorio dicti Castri Montispulsani [f] construendi Monasterium concessimus per nostras litteras [g] potestatem. Verum quia, si id fieret, redundaret non modicum in ipsius Monasterii præjudicium, & gravamen; Nos volentes quieti earum in hac parte paterna sollicitudine
B providere mandamus, quatenus in eodem territorio ipsius Castri Monasterium aliquarum Religiosarum auctoritate nostra erigi, seu construi non permittas: Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

de facultate ædificandi Monasterii in agro Montis Polit. alteri data,
e
f
g

quam Pontifex revocat, & mandat ut supra.

Datum Viterbii v. Idus Maji, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

C

Ecclesiasticas censuras in Urbinates latas ob Abbatem S. Sylvestri de Isoleto jussit Pontificis non obtemperantem ab ipsis protectum observari faciat. (Ex Autographo in Archivo Urbinat. Monasterii S. Luciæ Ord. S. Claræ sub plumbo.)

CDXXIII.
Anno 1258. die 18. Maji.

ALEXANDER &c.

D *Dilecto filio* .. *Abbati Monasterii Sancti Anastasii* [h] *Ordinis Sancti Benedicti Feretranæ Diœcesis* [i] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* h i

PER litteras nostras [k] sub certa forma Venerabili Fratri nostro ... [l] Episcopo Forosempronien. dedisse meminimus semel & iterum [m] in mandatis, ut dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii Castri *Bengni* [n] Ord. S. Damiani ad Romanam Eccle-
k
l
Proprias litteras enunciat pro Monialibus Castri Begni,
m
n

(a) Similem, sed ampliorem non multo post nempe die 26. Septembris Pontifex edidit epistolam, quæ infra dabitur.

(b) Clusinæ Diœcesis: Vulgo *Chiusi* in Tuscia prope Clanim paludem domini Ducis Hetruriæ, & in confinio ditionis Pontificiæ, utrique Perusini nunc sub Archiepiscopo Senensi antiquissima quidem urbs, sed modo ob aeris insalubritatem pene deserta.

(c) S. Mariæ de Collazzo: De quo Monasterio vide Bullam 175. *Religiosam vitam eligentibus &c.* ann. 1256. die 4. Aprilis editam.

(d) Monte Pulsan.: Leg. *Montis Politiani*, ut in supradicta *Bulla*, 12. circiter mill. pas. a *Clusio* distantis.

(e) Monasterii Grossetane: Civitatis in Hetruria, agroque Senensi versus oram maritimam Episcopalis sub Archiepiscopo Senensi olim etiam *Rosetum* nuncupatæ: sed Monasterium, cujus Ordinis esset, reticetur.

(f) Castri Montis Pulsane: Tunc quidem *Castrum* Politienum, nunc autem *Civitas* Episcopalis, uti scripsimus in not. ad dictam *Bullam* 179.

(g) Per nostras litteras: Quæ forsan amplius non extant.

(h) S. Anastasii: Cujus Monasterii nulla extat mentio in Annal. Benedict.

(i) Feretranæ Diœcesis: Ut in no. (f) ad epistolam 399. *Ne dilecta &c.*

(k) Per litteras nostras: Quae infra videbimus.

(l) Fratri nostro ...: *Gentili*, ut in no. (c) ad cit. epistolam *Ne dilecta &c.*

(m) Semel et iterum: Primis ad hunc Antistitem litteris anno 1257. datis caremus; secundæ datæ sunt hoc anno idibus Januarii incip. *Ne dilecta &c.*, & ibi vulgatæ.

(n) Castri Bengni: De quo in not. (e) ad prædictam epistolam *Ne dilecta &c.*

Alexander PP. IV. An.Ch.1258.

Ecclesiam nullo medio pertinentis Feretranæ Diœcesis a proprio Monasterio exulantibus propter guerras Monasterium Sancti Silvestri de *Iscleto* [a] Ordinis Sancti Benedicti Urbinat. Diœcesis ad tempus authoritate nostra conferret, Monachis ipsius Monasterii, qui computato Abbate quatuor esse dicuntur, in aliis Monasteriis ejusdem Ordinis interim collocatis; contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Verum nonnullis una cum prædictis Abbate, & Monachis super hoc fe motu opponentibus propriæ voluntatis, mandatum hujusmodi non potuit executioni debitæ demandari: quinimo familia prædictorum Abbatis, & Monasterii, sicut accepimus, Nuncium dicti Episcopi nostras, & ipsius ad eosdem super hoc litteras deferentem non sine conniventia, ut creditur, enormiter verberavit. Et licet hac de causa dictum Abbatem ad præsentiam nostram citari fecerimus [b]; idem tamen tamquam sibi male conscius illicentiatus [c] de Curia nostra recessit. Unde Nos hujusmodi gratiam circa eas omnino prosequi, ac præsumptiones præfatas circa prædictum Abbatem, & Monachos corripere intendentes dilecto filio Magistro Jacobo Alberici de Assisio Scriptori nostro in virtute sanctæ obedientiæ districte dedimus per nostras litteras [d] in præceptis, ut eisdem Abbate, & Monachis ab ipso Monasterio prorsus amotis, illud per se, vel per alium eis conferre, & assignari curaret, ab ipsis Abbatissa, & Conventu, donec de earum statu melius provideretur, cum omnibus suis possessionibus, juribus, & pertinentiis possidendum, inducens ipsas in illius corporalem possessionem, & defendens inductas: contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Propter quod dictus Scriptor mandati nostri forma servata Monasterium ipsum, amotis eisdem Abbate, & Monachis ab eodem, prædictis Abbatissæ, & Conventui contulit; ipsasque, seu Procuratorem earum nomine earumdem in illius corporalem possessionem induxit; & nobilem virum... Potestatem, & Consiliarios Civitatis Urbinaten. *Excommunicationis*, & in Civitatem ipsam *Interdicti* sententias pro eo, quod Abbatem prædictum ad ipsius requisitionem a quadam domo ipsius Monasterii, quam per violentiam retinebat, amovere, cum possent, juxta mandatum Apostolicum [e] non curarunt, exigente justitia promulgavit. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus sententias hujusmodi facias usque ad satisfactionem condignam autboritate nostra inviolabiliter observari; ac illas pulsatis campanis, & accensis candelis singulis diebus Dominicis, & festivis, ubi, & quando videbitur expedire, publice, & solemniter innovari.

Datum Viterbii xv. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Quarto [f].

Marginal notes: qui Moniales in possessionem S. Silvestri Iscleten. immittit; & Eccles. censuras in quosdam fert. — & aliorum ea de re oppositiones, — aliasque ob eam rem ad suum Scriptorem literas, — Pontifex vero mandat ut supra.

Sub protectione Sedis Apostolicæ eas suscipit, & Monasterium amplo privilegio donat. (Regest. Vatic. ep. 134., & ex eo Waddingus in Regest. Pontif. num. 53.)

ALEXANDER &c.

CDXXIV. Anno 1258. die 23. Maji.

Dilectis in Christo filiabus.. Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Mariæ de Falesio [g], *ejusque Sororibus præsentibus, & futuris regularem vitam professis in perpetuum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

RELIGIOSAM vitam eligentibus &c. [h] (*usque*) enervet. Eapropter, dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium *Sanctæ Mariæ de Falesio*

Postulationibus Monialium annuens Monasterium sub A. S. protectione suscipit,

(a) De Iscleto: Al. *de Hischito, & Ischeto*; cujus tamen Monasterii ab Urbino ad 5. mill. pas. distantis apud Annales Benedictinos nulla fit memoria.
(b) Citari fecerimus: sed hæ citationis litteræ non apparent.
(c) Illicentiatus: Scilicet non obtenta licentia recedendi.
(d) Per nostras litteras: Quæ etiam non habentur; ex his tamen earum tenorem obtinemus.
(e) Apostolicum: Quod pariter non extat, nisi fuerit in aliqua, quam deesse diximus, epistola.
(f) Etiam anno sequenti pridie Kal. Maji Pontifex scripsit civibus Urbinat. Sanctimoniales in Monasterio Iscleten. collocatas commendans *Illam ad personas &c.*
(g) S. Mariæ de Falesio: Massanæ diœcesis in Tuscia, & ditione urbis Senarum.
(h) Eligentibus &c. Vide Bullam Innocentii IV. anno 1245. die 15. Junii editam pro Monasterio Nursino, vel hujus Alexandri anno 1255. die 30. April. pro Genuen. Monasterio.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

Massanæ Diœcesis, in quo Divino estis obsequio mancipatæ, quod ad Romanam Ecclesiam specialiter pertinere dignoscitur, sub Beati Petri &c. [a] Præterea quascumque possessiones, & quæcumque bona idem Monasterium in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Fidelium &c. (*usque*) illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo Monasterium *Sancti Bartholomæi* de Falesio [b] ejusdem Diœcesis de nostro speciali mandato nuper translatum est [c], cum omnibus pertinentiis suis. Tertiam partem *Castri Plumbini* [d] cum omnibus pertinentiis suis; redditus, quos habetis in porta, & statera ejusdem Castri; terras, possessiones, decimas frumenti, & vini, stagnum, salmas, & tertiam partem cujusdam insulæ in mari sitæ, quæ vocatur *Cervulus* [e]; quæ habetis in Territorio dicti Castri: Ecclesiam *Sancti Laurentii* Castri prædicti cum Capella *Sancti Antimi* dependente ab ipsa cum terris, possessionibus, & omnibus pertinentiis suis. Decimas frumenti, & vini, ac domos, quæ habetis ibidem. Jus, quod habetis in Ecclesia *Sancti Blasii* Castri ejusdem. Terras, possessiones, annuos redditus denariorum, & frumenti, ac molendina cum aquarum decursibus, & omnibus pertinentiis eorumdem, quæ in eodem Castro, & ejus Territorio obtinetis; medietatem Castri, quod *Cumulum* appellatur, cum omnibus, quæ ad medietatem ipsam spectare noscuntur. Curtem de *Bellare* cum pertinentiis suis; Ecclesiam *Sancti Antimi* cum pertinentiis suis; Campum de *Silice*; & Campum de *Scolta*, nec non de *Rivo palmea*; & de *Aquaviva*, & de *Collupulo* fundos; novem mansos, quos habetis in loco, qui dicitur *Fesulan.* cum pertinentiis eorumdem. Tertiam partem Castri, quod appellatur *Gualdum* cum omnibus, quæ ad partem ipsam pertinere noscuntur Sancti Martini, juxta Mare Sancti Martini de *Casalupi*; Sancti Apollinaris de *Mungano*; Sancti Stephani de *Pojo*; Sancti Justini de *Castagnero*; Sancti Michaelis de *Montese*; Sancti Christophori de *Posello*; Sanctæ Perpetuæ, & de *Villetetia*. Ecclesias cum omnibus pertinentiis; earumdem Decimas, terras, possessiones, redditus denariorum, & frumenti, quæ habetis in Castro, quod *Sanctus Laurentius* appellatur. *Chrisma* vero, Oleum Sanctum, consecrationes Altarium, seu Basilicarum a Diœcesano suscipietis Episcopo, si Catholicus fuerit; & gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habuerit; & ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. *Sepulturam* quoque illius loci liberam esse decernimus; ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint; nisi forte excommunicati, & interdicti fuerint; aut etiam publici usurarii, nullus obsistat: Salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Quæ omnia eidem Monasterio *Sancti Bartholomæi*, antequam Monialium inclusarum Sancti Damiani Assisinaten. instituta susciperet [f], competebant. Liceat quoque vobis personas liberas &c. [g] Cum autem generale *Interdictum* terræ &c. (*usque*) audeat exercere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prætactum Monasterium temere perturbare &c. [h] (*usque*) Amen. Amen. Amen. [i]

Datum Viterbii per manum Magistri Jordani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Notarii, & Vice-Cancellarii x. Kalendas Junii, Indictione Prima, Incarnationis Domi-

Bona quæcumque, ac possessiones confirmantur, & recensentur.

Eccles. Sacramenta a quo accipienda.

Sepultura cuicumque libera tribuitur,

cum adjectis conditionibus.

(a) SUB B. PETRI &c.: Ut in dicta *Bulla* pro Monast. Genuen. usque *observetur*.

(b) S. BARTHOLOMÆI DE FALESIO: De quo actum est in Bulla *Cum a nobis petitur &c.* an. superiori die 13. Decembr., sed hic omittitur illud *S. Mariæ*, nisi sit idem.

(c) TRANSLATUM EST: Et divisum ab illo *S. Mariæ de Massa* anno præcedenti idibus Decembris per diploma *Cum a nobis petitur &c.* ut supra.

(d) CASTRI PLUMBINI: In ora Maris Tyrrheni, agroque Senensi dominii modo Principis e gente Ludovisia cum præsidio tamen Hispano ab Ilva Insula 10. mill. pas. distantis ea veteris Populonii ruinis vel exorti, vel adaucti, a quo 5. mill. distare dicitur.

(e) CERVULUS: Hujus Insulæ nemo, quod sciam, Geographorum meminit; extat hæc parvula prope Ilvam Plumbinum versus.

(f) INSTITUTA SUSCIPERET: Cum antea esset Ordinis S. *Benedicti*; quandonam id factum fuerit, ignoratur; videtur tamen post annum 1254. contigisse, cum paulo ante Pontifex id factum asserat *nuper de suo speciali mandato*; quod tamen deest.

(g) LIBERAS &c.: Ut in prædicta *Bulla* pro Monasterio Genuen. usque *nullus audeat retinere*.

(h) PERTURBARE &c.: Reliqua ut in dictis *Bullis* Innocentii, & Alexandri, aliisque similibus.

(i) AMEN.: Hoc loco desunt subscriptiones Pontificis, & S. R. E. Cardinalium, utpote *Bulla* Consistorialis, & solemnis; quod & in pluribus aliis per scribas calamo, attramento, laborique parcentes factum advertimus.

Dominicæ anno millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ Quarti Anno Quarto.

Ut Fratres nostri, quibus ad alium Ordinem transire permissum est, nisi intra bimestre, vel trimestre id effecerint, pœnis Apostatarum subjiciantur. (Ex Barthol. Pisano Conform. ix. par. 2. in expositione cap. 2. Regulæ FF. Min., & ex hujus Pontificis Bulla 436. *Virtute conspicuos &c.* §. 22.)

CDXXV. Anno 125... die...

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis.. Generali, & Provincialibus Ministris Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

a Exordium.

IN gravem Ordini vestro [a] redundat offensam, si quod a Nobis salutis obtentu conceditur, in perniciem convertatur non sine illorum scandalo, quorum mens ad hoc ferventius invigilat, ut & sibi per innocentis vitæ meritum, & aliis proficiat per exemplum. (Provisionis hujus occasio.) Cum itaque sæpe contingat, quod aliqui ex Fratribus vestris, prout accepimus, ad hoc a Sede Apostolica [b] licentiam obtinent ad Religionem aliam transeundi, ut proprii motum sequentes arbitrii possint per sæculum nequiter evagari; dignum esse providimus, ut super hoc salubre remedium apponamus. Hinc est, quod nisi dicti Fratres infra duos, vel tres menses post obtentam licentiam supradictam se ad aliam Religionem contulerint, & ipsius habitum susceperint regularem; vobis, ut ex tunc, prout vestri Ordinis honestati expedire videritis, contra ipsos [c] procedere valeatis, liberam auctoritate præsentium concedimus facultatem. (Occurrit Pontifex concedendo ut supra.)

Datum [d] ...... Pontificatus Nostri Anno.....

Ut possessiones, bonaque mobilia, & immobilia ad earum Monasterium relicto seculo convolantium petere, recipere, & retinere valeant, exceptis rebus feudalibus. (Ex Autographo Archivi dicti Monasterii.)

Alexander PP. IV. An. Ch. 1258.

CDXXVI. Anno 1258. die 6. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus.. Abbatissæ, & Conventui Monasterii S. Francisci Tudertin. [e] *ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

DEvotionis vestræ precibus inclinati, ut possessiones, & alia bona mobilia, & immobilia, quæ liberas personas Sororum ad Monasterium vestrum, Mundi relicta vanitate, volantium, & professionem facientium in eodem, si remansissent in sæculo, ratione successionis, vel quocumque alio justo titulo, exceptis rebus *feudalibus* [f], contigissent, & eædem Sorores libere in alios transferre potuissent, petere, recipere, & retinere libere valeatis, auctoritate vobis præsentium indulgemus. (Monialium precibus annuens concedit, ut supra.) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. (Clausula prohib. &c.) Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Viterbii viii. Idus Junii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Mandat, ut defendant Fratres de Pœnitentia, *ne a locorum Rectoribus gravaminibus onerentur, ac molestentur.* (Ex Reges. Vatic. teste Petro de Alva in Indic. Bullarii Seraph.)

(a) Ordini vestro: Refertur hæc Constitutio etiam in tom. 1. novi *Bullarii* Ord. Prædicat. ab Innocentio, & Alexandro IV. edita ann. 1252. & 1258., in quorum illa dicitur *Cordis nostri*, in ista vero *Cordi nostro*.

(b) A Sede Apostolica: In Bulla Clementis IV. *Virtute conspicuos &c.* §. 28. additur *aut a vobis*.

(c) Contra ipsos: In dicta Clementis IV. Bulla hoc loco additum legimus: *tanquam contra alios vestri Ordinis Apostatas*: ut & in hac ipsa Alexandri apud cit. Bullarium O. P.

(d) Dat...: Annus, & dies, loausque, quibus hoc diploma prodiit, ignoratur; tamen cum ab hoc Pontifice adducatur, & confirmetur in supradicta Bulla *Virtute conspicuos &c.* hoc anno 1258. die 2 Augusti publicata; elicimus ante hoc tempus illud emissum fuisse, & forsan mense Junio ejusdem anni 1258., ut illud pro Ord. Prædicat. n. 219. tom. 1. sub die 29.

(e) S. Francisci Tudertin.: De quo videri potest privilegium Innocentii IV. ei collatum anno 1253. die 13. Aprilis in tom. 1. hujus Operis pag. 655., & ab hoc Pontifice renovatum hoc anno die 26. hujus mensis Junii, ut infra.

(f) Rebus Feudalibus: Ob fidelitatem Domino præstandam, aliaque rationis, & locis Deo consecratis interdicta.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

CDXXVII.

Anno 1258. die 6. Junii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus universis Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Italiam constitutis Salutem, & Apostolicam Benedict.

Exordium a Dæmonis erga Dei servos invidia.

DETESTANDA humani hostis invidia tanto pertinacius insequitur Servos Christi, & armatis suis satellitibus contra ipsos de ejus servitio dolosis illos adinventionibus nititur dimovere, quanto perspicacius intuetur ipsos hujus Mundi vanitatibus derelictis adhuc existentes corpore in terrenis, jam mente in cælestibus habitare; ac abnegantes secularia desideria propter Deum jam fungi non perituris æternitatis deliciis, & gaudiis sempiternis: unde secundum Evangelicam veritatem cum immundus Spiritus exibat ab homine, ipsum inexeundo plus solito discerpebat; & exeuntem Dei populum ex Ægypto non prius Ægyptii persequi desierunt, quam omnes nutu Divino uno genere mortis extincti dignum suis actibus interitum invenere. Ipsum etiam omnium Redemptorem eumdem post Baptismi lavacrum in Desertum, cum quadraginta diebus, & totidem noctibus jejunasset, idem malignus Spiritus variis tentationibus aggredi non expavit; propter quod quicumque ad Dei servitutem juxta sententiam Sapientis accedit, in justitia, & timore debet ad tentationem animum præparare. Sane fel. recor. HONORIUS [a], GREGORIUS [b], & INNOCENTIUS [c] Romani Pontifices prædecessores nostri attendentes, viros fructus pœnitentiæ facientes ab hujus sæculi filiis angustiis inexquisitis affligi; ac propter hoc fovendos esse in tam laudabili actione viros, qui *Pœnitentes* vocantur [d], & amplexantes in visceribus Jesu Christi prosecuri sunt gratia speciali; mandantes vobis, ut semper servarentur immunes a *juramentis*, quæ Civitatum, & Locorum Rectores super eorum sequelam extorquere

Math. 12. 43.

Exod. 14.

Math. 4. 2. & seq.

Eccles. 2. 1.

Fratres de Pœnitentia a Pontificibus Rom. gratia prosecuti

Mandantibus, ne cogantur ad cautam juramenta.

A ab illis illicite contendebant; defendentes eosdem, ne *officia publica* recipere; vel nova exactionum, vel alterius gravaminis subire *onera* cogerentur. Sed filii tenebrarum, qui ut mala faciant, sapientes tenebras lucem, & lucem tenebras ponere didicerunt, per malignæ interpretationis calumniam sic eorum indulgentiam vacuarunt; ut gravioribus nunc injuriis affligantur, quam prius, cum non erant tali privilegio communiti. Nam cum non possit ab eis super

B sequela exigere *juramentum*; innumeros quasi casus excogitant, quibus eos jurare compellunt; & graviora *onera* quam aliis suis Civibus imponunt eisdem; nec fructus bonorum suorum permittunt eos pauperibus erogare; licet debitis oneribus, quæ subire tenentur, nil deperire contingat; alias plus debito, & amplius solito molestantes eosdem. Unde Nobis humiliter supplica-

C runt, ut eis indulgere misericorditer dignaremur; ne aliquod *juramentum*, nisi forsan pacis, & fidei, calumniæ, vel testimonii, seu aliorum casuum, in quibus Ecclesia jurare cogere consuevit, facere compellantur; Et ne plus quam sui Concives in impositione onerum aggraventur; & ut fructus bonorum suorum causa pietatis impendere possint, & personis, quibus expedire viderint,

D elargiri; & ut propter Civium suorum delicta, vel debita non patiantur injuriam; nec aliorum debita, cum super iis sint inculpabiles, solvere teneantur. Nos igitur attendentes viros viam æternæ salutis ingressos tanto a Sectatoribus hujus Mundi vehementius impugnari, quanto magis dissimiles eorum actibus comprobantur; Universitati eorum, de quorum Religione plene confidimus, indulgentiam super prædictis omnibus con-

E cedimus postulatam. Quocirca Fraternitati vestræ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus cum dicti *Fratres* ad vos super præmissis duxerint recurrendum, eos singuli vestrum

Nec ad officia publica recipienda &c.

Sinistra privilegii interpretatio quorumdam.

Graviora eis onera imponuntur,

Supplices preces Pontifici porrigunt,

de juramento,

de onerum impositione,

& de aliorum delictis, atque alienis.

Pontifex exaudit, & mandat ut supra.

(a) HONORIUS III. cujus diploma *Significatum est &c.* nunc est Bulla VIII hujus Pontificis, ut notavimus ad Bullam 7. Gregorii IX. *Nimis patenter &c.* an. 1227. die 25. Maii, al. 25. Junii datam.

(b) GREGORIUS IX. per idem privilegium *Detestanda humani generis &c.* anno 1228. die 30. Martii datum *Universis Fratribus de Pœnitentia per Italiam constitutis* aliudve superiori anno *Nimis patenter* ad universos Italiæ Archiepiscopos, & Episcopos, ut supra.

(c) ET INNOCENTIUS: Nempe hujus nominis IV., cujus tamen de hac re litteræ non habentur: His tamen fere similes ad *Bononienses* cives datas exeunte anno 1251. memorat Waddingus in Annal. Minor. ad eum annum n. 2., quas tandem repertas dabimus alio loco.

(d) QUI PŒNITENTES VOCANTUR: Scilicet *Tertii Ordinis* S. Francisci, de quibus vide notas ad *Bullas* Gregorii IX. supracitatas *Nimis patenter*; & *Detestanda humani &c.*

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1258.

strum in sua Diœcesi a prædictis gravaminibus conservetis immunes; nec permittatis eos a quoquam indebite molestari: Molestatores eorum per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

a Datum Viterbii viii. Idus Junii [a], Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Ut de male acquisitis, quorum restitutio, cui facienda, nescitur; & de redemptionibus votorum commutatorum usque ad C. uncias auri recipere possint. (Ex Autographo in Archivo Monasterii *S. Francisci* Clarissarum Tudertin. sub plumbo.)

CDXXVIII. Anno 1258. die 13. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus.. Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sancti Francisci Tudertin. *Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Concessionis causa.

NEcessitatibus vestris paterno compatientes affectu quod de usuris, rapinis, & alias male acquisitis, si quibus horum restitutio fieri debeat, inveniri omnino, & sciri non possint; nec non de redemptionibus votorum, quæ fuerint auctoritate Diœcesanorum Pontificum commutata, *Jerosolymitano* dumtaxat excepto, usque ad summam *centum unciarum auri* recipere valeatis, auctoritate vobis præsentium indulgemus: si alias pro similium receptione non estis a Nobis hujusmodi gratiam consecutæ: Ita quod si aliquid de ipsis centum unciis dimiseritis, vel restitueritis, aut dederitis illis, a quibus eas receperitis; hujusmodi dimissum, vel restitutum, seu datum nihil ad liberationem eorum prosit; nec quantum ad illud habeantur aliquatenus absoluti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, in-

Conditione apposita.

Clausula prohib. &c.

A dignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Viterbii Idibus Junii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CDXXIX. Privilegia Fratrum Minorum communicat Sororibus Tudert. S. F.

Eodem die eisdem scripsit aliam epistolam in huac modum: Devotionis vestræ precibus inclinati, ut *privilegiis*, & indulgentiis Ordini Fratrum Minorum ab Apostolica

B Sede concessis competentibus vobis uti possitis, auctoritate vobis præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere &c. Datum, *ut supra*.

CDXXX. Ne conveniri possit per Apostolicas literas nisi &c.

Item eodem die aliam incipien.; Cælestia quærentibus &c.; *pro qua vide similem anno 1255. die 20. Aprilis editam. Utraque epistola habetur sub plumbo Tuderti in Archivo Monasterii* S. Francisci *Clarissarum illius Urbis; hæc ultima vero extat & in*

C *Archivo Vatic., Regestoque Pontif. epist.* iii. *anni* 4.

Idem Monasterium S. Franc. *Clarissarum Tudertinum amplo privilegio ornat, atque munit; exemptionemque ab Episcopo, & Capitulo ejusdem Civitatis illi concessam confirmat.* (Ex Autographo in Archivo Monasterii præfati dictæ Civitatis extante sub plumbo.)

D

CDXXXI. Anno 1258. die 16. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus.. Abbatissæ, & Monasterii Sancti Francisci *Tudertin.* [b], *ejusque Sororibus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.* b

Exordium. c

REligiosam vitam eligentibus &c. [c] Eapropter, dilectæ in Christo filiæ,

E vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium *Sancti Francisci Tudertin.*, in quo Divino estis obsequio mancipatæ ad instar felicis recordationis Innocentii PP. [d] prædecessoris d nostri sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privile-

(a) viii. idus Junii: *Maji* habet Auctor Supplementi Annal. Waddingi num. 5.
(b) S. Francisci Tudertin.: De quo diximus ad *Bullam* 474. Innocentii IV. anno 1253. die 13. April. editam, & 10. 1. hujus Operis p. 255. vulgatam.

(c) Eligentibus &c.: Ut in simili privilegio anno 1255. die 30. April. pro Monasterio S. Catharinæ Genuen. dato.
(d) Innocentii PP.: Hujus nominis IV. cit. Bullæ 474. pene ejusdem editoris.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1258.

vilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti *Regulam*, atque *institutionem* Monialium inclusarum Sancti Damiani Assisiat., & *formulam* vitæ vestræ a felicis recordationis Gregorio PP. prædecessore nostro Ordini vestro traditam, cum adhuc esset in minori officio constitutus, perpetuis temporibus ibidem inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, collatione Fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, & eis, quæ vobis successerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, cum vineis, terris, pratis, nemoribus, usuagiis, & pascuis in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Liceat quoque vobis personas liberas, & absolutas a sæculo fugientes ad conversionem recipere &c.[a] Præterea omnes libertates, & immunitates, quas Monasterio vestro Venerabilis Frater noster J.[b] Urbevetan. tunc Tudertin. Episcopus indulsisse dinoscitur, sicut in ejus instrumento plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Tenorem autem ipsius instrumenti præsenti privilegio inseri fecimus, qui talis est.

Anno 1251. die 4. Aprilis. Instrumentum exemptionis Episcopalis.

„ In nomine Domini Amen. Sub „ Anno Domini MCCLI. tempore Domini Innocentii PP. Quarti Indictione „ nona die quarto intrante Aprili in „ Camera Donni Archidiaconi infetius „ nominati præsentibus Donno Johanne de Amelia, Donno Masseo Mainecto, Uguitione, & Detalleve testibus præsentibus rogatis, & vocatis. Nos quidem JACOBUS Tudertin. „ Episcopus, & Rusticus Prior, & Capitulum Tudertin. scilicet &c.[c] "

Subscriptiones Ecclesiæ Rom.

EGO ALEXANDER *Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi*.
Ego Odo Tusculanus Episcopus subscr.
Ego Stephanus Prænestinus Episcopus subscripsi.
Ego Riccardus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis subscripsi.
Ego Octavianus Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconus Card. subscripsi.
Ego Petrus Sancti Georgii ad Velum aureum Diaconus Card. subscripsi.
Ego Johannes Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Card. subscripsi.
Ego Ottobonus Sancti Adriani Diaconus Cardinalis subscripsi.

Datum Viterbii per manum Magistri Jordani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Notarii, & Vice-Cancellarii XVI. Kalendas Julii Indictione I. Incarnationis Dominicæ Anno MCCLVIII. Pontificatus vero Domini Alexandri PP. IV. An. Quarto.[d]

In

(a) RECIPERE &c.: Adeas præfatum privilegium Monasterii S. Catharinæ Genuen.

(b) FRATER NOSTER J.: *Jacobus*, ut infra, hoc anno, vel superiori ad Urbevetanam Cathedram translatus.

(c) TUDERTIN. SCILICET &c.: Videatur cit. *Bulla* 474. Innocentii IV. usque ad finem, & ad subscriptiones.

(d) Anno postea 1266. Sanctimoniales obtinuerunt a *Petro* Episcopo Tudertino facultatem ædificandi sibi aliud Monasterium in Civitate Tuderti velut in idoneori, ac tutiori loco, & istud extra Civitatem retinendi, litteris dat. die 14. Junii, quæ servantur in Archivo Monasterii Clarissarum S. Francisci dictæ Civitatis sub plumbo hujusce tenoris.

Facultas pro novo Monasterio condendo.

„ In Nomine Domini Amen. Anno ejusdem a Nativitate millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, Indictione nona, tempore Domini CLEMENTIS PAPÆ IV. die quartadecima intrante mense Junii. Ex parte Abbatissæ & Sororum *Monasterii S. Francisci* Ordinis S. Damiani, positi prope *Tudertum* inter Monasterium *Montis Sancti*, & Ecclesiam S. Angeli de Sculca, nobis *Petro* miseratione Divina Tudertino Episcopo fuit humiliter supplicatum, ut cum ipsæ in idoniori, ac tutiori loco pro eis affectantes Domino famulari, domos quasdam in Civitate Tudertinen. Deo cooperante nuper adeptæ sint, in quibus ad honorem Dei, & *Beati Francisci* Ecclesiam, & locum habere, & ædificare cupiunt ad honestè & religiosè juxta ipsorum Ordinis statuta Domino dignis laudibus deservire; dignaremur eis concedere, ut ipsarum vota in hac parte feliciter adsequantur; nec non concessionem eis factam hactenus per Venerabilem Patrem Dominum J. Episc. prædecessorem nostrum, .. Priorem, & Capitulum Tudertinum de loco prædicto, ubi olim moratæ sunt, & exemptionem ipsis, & loco ipso factam; ut in Instrumento inde confecto manu Viviconii Notarii plenius continetur; Ecclesiam ipsam, Monasterium, & locum de novo construenda ab ipsis in Civitate prædicta una cum alio loco prædicto cum juribus, & pertinentiis suis; & ipsas etiam, ac alias succedentes, & advenientes post eas cum omnibus, quæ nunc habent, & possident, ac in futuro nanscisci poterunt, pro Deo eximere deberemus; & insuper concedere, quod locum prædictum olim ab eis possessum cum juribus, & pertinentiis subsit eis pleno jure; & ipsum habeant, & possideant, sicut prius. Nos itaque ipsarum supplicationibus inclinati, ac volentes eis, quantum cum Deo possumus, gratiam ampliare

In pœnam, & odium Ezelini, ejusque fratris Alberici hostium Ecclesiæ libera sanxit esse eorum mancipia, & mancipiorum filios, & nepotes ad Ecclesiam reversos, reversurosque. (Ex Vatic. Tabulario in Regest. Pontif. epist. 170. an. 4., Raynaldo in Annal. Eccles. ad hunc ann. num. 2. sine exordio, & Ughello to. 5. Ital. sac. in Episc. Tarvis. 2. edit.)

CDXXXII. Anno 1258. die 1. Julii.

ALEXANDER &c.

a b *Venerabilibus Fratribus* .. [a] Vicentin., & .. [b] Tervisin. *Episcopis Salutem, & Apostol. Benedict.*

Exordium a pœna ingratis animis debita.

Matth. 18. 18.

QUia homines natura pares peccati servitus fecit esse subjectos; justum profecto videtur, ut qui ab eo, a quo est omnis potestas in Cælo, & in terra, concesso sibi dominio abutuntur, ingratitudinis merito in servos sibi commissa potestate priventur; & qui Deo potius, quam hominibus obedientes Dominorum nequitiam zelo Fidei contra Christum sequi contemnunt, ut vere sint liberi, ab omni servi-A tute humana pro præmio eximantur; quatenus hoc exemplo persecutores Ecclesiæ, & Catholicæ fidei condignæ punctionis aculeo urgeantur; ut, si possibile sit, a sua perversitate resiliant; & se convertant ad studium devotionis debitæ, ac viam veritatis agnoscant; sitque Fidelibus in gaudium intendere virtutum cultui; dum sibi provenientibus gratiarum præmiis perspiciunt reprobos pro iniquitate sua deprimi; & B bonorum penitus ubertate privari. Sane *Ezzelinus* de Romano tamquam hæreticus dudum ab Ecclesiastica unitate præcisus extitit [c]; & *Albericus* germanus ejus per Nos tamquam fautor, & defensor hæreticorum est vinculo *excommunicationis* astrictus [d], ac privatus omnibus indulgentiis, & privilegiis sibi ab Apostolica Sede concessis [e]. Sed ipsi cordibus suis induratis, velut malleatoris incus, quasi mare fervent; C & Ecclesiam, ac devotos ipsius tamquam hostes, & persecutores Catholicæ Fidei, spiritu ad superbiam obfirmato, non desinunt impugnare [f]. Quia vero

Ezelinus de Romano ab Ecclesiæ unitate recisus, c

et & Albericus frater. d

e

Ecclesiæ, & Fidei Catholicæ impugnatores. f

„ pliare, præsentibus, & consentientibus Domino Rostico Priore, Domino Ugolino Bonifatii, Domino Bonaventura, Magistro Angelario, Magistro Gentils, & Domino Offreducio Canonicis Ecclesiæ *Tudertinen.*; & ipsi una nobiscum præfatis Abbatissæ, & Sororibus de gratia speciali concedimus, ut in domibus prædictis ad honorem Dei, & *Beati Francisci* Ecclesiam, & locum habeant, & ædificent, in quibus valeant Domino famulari: ac etiam concessionem sic eis factam a prædicto prædecessore nostro de loco prædicto, & exemptionem eis, & ipsi loco datam, prout in dicto instrumento plenius continetur, ratam & gratam habentes ipsam Abbatissam, & Sorores & omnes supervenientes, ac succedentes eis in locis prædictis, & ipsa loca cum juribus, & pertinentiis suis, & cum omnibus, quæ ipsæ, & loca ipsa nunc habent, & possident, & quæ in futuro dante Domino poterunt adipisci, eximimus, & ab omni nostra & Episcopali Jurisdictione duximus eximenda: Nec non volumus, & concedimus, quod locus prædictus, ubi moratæ sunt hactenus, prædicto loco, Ecclesiæ, sive Monasterio construendis ab ipsis subsit, ac pertineat pleno jure, ac locum ipsum cum omnibus juribus, & pertinentiis suis habeant, & possideant, sicut prius; ac etiam ipsæ, loca ipsa, & Ecclesia sic construenda ab eis, & aliæ succedentes eisdem gaudeant illa immunitate, ac illo privilegio, qua & quo alia loca religiosa Ordinis S. *Damiani* gaudere noscuntur; & quod libere possint ad velle ipsarum loca ipsa in suo Ordine reformare, perpetuo ordinare, corrigere, tractare, ac alias Christi devotas in locis ipsis sua sororitate recipere, & retinere in eis, prout viderint expedire; dantes, & concedentes eisdem plenam licentiam, & liberam potestatem de locis præmissis, & omnibus bonis, juribus, & pertinentiis suis habitis, & habendis nunc & in futurum disponendi, ordinandi, tractandi, & dispensandi per se, vel per alias personas, prout de ipsarum processerit voluntate; nulla in nobis, vel in aliis de locis ipsis, juribus, & pertinentiis suis reservatione facta; solvenda tamen nobis Episcopo, & successoribus nostris ab ipsis Abbatissa, & Sororibus annuatim nomine census in festo B. Fran-*cisci media libra ceræ*: Quæ vero omnia, & singula supradicta nos Episcopus, Prior, & Canonici per nos „ & nostros successores tibi Nicolao Machabrino Sindico dictarum Abbatissæ, & Sororum vice, & nomine ipsarum stipulanti, rata & firma perpetuo permittimus habituros, nec in aliis prædictorum contra facere, vel venire: Et ut præmissis omni tempore fides plenior habeatur, præsens instrumentum sigillorum nostri, & Capituli Tudertinen. munimine mandavimus roborari. Hæc acta sunt in *logia* Episcopatus Tudertinen coram Domino Gerardo Machabrini, Domino Henrico Gilii Berardi, Offreducio Joannis, Gualterio Canonico S. Mariæ in Monte, Petro Tudin., & Fratre Joanne Leonardi testibus præsentibus & rogatis. Die prædicta coram dictis testibus Dominus *Ugolinus* Canonicus Tudertin. juxta ostium cameræ suæ omnibus prædictis suum assensum præbuit & consensum. Et ego Egidius Dei gratia S. Romanæ Ecclesiæ Notarius prædictis interfui, & de mandato dictorum Domini Episcopi, Prioris, & Canonicorum subscripsi, & publicavi.

Census annuus Ecclesiæ Tudert. solvendus.

Testes rogati.

(a) Ven. Fratribus ... : *Bartholomæo* Vicentino Ord. Prædicat. ex Episcopo Nimocien. in Regno Cypri anno 1256. mense Januario ad patriæ suæ Cathedram translato, de quo sui Ordinis Scriptores agunt, Ughellus to. 5. Ital. Sac., aliique plures.

(b) Et ... : *Alberto Ricco* Patritio Vicentino Ord. Minor. an. 1255. mense Aug. ad Tarvisinam Ecclesiam tunc sub Patriarcha Aquilejen. promoto ex cit. Ughello, & Waddingo in Annal. Min., atque ex rec. *Bulla* hujus Pontificis supra relata.

(c) Præcisus extitit: Ab Innocentio IV. anno 1248., ut apud Raynaldum ad eum ann. n. 25. & 26.

(d) Vinculo excommunicationis astrictus: Hujus censuræ sententia abest ab Annalibus Eccles., lata tamen fuit præcedenti anno, quo *Albericus* ab Ecclesia ad Ezelinum fratrem transfugit, ut in cit. Annal. ad ann. 1257. n. 48.

(e) Ab Apostolica Sede concessis: Confirmante diploma Willelmi Regis Romanorum anno 1250. m. Octobr. editum, & in dictis Annal. ad eum ann. num. 37. publici juris factum.

(f) Impugnare: Sed non multo post id ulterius non agere coacti sunt; nam insequenti anno Ezelinus, & subsequenti Albericus frater cum tota illorum stirpe infeliciter, merito tamen perierunt.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1258.

vero dignum est, ut *Eczelinus*, & *Albericus* prædicti de iniquitate sua doleant se jacturam aliquam reportasse; omnes *Servos*, & *Ancillas* [a] ipsorum, cum ejusdem conditionis filiis, & nepotibus, qui redierunt, vel redibunt ad Ecclesiæ unitatem; & in ejusdem obedientia, & devotione permanserint cum suo peculio, de Fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica tradimus plenariæ libertati, & eos liberos esse decernimus: Ita quod ipsi peculia sua libere valeant retinere; & ea libertate gaudere, qua gauderent, si liberi nati essent. Quocirca Fraternitati vestræ mandamus, quatenus hujusmodi *libertos* manutenere, ac in libertate defendere procuretis: contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

Datum Viterbii v. Nonas Julii, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Confirmat concessionem Ecclesiæ S. Georgii a P. Capellano suo, & ejusdem Ecclesiæ Rectore eis factam. (Ex REGESTO VATICANO epist. 147. apud VADINGUM in Regesto Pontif. num. 54.)

CDXXIII. Anno 1258. die 8. Julii, al. 6. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus Philippæ *Abbatissæ, & Sororibus ejus morantibus in Civitate Surrenti* [b] *Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Ex serie vestræ petitionis accepimus, quod dilectus filius Petrus *Filangerius* [c] Capellanus noster Rector Ecclesiæ *Sancti Georgii* de Surrento ad hortum ad Cavam pie considerans, quod Ecclesia vobis esset plurimum opportuna, ipsam vobis duxit perpetuo concedendam; prout in Instrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos igitur vestris devotis precibus inclinati, concessionem hujusmodi ratam habentes, & gratam, ac eam auctoritate Apostolica confirmantes dictam *Ecclesiam* vobis de novo donamus, concedimus, & conferimus de gratia speciali a vobis, & eis, quæ vobis successerint, perpetuis futuris temporibus possidendam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, donationis, concessionis, & collationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Viterbii viiI. Idus Julii [d], Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Ut pecuniam nomine pœnæ in compositione non servata impositam a Monasterio S. Pauli de Valle Pontis solvi procuret, aut compellat; vel ad comparendum citet. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Perusino nostri Conventus S. Francisci.)

ALEXANDER &c.

CDXXIV. Anno 1258. die 11. Julii.

Dilecto filio.. Priori Sancti Antonii Perusin. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Ex parte dilectarum filiarum in Christo.. Abbatissæ, & Conventus Monasterii Sanctæ Mariæ de *Monte Lucido* [e] Perusin. Ordinis Sancti Damiani Nobis est oblata querela, quod Abbas, & Conventus Monasterii Sancti Pauli de *Valle Pontis* [f] Perusinæ Diœcesis compositionem, quæ inter ipsas ex parte una, & eumdem Abbatem suo, & Conventus sui Monasterii nomine ex altera super quodam *Molendino* [g], clausura, pertinentiis, & circumstantiis suis quibusdam mediantibus amicabiliter intervenisse

(a) SERVOS, ET ANCILLAS: Nempe mancipia, & perpetuæ servituti, alteriusque dominio addicta more illorum temporum, & etiam istorum apud aliquas Nationes.

(b) SURRENTI: Regni Neapolitani urbis Archiepiscopalis: cujus Monasterii hæc prima mentio in Annal. Minor., nesciturque, quando, & a quo fundatum fuerit.

(c) PETRUS FILANGERIUS: Nobili familia Neapolitana ortus, ex qua eo tempore floruit etiam *Fr. Henricus* Ord. Prædicat. Archiepiscopus Barensis.

(d) JULII: *Junii* habet codex Vatic.

(e) S. MARIÆ DE MONTE LUCIDO: de quo Monasterio actum est quam sæpe in præcedenti hujus Operis tomo, & non semel in isto.

(f) S. PAULI DE VALLE PONTIS: Cujus mentio extat & in *Bulla* 273. superius allata præcedenti anno.

(g) SUPER QUODAM MOLENDINO: De quo permutationis causa cum Ecclesiæ *S. Mariæ de Presso* egit Pontifex in litteris *Sicut accepimus &c.* anno præcedenti die 9. Januarii eidem Priori S. Antonii datis, cui etiam direxit litteras proxime sequentes. At forsan contractus ille minime effectum sortitus est, nam in privilegio Clementis IV. anno 1266. die 23. Martii Monialium Monasterio dato, & infra referendo inter illius bona recensetur & *Ecclesia S. Mariæ de Presso*; hæc autem Ecclesiæ legitur in *Bulla*, ac privilegio Nicolai IV. *Religiosam vitam &c.* Monasterio S. Laurentii *de Collazone* collato anno 1291. die 23. Julii; quo cum venditio forsan, vel potius commutatio intercessit.

veniſſe dignoſcitur, motu proprio renuentes penitus obſervare, de quadam pecuniæ ſumma, quæ nomine pœnæ in compoſitionem devenit eamdem, & in qua de jure tenentur eiſdem; prout in Inſtrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri; ſatisfacere ipſis denegant in ipſarum, & Monaſterii earum præjudicium, & gravamen; Quare ſuppliciter petebant a Nobis, ut Apoſtolica ſuper hoc eis providere ſollicitudine curaremus. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus memoratos Abbatem, & Conventum, ut & compoſitionem ſervent eamdem; & præfatis Abbatiſſæ, & Conventui de prædicta pecunia nomine pœnæ prædictæ debita ipſis ſatisfaciant, ut tenentur; monere procures, & inducere diligenter; & eos ad id, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellas. Quod ſi forte iidem Abbas, & Conventus ſic etiam induci non poterunt ad præmiſſa; ex parte noſtra peremptorie cites eoſdem, ut infra octo dies poſt citationem tuam Abbas perſonaliter, & Conventus prædicti per Procuratorem idoneum Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent, quare mandatum noſtrum ſuper iis non impleverint, legitime oſtenſuri. Diem vero citationis, & quidquid inde feceris, Nobis per tuas litteras fideliter intimare procures.

Mandat Pontifex, ut ſupra.

Citatio ad comparendum.

Datum Viterbii II. Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Ut Capellanum Pontificium ſervet indemnem; & Monaſterium S. Pauli de Valle Pontis Peruſin. ad compoſitionem cum Monaſterio Montis Lucidi tenendam, pecuniamque nomine pœnæ ſolvendam inducat, atque compellat. (Ex eodem ARCHIVO Peruſino.)

CDXXXV. Anno 1258. die 31. Julii.

ALEXANDER &c.

Eidem.

DILECTUS filius Magiſter *Raynerius* de Viterbio [a] Capellanus noſter ſua Nobis petitione monſtravit, quod

a Capellani Pontificii petitio, atque querela.

A cum ipſe pro Abbate, & Conventu Monaſterii Sancti Pauli *de Valle Pontis* Peruſinæ Diœceſis ad ſupplicem ipſius Abbatis inſtantiam penes dilectas filias in Chriſto Abbatiſſam, & Conventum Monaſterii Sanctæ Mariæ *de Monte Lucido* Peruſin. Ordinis Sancti Damiani, vel Procuratorem ipſarum in quadam fide aſſerat pecuniæ ſummam principalem ſe ſuper ſolutione ipſius eiſdem conſtituiſſe debitorem; ad cujus ſolutionem
B idem Abbas nomine pœnæ præfatis Abbatiſſæ, & Conventui ſe adſtrinxiſſe dicitur; ſi una cum eodem Conventu ſuo compoſitionem, quæ inter jam dictas Abbatiſſam, & Conventum ex parte una, & eumdem Abbatem ſuo, & Conventus, & Monaſterii ſui nomine ex altera ſuper quodam *Molendino*, clauſura, pertinentiis, & circumſtantiis ſuis quibuſdam mediantibus amicabiliter interveniſſe dignoſcitur, non ſervatet;
C prout in Inſtrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri [b]; Præfatus Abbas contra compoſitionem jam dictam temere veniens dictum *Capellanum* ſuper hujuſmodi ſolutione pecuniæ ſervare non curet indemnem motu propriæ voluntatis. Nolentes igitur, quod præfatus *Capellanus* inde gravamen incurrat, unde gratiam promeretur; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta
D mandamus, quatenus memoratos Abbatem, & Conventum, ut & compoſitionem ſervent eamdem; & præfatis Abbatiſſæ, & Conventui de prædicta pecunia nomine prædictæ pœnæ debita ipſi ſatisfaciant, ut tenentur, monere procures, & inducere diligenter; & eoſque ad id, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compellas. Quod ſi forte idem Abbas, & Conventus ſic etiam induci non
E poterunt ad præmiſſa; ex parte noſtra peremptorie cites eoſdem, ut infra octo dies poſt citationem tuam Abbas perſonaliter, & Conventus prædicti per Procuratorem idoneum Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent, quare mandatum noſtrum ſuper iis non impleverint, legitime

In quodam contractu vadem ſe facit pro Conventu S. Pauli.

b Conventus S. Pauli de Valle Pontis Capellanum indemnem ſervare non curat.

Pontifex mandat id, quod ſupra.

Alia citatio ad comparendum indicitur.

(a) RAYNERIUS DE VITERBIO: Qui poſtea factus eſt Rector Patrimonii B. Petri in Tuſcia ex litteris *Ad expurgandum &c.* anno 1261. die 12. Januarii ad eum datis, & *Dum ad ſtudium &c.* anno 1260. die 30. Martii populo Tuſcanenſi ſcriptis.

(b) DICITUR CONTINERI: De qua re dedit Priori S. Antonii præcedentes litteras hoc ipſo die, & de qua jam ſuperiori anno agebatur ex litteris *Sicut accepimus &c.* præfato Priori die 9. Januarii datis, jamque a quibuſdam malevolis impediebatur tractatus.

& factorum casus enquiratur.

gitime ostensuri. Diem vero citationis, & quidquid super iis feceris, Nobis tuis litteris fideliter intimare procures.

Datum, *ut supra*.

Confirmat omnia Ordinis privilegia, quae & recenset; & irritum decernit, quidquid contra illa a quocumque fuerit attentatum. (Ex Autographo sub plumbo apud Waddingum in Regest. Pontif. n. 55. in Archivo nostri Conventus S. Francisci Constantiae in Suevia, & in illo Conventus Salmanticen. teste Waddingo ad hunc ann. n. 28.)

CDXXXVI. Anno 1258. die 2. Augusti.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. Generali, & Provincialibus Ministris, ac universis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostol. Benedictionem.

§. 1. Exordium a Constitutionis causa.

VIrtute conspicuos sacri vestri Ordinis professores, qui contemplationi coelestium ferventer invigilant, & piae vitae studio sine intermissione desudant, decet per Apostolicae circumspectionis auxilium sic provide dirigi, & solicite confoveri; ut alicujus praetextu calumniae nullum internae pacis excidium, nullumque Religiosi status praeferant detrimentum; sed in iis robur, & vigorem habeant, per quae cultum Divini nominis devotis, & quietis mentibus invalescant. Hinc est, quod cum, sicut Nobis exponere curavistis, tu fili Generalis Minister, & Praedecessores tui juxta ejusdem Ordinis consuetudinem observatam hactenus, & a Sede Apostolica toleratam statim, post quam electi secundum praedicti Regulam & Constitutiones Ordinis extitistis, Fratrum ipsius curam gesseritis, ministerii officium plene, ac libere in omnibus exercentes, iidem Fratres vobis devote, & humiliter obedierint, ac intenderint reverenter; & in eadem *Regula* sit expressum, ut Generalis Minister, qui pro tempore fuerit, a ministerii officio amoveri valeat a Provincialibus Ministris, & Custodibus in Generali Capitulo congregatis: Nos volentes ambiguitatis scrupulum in hac parte de vestris cordibus amputare, ac Ordinem ipsum a Sede approbatum eadem,

§. 2. Fratrum expositionis tenor.

De Ministri Generalis, & Definitorum potestate.

Cap. 8.

Ordinis Minorum encomium.

A honestate floridum, praeclarum scientia, & virtute faecundum privilegio Apostolicae gratiae attollere singulari, vestris supplicationibus inclinati devotionis vestrae, ut Successores tui, fili Generalis Minister, qui erunt pro tempore, statim post quam electi secundum *Regulam*, & *Constitutiones* fuerint supradictas, eo ipso veri ejusdem Ordinis Generales Ministri effecti, curam animarum Fratrum ipsius Ordinis plene habeant, & libere gerant;

Ministri Generales statim ac electi omnimodam in Fratres suos habeant authoritatem.

B ipsosque Fratres auctoritate propria ligare, ac solvere; nec non in eodem Ordine agere valeant, quae ipsi Ministri, & Definitores ad hoc electi juxta praedictas *Constitutiones* eisdem Ordini, & Fratribus secundum Deum viderint expedire; aliasque possint officium Ministri licite in omnibus exercere; iidemque Fratres tibi, Generalis Minister, & successoribus ipsis humiliter, ac devote obediant, & intendant; & praefati successo-

C res, & tu Generalis Minister a Provincialibus Ministris, & Custodibus secundum *Regulam*, & *Constitutiones* ipsius Ordinis absolvi, & amoveri possitis, auctoritate Apostolica indulgemus; ratum, & firmum habentes quidquid super praemissis per te, Generalis Minister, dictosque Praedecessores Fratres, & Definitores factum, & observatum est hactenus; concessa tibi exequendi officium ministe-

Idem a Ministris Provincialibus, & Custodibus amoveri possint.

D rii quo ad praemissa omnia, & alia libera facultate [a]. Et quia ejusdem Ordinis Fratres de locis ad loca ipsius Ordinis saepius transmittuntur, propter quod stabilem, & perpetuam in certis, & determinatis ejusdem Ordinis domibus non faciunt mansionem; quia etiam bonos, & idoneos, ac approbatos a vobis Fratres facitis ad Ordines promoveri; liceat vobis ordinandos Fratres ejusdem Ordinis quibuscumque malueritis Catholicis

a

§. 3. Possunt Ministri suos Fratres ordinandos quibuscumque Catholicis Pontificibus praesentare; & ab illis sine examine, & obligatione iidem promoveri.

E Pontificibus communionem, & gratiam Apostolicae Sedis habentibus praesentare; ipsisque Pontificibus praesentatos a vobis Fratres sine qualibet examinatione per eosdem Pontifices facienda, & absque omni promissione, vel obligatione ipsorum ordinandorum Fratrum ad Ordines promovere [b]. In locis quoque, in quibus degitis, liceat vobis habere *Oratoria*,

b

§. 4.

(a) Facultate: Ex huius Pontificis Constitutione *Inter alia quibus &c.* anno 1255. die 4. Octobr. edita.

(b) Promovere: Ex ejusdem Constitutione *Conventui, ut Sacer &c.* eodem anno die 16. Octobr. edita.

Liceat Fratribus in eorum domibus privata habere Oratoria, & in Altari Viatico sacrum facere.

toria, in quibus cum *Altari portatili* possitis Missarum solemnia, & alia Divina Officia celebrare, omni parochiali jure Parochialibus Ecclesiis reservato; & ne de hoc jure possit quæstio suboriri; illud circa oblationes, decimas & primitias intelligimus, quæ a laicis solent Clericis exhiberi; quibus ratione hujusmodi indulti nolumus Parochiales Ecclesias defraudari [a]. Cum autem generale *Interdictum* terræ fuerit, in Ecclesiis, & Oratoriis vestris, ac aliis quibuscumque, cum ad loca Ecclesiastica supposita *Interdicto* vos venire contigerit, clausis januis, interdictis, & excommunicatis exclusis, non pulsatis Campanis, & submissa voce liceat vobis celebrare Divina; dummodo causam non dederitis *Interdicto*; nec contingat id vobis specialiter interdici; neque Ecclesiæ, & Oratoria quæ fuerint specialiter interdicta. Iis vero, qui vestris immorantur obsequiis, cuncta libere ministrare possitis Ecclesiastica Sacramenta; & ipsos, cum decedunt, in vestris cœmeteriis sepelire [b]. Si quando autem in terris, in quibus residetis, vel earum Personas *excommunicationis*, seu *interdicti* sententias contigerit promulgari; pueri vestris serviciis deputati, negociorum quoque vestrorum Procuratores, & Operarii, qui in vestris locis eorum operibus personaliter continue institerint, hujusmodi sententiis obnoxii minime habeantur; ibique possint audire Divina juxta formam, quæ locis ipsis in eo casu a Sede Apostolica est concessa; nisi eisdem causam dederint; vel excommunicari specialiter; seu interdici contingat eosdem [c]. Et quia vos extremam patientes pro Christi nomine paupertatem exhortationis piæ studio bonos ad potiora dirigitis, & errantes in rectitudinis semitam laudabiliter revocatis; concedimus, ut in *excommunicatis* terris libere commorari, & ab eis tunc, ac etiam quando per ipsos vos transire contigerit, necessaria vitæ deposcere, ac recipere valeatis [d]. Generalis quoque, ac singuli Provinciales Ministri, ac etiam Custodes in Provinciis, & Custodiis sibi commissis Fratribus constitutis ibidem absolutione, & dispensatione indigentibus, sive prius, quam intraverint Ordinem, sive post in casibus excesserint, in quibus *excommunicationis* sententiam, & notam *irregularitatis* incurrunt, impertiri valeant absolutionis beneficium, & dispensare cum eis juxta formam Archiepiscopis, & Episcopis super hoc ab Apostolica sede traditam; nisi adeo gravis fuerit, & enormis excessus, quod sint ad eamdem Sedem merito destinandi [e]. Fratres etiam vestri, quos pro tempore vos Generalis, & Provinciales Ministri, habentes in proprios *Confessores* absolutionis, & dispensationis beneficium vobis, cum expedierit, valeant impertiri juxta formam concessionis super absolutione, & dispensatione Fratrum ejusdem Ordinis superius vobis factæ [f]. Ad hæc volentibus vestro aggregari Collegio, qui *suspensionis*, aut *interdicti*, vel *excommunicationis* sententiis sunt ligati, absolutionis beneficium juxta formam Ecclesiæ impertiri, ipsosque in Fratres recipere, ac eos, qui post assumptum habitum, & professionem emissam recolentes se talibus in sæculo fuisse sententiis innodatos secundum formam ipsam vos Generalis, & Provinciales Ministri, & præfati Custodes absolvere valeatis: Ita tamen, quod si aliqui ex eisdem hujusmodi sententiis propter debitum sunt astricti, satisfaciant, ut teneotur [g]. Porro quieti vestræ providere volentes, quod per litteras Apostolicæ Sedis, aut Legatorum, seu Delegatorum ipsius conveniri a quoquam minime valeatis [h]: & quod ad pecuniam colligendam cogi non possitis inviti per litteras ipsius Sedis de cætero impetrandas [i]: quodque nullus vestrum correctionis, seu visitationis, vel inqui-

Margin notes:

a §. 5. & ibi celebrare tempore generalis *Interdicti*, conditionibus &c.

Servientibus, famulisque Eccles. ministrare Sacramenta; ac sepultura apud se donare.

b §. 6. Famuli & familiares Fratrum non sunt obnoxii *excommunicationi*, & *interdicto* generali.

c §. 7. Fratres commorari valeant in terris excommunicatorum, & ab illis necessaria vitæ petere, ac recipere.

d §. 8. Ordinis Prælati Fratres sibi subditos absolvere possint ab excommunicatione, & irregularitate, nisi &c.

e §. 9. Generalis, & Provinciales Ministri absolvi, ac dispensari queant a Fratribus suis.

f §. 10. Facultas absolvendi a censuris Eccles. Ordinem ingredientes datur Prælatis Ordinis.

g §. 11. Exemptiones a litteris Apostolicis, ac Legatorum ipsius.

h §. 12. a colligenda pecunia coacte.

i §. 13.

(a) DEFRAUDARI: Ex ejusdem Constitutione *Nos attendentes &c.* anno 1256. die 21. Maii emissa, ut & Honorii III. Gregorii IX. & Innocentii IV.

(b) SEPELIRE: Ex Bullis *Devotionis vestræ*, *Precibus vestris*, & *Eis, qui sanandis &c.* Honorii III., Gregorii IX. & Innocentii IV.

(c) EOSDEM: Ex Constitut. *Ut in vestris domibus &c.* Innocentii IV., & hujus Pontificis.

(d) VALEATIS: Ex Constitutione *Vobis extremam &c.* Gregorii IX., & Innocentii IV., ac Alexandri IV.

(e) DESTINANDI: Ex Gregorii IX. Innocentii IV. & hujus Pontificis Constitut. *Licet ad hoc Fratrum &c.* præter illas *In Jure Canonico &c.*, & *A nobis humiliter &c.*

(f) VOBIS FACTÆ: Ex hujus Pontificis Bulla *Ordinis vestri generosa &c.* anno 1256. die 28. Julii data.

(g) UT TENENTUR: Ex Bulla *Cælestis amor patriæ &c.* Innocentii IV.

(h) VALEATIS: Ex Constitut. Gregorii IX., & Innocentii IV. *Cum jam per ejus gratiam &c.*

(i) IMPETRANDAS: Ex Innocentii IV. Constitutione *Vestra semper in amore &c.*

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1258.

& pluribus aliis oneribus locorum, & personarum,

inquisitionis officium Monasteriis, vel Ecclesiis, seu quibuscumque personis impendere; vel ad cognitiones causarum, citationes Partium, & denunciationes sententiarum, & excommunicationum procedere; aut recipere curam Monialium; seu Religiosarum quarumlibet teneatur per appellationis literas impetratas, & impetrandas in posterum; nisi hujusmodi Apostolicæ litteræ de hoc indulto, & Ordine vestro expressam fecerint mentionem, auctoritate vobis Apostolica indulgemus [a].

a §. 14.

a visitationibus, & confessionibus Monialium &c.

Concedimus etiam, ut ad visitandum aliqua Monasteria Monialium cujuscumque Ordinis, vel audiendum Confessiones earum; exemptis, & professis Ordinem Sancti Damiani dumtaxat exceptis; compelli aliquatenus non possitis [b]:

b §. 15.

a causarum commissionibus,

aut ad recipiendum commissiones causarum, seu sententiarum executiones, vel alia contingentia causas ipsas per litteras præfatæ Sedis, in quibus facta non fuerit de Indulgentia hujusmodi mentio specialis; sive per Legatos, seu Delegatos ipsius, vel etiam per quoscumque [c].

c §. 16.

a deferendis Prælatorum Eccles. litteris, exequendisque sententiis contra Principes &c.

Nullus insuper Archiepiscopus, vel Episcopus, nullusque alius Prælatus Ecclesiasticus, nec eorum Vicarii, vel Officiales ad portandum, seu deferendum literas, vel exequendum, aut denunciandum sententias contra Principes sæculares, Communitates, Populos, seu quoscumque Benefactores vestros [d]:

d §. 17.

a Judicum commissionibus, causisque earum ipsis.

nullusque Delegatus, vel Ordinarius Judex ad faciendum citationes, vel commissiones recipiendas, seu alia ad lites, vel controversias contingentia in causis, quæ coram ipsis tractantur, quemquam vestrum compellere valeant sine prædicto Sedis mandato, vel licentia speciali expressam faciente de hac indulgentia mentionem: Nec quisquam vestrum parere, vel intendere teneatur super iis monitionibus, mandatis, aut jussionibus eorumdem, aut facere vel implere, quod in hac parte duxerint injungendum [e].

e §. 18.

Cæterum Generalis, & A Provinciales Ministri, ac ipsorum Vicarii illos ex Fratribus, de quibus auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ejus Archiepiscopis, & Episcopis, ac aliis quibuscumque provisum extitit, vel in posterum contigerit provideri, corrigere; ac etiam non obstante contradictione aliqua possint ad suum Ordinem revocare; nec per litteras ejusdem Sedis, seu Legatorum ipsius jam obtentas, vel de cætero obtinendas aliquos de B Fratribus ipsius Ordinis præfatis Archiepiscopis, & Episcopis, ac aliis teneantur in socios deputare, nisi cui dictæ litteræ Apostolicæ obtinendæ de Indulto hujusmodi, & Ordine ipso expressam fecerint mentionem; & alias id honestati Ordinis, & illorum saluti viderint expedire [f].

Ministris Generali, & Provincialibus potestas traditur in Fratres obsequiis Prælatorum Eccles. destinatos.

f §. 19

Nemo Prælatorum Eccles. assumat sibi Fratrem Ordinis sine licentia Generalis, vel Provincialis Ministri.

Nullus autem Legatus, nisi de latere nostro missus auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ specialem de hoc Indulto, & Ordine vestro non facientem C mentionem; Nullus Prælatus, nec aliqua Persona Religiosa, vel sæcularis de Fratribus ejusdem Ordinis ad sua, seu Ecclesiæ negocia procuranda, vel secum aliquos assumere valeat, nisi quos Generalis, vel Provincialis Minister ipsorum tamquam idoneos, & discretos sibi duxerit assignandos, quos etiam subjacere volumus Ordinis disciplinæ [g].

g §. 20.

Potestas eorumdem Ministrorum in Fratres Crucis prædicatores, & contra hæreticam pravitatem Inquisitores.

Illos vero ipsius Ordinis Fratres, qui ad prædi- D candum Crucem, vel inquirendum contra pravitatem hæreticorum, seu ad alia hujusmodi negotia sunt, vel fuerint ubicumque a Sede Apostolica deputati, tu fili Generalis Minister, tuique Successores removere, seu revocare penitus, ipsisque, quod supersedeant, injungere, aliosque substituere, cum expedire videritis, libere, ac licite valeatis; & in eos, si contravenerint, censuram Ecclesiasticam exercere; ac quilibet Minister Pro- E vincialis ejusdem Ordinis, quibus ab eadem Sede similia contigerit in illa committi, facere possit; non obstantibus aliquibus litteris, vel Indulgentiis Apostolicis

Cum derogatione litter. Apostol.

(a) INDULGEMUS: Ex ejusdem Innocentii Constitut. *Inspirationis Divinæ &c.*

(b) NON POSSITIS: Ex hujus Pontificis Constitut. *Quanto studiosius &c.* anno 1255. die 13. Maii vulgata.

(c) PER QUOSCUNQUE: Ex Gregorii IX. & Innocentii IV. Constitut. *Quieti vestræ providere &c.* & *Qui vos sub sacra vanitate &c.*

(d) BENEFACTORES VESTROS: Ex hujus Pontificis Constitut. *Convenit, ut Sacr. &c.* anno 1255. die 16. Octobr. edita.

(e) INJUNGENDUM: Ex Gregorii IX. Constitut. *Cum non deceat &c.* ab Alexandro innovata.

(f) EXPEDIRE: Secundum Innocentii IV. Constitutionem *Cum sicut te accepimus &c.* & Alexandri IV. *Sacra Religionis vestra &c.*

(g) DISCIPLINÆ: Ex Constitutionibus Innocentii IV. ab hoc Alexandro repetitis *Vobis per Apostolicæ Sedis &c.*, & *Petitionibus vestris &c.*

licis impetratis, vel etiam in posterum impetrandis, quæ de hoc non fecerint mentionem [a]. Inhibemus quoque, ne quis post professionem inOrdine vestro factam sine Generalis, vel sui Provincialis licentia discedat; ab ipso vero discedentem absque cautione literarum ipsorum prætextu alicujus Privilegii Apostolicæ Sedis, nullus audeat retinere: Quod si forte retinere præsumpserit, vobis, Generalis, & Provinciales Ministri, dumtaxat licitum sit in ipsis discedentes Fratres *excommunicationis* sententiam promulgare [b]. Si vero aliqui de Fratribus vestri Ordinis post obtentam licentiam a Sede prædicta ad Religionem aliam transeundi, infra duos, vel tres menses, se ad Religionem suæ saluti congruam non contulerint; & ipsius non susceperint habitum Regularem; licitum sit vobis, Generalis, & Provinciales Ministri, contra ipsos procedere, secundum quod honestati ipsius Ordinis videritis expedire [c]. Apostatas quoque vestri Ordinis excommunicare, capere, ligare, & incarcerare, & alias subdere disciplinæ rigori possitis per vos, ac etiam alios in quocumque habitu eos contigerit inveniri; invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii sæcularis [d]. Inhibemus etiam, ne Fratres, quos ab Ordine pro suis culpis per Generalem, seu Provinciales Ministros, aut Custodes compelli contigerit, vel qui egressi fuerint proprio suo motu, prædicare, confessiones audire, seu docere præsumant; nisi ad alium transierint Ordinem de vestra, vel dictorum Ministrorum licentia speciali. Quod si forte contra hujusmodi inhibitionem nostram aliquid fuerit temere attentatum; liceat ipsis Ministris, & Custodibus in ipsos Fratres *excommunicationis* sententiam promulgare [e]. Ejectis autem de Ordine vestro, vel

a
§ 21.
Nemo Fratrum post emissam professionem abOrdine discedat sine licentia Ministrorum.

b
§.22.
Ministrorum facultas in retinentes, & in non transeuntes ad aliam Religionem,

c
§.23.
& in Ordinis apostatas.

d
§.24.
De expulsis, seu egressis ab Ordine inhibitio.

e
§.25.
De iisdem sanctio.

A egressis, qui receptione in eodem Ordine suis exigentibus culpis reddiderint se indignos; transeundi ad alios Ordines approbatos præterquam ad B. Augustini, Templariorum, Hospitalariorum, & aliorum Religiosorum arma portantium ad vitandam occasionem evagandi, Generalis, & Provinciales Ministri cum suis testimonialibus litteris, auctoritate nostra, licentiam liberam dare possint. Nos enim districtius inhibemus B etiam, ne tales ad alium Ordinem aliter transire, vel aliqui eos recipere, seu retinere præsumant absque licentia speciali Sedis Apostolicæ faciente de hoc plenariam mentionem [f]. Inhibemus etiam, ut nulli, sive sit in Religionis Ordine, sive extra Ordinem constitutus habitum vestrum, aut ita consimilem, quod propter eum *Frater Minor* credi possit, deferre liceat absque mandato Sedis Apostolicæ speciali. Et ut dicta C inhibitio majorem consequatur effectum, statuimus, ut ii, qui habitum vestrum, vel sibi prædicto modo consimilem deferre præsumpserint, ad deponendum ipsum per Diœcesanos Locorum, cum a vobis requisiti fuerint, monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compellantur [g]. Cæterum cum humilitas vestra sibi de latitudine Orbis Terræ nihil præter domos, & hortos cum virgultis præmio- D rum obtentu cælestium duxerit reservandum; Nos pie volentes, quod eorum fructus integre vestræ paupertatis usibus applicentur; ut de hortis, & de virgultis vestris nullus a vobis *Decimas* exigere, vel extorquere præsumat, districtius inhibemus [h]. Sepulturam quoque Ecclesiarum vestrarum liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntari, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati, vel inter-

f
§.26.
Nemini extraneo liceat Ordinis habitum deferre sine ac-

g
§ 27.

De hortis, atque virgultis nihil Fratres solvere teneantur.

h
§ 28.
Liberam in Ecclesiis nostris quisque habeant sepulturam.

(a) MENTIONEM: Ex ejusdem Innocentii Constitutione *Odore suavi Ordinis &c.*

(b) PROMULGARE: Juxta constitutionem *Fratrum Minorum continens &c.* Honorii, Gregorii, Innocentii, & Alexandri; aliamque *Cum paupertatem &c.* unius Innocentii IV.

(c) EXPEDIRE: Ex hujus Pontificis *Bulla* incip. *In gravem cordi nostro &c.* data anno 1258. 29. Junii, vel etiam *Innocentii* IV. dat. anno 1250. die 15. Junii Ordini Prædicat., estque 164. illius, & 219. hujus Pontificis in to. 1. *Bullarii* illius Ordinis; quæque apud nostros desideretur. Sed citatur a veteri scriptore Barthol. Pisano Conform. 12. par. 2. in expositione cap. 2. *Regulæ* Fratrum Minorum; aitque incipere: *In gravem Ordini vestro &c.* uti hujus Alexandri nunc a nobis superius vulgata.

(d) SECULARIS: Ex Innocentii IV. Constitutione *Provisionis nostræ &c.*, & hujus Alexandri alia *Devotionis vestræ precibus &c.* anno 1255. die 25. Julii emissa.

(e) PROMULGARE: Juxta Innocentii IV. & hujus Alexandri diploma *Justis petentium desideriis &c.*

(f) MENTIONEM: Secundum ejusdem Innocentii Constitut. *Paci, & tranquillitati &c.*

(g) COMPELLANTUR: Ex Gregorii IX. & Innocentii IV. Constitut. *Quia confusio habitus &c.*

(h) INHIBEMUS: Ex Innocentii IV. decret. epistole *Qui Deum toto mente &c.* an. 1250. 22. Febr. data.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

interdicti, aut etiam publici usurarii fuerint, nullus obsistat; salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumentur: Districtius inhibentes, ut nulli Religiosi, vel Sæculares vobis invitis aliquorum corpora defunctorum in vestris Cæmeteriis sepelire, aut in Ecclesiis vestris Missarum solemnia, vel pro animabus ipsorum, qui ad loca vestra tumulandi feruntur, ibidem exequias celebrare sine vestro assensu, & voluntate præsumant [a].

cum assensu tamen Fratrum.

a §. 29. Eximuntur Fratres a Prælatorum Eccles. secul. jurisdictione

Universis autem Prælatis Ecclesiarum, & aliis inhibemus, ne *Confessiones* vestras vobis invitis audire; vel compellere vos ad *Synodos*, seu convocationes suas accedere; aut suis *Constitutionibus* subjacere; vel *Capitula*, Scrutinia, & Inquisitiones in locis vestris; vel alibi de vobis facere; aut fidelitatem *juramento* firmatam; & manualem *obedientiam* a Ministris, Custodibus, & Guardianis vestris exigere; seu prohibere, ne ad *Civitates*, vel *Villas*, ubi religiose, ac honeste commorari possitis; a populis devote vocati audeatis accedere; ibique pro vestris usibus construere ædificia, Ecclesias, seu Oratoria; aut de iis, quæ vobis a Fidelibus tam in ornamentis Altaris, quam in luminaribus, Ecclesiarum fabricis, libris, & aliis vestris necessitatibus absolute conferuntur; vel in ultima voluntate leguntur; *portionem* aliquam a vobis exigere, vel extorquere; aut in accedentes Fratres, seu construentes hujusmodi, vel receptatores ipsorum *excommunicationis* sententias ferre præsumant [b].

a Canonica portione, & cæ...sum Eccl.

b §. 30. Mobilia ad Fratrum usum p... sint ab ipsis ad alia loca transferri, vendi &c.

Ad hæc liceat Fratribus vestri Ordinis, cum de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt, tam ædificia, seu omnem ædificiorum materiam locorum, quæ dimittunt, dedicatis Ecclesiis dumtaxat exceptis, quam Libros, Calices, & paramenta secum ad alia loca transferre; ac ædificia ipsa cum solo, & aliis ad eadem loca pertinentibus, præter Ecclesias, per Procuratores a Ministris ejusdem Ordinis

A ad hoc deputatos, vendere, ipsorumque pretium in aliorum locorum, ad quæ dicti Fratres se transferunt, ædificationem, seu alias in eorum utilitatem convertere, secundum, quod eis videbitur expedire. Et ne aliqui Archiepiscopi, vel Episcopi, aut alii Prælati, seu quævis alia persona Ecclesiastica, vel sæcularis prædicta loca, seu bona occupare, recipere, vel usurpare, aut quoquo modo sibi vendicare

B præsumant absque dictæ Sedis licentia speciali, districtius inhibemus [c].

c §. 31. ad præstationem procurationum Legatorum S. A., collectarum &c. non teneantur nisi &c.

Indulgentes vobis, ut ad præstationem procurationum Legatorum prædictæ Sedis, vel Nunciorum ipsius, seu Diœcesanorum Locorum, aut exactionum; vel collectarum, seu subsidiorum quorumcumque minime teneamini; nec ad ea solvenda per litteras dictæ Sedis, aut Legatorum, vel Nunciorum ejusdem, seu Rectorum Terrarum Ecclesiæ Ro-

C manæ impetratas, sive in posterum impetrandas, cujuscumque tenoris fuerint, in perpetuum compelli possitis; nisi dictæ Sedis litteræ impetrandæ plenam, & expressam de Indulto hujusmodi, & dicto Ordine fecerint mentionem [d].

d §. 32. Exemptio ab Innocentiana Constitutione.

Cæterum cum fel. record. INNOCENTIUS PAPA prædecessor noster olim duxerit statuendum, ut exempti quantumcumque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, seu contractus, aut rei,

D de qua contra ipsos agitur, rite possint coram Locorum Ordinariis conveniri; & illi quoad hoc suam in ipsos jurisdictionem, prout jus exigit, exercere: Nos vobis, ut occasione Constitutionis hujusmodi nullum libertatibus, & immunitatibus vestris, & vestro Ordini per privilegia, & Indulgentias ab Apostolica Sede concessis præjudicium generetur, auctoritate præsentium indulgemus [e].

e §. 33. Clausula irritum declarans attentatum contra hanc Constitutionem.

Decernimus ergo irritum, &

E inane, quidquid contra tenorem concessionum, constitutionum, & inhibitionum hujusmodi per quoscumque fuerit attentatum; ac *interdicti*, *suspensionis*, & *excommunicationis* sententias,

si quas

(a) PRÆSUMANT: Ex ejusdem Innocentii, & Alexandri decreto *Cum a nobis petitur &c.*

(b) FERRE PRÆSUMANT: Juxta Gregorii IX. ac Innocentii, & Alexandri IV. decr. epistulam *Nimis iniqua &c.*, & *Inducitur pie &c.*, ac *De pia & sancta &c.*

(c) INHIBEMUS: Ex Alexandri hujus Constitutione *Ex parte vestra &c.* anno 1255. die 21. Octob. edita.

(d) MENTIONEM. Quod statuit hic Pontifex hoc anno 1258. die 28. Martii Constitutione *Paupertati, quam propter Deum &c.*

(e) INDULGEMUS: Ex ipsius Innocentii IV. ep. st. *Cum olim duxerimus &c.* ab hoc Pontifice confirmata litteris *Cum felicis recordat.* hoc anno die 15. Octobr. datis.

si quas contra concessiones, constitutiones, & inhibitiones easdem in vos, vel vestrum aliquos, aut loca vestra, seu Benefactores vestros in posterum promulgari contigerit, penitus non tenere. *Clausula prohib. &c.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, constitutionis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

a Datum Viterbii IV. Nonas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Quarto [a].

Monasterium sub Sedis Apostol. protectione suscipit, & pluribus privilegiis communit. (Ex Reges. Vatic. epist. 206. apud Waddingum in Regest. Pontif. num. 56.)

CDXXXVII. Anno 1258. die 31. Julii, al. 12. Augusti.

ALEXANDER &c.

b *Dilectis in Christo filiabus* [b] .. *Abbatissæ Monasterii Sancti Eustachii* de

c d Clavaro [c], *ejusque Sororibus* [d] *præsentibus, & futuris regularem vitam professis in perpetuum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

e RELIGIOSAM vitam eligentibus &c. [e] (*usque*) enervet. Eapropter, dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & *Monialium postulationibus annuit Pontifex.*

f Monasterium *Sancti Eustachii* [f] *de Clavaro* Januen. Diœcesis, in quo Divino cultis obsequio mancipatæ, de speciali gratia Sedis Apostolicæ ab omni jurisdictione, potestate, ac dominio tam Archiepiscopi Januen., qui pro tempore fuerit, quam cujuslibet alterius Prælati, seu Ecclesiasticæ personæ totaliter *Monasterium sub Apostol. Sedis protectione suscipitur.*

A ex certa scientia eximentes, illud in jus, & proprietatem Beati Petri, & prætactæ Sedis assumimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti *Regulam*, atque *Institutionem* Monialium inclusarum Sancti Damiani Assisinat., & *formulam* vitæ vestræ a fel. recor. Gregorio Papa prædecessore nostro Ordini vestro traditam, cum adhuc esset in minori officio constitutus, *Ordo & Regula observanda præscribitur.*

B in Monasterio vestro institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Fidelium &c. (*usque*) illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum, in quo

C prætactum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis; unam petiam terræ sitam juxta Burgum *Clavari* [g]: Domos, quas habetis in Villa, quæ vocatur *Levi*: terras, quas habetis in territorio Villæ ipsius: Domos, & terras, quas habetis in territorio Plebis de *Lavaniæ* [h]: terras, quas habetis in territorio Clavari in locis, quæ ad Valles, & *Rivaria* nuncupantur: terras, quas *Bona stabilia Monasterii recensentur, & confirmantur.* g h

D habetis in Villa, quæ vocatur de *Calasco*, in loco, qui dicitur *Denegacum*: terras sitas in territorio Villæ de *Sancta Julia*: petiam unam terræ sitam in territorio Sancti Salvatoris in loco, qui vocatur *ad Costam*: terras sitas in territorio Villæ Sancti Petri de Clavaro: terras

(a) Simile, vel idem diploma contulit Alexander Ordini Prædicatorum anno 1261. die 28. Martii, mutatis nonnullis pro ratione Religionis, ut in *Bullario* illius Ordinis tom. 1. Bul. 297. Alexandri IV., Ordini vero Minorum innovavit, ampliavitque Clemens IV. anno 1265. die 21. Julii eodem exemplo, & postea Bonifacius VIII. & alii. Hoc diploma sæpe citat antiquus scriptor Barthol. Pisanus in Conform. IX. caput 2. & 6. Regulæ Fratrum Minorum exponens, vocatque *Mare magnum*, quod ab hoc Alexandro primum emissum est.

(b) Filiabus ...: *Cæcilia Sanvitalis* Guillelmi Flisci Card. S. Eustachii consobrino a Monasterio Parmensi evocatæ, teste Pansa in Vita Innocentii PP. IV.

(c) De Clavaro: Oppido in orientali ora ditionis Genuæ prope Ostium fluminis Entellæ vulgo *Lavagna* sito, olim *Burgo longo* appellato, ab urbe Genuæ mill. 23. & a Rapallo 5. dissito, quo in loco ferunt ortum habuisse Innocentium IV., quod esset juris familiæ *Flisca* una cum Oppido Lavaniæ.

(d) Ejusque Sororibus: Ordinis S. Damiani Assisaten., ut infra.

(e) Eligentibus &c.: V. hujus Pontificis *Bullam* anno 1255. die 30. Aprilis pro Monasterio S. Catharinæ Genuen. editam.

(f) Monasterium S. Eustachii: Fundatum a Gulielmo Flisco ex Comitibus *Lavaniæ* Innocentii IV. nepote S. R. E. Cardinali Diacono *S. Eustachii* a patruo anno 1244. creato, annoque 1256. Romæ post multas pro Apostolica Sede legationes obitas defuncto; idque egit circa annum 1254. ex Paulo Pansa in Vita Innocentii IV. apud Waddingum ad eum annum n. 49., qui tamen errant, cum ajunt, Monasterium fundasse *Lavaniæ*, nisi intellexerint ad oppidum Lavaniæ proximum, ut est Clavarum vulgo *Chiavari*.

(g) Juxta Burgum Clavari: Hoc vere a Baudrando dictum fuit, olim hunc locum *Burgi longi* nomen tulisse, nunc autem Oppidum est satis cultum etiam *Clavarum* appellatum.

(h) Plebis de Lavaniæ: Al. *Lebonia* Oppidum orientalis oræ Liguſticæ ad Ostium fluminis Entellæ nunc *Lavagna* inter Clavarum, & Segestam Tigulliorum vulgo *Sestri di levante* hinc atque hinc 4. mill., ab urbe Genuæ 30. fere mill. pas. distans.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

terras sitas in territoriis Villarum, quæ A *Reverc̃on.*, *Maxena*, & *Breranata* vulgariter nominantur: terras, quas habetis in territorio de *Sigestro* [a] cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usufagiis, & pascuis in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, viis, & semitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Liceat quoque vobis personas liberas &c. (*usque*) exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates a Ven. Fratre nostro Januen. Archiepiscopo [b] Monasterio prætacto concessas [c]; nec non libertates, & exemptiones Sæcularium exactionum, a quibuslibet Christifidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum &c. [d] (*usque*) Sedis Apostolicæ auctoritate. Ad indicium autem, quod idem Monasterium specialiter Beati Petri juris existit, *unam libram ceræ* Nobis, nostrisque Successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur &c. (*usque*) ultionis. Cunctis autem &c. (*usque*) inveniant. Amen, Amen.

Exemplorum Archiepiscopi Genuen. confirmat.

Census annuus Romanæ Ecclesiæ persolvendus.

Datum Viterbii per manum Magistri Jordani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Notarii, & Vice-Cancellarii II. Idus Augusti [e], Indictione I. Incarnationis Dominicæ Anno MCCLVIII. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ Quarti Anno Quarto [f].

Indulgentias elargitur visitantibus omni anno sacras eorum Ædes in diebus festis SS. Apostolorum Philippi, & Jacobi, ac B. Claræ, per eorumque octavos. (Ex Historia Civitatis novæ a Canonico Marangonio elaborata.)

ALEXANDER &c.

CDXXXVIII. Anno 1258. die 25. Augusti.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi Civitatis novæ [g] *Firmanæ Diœcesis Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apostolicam Benedict.*

Exordium.

CUM ad promerenda sempiterna gaudia &c. [h] Cupientes igitur, ut B Monasterium vestrum in Festivitatibus Apostolorum *Philippi*, & *Jacobi*, ac *Beatæ Claræ*, quæ in ipso Monasterio sunt præcipuæ, ac solemnes, congruis honoribus frequentetur; omnibus vere pœnitentibus, & confessis, Monasterium ipsum annis singulis in eisdem Festivitatibus, & usque ad octo dies sequentes devote, ac venerabiliter visitaverint, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli C Apostolorum ejus auctoritate confisi *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Frequentandæ Ecclesiæ causa

datur Indulgentia annua.

Datum Viterbii VIII. Kal. Septembr. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Ut statutum contra Cleri concubinatum a S. A. Legato editum revocans, censuras Eccles. in eum latas commutare, vel relaxare valeat. (Ex Archivo Vaticano in Regest. Pontif. epist. 218. an. 4.)

D

ALEXANDER &c.

CDXXXIX. Anno 1258. die 26. Augusti.

Venerabili Fratri [i] *... Archiepiscopo* Upsalen. [k] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Sabinen. Episcopi Legati statutum contra concubinarios Clericos

TUA Nobis Fraternitas intimavit, quod bonæ memoriæ Willelmus Episcopus *Sabinen.* [l] tunc in partibus *Sve-*

(a) De Sigestro: Al. *Segesta* vulgo *Sestri di Levante* in ora orientali Liguriæ a Lavaniæ oppido 4. circiter mill. pas. in Ortum distante.

(b) Januen. Archiepiscopo: *Gualtero de Vezzano*, qui ab anno 1253. usque ad ann. circiter 1271. sedit ex Ughello tom. 4. Ital. Sacræ n. 6. al. XXXI. Genuen. Archiepisc.

(c) Concessas: Tempus hujus concessionis nobis nondum innotuit certe post annum 1252.

(d) Omnino hominum &c.: Ut in supracitata *Bulla* anni 1255.

(e) II. Idus Augusti: II. *Kal. Augusti* habet codex Vaticanus, ut notavit librarius illius loci.

(f) Hujus Monasterii meminit Fr. Salimbene Parmensis Ord. Min. in Chron. Ms. quod usque ad annum 1287. deduxit, p. 233., ubi ait, dominum *Guillelmum* Card. Innocentii IV. nepotem ædificare fecisse prope *Lavaniam*, nempe fluvium, ditissimum *Monasterium*, in quo & Fratres Minores, & Sorores habitabant antiquo more seorsum; hinc in veteri *Provinciale Ordinis* apud autorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. XI. secundus al. tertius Conventus *Custodiæ* & Provinciæ Genuæ est *Clavarum*, non Lavania.

(g) Civitatis novæ: De quo Monasterio agit Waddingus ad annum 1291. num. 85. occasione alterius *Indulgentiæ*.

(h) Sempiterna gaudia &c.: Ut in *Bulla* die 27. Julii anno 1255. edita usque *intercessionibus obtinere*.

(i) Ven. Fratri ...: *Laurentio* Gotho ex Ord. Min. pluries in isto, & præcedenti tomo memorato, V. epistolam 143. hujus Pontificis.

(k) Upsalen.: In Svecia ex alias ibi notatis.

(l) Episcopus Sabinen: De quo in epistola 355. Innocentii IV. *Cum a nobis petitur &c.* anno 1250. 7. Decembr. data præter alias de coprolatas.

Svetiæ Legatus Sedis Apostolicæ statuit [a], ut quicumque Sacerdos, vel Clericus Concubinam haberet publice, vel occulte, sententiam *excommunicationis* incurreret ipso facto. Unde cum nonnullos sententia ipsa involverit, & involvat, provideri super hoc a Nobis eorum saluti humiliter postulasti. Verum quia sæpe, quod providetur ad bonum, antiqui hostis invidia procurante tendit ad noxam; & statutum hujusmodi, quod pro animarum procuranda salute fuerat editum, tum propter *irregularitates*, quas Clerici sententia prædicta ligati multoties contrahunt, tum propter contagiosæ pœnæ contagium, qua excommunicati sibi communicantes *excommunicationis* labe inficiuntur; animabus ipsis laqucos mortis æternæ parat; & quamplures sæpissime laqueo ligantur unius. Nos attendentes, quod pro varietate personarum, & Regionum pœnæ sunt provide variandæ, tuis supplicationibus inclinati Fraternitati tuæ præsentium auctoritate concedimus, ut præfatum *statutum* in tua Civitate, ac Diœcesi, & Provincia revocans, ac relaxans dictam sententiam juxta formam Ecclesiæ, si absolvi per te ab ea Presbyteri, & Clerici earumdem Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ cum humilitate petierint, sententiam ipsam in pœnam aliam, quam personarum, locorum, & temporum circumstantiis provida circumspectione pensatis earumdem animarum saluti magis expedire videris, possis libere commutare; ac dispensare cum illis super *irregularitate*, quam sic ligati suscipiendo Ordines, vel celebrando Divina Officia, seu immiscendo se illis, non tamen in contemptum clavium contraxerunt; injuncta eis pro modo culpæ competenti pœnitentia; prout animarum suarum saluti videris expedire; proviso, quod iidem *Concubinarii* concubinis ipsis a se prorsus abjectis cautionem exhibeant de illis, vel aliis minime resumendis [b].

curfu temporis damnofum.

Pontifex committit id quod fupra.

Datum Viterbii VII. Kal. Septembr. Pontificatus Nostri Anno Quarto [c].

Rigorem Regulæ Clarissarum in quibusdam a se in minori officio constituto, ac Protectoris munus obeunte mitigatum confirmat. (Ex HISTORIA Civitatis novæ a Canonico MARANGONIO elucubrata: Extat etiam APOGRAPHUM sub plumbo TUOSETI in Archivo Monasterii S. Francisci Clarissarum illius Civitatis, & ASSISII in illo Monasterii S. Claræ dictis locis transmissum.)

ALEXANDER &c.

CDXL.

Anno 1258. die 25. Augusti.

Dilectis in Christo filiabus.. Abbatissæ, & Conventui Monasterii S. Jacobi de Civitate nova [d] *Ordinis S. Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

HABERI percepimus in desiderio vestro continuum, quod per afflictionem carnis assiduam mereamini præmia Beatorum: verumtamen ex fragilitate naturæ adeo spiritus promptitudo retunditur, quod vix absque vestri incursu discriminis in omnibus rigorem *Formulæ* vitæ vestræ [e] perpeti valeatis; hujusmodi siquidem fragilitatem Nos tunc in minori officio constituti, quibus Ordo vester erat ab Apostolica Sede commissus, paterno considerantes affectu rigorem ipsius *Formulæ* in certis articulis provida temperavimus pietate; prout in patentibus litteris inde confe-

Exordium a promptitudine quidem fpiritus, fed & infirmitate carnis.

ctis

(a) STATUIT: In Concilio *Schoningen.* anno 1248., ut censuit Spondanus ad ann. 1249. n. 9., & post eum Cosartius in Labb. Concil. collect. ex Jo. Magno Gotho in Metrop., ubi ait Svecos, Gothosque Sacerdotes, & Clericos induxisse Græcorum morem accipiendi uxores, Apostolicum vero Legatum illum extirpasse pœnis impositis.

(b) RESUMENDIS: Hanc poterat epistolam intellexisse cit. Jo. Magnus, dum ait Constitutionem illam Concilii *Schoningen.* contra Presbyteros, & Clericos uxoratos, atque concubinarios confirmatam fuisse ab hoc *Alexandro*; sed cum addit dat. *Anagniæ anno quinto*, indicat aliud diploma ejus anno sequenti datum; nempe 3. Non. Martii, ut infra.

(c) *Rescriptum* istud vidit, & citat Raynaldus in Annal. Eccles. ad hunc annum num. 15.; idque ex Vatic. Tabulario; at non vidit aliud datum *Archiepiscopo Upsalen.*, & *Suffraganeis ejus Anagniæ III. Nonas Martii Pontif. anno quinto* incip. *Vestra nobis Fraternitas intimavit &c.* eodem tenore, ac præsens epistola, nisi quod hæc finit: *minime resumendis*: ibi vero in illa additur: *& quod pœna eadem ad quæstum pecuniæ; seu aliud turpe lucrum, de quo Clerus scandalizari valeat, minime se extendat*: estque in Regesto Pontif. Archivi Vaticani epist. 71. anni 5.

(d) DE CIVITATE NOVA: Firmanæ diœcesis oppidu Picenæ Provinciæ non procul a Mari Adriatico 6. mill. pas. a Laureto distante; ut ex aliis hujus Pontificis paulo ante nempe die 25. hoc mense scriptis, quæ tamen datæ dicuntur Monasterio *SS. Apost. Philippi, & Jacobi*, quare in hac epist. oblivio amanuensis Notarii poterit.

(e) FORMULÆ VITÆ VESTRÆ: A Card. Hugolino Episcopo Ostien. & Ordinis Protectore traditæ, in qua perpetuum *jejunium*, & *silentium* præcipitur.

Alexander PP. IV. An.Ch.1258.

Monialium supplicationibus Pontifex annuens confirmat, ut supra.

ctis plenius continetur. Nos itaque vestris supplicationibus ioclinati, quod fecimus in hac parte, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum præsentibus fecimus annotari, qui talis est.

Litteræ Cardinalis Protectoris.

,, Raynaldus miseratiooe Divina Ostiensis, & Velletreosis Episcopus dilectis in Christo filiabus universis Abbatissis, & Conventibus Monasteriorum Ordinis Sancti Damiani Salutem, & Benedictionem paternam. Quoniam frequenter propter imbecillitatem conditionis humanæ contingit, quod cum corpus oneri subditur graviori, de facili confunditur; ac cito potest irreparabili periculo subjacere; debet attente discretionis sale condiri victima observantiæ regularis; & rigor rigidus manna dulcedinis est infra extremorum medium temperandus; ut sicut ne relaxetur Religio, nimis habendus est servor; ita etiam, ut ne ad præcipitium tendat, est discretio in obsequio Creatoris sollicitius adhibenda. Igitur, dilectæ in Domino filiæ, quia licet relevetur aliquando in iis spiritus [a], corpus tamen posset non sine damno interioris hominis interdum importabiliter aggravari; Nos, qui ad curam, & gubernationem vestram fuimus a Summo Pontifice deputati, devotionis vestræ precibus annuentes, ac volentes, ut per viam Regiam incedendo in vestris observantiis illud medium amodo teoeatis, in quo fortes, & debiles possitis communiter usque in finem stabiliter permanere; ita quod non cogamioi propter impotentiam forsitan desistere ab incœptis; vitæ vestræ rigorem auctoritate præsentium sic duximus temperandum; videlicet, quod vino, & pulmentis; non obstante verbo *abstinentiæ*, quod in eadem formula continetur, *omni tempore* tam sanis, quam aliis, nec non ovis, & lacticiniis, præterquam in jejuniis ab Ecclesia constitutis, & in sextis feriis, liceat vobis uti. A Festo vero Resurrectionis Dominicæ usque ad Festum Sancti Fraocisci illam jejunii legem in Monasterio vestro a vobis omnibus mandamus, & volumus per omnia observari; quam Abbatissæ vestræ mandaverint observandam. Sororibus autem, quæ sunt corpore imbecilles, seu debiles, vel infirmæ, aut minutæ [b], conscientia solida, & secura in vestibus, calceamentis, cibis, potibus, & aliis necessaria ministrentur; nec servare austeritatem jejunii, & legem abstinentiæ permittantur; sed juxta infirmitatem, vel debilitatem ipsarum cum eis tam in cibariis, quam jejuniis misericorditer dispensetur. Insuper hujusmodi Sorores imbecilles, seu debiles, vel iofirmæ, ac aliæ deputatæ ad servitium earumdem infirmitatis suæ tempore tenere silentium in Infirmitorio non cogantur; & etiam Dominæ, cum ad prædictas causa visitandi eas accesseriot, loqueodi quæ faciuot ad consolatiooem, & ægritudinem earumdem, in Infirmitorio habeant potestatem. Tres etiam habendi tunicas, aut plures, si necessitas exegerit; mantellum unum ordinatum, & unum curtum, si volueritis, pro labore, ac pedules laoeos, & utendi fisconibus fœno, vel palea plenis, & cervicalibus cum fœno, vel palea vobis licentiam impertimur. De silentio vero servando, & quod possitis inter vos loqui binæ, & binæ, præterquam ad Locutorium, & ad Cratem, sic duximus ordinandum, quod Abbatissæ possint dare vobis licentiam loquendi in locis decentibus; prout eisdem visum fuerit Abbatissis. Præterea servientes vestræ, quæ intus, & extra Monasteria vestra Monasteriorum onera portant, temporibus singulis, si voluerint, habere valeant calceamenta; & cum nimis laborant, vel vadunt de loco ad locum, præterquam in jejuniis ab Ecclesia constitutis, non teneantur nisi sexta feria jejunare. Ad hæc penitus prohibe-

,, mus,

Preces Monialium ad Protectorem Ordinis.

Card. Protector Regale rigorem temperat,

quoad potum, & cibum.

quoad jejunium.

quoad debiles, & infirmas,

quoad vestes, & lectum.

quoad silentium.

quoad servientes.

(a) In iis Spiritus: Marangonii codex vetustus in multis mancus habet *specialiter*, sed correximus ex optimo codice Tudertino cit.

(b) Aut minutæ: idest cui sanguis a vena extractus est, factaque ob id imminuta.

De Visitatore.

„ mus, ne in Monasteriis vestris deinceps aliquis *Visitator* auctoritate nostra Constitutiones faciat aliquas ultra *Formam* vestram, & *Regulam*, quæ vos ad aliquid culpæ, vel pœnæ obligent sine consensu, vel voluntate omnium Dominarum; quod si forte aliquis faceret eas, non teneamini aliquatenus observare. Et ut omnis conscientiis vestris auferatur turbationis materia; vobis, dilectæ filiæ, notum facimus per præsentes, quod Nos, qui mentem instituentis Regulam eamdem agnoscimus, sentimus, & scimus [a], quod felicis recordationis Domini Gregorii Papæ non fuit intentio, nec est nostra, laqueum vobis injicere in silentio, jejunio, lectis, & aliis pluribus, quæ continentur in *forma vitæ* ab ipso data, cum vir piissimus, & discretissimus fuerit; & tanta vos dilectione, ac beneficiorum provisione prosecutus extiterit; aut ad transgressionem mortalis peccati, si vos contrarium contingeret facere suis ordinationibus, vos, sicut vobis ab aliquibus suggeritur, obligare: immo volumus, ut Confessori vestro, qui pro tempore fuerit, liceat de illorum transgressionibus, quæ secundum prædictam *formulam*, vel Ordinem vestrum, aut factas circa vos provisiones servare debetis, confessionem vestram audire, vel pœnitentiam vobis injungere salutarem. Datum Romæ VIII. Kalendas Maji, Pontificatus Domini Innocentii Papæ IV. Anno Undecimo. “

a Instructio Gregorii, & Alexandri PP. quoad normam vivendi Clarissarum.

Confessarii facultas.

Anno 1254. die 24. Aprilis.

Clausula Pontificis prohib. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei &c.

Datum Viterbii VI. Kal. Septembris,
b Pontificatus Nostri Anno Quarto [b].

Tom. II.

A

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

CDXLI.

In eamdem modum Abbatissæ, & Conventui Monasterii S. Mariæ Montis Sancti Tudertin. *Ordinis S. Damiani*. (Ex Autographo sub plumbo Archivi præfati Monasterii. Extat hoc diploma etiam Bononiæ in Archivo Monasterii SS. Naboris, & Felicis dat. anno 1255. die 6. Octobris, sed sine litteris Cardinalis Protectoris, *ut supra* pag. 77.)

B

Respondet consultationi Inquisitoris, ac dubio de iis, qui in articulo mortis ad se vocare faciunt consolatores hæreticos, de eorumque filiis, ac hæredibus. (Ex Archivo Arscælitano num. 1191. teste Waddingo in Annal. Minor. ad hunc. annum num. 3.)

ALEXANDER &c.

CDXLII. Anno 1258. die 14. Septembr.

Dilecto filio Fratri .. Ordinis Minorum Inquisitori hæreticæ pravitatis in Marchia Anconitana *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

C

Ex parte tua [c] fuit propositum coram Nobis, quod nonnulli &c. [d] Datum Viterbii VIII. Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quarto [e].

c
d
e

Facultatem tribuit absolvendi, & constituendi Fratres sui Ordinis ad absolvendum omnes devotionis causa ad Ecclesiam S. Francisci accedentes. (Ex Archivo Sac. Conventus Assisiatis S. Francisci apud Auctorem Collis Paradisi lib. 2. pag. 25.)

D

ALEXANDER &c.

CDXLIII. Anno 1258. die 26. Septembris.

Dilecto filio .. Custodi *Fratrum de Ordine Minorum Ecclesiæ* Sancti Francisci Assisiat. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

E

Pro reverentia *B. Francisci* Confessoris, ad quem devotionis affectum gerimus specialem, tuis votis super iis libenter annuimus, quæ pietati

Exordium a causa privilegii concedendi.

Qq a con-

(a) Sensus: hic quoque sensus abruptus est in codice Marangonii, rectus autem in cit. Tudertino, quo corruptum correximus.

(b) Hanc eandem epistolam, & mitigationem aliis Clarissis Pontifex dedit anno sequenti die 23. Octobris teste Petro de Alva in Indiculo Bullarii Seraph. sub ann. 1258. num. 22., ubi habet dat. 10. *Kalend. Novembr.* anno 5. ex Archivo Assis. Monasterii S. Claræ; sed illa epistola missa est *Abbatissæ, & Conventui Monasterii de Panso Assisinat. Diœcesis Ordinis S. Damiani*; ut ibi epist. 516.

(c) Ex parte tua: Petrus de Alva in Indiculo cit. Bullarii Seraphici scribit diploma incipere: *Ex parte vestra &c.* datumque Inquisitoribus Marchiæ.

(d) Nonnulli &c.: Videatur hæc *epistola* data Inquisitori Provinciæ *S. Francisci*, & Romaniæ al. *Romaniola* hoc anno die 13. Novembris, & 13. Decembris infra referenda.

(e) Ad juvabit hoc diploma ad penetrandum sensum C. *Filius* tit. de hæreticis lib. 5. in Sexto decr., ut observavit cit. Waddingus.

Alexander PP. IV. An.Ch.1258.

Assisiat. Fratrum supplicationibus

conformia, & animarum profectui esse A percipimus opportuna. Hinc est, quod Nos tuis, & dilectorum filiorum Fratrum Ecclesiæ ipsius Sancti *de Assisio* supplicationibus annuentes præsentium tibi auctoritate concedimus, ut eorum omnium, qui de remotis partibus ad

Concedit Pontifex ut supra.

Ecclesiam ipsam causa devotionis accesserint, & suorum nequiverint habere copiam Sacerdotum, cum ab ipsis requisitus fueris, tu, & *Fratres* Presbyteri tui Ordinis tam in ipso loco morantes, quam etiam venientes undecunque ad solemnitatem prædictam, quibus id duxeris committendum, eorum omnium Confessiones audire valeatis; & sibi pro commissis injungere pœnitentiam salutarem; nisi forte talia commiserint, propter quæ Sedes Apostolica sit merito consulenda.

Conditione adjuncta.

a Datum Viterbii vi. Kalen. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quarto [a].

Inquisitorum quæstioni respondet, Hæreticis relapsis, cum Civili Magistratui traduntur puniendi, deneganda non esse Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, si manifesta pœnitentiæ signa ostenderint. (Ex Archivo Ordinis Romæ apud SS. Apostolos.)

CDXLIV. Anno 1258. die 26. septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis* in Urbe, & *administratione ipsius* [b] *præsentibus, & futuris Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

b

Quæstio proposita.

Super eo quod scriptum legitur: *Ecclesia nulla claudit gremium redeunti*: & alibi, *hi, qui post abjurationem erroris; vel postquam se proprii Antistitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, sæculari decernuntur judicio sine* *ulla penitus audientia relinquendi* [c]; cum Scripturæ hujusmodi videantur sibi invicem adversari; quid tenendum existat, per Sedem edoceri Apostolicam postulatis. Nos itaque inquisitioni vestræ de Fratrum nostrorum consilio respondemus; Quod taliter deprehensis, & si, ut dictum est, sine ulla penitus audientia relinquendi sunt Judicio sæculari; si tamen postmodum pœniteant, & pœnitentiæ signa in eis apparuerint B manifesta; nequaquam sunt humiliter petita Sacramenta *pœnitentiæ*, ac *Eucharistiæ* deneganda. c

Pontificis responsum.

Datum, *ut supra* [d]. d

Respondet compluribus quæstionibus sibi ab Inquisitoribus hær. prav. Provinciæ S. Francisci propositis. (Ex Assisiati Archivo nostri Conventus S. Francisci apud Peonam ad calcem Directorii Inquisitorum, & Bullarium Romanum tom. 1. Bul. 12. C al. tom. 3. Bul. 46., & ex Conica Archivi nostri Veneti teste Wadingo ad an. 1260. num. 3.)

CDXLV. Anno 1258. die 27. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in administratione* Sancti Francisci [e] *præsentibus, ac futuris Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* e

D Quod super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa Fidei tangitur, Nos consulere voluistis &c. [f] f

Datum Viterbii v. Kalen. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Ut Friderici Imp. leges contra hæreticos in statutis Civitatum, & locorum annotari faciant, atque observari sub pœna censurarum Eccles. (Ex Archivo Aracælit. n. 34. E apud Wadingum in Annal. Min. ad hunc annum num. 6.)

ALE-

(a) Has litteras confirmavit Bonifacius IX. per alias incipientes *Apostolica Sedes circumspecta &c.* anno 1391. die 28. Augusti datas, ut infra suo loco.

(b) In Urbe, et administratione ipsius: Nempe Urbis, Provinciæque Romanæ statu.

(c) Relinquendi: Hæc sunt duo loca, in quibus juris interpretes non satis conveniunt, unde sint desumta consuli poterit auctor Glossæ in decret. lib. 5. tit. 2. de Hæreticis cap. 4. *Super eo quod*, ubi integrum hoc consultum affertur, & exponitur.

(d) Hoc idem rescriptum, ac responsum dedit Pontifex etiam anno 1260. die 30. Aprilis *Inquisitoribus* hær. pravit. Ord. Prædicat. in Regno Franciæ constitutis ex Bul. 266. tom. 1. Bullarii ejusdem Ordinis: Hujus vero pro Minoritis meminit Petrus de Alva in Indic. Bullarii Seraph., & insequenti anno die 13. Septembris idem responsum dedit *Inquisitoribus* hæret. pravit. in *Provincia S. Francisci*, seu Umbriæ.

(e) In administratione S. Francisci: Idest in Provincia Umbriæ in primis cum parte Aprutii.

(f) Voluistis &c.: Vide idem rescriptum Inquisitoribus Ord. Min. in partibus *Italiæ* datum hoc anno die 13. Decembris, & infra relatum.

CDXLVI. Anno 1258. die 27. Septembr.

ALEXANDER &c. A

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus *hereticæ pravitatis in* Patrimonio B. Petri, Ducatu, Spoletano, Tuscia, Maritima [a], &c. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* a

Leges Friderici Imp. contra hæreticos commemorat.

CUM adversus hæreticam pravitatem quondam Fridericus tunc Romanorum Imperator promulgaverit B quasdam leges, per quas, ne pervagetur, compesci poterit pestis illa: Nos illas volentes ad robur Fidei, & salutem Fidelium observari, dilectis filiis Potestatibus, Consiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum *Patrimonii* Sancti Petri, *Tusciæ*, *Ducatus* Spoletani, *Campaniæ*, *Maritimæ*, & *Romaniæ* nostris damus litteris [b] in mandatis; ut eas, quarum tenores ipsis mittimus insertos nostris litteris, faciant C singuli in eorum Capitularibus [b] annotari, contra hæreticos sectæ cujuslibet secundum eas exacta diligentia processuri. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si dicti Potestates, Consilia, & Communitates mandatum nostrum super hoc neglexerint adimplere, vos eos ad id per *excommunicationem* in personas, & *interdictum* in Terram, appellatione remota, cogatis. Quod si D duo ex vobis his non interfuerint, unus ea nihilominus exequatur.

easque se Communitatibus exequendas misisse. b c

mandeat illas compelli, si adimplere neglexerint.

Discreta, ac temperata commissio.

Datum, *ut supra* [d]. d

Moniales Cortonen. ad Monasterium Gavallion. Tuscan. transfert; Monasterio Sancti Juliani donat, & amplo privilegio munit. (Ex Reges. Vatic. apud Waddingum in Reges. Pontif. ad annum 1259. num. 65.)

CDXLVII. Anno 1258. die 3. Octobris.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus quondam Sanctæ Mariæ de Cortona [e] *Aretinæ Diœcesis* [f] *nunc Sanctæ Mariæ de* Gavallione *Tuscanen.* [g] *Ordinis Sancti Damiani Monasteriorum ad Nos, & Romanam Ecclesiam nullo medio pertinen.. Abbatissæ, & Conventui Salutem, & Apostolicam Benedict.* e f g

LIcet ex injuncto Nobis Apostolatus officio cunctis simus Fidelibus debitores &c. [h] h

Datum Viterbii v. Nonas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Ut Sanctimonialibus Barcinonen. concedat Fratres, qui eis spiritualia subministrent. (Ex Reges. Vatic. epist. 233. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 57.)

CDXLVIII. Anno 1258. die 4. Octobris.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio ... Ministro Provinciali in Aragonia *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Alias suas litteras memorat. i

SUB certa forma tibi dudum per nostras litteras [i] in virtute sanctæ obedientiæ dedisse dicimur districtius in præceptis, ut dilectis in Christo filiabus, & Conventui Monasterii *Sancti Antonii* [k] extra muros *Barchinonen.* Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis tot Fratres idoneos tui Ordinis pro honestis, & opportunis causis earum ad ipsarum requisitionem concedere procurares, quod ipsis in earumdem necessitatibus existerent opportuni: Sed tu, quod mandavimus efficere, ut decuit, non cura- k

Minister non exequitur.

(a) Maritima &c.: Subde *Campania*, & *Romania*; ut liquet ex aliis litteris Innocentii IV., & hac ipsa Alexandri epistola.

(b) Nostris damus litteris: Quæ asservantur Romæ in Archivo Aracelit. num. 110., teste Waddingo ad hunc annum in Annal. Min. num. 8., at cum eædem prorsus sint, atque illæ ab Innocentio IV. datæ anno 1254. die 22. Maji, ideoque omissæ sunt hoc loco quoad leges; ipsæ tamen dantur ad diem 17. Novembris.

(c) Capitularibus: Nempe Statutorum libro, ut alias adnotatum.

(d) Hanc *epistolam* fere eodem exemplo ediderat Innoc. IV. an. 1254. die 7. Julii Inquisitoribus Ordin. Min. in partibus *Italiæ* constitutis datam, & supra relatam in primo hujus Operis tomo pag. 747.

(e) S. Mariæ de Cortona: Vulgo *de Targia* ante annum 1215. extantibus ex illius Civitatis monumentis alias clarius enunciandis.

(f) Aretinæ Diœcesis: Sed postea in Cathedralem Ecclesiam uni Romano Pontifici subjectam erecta.

(g) Tuscanen.: Vulgo *Toscanella* Viterbiensi Ecclesiæ jam pridem unita.

(h) Debitores &c.: Vide privilegium incip. *Religiosam vitam &c.* anno sequenti die 26. Septembris, in quo hoc diploma refertur.

(i) Per nostras litteras: Quæ non habentur.

(k) Monasterii Sancti Antonii: Anno 1237. fundati, de quo Waddingus in Annal. Min. ad eum annum num. 34. & seq.

curasti dicens, sicut ex ipsarum petitione collegimus, quod cum certis indulgentiis Apostolicis sis munitus [a], aliquos Fratres dicti Ordinis ad præmissa concedere non teneris; propter quod ipsæ Divinis obsequiis defraudantur. Cum itaque super his ad Nos sit habitus cum humilitate recursus; Nos volentes in hac parte eis misericorditer providere; discretioni tuæ per iterata scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus; quatenus ob reverentiam Apostolicæ Sedis, & nostram, prætactis indulgentiis non obstantibus, singulis diebus Dominicis, Festis duplicibus, & solemnibus tui, & ipsarum Ordinum per Fratres tuos celebrari Missarum solemnia, & annuatim duodecim vicibus *Pœnitentiam*, & *Eucharistiæ* Sacramentum, eis informatis primo regularibus documentis, & confortatis pabulo verbi Dei, facias exhiberi. Cum vero necesse fuerit, vel propter ipsarum graves ægritudines, seu obitus, aut Altarium, vel Monialium consecrationes, tot ad locum ipsarum de idoneis tuis Fratribus mitti procures ad exequias, & Divinum Officium celebrandum, quot ad hoc fuerint opportuni; & proponatur populo, qui tunc prætactis temporibus ibidem convenerit, verbum Dei. Ad hæc, ut Fratres Conventus Batchinonen. maturi, & discreti pro honestis, & rationabilibus causis ab Abbatissa [b], quæ pro tempore fuerit, requisiti possint ad prætactum Monasterium, ac ad Cratem, & Locutorium ipsius accedere [c], duximus concedendum.

Præcipiens supra, derogando Indultis Apostol.

Facultas datur Fratribus accedendi ad Monasterium.

Datum Viterbii iv. Nonas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quarto [d].

Jubet inquiri super actibus Abbatis, & statu Monasterii S. Remigii Remensis Civitatis, & referre expensis præfati Monasterii. (Ex ARCHIVO VATIC. in Regest. Pontif. epist. 353. an. 4.)

ALEXANDER &c.

CDXLIX.
Anno 1258. die 9. Octobr.

Dilectis filiis... Abbati Pruliacen. [e] *Ordinis Cistercien. Senonen. Diocesis, ... Guardiano* Fratrum Minorum *Parisien.* [f], *&.. Præposito Sancti* Audomari [g] *Morinen. Diocesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

DUDUM, quibusdam Monachis Monasterii *Sancti Remigii Remen.* [h] Ordinis Sancti Benedicti *Oddonem* Abbatem ipsius Monasterii super diversis criminibus deferentibus coram Nobis, dilectus filius noster O. [i] Sancti Adriani Diaconus Cardinalis, quem super hoc dedimus partibus Auditorem, de speciali mandato nostro, & Fratrum nostrorum consilio, ut parceretur laboribus partium & expensis, fecit quandam compositionem inter eos, Procuratorum dicti Abbatis, ac Monachorum ipsorum ad id accedente consensu; sed idem *Abbas*, prout accepimus, super objectis ei criminibus a prædictis Monachis corrigere se neglexit; sicque prædictum Monasterium, quod florere in spiritualibus, & abundare in temporalibus consuevit [k]; propter ipsius *Abbatis*, & habitantium in dicto Monasterio incuriam & malitiam, dicto Abbate negligente prosequi, quæ competunt observantiæ Regulari; adeo collapsum est in

Abbas S. Remigii a suis Monachis defertur ad Papam,

Papa auditorem causæ tribuit,

qui partes componere studet;

sed Abbate correctionem negligente

Monasterium periclitatur.

(a) INDULGEN. APOSTOLICIS SIS MUNITUS: Nempe litteris Innocentii IV. incip. *Paci, & tranquillitati &c.* dat. anno 1245. die 27. Julii, aliisque incip. *Petitio vestra &c.* dat. anno 1252, die 8. Julii, quas renovavit Alexander IV. anno 1255. die 18. Augusti.

(b) ABBATISSA: Quæ hoc tempore erat *Agnes Pevanda* S. Claræ neptis, & Monasterii fundatrix, cui officio cedere volenti Pontifex hoc anno die 27. Junii jussit, & rogavit, ut patienter ferret ex cit. Waddingo ad ann 1233. n. 36.

(c) ACCEDERE: Quod Fratribus Minoribus vetitum fuerat a Gregorio IX., & Innocentio IV., & ut volunt, ab ipsomet Alexandro IV. in suis expositionibus super *Regula* eorundem Fratrum.

(d) De hoc Monasterio, de quo actum est supra ad Constitutionem Innocentii IV. anno 1243. die 4. Augusti; agetur & ad aliam Nicolai V. anno 1447., ut ibi ex Waddingo.

(e) ABBATI PRULIACEN.: Monasterii ab Aldela Angliæ Infante, ejusque filio Theobaldo Campaniæ Galliæ Comite erecti ex Angelo Manrique tom. 1. Annal. Cistercien. ad ann. 1118. cap. 2. n. 2. & seqq.

(f) FF. MINOR. PARISIEN.: De quorum Cœnobio, quod erat caput *Custodiæ* sui nominis in Provincia Franciæ ex veteri *Provinciali* nostri Ordinis, agit Waddingus tom. 1. & 2. Annal. Min.; & in to. 2. hujus Bullarii aliqua notavimus p. 186. (e)

(g) S. AUDOMARI: Vulgo *S. Omer* in Belgio, ac Attesia tunc quidem Morinen. diœcesis, sed nunc Civitas Episcopali dignitate ornata sub Archiepiscopo Cameracensi.

(h) S. REMIGII REMEN.: De hoc vetustissimo, insignique Monasterio consuli poterit cl. Mabillonius in Annal. Benedict. lib. 3. ad ann. 533. n. 27. & seq.

(i) FILIUS NOSTER O.: *Othobonus* Fliscus Genuensis Innocentii IV. nepos, qui postea ad summum Pontificatum evectus *Adriani* V. nomen tulit brevi tamen tempore.

(k) FLORERE... CONSUEVIT: Ut patet legenti proxime laudatos Annales Benedict. Mabillon.

est in utrisque, quod nisi percelere remedium Sedis Apostolicæ succurratur eidem, potest non immerito formidari, ne incurrae irreparabile detrimentum. Quia vero nostri decee appositione consilii super hoc salubriter provideri; discretioui vestræ in virtute obedientiæ per Apostolica scripta districte praecipiendo mandamus, quatenus ad Monasterium ipsum personaliter accedentes, & habentes præ oculis solum Deum inquiratis de statu ipsius Monasterii, ac Prioratuum, & membrorum ejus, ac ejusdem *Abbatis*, & omnium personarum habitantium in eisdem, de plano, & sine judicii strepitu, non obstante aliquo appellationis obstaculo ab aliquo interjecto, diligencius veritatem, quod inveneritis, sub sigillis vestris ad nostram præsentiam fideliter transmissuri. Præfixo prædicto Abbati, ac Priori, & Conventui præfati Monasterii termioo peremptorio competeoti, quo *Abbas*, & Prior prædicti personaliter, idem vero Conventus per Procuratorem idoneum Apostolico se conspectui repræsentent nostris beneplacitis parituri. Non obstante indulgentia [a], qua Fratribus tui Ordinis, fili *Guardiane* &c., sive qualibet alia iodulgeotia &c. Volumus, quod de bonis Monasterii, Prioratuum, & membrorum prædictorum ad faciendam inquisitionem hujusmodi faciatis vobis expensas necessarias ministrari. Cootradictores per ceosuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: Invocato, si oecesse fuerit, auxilio brachii sæcularis. Quicquid autem soper iis duxeritis faciendum, & diem citationis, ac formam Nobis per vestras patentes lieteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea oihilominus exequantur.

Pontifex jubet visitari Monasterium, ejusque membra, & personas,

Ipsique statum ejus referre,

ac partes ad comparendum citare,

obstantiiis derogando,

& expensis visitatoribus consulendo,

& mandatum suum temperando.

Datum Viterbii vII. Idus Octobris, Pootificatus Nostri Anno Quarto.

Respondes ad quoddam Inquisitorum dubium super hæreticis decedentibus, vel per hæreticos consolatis. (Ex Bullario Romano tom. 1. Bul. 13. al. tom. 3. Bul. 47., & ex Assisiati Archivo Conventus S. Francisci apud Pegnam in calce Directorii Inquisit.)

ALEXANDER &c.

CDL.

Anno 1258. die 13. Novembris.

Dilectis filiis Fratribus Ordin. Fratrum Minorum Ioquisitoribus *hæreticæ pravitatis in administratione* S. Francisci *præsentibus, & futuris Salutem, & Apostol. Benedict.*

Ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, quod nonnulli de partibus, ubi vobis contra hæreticos *Inquisitionis* officium est commissum, in mortis articulo constituti salutis remedium abhorrentes *consolatores* hæreticos ad se introduci faciunt; & ab eis per impositionem manus desolationis suæ consolationem accipiunt secundum pessimam consuetudinem eorumdem [b]. Sed filii, & hæredes sic decedentium propter hoc exhæredari timentes [c], ac volentes ob id eorum malitiam excusari, proponunt se velle probare per testes, quod iidem quando recipiebant consolationem hujusmodi, loquelam amiserant, & erane alienati a mente; cum moris sit apud eos, (ut dicitur) quod nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam. Quare Nos consulere voluistis, utrum debeane tales probationes admitti? Nos igitur consultationi vestræ taliter respondemus, ut si legitime constiterit, quod prædicti, dum sanæ mentis essent, petierint hæreticos *consolatos* [d], sicque viam fuerint universæ caros ingressi, licet consolationem hujusmodi, imo verius desolationem, non saoæ mentis effecti [e], vel post perditam jam loquelam suscepisse dicantur [f], eum in nullo sic decedentes debeant propterea relevari: In dubio vero

Inquisitorum expositio, & consultum.

Respondet Pontifex ad consultum,

quid in dubio.

(a) Indulgentia: *Quieti vestræ &c.*, & *Qui postposita vanitate &c.* a Gregorio IX. & Innocentio IV. concessa.

(b) Consuetudinem eorundem: Hanc eorum pessimam consuetudinem descripsit Fr. Raynerius quondam illorum Sectæ ascela, & æqualis auctor Ord. Prædicat. in *Summa de hæreticis Catharis &c.* cap. 6., memoraturque in cap. 19. Concilii Narbonen. anno 123.., & apud Raynaldum in Annal. Eccles. ad annum 1258. num. 25. & seqq.

(c) Exhæredari timentes: Juxta leges Friderici II. Imp. supra relatas, & ab Innocentio IV. ac Alexandro divulgatas.

(d) Consolatos: Al. *Consolatores*, & *Consolantes*.

(e) Effecti: *Affecti* habet Waddingus in ea a se vulgata simili *Bulla* ad hunc annum in Annal. num. 3.

(f) Dicantur: *nulla super hoc probatio admittatur*, subjungitur in cit. *Bulla* apud Waddingum, & quidem hoc ipsum habet & Bulla 18. Urbani IV. in to. 1. Bullarii Ord. Prædicat. p. 430.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

Quinam Testes admittendi in eo facto.

vero admitti poterit; non tamen uxores, A filii, seu familiares, aut de suis aliqui ad hoc probandum recipiantur in testimonium, sed alii testes idonei, & specialiter Fidei zelatores; cum contra tales sit non modicum præsumendum [a]: sitque in talibus propter Fidei privilegium cum multa cautela, summaque diligentia, præ cæteris negotiis procedendum [b].

Datum Anagniæ Idibus Novembris, Pontificatus Nostri Anno Quarto [c].

Ut ex hæresi redeuntibus ad Ecclesiæ mandatum quædam injungantur sub certa mulcta pecuniaria, & de hujus mulctæ dispositione. (Ex Bullario Romano to. 1. Bul. 14. al. to. 3. Bul. 48., & Pegna in fine Directorii Inquisit. ex Assisiati Archivo nostri Sac. Conventus S. Francisci.)

CDLI.

Anno 1258. die 13. Novembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in administratione* Sancti Francisci *tam præsentibus, quam futuris Salutem, & Apost. Bened.* C

Super extirpatione hæreticæ pravitatis hoc a vobis in locis, in quibus contra hæreticos vobis *Inquisitionis* officium est commissum, statuimus observandum; ut hæreticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus hæreticorum ipsorum ad mandatum Ecclesiæ redeuntibus, sub certa pœna pecuniaria inter cætera, quæ injungenda fuerint &c. [d] D

Datum *ut supra*.

Formam præscribit, & regulas tradit, quibus Inquisitores contra hæreticos procedere debeant cum facultatibus amplis. (Ex Autographo in Aracælitano Archivo num. 30. teste Waddingo in Annal. Min. ad hunc annum num. 2.)

ALEXANDER &c.

CDLII.

Anno 1258. die 14. Novembr.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in* Urbe, *Tuscia, Patrimonio B. Petri, & Ducatu Spoletano, Campania, Maritima, & Romania* [e] *Salutem, & Apost. Bened.*

Licet ex omnibus Mundi partibus, quæ nomine Christiano censentur &c. [f] B

Datum Anagniæ XVIII. Kalend. Decemb. Pontificatus Nostri An. Quarto.

Ut Inquisitoribus Minoritis contra hæreticos adjutorio sint, & auxilio. (Ex Archivo Aracælit. num. 6. apud Waddingum in Annal. Minor. ad hunc annum num. 4. & in Bullario Romano tom. 1. Bul. 15. al. tom. 3. Bul. 49., ac ex Assisiati Archivo Conventus S. Francisci apud Pegnam in fine Directorii Inquisitorum.)

ALEXANDER &c.

CDLIII.

Anno 1258. die 15. Novembr.

Venerabilibus Fratribus Episcopis, & dilectis filiis Electis, Abbatibus, Prioribus, Ministris, Guardianis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, & Rectoribus, necnon & universo Clero tam Religiosis cujuscumque Professionis, & Ordinis, quam sæcularibus in Ducatu Spoletano *constitutis Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Constitutionis hujus occasio.

Exortis in agro *Fidei* Christianæ per partes Italiæ abundantius solito hæreticæ pravitatis zizaniis, seminante illa per temporis impacati malitiam homine inimico: Sedes Apostolica ejus caput *Fidei*, & Magistra volens circa zizaniorum extirpationem hujusmodi per aliquos de Fratribus Ordinis *Minorum* partes suæ sollicitudinis adimpleri, dilecto E filio ... Ministro Provinciali ejusdem Ordinis in administratione *Sancti Francisci*

Matth. 13. 25.

Sedes Apostolica caput, & Magistra Fidei.

(a) Præsumendum: *Præsumendi fundamentum* legitur in citata Innocentii *Bulla*.

(b) Hoc porro diploma adjuvat ad intelligentiam sensus cap. 3. *Filii* tit. 2. *de Hæreticis* in 6. lib. 5., estque etiam rescriptum Urbani IV., quod incip. *Olim ex parte &c.* relatum in parte a Directorii Inquisitorum.

(c) Hanc *epistolam* misit Pontifex etiam Inquisitori hæreticæ pravitatis in Romania al. *Romaniola* Ord. Minor. hoc anno *Idibus Decembris*, quam edidit Waddingus in Annal. Minor. num. 3., dederatque antea Inquisitori *Marchiæ Anconitanæ* die 24. Septembris hoc etiam anno, ut ibi; *Romanæ* vero *Provinciæ* Inquisitori anno 1261. die 12. Februarii, ut infra.

(d) Fuerint &c.: Vide hanc *Constitutionem*, quam ediderat antea Innocentius IV. anno 1254. die 7. Julii pro *Inquisitoribus* nedum Provinciæ S. Francisci, seu Ducatus Spoletani, sed etiam Patrimonii B. Petri, in Urbe, Tusciæ, Campaniæ, Maritimæ, & Romaniæ, quæ supra est evulgata.

(e) Romaniæ: Tribus nempe nostris Provinciis *Tusciæ*, *Romanæ*, & *Umbriæ* seu S. Francisci: *Romania* enim hoc loco est territorii, Provinciæque Romanæ.

(f) Censentur &c.: Vide *Bullam* Innocentii IV. anno 1254. die 30. Maii editam.

a
b
Pius idem provisio contra hæreticos in Ducatu Spoletis.

A *cisci* mandavit [a], ut ipse duos ex Fratribus suis [b] viros zelum habentes Christianæ *fidei*, & opere, & sermone potentes assumeret; eisque in partibus vestris *Inquisitionis* officium contra hæreticos, eorum fautores, & complices injungere procuraret. Nos itaque Christi nomen in Populo exaltari gaudentes, ac *fidei* ejus massam ab omni, per quod infici valeat, emundari totis affectibus cupientes Universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apo- B stolica vobis scripta maodantes, quatenus attendentes prudenter, quod *Inquisitores* hujusmodi a prædicto deputati Ministro pro defensione ipsius *fidei*, & cum salute Fidelium laborantes, & periculis personas proprias salubriter exponentes nequeunt ad omnia, quæ tanto expediunt negotio, sufficere per se ipsos; eisdem, & aliis, si quos ad hoc ex ipsius *Fratribus* contigerit deputari, in prædicto C exequendo negotio efficaciter assistatis opportunum sibi consilium, favorem, & auxilium impendendo; ita quod exinde vestræ fidei sinceritas merito valeat commendari; nec contingat Dei opus periculose per vestram negligentiam, vel incuriam intermitti; quas procul dubio præter id, quod horrendis notaret maculis infamia negligentes, ultrix omnis inobedientiæ, ac negligentiæ Apostolica severitas acri percelleret D disciplina.

Pontifex mandat Prælatis Ecclesiæ ut supra.

non sine comminatione in negligentes.

Datum Anagniæ xvII.Kal. Decembris Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CDLIV. *Eodem modo scripsit pro Inquisitoribus* Urbis, Patrimonii B. Petri, Tusciæ, Campaniæ, Maritimæ, Romaniæque. (Ex supracitato ARCHIVO ARACÆLIT. n. 111. 147. & 148. teste laudato WADDINGO n.4. Anno autem 1260. die 5. Januarii idipsum denuo scripsit universis Eccles. Prælatis *Ducatus Spoletani*, ut in præsenti Bulla.) E

Ut Friderici II. Imp. leges contra hæreticos annotari faciant in suis statutorum libris, & secundum eas exequi curent. (EX ARCHIVO ARACÆLIT. num. 116. teste WADDINGO in Annal. Min. ad hunc annum num. 6., & in Bullario Ordinis Prædicat. Bul. 224. Alex. IV. ex PEGNA ad calcem Directorii Inquisit., isque ex Archivo nostri Sac. Conventus S. Francisci de Assisio.)

CDLV. Anno 1258. die 17. Novembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Potestatibus, Consiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum Italiæ *Sal., & Apost. Bened.*

CUM adversus hæreticam pravitatem quondam *Fridericus* olim Imperator promulgaverit quasdam leges [c] per quas, ne pervagetur, compesci poterit pestis illa; Nos illas, quas fel. record. INNOCENTIUS Papa prædecessor noster observari mandavit, prout in ipsius C litteris [d] contineri perspeximus, volentes ad robur Fidei, ac salutem Fidelium observari, Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus insertos præsentibus, faciatis singuli in vestris Capitularibus [e] annotari contra hæreticos sectæ cujuslibet secundum eas exacta diligentia processuri. Alioquin dilectis filiis Fratribus *Inquisitoribus* hæreticæ D pravitatis Ordinis *Prædicatorum*, vel *Minorum*, ac eorum singulis litteris nostris injungimus [f], ut vos ad id per *excommunicationem* in personas, & *interdictum* in terram, appellatione remota compellant &c. [g]

Fridericus II. q. Imp. in hæreticos leges tulit,
c
eas Innocentius IV. observari mandavit,
d
Idque Alexander confirmat
e
non sine comminatione.
f
g

Datum Anagniæ xv. Kal. Decembris, Pontificatus Nostri Aono Quarto.

Facultatem tribuit interpretandi, & declarandi una cum Diœcesanis statuta contra hæreticos, eosdem honoribus privandi &c. (Ex ARCHIVO Assisiati Sac.Conv.S.Franc.) E

(a) MANDAVIT: Anno incerto:

(b) DUOS EX FRATRIBUS SUIS: At litteræ hujus mandati ad nos non pervenerunt; nam bulla 558. Innocentii IV. *Licet ex omnibus &c.* 1254. Ministro Prov. S. Francisci unum præscripsit Inquisitorem, duos vero Alexander an. 1250. 15. Septembris Bulla simili *Licet ex omnibus &c.*, ut in ea; cum tamen ante diem 27. Septembris hujus anni 1258. plures Inquisitores extarent in Provincia S. Francisci ex diversis bullis paulo ante vulgatis.

(c) QUASDAM LEGES: anno 1239. Paravii; uti probavimus in notis ad litteras Innocentii IV. ann. 1254. die 22. Maji datas.

(d) IN IPSIUS LITTERIS: Anno 1254. die 22. Maji scriptis, & supra relatis.

(e) CAPITULARIBUS: Idest Statutorum libro.

(f) LITTERIS NOSTRIS INJUNGIMUS: Ad Minoritas datæ sunt die 27. Septembr., & supra leguntur.

(g) COMPELLANT &c.: Hic subduntur leges Friderici Imp. in litteris supracitatis Innocentii IV., quæ cum ibi habeantur, ideoque hoc loco omissæ sunt; cum & legi possint apud supracitatum Pegnam, qui & huic Bullæ illas subjecit; ut & Bulla Clementis IV. datæ anno 1265. die 31. Octobris, & quidem castigatiores, ut ipse profitetur ante Bullam.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

CDLVI. Anno 1258. die 22. Novembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in administratione* Sancti Francisci *tam præsentibus, quam futuris Sal., & Apostolicam Benedictionem.*

UT commissum Vobis *Inquisitionis* officium contra pravitatem hæreticam efficacius, & liberius impleatis &c.[a] a

Datum Anagniæ x. Kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Ut de male perceptis, quæ quibus restituenda nescitur, & de redemptionibus votorum commutatorum usque ad summam 100. *marcb. argenti recipere valeant.* (Ex Archivo nostri Coovcotus S. Francisci Ratisbonen.)

CDLVII. Anno 1258. die 26. Novemb., vel 8 Decembr. b

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . . Guardiano, & Fratribus Ord. FF. Min. Ratisbonen.[b] *Sal., & Apost. Bened.*

Fratrum indigentiis compatiens indulget, ut supra

NEcessitatibus vestris paterno compatientes affectu, quod de usuris, rapinis, & alias male acquisitis, si quibus horum restitutio fieri debeat, invenîri omnino, & sciri non possint, nec non de redemptionibus votorum, quæ fuerint auctoritate Diœcesanorum Pontificum commutata, Hierosolymitano dumtaxat excepto, usque ad summam *centum Marcharum* [c] *argenti* recipere valeatis, auctoritate vobis præsentium indulgemus: si alias pro similium receptione non estis a nobis hujusmodi gratiam consecuti; ita quod, si aliquid de ipsis centum *Marchis* dimiseritis vel restitueritis, aut dederitis illis, a quibus eas receperitis, hujusmodi dimissum, vel restitutum, seu datum nihil ad eorum liberationem prosit; nec quantum ad illud habeantur aliquatenus absoluti. Nulli ergo &c. Concessionis &c. Si &c.

exceptione addita, c

& confessionibus adjectis.

Clausula prohib. &c. d

Datum Anagniæ vi. [d] . . Decembris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Ut Fratres Minores pro nonnullis casibus, & operibus earum Monasterium ingredi valeant. (Ex Luoovico Moscardo Hist. Veronen. lib. 7. sub an. 1258. pag. 165.)

CDLVIII. Anno 1258. . . . e

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . Abbatissæ, & Conventui Monasterii S. Mariæ de Campo Martio [e] Veronæ *Ord. S. Damiani Sal., & Apost. Bened.*

Piis Monialium precibus annuit Pontifex, & indulget, ut supra

VEstris piis supplicationibus inclinati *Fratribus Minoribus*, qui Monasterii vestri obsequiis deputantur, ut pro exercendo ejusdem Monasterii opere, vel illo conservando ab incendio, seu a lattonibus defendendo; ac ut *Frater* Presbyter cum uno Fratrum ipsorum Clerico maturo moribus, & ætate, pro audiendis Confessionibus vestris, extrema Unctione, aliisque Sacramentis Ecclesiasticis exhibendis vobis infirmitate cogente, ac sepeliendis corporibus Sororum vestrarum decedentium, Monasterium ipsum secundum formam, quæ in *Regula* vestra noscitur contineri,[f] ingredi valeant, liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem. f

Datum Anagniæ. 5 . . . . Pontificatus Nostri Anno Quarto [h]. g h

Ut

(a) Impleatis &c.: Videaz eandem 564. Constitutionem, quam Innocentius IV. anno 1254. die 21. Junii ediderat pro Inquisitoribus Ord. Min. in Provinciis Romana, Tuscia, & Umbria, quæque ibi vulgata legitur.

(b) Fratrum Minorum Ratisbonen.: Provinciæ Argentinæ, ac *Custodia Bavaria*, cujus c. Conventus est apud autorem Polychronici, tertius vero apud Barthol. Pisanum Conform. XI., fundatus, ut ait Autor Metropolis Salisburgensis, anno 1226. ad *Capellam* seu ædiculam *S. Salvatoris*, de quo Waddingus in Annal. ad annum 1229. n. 26.

(c) Cantum Marcharum: seu 50. libras ut plurimum.

(d) vt. . . .: Supple. *Kalend.*, vel *Idus*, idest 26. Novembr., vel 8. Decembr.

(e) Monasterii S. Mariæ de Campo Martio: Quod jam anno 1234. extabat, exemptumque fuit a *Jacobo Episcopo* Veronensi, & confirmatum, ac privilegiis locupletatum a Gregorio IX. anno sequenti die 30. Augusti diplomate *Religiosam vitam eligentibus &c.* superius evulgato.

(f) Noscitur contineri: §. de *Cappellano* in Regola ab Hugulino Card. Ostien. præscripta, & ab Innocentio IV. anno 1245. idibus Novembris confirmata; vel anno 1247. 8. idus Octobris nonnihil immutata: unde mirum, id peti a Pontifice, quod ex Regula habebatur.

(g) Anagniæ . . .: Deest dies & mensis, quo datum est diploma, apud supracitatum Moscardom; tamen ex loco concessionis facile ducitur datum esse inter mensem Octobris, & Decembr.; nam hoc anno Papa sui Pontificatus IV. usque ad initium mensis Octobris constitit *Viterbii*, & initio Novembris usque ad anni finem morabatur *Anagniæ*. Raynaldus in Annal. Eccles. ad hunc annum num. 6. tradit ex epistolis Alexandri constare, ipsum ea Urbe *Viterbium* se contulisse anno superiori post diem 12. Junii, ibique degisse sub initium usque *Septembris* hujus anni, inde Anagniam profectum biennio circiter ibi commoratum esse: at rectius scripsisset sub initium usque *Octobris*; nam 4. *nonas Octobris anno* 4. scripsit epistolam *Viterbii* datam, & paulo superius relatam. Extat quidem in Bollario Ord. Prædicat. tom. 1. *Bulla* 225. hujus Pontificis data *Viterbii* hoc anno die 5. Decembris; sed creditur error; nam die 2. ejusdem mensis, & die 13. erat *Anagniæ* Pontifex ex aliis ejus litteris.

(h) Hæc epistola pluribus in locis scatet erroribus apud cit. Moscardum, sed correximus ex alia, quam eodem tenore Gregorius IX. scripsit universis Abbatissis, & Monialibus inclusis Ordinis S. Damiani anno 1240. die 21. Maji supra relatam.

Ut restitui faciat Fratribus Tiburtinis libros, & sacram suppellectilem, detentoresque excommunicatione compellat. (Ex Archivo Conventus Tiburtini FF. Minorum n. 39. apud Wadingum in Regest. Pontif. num. 58.)

CDLIX.
Anno 1258. die 2. Decembris.

ALEXANDER &c.

a *Venerabili Fr. ...* [a] *Episcopo* Tiburtino *Salutem, & Apost. Benedict.*

Fratrum delationis tenor. b

Dilecti filii ... Guardianus, & Fratres Ordinis Minorum *Tiburtin.* [b] nobis exponere curaverunt, quod cum Ecclesia *Sanctæ Mariæ Majoris* Tyburtin. eis auctoritate Apostolica canonice sit collata, [c] quidam Monachi, qui tunc in eadem Ecclesia morabantur, post collationem hujusmodi *libros*, & *ornamenta Ecclesiastica* ipsius Ecclesiæ de facto, cum de jure nequiverint, distraxerunt pro suæ libito voluntatis. Quare dicti Guardianus, & Fratres nobis humiliter supplicaverunt, ut cum ipsi detentores librorum, & ornamentorum prædictorum ignorent penitus, providere ipsis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus prædictos detentores generaliter moneas, ut infra quindecim dies post monitionem tuam libros & ornamenta prædicta Guardiano, & Fratribus restituant supradictis: Alioquin in dictos detentores, nisi infra alium terminum competentem a te præfigendum eisdem Guardiano, & Fratribus prædictos *libros*, & *ornamenta* restituerint memorata, *excommunicationis* ferens sententiam eam ubi, & quando expedire videris, usque ad satisfactionem condignam solemniter publices, & per alios facias publicari.

c — de libris, & ornamentis Eccles. a Monachis distractis.

Mandat Pontifex ut supra.

Datum Anagniæ IV. Nonas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Indulgentiam ei plenam suorum delictorum impertitur; illis autem, qui ei opitulantur in officio Inquisitionis contra hæreticam, aliam. (Ex Archivo Aracælit. num 61. apud Wadingum in Annal. Min. n. 5.)

CDLX.
Anno 1258. die 13. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Fratri .... Ordinis Minorum Inquisitori *hæreticæ pravitatis in* Romaniola [d] *Salutem, & Apostolicam Benedict.* d

Exordium a misericordia Dei gratiam, & gloriam impendentis.

Firmissime teneat tua prudentia, & nullatenus dubitet, quod Deus indulgentiarum, & Pater misericordiæ considerans merita [e] singulorum contentus nostris diligentiis [f] non existit, quin benefacientibus gratiam potiorem indulgeat, & gloriam superaddat; ad quas per fructum boni operis promerendas fideles Christi frequenter, & libenter nostris remissionibus invitamus. Cum itaque te propter Deum in negotiis Fidei laborantem hujusmodi salutaribus præmiis deceat recreari; Nos tibi vere pœnitenti, & confesso de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *plenam* concedimus veniam peccatorum: *socio* autem tui Ordinis *Fratri*, & *Notariis* tuis, qui una tecum in prosecutione hujusmodi negotii laborabunt, & aliis, qui ad impugnandum hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum tibi ex animo auxilium præstiterint, vel favorem, *tres annos* de injuncta sibi pœnitentia relaxamus: & si qui ex iis in prosecutione hujusmodi negotii forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, *plenam* veniam indulgemus.

e f — ad quas promerendas Pontifex invitat Indulgentiis.

Inquisitori plena Indulgentia conceditur,

Socio autem, & aliis adjutoribus trium annorum;

& decedentibus ex iis plena.

Datum Anagniæ Idibus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Quarto [g]. g

(a) Fr. ... : Beraldo, de quo actum est ad epistolam *Ut illibata permaneant &c.* anno 1256. scriptam die 30. Augusti.

(b) Minorum Tiburtin. : Provinciæ Romanæ, de quibus alias dictum est præsertim ad Bullam *Sinceræ Devotionis &c.* anno 1256. 4. Maji.

(c) Sit collata : Anno 1256. die 5. Julii, & a Pontifice confirmata die 30. Augusti per litteras, *Ut illibata permaneant &c.*

(d) In Romaniola : Quæ antiquitus *Flaminia* dicebatur, postea ut nunc vulgo *Romagna*, & a Franciscanis *Provincia Bononiæ*, seu major pars illius Provinciæ.

(e) Considerans merita : Apud Waddingum legitur *materias*, sed reposuimus *merita* ex simili *Bulla* edita anno 1259. die 15. Septembris, & infra ex Pegna relata, nec non ex Bullario O. P.

(f) Diligentiis : *Indulgentiis* habet constitutio pro Inquisitoribus Provinciæ S. Francisci anno sequenti idibus Septembris edita, ut & illa in Bullario O. P. vulgata Bul. 194. to. 1. p. 356.

(g) Idem diploma Pontifex contulit Inquisitoribus hær. prav. in Provincia Umbriæ, seu *S. Francisci* anno sequenti die 15 Septembris, sed & antea Inquisitoribus Ord. Prædicat. in Tolosana Provincia an. 1257. die 15. Decembr., & illis Lombardiæ, ac Marchiæ Januen. anno 1260. die 7. Octobris ex tom. 1. Bullarii ejusdem Ordinis Prædicat. Bull. 194. & 276.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1258.

A *Respondet cuidam dubio Inquisitoris Romaniolæ de his, qui in articulo mortis vocant* Consolatores *hæreticos*. (Ex ARCHIVO Aracælitano num. 73. apud WADINGUM in Annal. Min. ad hunc annum n. 3.)

CDLXI. Anno 1258. die 13. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Fratri ..... Ordinis Minorum Inquisitori *hæreticæ pravitatis in* Romaniola [a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem*. B

Inquisitoris hæret. prav. consolatorio. b

EX parte tua fuit propositum coram nobis [b].

Datum, *ut supra*.

Ad complures difficultates sibi ab Inquisitoribus propositas graviter respondet. (Ex ARCHIVO Aracælit. num. 45. apud WADDINGUM in Annal. n. 7. & in Bullario Romano to. 1. Bul. 12. al. to. 3. Bul. 46. ex Assisiati Archivo nostri Conventus S. Franc. apud PEGNAM in calce Directorii Inquisit.) C

CDLXII. Anno 1258. die 13. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in partibus* Italiæ *præsentibus, & futuris Sal., & Apost. Bened.*

Inquisitorum prudentiam commendat.

QUOD super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa *Fidei* tangitur, Nos consulere voluistis, sollicitudinis vestræ prudentiam in Domino commendamus. D

Eorumdem art. 1. quis relapsus in hæresim dicatur.

Primus igitur vestræ consultationis articulus continebat, utrum dici debeat *relapsus* in hæresim, qui lapsus est in eam post abjurationem ipsius, in qua non invenitur antea commisisse; cum secundum proprietatem verborum non videatur *relapsus*, qui non fuerat ante lapsus?

Responsio.

Ad quod taliter respondemus, quod talis si tamquam accusatus, vel suspectus de hæresi eam in judicio abjuravit, & postea consistat in ipsa; censeri debet quadam juris fictione *relapsus*; licet ante E abjurationem suam plene roboratum non fuerit crimen hæresis contra ipsum; dummodo hujusmodi prius orta suspicio violenta fuerit, & certis, ac veris iodiciis comprobata: Si vero levis, & modica; quamquam ex hoc sit gravius pœnitendus, relapsorum tamen in hæresim non debet pœna puniri, ex quo præsumi non potest verosimiliter ante lapsus in eam.

Art. 2. an etiam qui post abjurationem favet hæreticis.

Quæsivistis etiam circa idem, si is, qui hæresim abjuravit, & per solam inexcusabilem receptionem, vel receptationem, aut deductionem, seu associationem, vel visitationem hæreticorum, sive dationem, vel missionem munerum, aut etiam alias in favorem eorum, qui excusari non possit, sine adoratione tamen (ut verbis vestris utamur) lapsus est postmodum; propter hoc debeat judicari *relapsus*?

Responsio.

Et quidem si legitime constitit, vel etiam nunc constaret; quod tales ante hujusmodi abjurationem in hæresi commisissent; non est dubium, per hoc fuisse relapsos: quia tunc dubitari non debet, illos ex approbati a se prius errorrs consequentia id fecisse.

Art. 3. an perjuri in causis Fidei sint testes admittendi.

Præterea nonnulli talium, ut proponitis, jurant coram *Inquisitoribus* tam de se, quam de aliis super facto hæresis veritatem dicere; sed perjurant non odio tamen, vel pretio, sed timore sui potius, & suorum; corrigunt autem se postmodum super iis contra se, ac alios suos complices deponendo. Cum itaque *perjurus* secundum jura etiam post pœnitentiam in criminalibus a testimonio repellatur [c]; hinc quæritur, utrum contra illos suos complices sit per testimonia talium procedendum? c

Responsio.

Super quo taliter respondemus, quod cum crimen hujusmodi sit exceptum; si ex manifestis iodiciis apparuerit, tales non animi levitate, aut odii fomite ductos, seu corruptos pecunia; sed zelo *Fidei* tamquam pœnitentes propriæ culpæ asserere, quod talia prius tacuerant; & velint in hoc errorem suum corrigere, ac alios nominare; stari debet in favorem

(a) ROMANIOLA: Diminute dicta primum ad discrimen unius ex Provinciis Romani Ducatus, qui in *Patrimonium S. Petri*, *Maritimam*, *Campaniam*, & *Romaniam* dividebatur; deinde quod sic accepta ei detractæ sunt duæ ejus præcipuæ Civitates *Bononia*, & *Ferraria* Inquisitoribus Ord. Prædicat. attributæ; tertio ob *Romaniam* amplissimam Regionem Græciæ vulgo *Romeli*.

(b) CORAM NOBIS &c.: Vide hanc *epistolam*, & responsum, quod dederat jam Pontifex hoc anno primum Inquisitori hæreticæ pravitatis in Marchia Anconitana constituto die 24. *Septembris*, deinde Inquisitoribus in Provincia S. Francisci positis die 13. *Novembris*, illis vero Provinciæ Romanæ anno 1261. die 11. *Februarii*.

(c) REPELLATUR: 6. q. 1. *Quicumque*, & 22. q. 5. *Si quis convictus*.

rem *Fidei*, nisi aliud obsisteret, attestationibus eorumdem. Ad illud autem, quod quæritur, utrum ad Inquisitores hæresis pertineat de *Divinationibus*, & *Sortilegiis*, quæ contra aliquos sibi denuntiantur, cognoscere, ac punire talia exercentes? Brevibus respondetur, quod cum negotium *Fidei*, quod summe privilegiatum existit, per occupationes alias non debeat impediri; *Inquisitores* ipsi de iis, nisi manifeste saperent hæresim, ratione hujusmodi officii sibi commissi se nullatenus intromittant; sed eos relinquant suis judicibus pœna debita castigandos. Quidam insuper (ut adjicitis) pro iis, quæ commiserunt in hæresi, astringunt se *Inquisitoribus* sub obligatione bonorum suorum ad recipiendum ab eis *pænitentiam*, & complendam; sed ea licet injuncta, non tamen peracta, quin potius in toto, vel in parte neglecta decedunt. Ad quod dicimus, quod si per hujusmodi pœnitentiam aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit in bonis temporalibus exequendum; ad complementum ipsius per Inquisitores cogi debent hæredes, vel alii, ad quos bona talium cum suo onere devenerunt. Injungitur etiam aliquibus ad pænam in pœnitentia pro hæresi ab ipsius pestis Inquisitoribus, ut *usuras* restituant, ad quod obligaverant in judicio Ecclesiæ se, & sua. In quo quæritur, utrum Inquisitores ipsi, vel qui succedunt in locum eorum, ad respondendum coram se quærentibus de usuris hujusmodi; & ad restitutionem earum, si de ipsis constiterit, possint compellere taliter pœnitentes; prout ab eis in aliis injunctis pœnitentiis fieri consuevit? Ad quod respondemus, quæstionem super *usuris* motam contra tales judicialiter non debere audiri ab Inquisitoribus hæresis; nec decidi: nolentes, quod per causas hujusmodi offendiculum negotio *Fidei* præparetur; eos tamen ad restitutionem usurarum, de quibus constiterit, compellere poterunt; quibus in satisfactionem pro prædicto crimine hujusmodi restitutionem in pœnitentiam injunxerunt. Sunt & alii, qui confessi sunt in judicio de hæresi coram *Inquisitoribus* hujusmodi pravitatis; sed antequam eis injungeretur pœnitentia, decesserunt. Super quo quæritur; si hæredes talium compelli possint ab Inquisitoribus, ut ad ipsorum arbitrium satisfaciant pro defunctis? præcipue cum iidem, dum viverent, ad faciendam pœnitentiam, quam Inquisitores eis vellent injungere, bona sua Inquisitoribus obligarint. Cui quæstioni sic duximus respondendum; quod postquam tales non decesserunt hæretici, sed reincorporati potius Ecclesiæ unitati; non videmus, quod eis post mortem; vel eorum hæredibus, qui ad successionem talium admittuntur, sit satisfactio pro extincto jam crimine injungenda. In eo vero casu, in quo *hæredes* hujusmodi ad successionem non deberent ob culpam sui actoris admitti: non obstante quod actoribus ipsis viventibus hoc non fuerit intercedente ipsorum morte per sententiam declaratum; ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur. Adjecistis præterea, negotium, seu officium Inquisitionis contra hæreticos dilecto filio ... Priori Prædicatorum Parisien. a Sede Apostolica fuisse sub ea forma commissum [a], ut idem super hoc posset inquirere tam per se, quam per alios, quos ad hoc idoneos reputaret; in quo quæritur, utrum tales *delegati*, vel *subdelegati* existant; & quid possint etiam sic electi? Super quo taliter duximus ordinandum, quod idem *Prior* possit tres, vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere, qui parem cum ipso habeant potestatem; & amovere illos, ac ipsorum loco alios substituere, quotiescumque viderit expedire: ipsis tamen Priori, & aliis sic assumptis committendi dumtaxat citationes, & examinationes testium; cum de hujusmodi crimine, & circumstantiis ejus inquiritur; ac denunciationes sententiarum, quas super iis, contra quoslibet contigerit ferri, & iis similia faciendi conceditur ab eadem Sede facultas. Quæstioni vero, qua quæritur, utrum constitutus in *Sacris* deprehensus in hæresi, & propter hoc immurandus [b] perpetuo, prius sit ab

Art. 4. Inquisitores an cognoscere debeant de Sortilegiis.

Responsio.

Art. 5. an hæredes, & bonorum hæreticorum detentores cogantur complere pœnitentiam defuncti conversi.

Responsio.

Art. 6. de usurarum quæstionibus an agendum coram Inquisitoribus.

Responsio.

Art. 7. an hæreticorum hæredes teneantur ad pœnitentias illis defunctis non injunctas.

Responsio.

Art. 8. electis, seu delegatis ab Inquisitoribus ad idem munus quænam potestas.

Responsio.

Art. 9. Clericus hæreticus ideoque muro entrecendus an etiam gradu movendus.

(a) COMMISSUM: Per litteras, ut videtur, *Dudum ad aliquorum &c.* Gregorii IX. anno 1235. die 21. Augusti in to. 1. Bullarii O. P. Bul. 137. datas.

(b) IMMURANDUS: Idest muro undequaque custodiendus.

Responsio.

Art. 10. An vici faeri hæreticorum insti... ... ab Inquisitoribus plectendi.

ab Ordinibus a suo Episcopo *degradandus*, antequam tradatur hujusmodi pœnitentiæ? Respondemus, quod talis, qui est perpetuo immurandus, prius debeat a suis Ordinibus degradari. Nonnulli quoque *Clerici*, &, quod est deterius, *Sacerdotes* prætextu pecuniæ, vel alicujus servitii temporalis inveniuntur aliquando Inquisitionis impedire negotium, instruendo citatos hæreticis credentes de celanda veritate, falsitate dicenda, vel eos indebite liberando; de quibus quæritur, utrum Inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere, aut quod sic accepta restituant, coarctare?

Responsio.

Dubium itaque non videtur, quod ii, quos constat exercere præmissa, ea faciunt in favorem hæreticæ pravitatis; quare possunt a talibus per Inquisitores compesci, & pœna debita castigari tam per captionem personarum, quam etiam alias; prout culpa exegerit delinquentis.

Art. 11. An Religiosi hæresi detenti magis puniendi, quam sæculares.

Quod autem postmodum quærebatur, quomodo essent puniendi *Religiosi*, qui inveniuntur in hæresim deliquisse; cum *Sæculares* peccantes in simili casu immurationis, vel alia pœna plectantur?

Responsio.

Ejus solutio satis patet; cum certum sit, tales in hoc, & in consimilibus delinquentes gravius etiam sæcularibus puniendos.

Art. 12. Quinam filii, ac nepotes &c hæreticorum puniendi veniant.

Frequenter etiam vobis ab Apostolica Sede committitur, ut tam hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, quam ipsorum filios, & nepotes, ac alios etiam, qui prædictorum interventu, vel gratia talia essent adepti, vel assequerentur imposterum, privandi Personatibus, Dignitatibus, & honoribus quibuscumque, ac beneficiis Ecclesiasticis, & officiis publicis de Diœcesanorum, vel eis absentibus, Vicariorum suorum consilio, habeatis liberam facultatem: Quod qualiter intelligi debeat, petivistis ejusdem Sedis oraculo declarari.

Responsio.

Hoc sane de filiis, & nepotibus illorum hæreticorum, credentium, & aliorum hujusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videtur; non autem illorum, quos emendatos constiterit; & pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel jam perfecerunt, vel humiliter prosecutioni ejus insistunt, vel parati fuerunt, dum viverent, ad recipiendam eamdem. *Diœcesani* quoque in privandis talibus sunt generaliter requirendi; nisi forsan constaret legitime, quod iidem scienter eis beneficia contulissent: tunc enim eos in iis requirendos esse non credimus, sed potius a suo Judice puniendos. Vos igitur circa hæc, & alia contingentia in hac parte commissum vobis officium sic prudenter, & fideliter exequi procuretis; sic ad ea pure propter Deum, cujus causam geritis, vestra feratur intentio; quod labor vester vobis ad vitæ præmium, & aliis ad salutem, quæ solum in talibus quæritur, proficiat animarum.

Hortantur Inquisitores ad eorum officium juxta hæc exequendum.

Datum Anagniæ Idibus Decembris [a], Pontificatus Nostri Anno Quarto [b].

Ut non teneantur de rebus quibuscunque, quæ eis legantur, cuiquam canonicam portionem solvere. (Ex FIRMAM. trium Ordinum, & Speculo Minor. fol. 7. apud Autorem Supplementi Annal. WADDINGI.)

ALEXANDER &c.

CDLXIII.

Anno 1259. die 20. Januarii.

Dilectis filiis.. Generali, & Provincialibus Ministris, ac universis Fratribus Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium ab æqua concessionis causa.

PIUM est, & consonum æquitati; ut vos, qui abnegantes salubriter vosmetipsos elegistis in paupertate Christo pauperi ad placitum famulari *tamquam nihil habentes, & omnia possidentes*, illius intuitu, cujus Vicarii sumus, illa prosequamur gratia, per quam cultus ejus ampliari valeat; & paupertas vestra in aliquo relevari. Hinc est, quod Nos necessitatibus vestris paterno compatientes affectu, ut de iis, quæ in ornamentis,

2. Corinth. 6. 10.

Necessitatibus, & paupertati Fratrum.

(a) IDIBUS DECEMBRIS: Ita codex Aracælit. apud Waddingum; sed Pegna, & Bullarium Romanum habet: *Datum Viterbii V. Kalend. Octobris*, quod bis dederit, & ad diversos has litteras hoc anno; nam idem Waddingus ad annum 1260. num. 3. admonet in Archivo Aracælit. sub num. 29. haberi idem rescriptum ad verbum dat. *Anagniæ XII. Kalendas Martii Pontificatus anno VI.*, quo *anno IV. Idus Januarii* idem scriptum est Inquisitoribus Ord. Prædicat. in Italia constitutis ex Bulla 159. Alex. IV. Bullarii ejusdem Ordinis tom. 1.

(b) Magnam lucem afferunt hæ litteræ, ac responsa ad cap. *Accusatus* tit. *De Hæreticis* in 6. lib. decr.. ut & notavit Waddingus supra laudatus num. 7., & antea Pegna in prævia notatione ad hanc *Bullam*; quam innovavit Nicolaus IV. anno 1288. die 23. Decembris.

ris, vel pro eis, aut libris, aut fabrica, luminaribus, anniversario, septimo, vigesimo, trigesimo [a], sive aliis ad perpetuum cultum Divinum; seu pro pittantiis [b] ad sustentationem vestram, aut indumentis vestris vobis legantur, nulli *canonicam* justitiam, aut *portionem* [c] aliquam tentamini exhibere; devotioni vestræ auctoritate præsentium indulgemus. Districtius inhibentes, ne quis a vobis de præmissis aliquid exigere, vel extorquere præsumat: & sententias omnes *excommunicationis*, *suspensionis*; & *interdicti*, si quas in vos, vel aliquem vestrum, seu executores Testamentorum, vel hæredes decedentium, seu Benefactores vestros communiter, vel divisim per quoscumque contra hujusmodi concessionem, & inhibitionem nostram contigerit promulgari, decernentes irritas, & inanes. Nulli ergo &c. nostræ concessionis, & inhibitionis &c. Si quis autem &c.

a
b
c
In fulget Pontifex, ut supra.
Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ XIII. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Quinto [d].

d

Ut Fratribus Savonen. permittat locum incommodis subjectum suæ Civitati inferre. (Ex Autographo nostri Conventus Sancti Francisci ejusdem Civitatis.

CDLXIV.
Anno 1259. die 18. Januarii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri . . Episcopo Saon. [e] *Salutem, & Apost. Bened.*

e

Pontificis admonitio pro exordio.

PERSONAS pias, & humiles Divini nominis laudibus desudantes benigno debes favore prosequi; ut earum meritis augeatur tibi Divinæ gratia pietatis. Sane dilectus filius... Generalis Minister [f] Ordinis Fratrum Minorum, intellecto, quod locus dilectorum filiorum Fratrum ipsius Ordinis in *Saona* [g] ex impetu aquarum vicini Torrentis [h] ita graviter sit concussus, ut iidem Fratres ibidem absque gravi incommodo morari non possint; eis dedisse dicit licentiam se ad quemdam alium tuæ Civitatis locum [i] illorum necessitati congruum se transferendi. Hinc est, quod Fraternitatem tuam attente rogandam duximus, & monendam, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eisdem *Fratribus* te pro Divina, & Apostolicæ Sedis, ac nostra reverentia in hac parte benevolum exhibeas; & benignum ipsis super translatione hujusmodi tuum auxilium aspectu prompto, & libero largiaris; ita quod tibi gratiæ exinde Divinæ præmium, & favoris nostri proveniat incrementum [k].

Narratio facti, & epistolæ scribendæ causa.
f g h
i
Rogat Pontifex, & mandat ut supra.
k

Datum Anagniæ v. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Quinto [l].

l

Ut Wintonien. Electum ab Ecclesia sua absentem curet restitui, eique suos subditos, & proventus subministrari. (Ex Regesto Vatic. epist. 89. al. 85. apud Wadoingum in Annal. Minor. num. 6.)

CDLXV.
Anno 1259. die 29. Januarii. al. 28. Febr.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Fratri Walasco [m] *de Ordine Minorum Pœnitentiario, & Capellano nostro Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

m

Exordium.

STATUM Ecclesiæ fore tranquillum vehementissime cupientes immensi doloris acerbitate turbamur, cum Ecclesiam

(a) Anniversario, Septimo, Vigesimo, Trigesimo: Diebus nimirum, quibus pro defunctis exequiarum justa hæredes persolvere consueverant, vel tenebantur illis temporibus, & etiam sequentibus aliquibus in locis.

(b) Pittantiis: Barbare pro cibariis, & comedendis.

(c) Portionem: Quam vulgo *quartam* appellant Parochis debitam; alibi tamen aliter.

(d) Anno quinto: Petrus de Alva in Indiculo Bullarii Seraphici habet hanc decretalem datam fuisse *Idibus Maji anno quarto*: quod est anno proxime præterito. Idem concessum legitur Ordini Prædicatorum an. 1261. die 3. Januarii ex Bul. 291. Alex. IV. tom. 1. Bullarii ejusdem Ordinis.

(e) Episcopo Saon.: *Conrado de Aneisa* anno 1255. electo: qui obiit anno 1278. ex Ughello to. 4. Ital. Sac. num. 28.

(f) Generalis Minister: S. *Bonaventura*.

(g) In Saona: De quo loco actum est supra ad litteras Innocentii IV. *Quoniam, ut ait &c.* Dat. idibus Maji anno 1247.

(h) Vicini Torrentis: *Vaniola* nominati.

(i) Alium tuæ Civitatis locum: Cujus fundum emit gens *Busseria* anno 1268. a Gandulpho Naso; Ecclesiæ fabricam, & *Dormitorium*, ut ajunt, inchoavit Vivaldus Draperius; hortum Cœnobio contiguum dono dedit Ansaldus Busserius: ex qua familia fuit *Fr. Philippus* ad varios Principes Pontificius Nuncius, de quo Waddingus in Annal. Minor. ad annum 1291. num. 65., & 1340. num. 21. edit. 2.

(k) Occupationem hujus loci ab Episcopo Civitatis sub Paulo IV., eaque de re decreta, & provisiones Pii IV., Gregorii XIII., & Sixti V. legi possunt in *Bulla* ejusdem Sixti V. *Et si Mendicantium Ordines &c.* anno 1587. m. Septembri edita, quæ suo loco dabitur.

(l) Aliæ litteræ Clementis IV. pro hoc Cœnobio *Pertulerunt ad audientiam &c.* anno 1268. die 6. Julii videri possunt infra suo loco.

(m) Fratri Walasco: Ad quem extant etiam litteræ Innocentii IV. anno 1253., & 1254., quibus Nuncius Apostolicus fuit ad Austriæ, Bohemiæ, Hungariæ, Aragoniæ, Castellæ, & Lusitaniæ Principes, & Reges; postea ad Episcopatus dignitatem evectus, ut infra videbitur.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1259.

Ecclesia sub quiete proficit.

siam ipsam vexari molestiis, & adversitatibus concuti percipimus, & sentimus. Proficit namque plurimum Ecclesia sub quiete, ac ad utilia, & salubria convalescit; & per inquietitudinem impedita nequit ad votum fructus pacis producere salutares, & circa suos filios maternæ sollicitudinis officium adimplere; propter quod cum optatæ tranquillitatis commodo fruitur, ingenti gaudio exultamus; quia per delectabile pacis bonum in Divinis agendis, & procuranda salute redditur admodum expedita; & cum quies ei surgente turbatione subtrahitur, amaritudine vehementi replemur; quia per hoc in sui cura regiminis, & executione salutarium maxime impeditur. Licet autem plurimæ sint, & variæ sæculi hujus adversitates, quæ graviter ipsam Ecclesiam pro temporum diversitate perturbant; illa tamen molestior ingruit; illaque sibi venit amarior, quæ in Pastores, & Prælatos ipsius, per quos utpote firmas, & solidas ejus columnas corpus ipsius regitur, ausu nefario exercetur. Hæc est, quæ ipsam Ecclesiam vehementer affligit, ejusque viscera crudeliter exacerbat; hæc est, quæ foris eam dure percutit, & sibi dirum intrinsecus vulnus figit: Hoc est flagellum, quod & ipsam fortiter allidit exterius, & livorem ei gravissimum intus infert; quia nimirum Ecclesia tunc valide premitur, cum in suis Rectoribus impugnatur; tuncque pariter potissime, cum hujusmodi sua substentacula impetuntur; quoniam domus, quæ supra columnarum fortitudinem est constructa, secura in earum firmitate subsistit; ejusque status in illarum stabilitate firmatur; & ideo si forte concutiantur, potest ipsa ruinæ pericula formidare: hic est marinus fluctus, qui nocentius in Ecclesiæ navim elato vertice insilit: hæc est tempestatis procella,

Eadem molestius dolet, quando eius Pastores, ac Prælati molestantur.

A quæ tumentibus undis ferit ipsam durius, & impellit: hic est commotionis turbo, qui surgentibus ventis irruit procellosius contra eam. Quare præcipue contra gravitatem adversitatis hujusmodi est eidem Ecclesiæ necessaria subventio efficax, & opportuna. Sane dilectus filius [a] *Ademarus Wintonien.* Electus [b], adversante sibi temporis qualitate, adversitatis hujus in se asperitatem sentiens, & multa, & magna, ut asserit, B perferens nocumenta, providit ad Apostolicæ Sedis providentiam habere recursum; ut ab ipsa matre justitiæ illatæ sibi castigentur injuriæ; ac ex ea illud oppressorum refugin suscipiat contra molestatores suos necessarii præsidii munimentum; nec non de solita ipsius consolatione suavem degustet dulcedinem, qui injuriatorum suorum malitiis amarum absinthium jam potavit. Constitutus [c] itaque apud Sedem eamdem C proposuit in nostra, & Fratrum nostrorum præsentia, quod cum quædam in Regno *Angliæ* circa ipsius Regni statum immutatio emersisset; ipse, quia in iis, quæ tunc gerebantur, conjiciebat aperte, quod si moraretur in Regno ipso, periculum sibi poterat imminere; coactus est, ut personale vitaret dispendium, & propter necessitates alias, Regnum ipsum exire, ac se ab Ecclesia sua considerato statu ipsius absentare [d]. Unde D supplicatione humili petiit, ut cum in prædicta Ecclesia secure morari non valeat; gravisque merus eum abesse compellat; manensque extra prætactam Ecclesiam, quod utique cor ejus valde cruciat, & conturbat; circa liberam ipsius Ecclesiæ administrationem quoad spiritualia, & temporalia impediatur non modicum, & turbetur; multaque sint de bonis, & juribus ad eum, & Ecclesiam ipsam spectantibus occupata, & E circa proventus, & redditus Episcopales,

a b VVintonien. Electus ad Sedem Apostolicam gravatus recurrit.

c Idem gravamina sibi illata exponit.

d & supplicat sibi consuli per eandem Sedem.

(a) DILECTUS FILIUS: Hic loco incipit aliud exemplar hujus Epistolæ: *Dilectus filius Ademarus Wintonien. Electus apud Sedem Apostolicam constitutus proposuit in nostra, & Fratrum nostrorum præsentia, quod cum quædam in Regno Angliæ &c.* prosequendo, ut in hac epistola usque prope finem.

(b) WINTONIEN. ELECTUS: Vulgo *Winchester* in Anglia Meridionali sub Archiepiscopo Cantuarien.

(c) CONSTITUTUS: Prædictum exemplar omissis iis, quæ dicuntur post illa verba *Wintonien. Electus*; sequitur reliqua, ut in hac epistola.

(d) ABSENTARE: Magna exorta seditione in Anglia, inquit Waddingus in Annal. Minor. ad hunc annum num. 6. ex Matth. Paris., & West Monast., conspiratione facta contra Pictavienses, & Isabellæ Regis Henrici Matris consanguineos, ejectus est e Sede Wintoniensi *Ademarus* ejusdem Isabellæ frater uterinus: Regem enim offenderat, quod *Decimas* eidem a Pontifice ad expeditionem Hierosolymorum concessas cum aliis Episcopis denegaret: Nobiles Anglos habuit invisos, quod ex Pictavo extero esset genere, inter Anglos præcipuarum Sedium, Arcium, & munitionum sibi regimen ex Regis affinitate arrogante. Romam profectus, & inde recta ad Pontificem propitium eum sibi invenit, ut Fr. Walasium cum instructione ad Regem, & proceres Angliæ pro illius causa destinaret.

les, aliaque bona ad ipsum, & eamdem Ecclesiam spectantia violentiam, & injuriam patiatur; ita quod non sit ei libera illa integra percipiendi, & habendi facultas, providere sibi super iis Apostolica diligentia curaremus. Nos igitur de suis condolentes angustiis; eique in tot compatientes adversis; cum Fratrum, & Coepiscoporum nostrorum injuriæ Nos non prætereant, & offensæ; ac intendentes ob hoc plenius circa eum prædictæ Sedis ostendere gratiam, & favorem; cum non sit aliquatenus ipsius dolor augendus, sed minuendus potius, quinimmo consolationis in eo sibi solatium tribuendum; quia si ipsum in prætactæ administrationis executione impediri per aliquos pateremur, videremur quodammodo sustinere, quod passionibus passio adderetur, & postponere negligenter suorum vulnerum medicamen; volumus sibi circa hoc per opportunum, & condignum ejusdem Sedis suffragium efficaciter providere. Quare carissimum in Christo filium nostrum illustrem Regem *Angliæ* [a], ac nobiles viros Comites, & Barones ejusdem Regni, ac alios Consiliarios Regis ipsius monendos, rogandos duximus, & hortandos attente, dantes eis per nostras litteras in mandatis; ut penfantes provide, ac tamquam viri Catholici cogitantes, quantum Altissimo placeat, si Prælatis ad suorum curam Fidelium deputatis honor, & reverentia impendatur; quantumve displiceat, si vel contumeliis, aut molestiis, vexationibus, seu gravaminibus quomodolibet offendantur; cum non sit dubium, quin spernatur in eorum contemptu; & in eorumdem honorificentia honoretur. Attendentes etiam, quod audientibus reprehensibile videtur, & pravum id, quod circa prætactum Electum a nonnullis dicitur taliter attentatum; suosque animos ad unitatem concordiæ inclinantes, illamque ad prosperum, & salubrem ejusdem Regni statum totis amplectentes affectibus habeant, prout mansuetudini Regiæ, & nobilitati, ac bonitati eorum convenit, sinceritatem dilectionis ad ipsum copulantes eum sibi vinculo

Pontifex ei condolet, & compatitur.

Pro quo scribit ad Regem, & Barones Angliæ.

A solidæ caritatis, laudabili, quantum in eis est, procurando studio, & dando ad hoc opem, & operam opportunam, ut ejusdem *Electi* cessent injuriæ, molestiæ conquiescant, desistant impedimenta, & gravamina releventur; ac nequaquam in præmissis *Electum* impediant; nec patiantur ab aliis, cum id ad famam, & honorem eorum pertineat, impediri; sed potius studiosam adhibeant diligentiam, ut remotis obstaculis præ-B tactos redditus, & proventus, omniaque bona ad ipsum, & Ecclesiam spectantia cum integritate tam per se, quam per alios ejus Procuratores, & Nuncios colligere, percipere, & habere, ac prætactam administrationem exercere libere permittant; efficiendo nihilominus, quod de ablatis, & occupatis plena restitutio sibi fiat; ita quod evidentia operis patenter appareat, quod illud in hujusmodi negotio volunt, & C intendunt, diligunt, & affectant, quod sit Domino placitum, eis cedat ad laudem, & pariat Regno memorato profectum. Quia vero ad hujusmodi executionem negotii personam tuam duximus specialiter eligendam [b]; discretioni tuæ de prætactorum * Fratrum nostrorum consilio per Apostolica scripta mandamus; quatenus ad implendum reverenter, quod tibi, de quo plene con-D fidimus, secure injungimus, personaliter proficiscens eosdem Regem, ac Nobiles ad prædicta omnia ex parte nostra juxta datam tibi a Domino gratiam diligenter inducas; attentis, & sedulis ad hæc monitionibus, ac affectuosis, & studiosis exhortationibus sollicite laborando, & interponendo cum omni vigilantia efficaciter partes tuas, ut per tuam solertiam, providentiam, & industriam, Divina cooperante clementia, grande E illud bonum, quod in iis vehementer optamus, valeat laudabiliter provenire. Cæterum quia constat, *Electum* ipsum *Wintonien.* Ecclesiæ verum, & proprium esse Pastorem; eumque olim fuisse in ipsius Ecclesiæ Præsulem concorditer, & canonice postulatum; & postulationem ipsius admissam a Sede Apostolica; & eum ipsi Ecclesiæ per Sedem eamdem præ-

* prædictorum

Injungit Fr. VVelasco, quod supra tactum est.

Electus VVintonien. Asseritur verus Pastor.

(a) Regem Angliæ: Henricum III., qui usque ad annum 1272. regnavit.

(b) Specialiter eligendam: Ob alias legationes ab eo pro Sede Apost. feliciter obitas.

Constitutiones duæ hujus Pontificis a

præfectum, & Pontificem extitisse: Nec prima, nec secunda *Constitutio* nostra [a], quam super ordinatione, & consecratione Electorum Ecclesiarum Cathedralium edidimus, ei obstitit, vel obsistit;
1. cum quantum ad ipsam *primam*, ne astringeretur, vel arctaretur per eam, sibi per nostræ dispensationis gratiam
2. provisum extiterit: Et quoad *secundam* ipse sibi consuluerit, se coram Nobis ad suscipiendum Sacerdotalem Ordinem congruo, & debito tempore offerendo, & consecrationis munus postmodum receptum, ita quod nullum contra eum

non obsistunt Electo, & quare.

occasione hujusmodi Constitutionum impedimentum, vel obstaculum est exortum: & ideo plenam ejusdem Ecclesiæ administrationem in spiritualibus, & temporalibus habere debeat; possitque ipsam in utrisque per se, vel per alium, seu alios exercere; debeatque fructus, redditus, & proventus Episcopales ejusdem Ecclesiæ integre percipere; sibique, ac suis Officialibus, & Procuratoribus in iis, & omnibus aliis Episcopalibus juribus responderi plenarie debeat, & intendi: volumus, & præcipimus, ut eumdem *Electum* in iis favore prosequens congruo facias nihilominus, cum propter tractatum hujusmodi cum præfatis Rege, & Nobilibus

Mandat, ut Electo proventus, & redditus restituantur.

super præmissis id non conveniat, nec debeat retardari; sibi cum integritate prætactos * adhiberi redditus, & proventus; & totaliter restitui percepta, & occupata in fructibus, bonisque aliis mobilibus, & immobilibus a tempore im-

* al. præfatos

mutationis prætactæ *; nec permittas ipsum in præmissis, vel eorum aliquo impediri: universos turbatores, molestatores, impedientes, invasores, occupatores, detentores, contradictores, & rebelles, cujuscumque conditionis, seu dignitatis existant, monitione præmissa per *excommunicationis* in personas, & *interdicti* in terras eorum, si opus fuerit, sententias appellatione postposita compescendo: Non obstante si aliqui-

* al. præfatæ

A bus a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari; seu extra, vel ultra certa loca evocari non possint per litteras Apostolicas plenam, & expressam non facientes de Indulto hujusmodi mentionem; & qualibet alia ejusdem Sedis indulgentia, cuicumque personæ, vel loco concessa, de qua in nostris litteris mentio fieri debeat specialis; & per quam effectus præsentium, nostrique

Derogando Indultis Apostol., aliisque &c.

B mandati executio impediri valeat, vel differri; ac Constitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali [b]; aut si forte ab Officialibus, vel Procuratoribus, seu Ballivis ipsius *Electi*, vel quibuscumque aliis de non præstandis, vel non exhibendis eidem *Electo* fructibus, redditibus, vel proventibus Episcopalibus, seu aliis bonis ad ipsum spectantibus, aut alias etiam in ejusdem *Electi* præjudicium exacta sunt, vel extorta, b
C seu præstita juramenta; ad quorum observationem eos decernimus non teneri, ita quod per subsidium Apostolicum, & tuæ diligentiæ studium memoratus Electus præmissam administrationem cum plenaria perceptione proventuum, aliorumque bonorum plena restitutione, quibuscumque remotis obstaculis, libere pet se, vel per alios valeat exercere. Super promotione autem ipsius Electi ad Sacer-

De promotione, & consecratione Electi providendum.

D dotium, & consecrationis munus, quia circa hunc articulum aliqua fuere proposita, faciemus, quod justitia suadebit [c]. Præcipimus tamen, & auctoritate Apostolica de dictorum Fratrum consilio districtius inhibemus, ne contra eumdem *Electum* in præmissa *Wintonien*. Ecclesia quidquam a Conventu ipsius Ecclesiæ, vel quibuscumque aliis, cujuscumque conditionis, vel dignitatis c

Inhibicio ne quidquam innovetur in VVintonien. Ecclesia contra Electum.

E existant, per electionem, aut quamcumque provisionem, vel alias quomodolibet præsumatur; ac decernimus ex nunc, ita quod decretum hujusmodi a data præsentium plenam efficaciam habeat, & effectum; irritum, & inane decer-

(a) CONSTITUTIO NOSTRA: Hanc citat B. Gregorius X. in sua Constitutione edita in Con. Lugdunen. II., & relata in 6. Decr. lib. 1. tit. 6. De Electione, & Electi potest. c. 10. *Quamvis Constitutio*; & Joannes Andreæ Glossator asserit incepisse *Dilecti filii*, sed eam *hodie* non haberi, nempe suo tempore in corpore juris, multo minus igitur nostro; idque quoad primam; secunda enim incipit: *Olim Ecclesiarum Cathedralium &c.*, vel certe refertur, ac citatur in dicta epistola apud Raynaldum ad ann. 1257. num. 10., & seq.

(b) IN CONCILIO GENERALI: Anno 1215. sub Innocentio III. celebrato Laterani cap. 37.

(c) JUSTITIA SUADEBIT: Alterum exemplar hujus epistolæ paulo ante citatum post hæc ita sequitur: *De prædictorum vero Fratrum consilio decernimus irritum, & inane, quidquid prætextu præmissarum Constitutionum nostrarum contra Electum ipsum in eadem Ecclesia est hactenus attentatum. Dat. Anagniæ II. Kal. Martii Pontificatus nostri anno quinto.*

decernentes, quidquid contra præceptum, & inhibitionem hujusmodi qua-
a cumque occasione contigerit attentari [a].
Datum Anagniæ IV. Kal. Februarii,
b Pontificatus Nostri Anno Quinto [b].

Ut concedat aliquos Fratres in obsequium Monialium Civitatensium. (Ex REGES. VATIC. epist. 18. apud VADDINGUM in Regesto Pontif. num. 59.)

CDLXVI. Anno 1259. die 3. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio.. Ministro Provinciali Regni Legionen. [c] *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*
c

Causa hujus mandati.

PAci, & saluti dilectarum in Christo filiarum.. Abbatissæ, & Conventui
d Monasterii *Sancti Spiritus Civitaten.* [d] ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Damiani paterna sollicitudine providere volentes discretioni tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis, & festis duplicibus, & solemnibus tui, & ipsarum Ordinum per Fratres tuos celebrari Missarum solemnia, & annuatim duodecim vicibus *pænitentiam*, & *Eucharistiæ* Sacramentum, eis informatis primo regularibus documentis, & confortatis pabulo *Verbi Dei* facias exhiberi. Cum vero necesse fuerit vel propter ipsarum graves ægritudines, seu obitus, aut Altarium, vel Monialium consecrationes, tot ad locum ipsarum de idoneis tuis Fratribus mitti procures ad exequias, & Divinum Officium celebrandum, quot ad hoc fuerint opportuni; & proponatur populo, qui

Præcipit, & mandat, ut supra,

pro Eccles. Sacramentis,

& prædicatione,

aliisque Monialium functionibus,

A tunc prætactis temporibus ibidem convenerit, verbum Dei. Ad hæc, ut Fratres Conventus *Civitaten.* maturi, & discreti pro honestis, & rationabilibus causis ab Abbatissa, quæ pro tempore fuerit, requisiti possint ad prætactum Monasterium, ac Cratem, & Locutorium ipsius accedere, duximus concedendum. Non obstantibus aliquibus litteris, vel indulgentiis tibi, vel præta-
B ctis Fratribus ab Apostolica Sede sub quacumque forma verborum concessis, de quibus, vel quorum tenore plenam, & expressam in nostris litteris oporteat fieri mentionem; aut per quas non expressas in præsentibus impediri posset hujusmodi præcepti nostri executio, vel differri.

ac facultate colloquendi cum illis,

derogando Indultis Apostol.

Datum Anagniæ III. Nonas Februarii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

C *Ut in Provincia Flaminiæ al.* Romaniola *Inquisitores contra hæreticam pravitatem instituantur; quos amoveri ex causa, eisque alios subrogari posse scribit.* (Ex REGES. VATIC. teste WADDINGO in Annal. Minor. ad hunc annum num. 2.)

ALEXANDER &c.

CDLXVII. Anno 1259. die 11. Februarii.

Dilecto filio.. Ministro Fratrum Minorum de administratione Romaniolæ [e] *Salutem, & Apost. Benedictionem.* e

D LIcet ex omnibus Mundi partibus, quæ nomine Christiano censentur, teneamur ex officii nostri debito expurgare &c. [f] discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus discretorum Fratrum communicato consilio f
duos [g] de tuæ administrationis Fratribus g
opere, ac sermone potentes, & haben-

 tes

(a) ATTENTARI: Cæterum *Ademarus* obiit anno 1261. cum gaudio multorum homo castris aptior, quam Ecclesiæ, inquit auctor Catalogi Episcoporum Ecclesiæ Wintonien.

(b) Porro alterum, quod dixi, hujus epistolæ *exemplar* ad nos pervenit ex Vaticano Tabulario, ubi in Regest. Pontif. est epist. 85. an. 5., & immutatum creditur ob quædam, quæ superflua existimari, & quædam, quæ brevius dici poterant. Cæterum hic Fr. *Walafcus* memoratur in *Urbani* IV. epistula 91. anno 3., & 15. an. 4. tom. 4. Regest. Pontif. ex Archivo Vatic. adhuc *Capellanus*, & *Pænitentiarius Papæ*.

(c) MINISTRO GENERALI.. EGNI LEGIONEN.: Nimirum *Provinciæ S. Jacobi*, sub qua erat *Custodia Legionensis*, & Regnum ejusdem nominis, ut videre est in veteri *Provinciali Ordinis* apud Polychronicon, & Bartholomæum Pisanum Conform. XI.; imo in antiquiori distributione Provinciarum, & Custodiarum Ordinis anno 1260. Narbone facta, & sæpe citata.

(d) MONASTERII S. SPIRITUS CIVITATEN.: *Roderici* in Castella veteri, confinioque Lusitaniæ Episcopatus sub Archiepiscopo Compostellano; de quo Monasterio egit Waddingus in Annal. Minor. ad annum 1240. n. 30., & nos ad diplomata Innocentii IV. edita anno 1244 die 17. Aprilis, & 1245. Idibus Octobris.

(e) ROMANIOLÆ: Quæ a Civitate Imolæ incipiens usque Ariminum extendebatur quoad Inquisitorum hujusmodi officium; vocaturque *Romania Ravennas* in veteri Eccles. Notitia ex Ms. Vatic. a Schelstratio vulgata tom. 2. Antiqu. Eccles. in Append. ad Opus Geograph. num. XXIII., & in alia Ms. Bibliothecæ nostræ S. Crucis Florent. cod. 603. ad discrimen *Romaniæ* Principatus Romani, & *Romaniæ* Græcorum; etsi hæc accentu gravi pronunciari soleat.

(f) EXPURGARE &c.: Vide similem *Bullam* anni 1254. die 30. Maii ab Innocentio IV. editam pro Inquisit. Romæ, Tusciæ, & Umbriæ supra relatam, mutatis solummodo Provinciarum nominibus.

(g) DUOS: QUORUM unus *Faventiæ*, alter vero *Arimini* morabatur usque ad tempus B. Pii V.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

tes zelum Fidei assumas: quibus *Inquisitionis* officium contra hæreticos in terris ejusdem administrationis juxta formam &c. a

Datum Anagniæ II. Idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Quinto b.

Fr. Raynaldum O. M. in Episcopum Asculanum promotum confirmat, & Capitulo, Cleroque illius Ecclesiæ commendat. (Ex ARCHIVO VATIC. in Regest. Pontif. ep. 62. anno 5.)

CDLXVIII. Anno 1259. die 12. Februarii.

ALEXANDER &c.

c *Dilectis filiis Capitulo* Esculano c *Salutem, & Apostolicam Bened.*

Exordium.

APostolicæ dignitatis deposcit officium, ut destitutas præsidio Prælatorum Ecclesias condignæ provisionis consolemur effectu ita; quod ibi Deo propitio, & cultus vigeat Divini nominis, & consurgat prosperitas, quibusque cessantibus detrimentis. Inde fit, quod cum Ecclesia vestra pastore vacaret, Nos volentes obviare dispendiis, quæ prætextu vacationis diutinæ sibi poterant imminere; Venerabilem Fratrem nostrum *Raynaldum* d Episcopum vestrum e, tunc Cappellanum nostrum, de Ordine Minorum virum utique timoratum, & providum, ac in spiritualibus, & temporalibus circumspectum, de Fratrum nostrorum consilio Ecclesiæ præfatæ præfecimus in Pastorem; spe Nobis firma proposita, quod per ipsius industriam, quem vos propter sua clara merita, sicut lætantes accepimus, medio tempore in vestrum Episcopum elegistis, dicta Ecclesia, & honoris augmentum consequi, & in prosperis, Deo propitio, debeat ampliari. Rogamus itaque Universitatem vestram, & hortamur attente, præcipiendo mandantes, quatenus eumdem Episcopum, cui plenam ipsius Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus administrationem commisimus, cum ad vos pervenerit, admittentes hilariter, & devote sibi tanquam Patri, & Pastori animarum vestrarum, impendatis obedientiam, & reverentiam debitam; ac ipsius salubribus mandatis, & monitis efficaciter intendatis, Procuratori suo ejus nomine interim, de proventibus Episcopalibus integre responsuri; ita quod idem Episcopus in vobis devotionis filios invenisse gaudeat; & vos per consequens in eo fructum paternæ benivolentiæ semper gratulemini reperisse. Alioquin sententiam, quam ipse propter hoc rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

(Margin notes: Ecclesia Asculi vacante, — eligitur Fr. Raynaldus O. M. Capellanus Papæ, — quem Papa confirmat, & ordinat, — commendatque Capitulo dictæ Ecclesiæ, — cum solita comminationis clausula.)

Datum Anagniæ II. Idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Quinto f.

In eumdem modum Clero Civitatis, & Diœcesis Esculan. Apostolicæ dignitatis deposcit officium &c.; *ut in alia usque in finem de verbo ad verbum.* CDLXIX.

De eadem re populo Asculano. (Ex cit. ARCHIVO VATICANO epist. 62.)

CDLXX. Anno 1259. die 12. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Populo Civitatis, & Diœcesis Esculan. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

LAudis humanæ præconium, & præmium gratiæ Divinæ acquiritur, si spiritualibus Patribus a devotis filiis condigna reverentia promptis affectibus impendatur. Sane cum Esculana Ecclesia Pastore vacaret &c. g, quatenus personam ipsius Episcopi, immo nostram in eo

g Novus Episcopus populo commendatur.

(a) FORMAM &c.: Ut in prædicta *Bulla* Innocen.

(b) Meminit hujus *Constitutionis* etiam Petrus de Alva in Indiculo Bullarii Seraphici.

(c) CAPITULO ESCULANO: In Piceno, & Marchia Anconitana, ut infra.

(d) RAYNALDUM: Qui anno 1243. uti *Capellanus* Raynaldi Episcopi Ostien., & Veliteren. recepit donationem Ecclesiæ S. Sylvestri de Pereto ab *Andrea de Pontibus* factam Monasterio Clarissarum Pereten. ex 26. *Bulla* Innocentii IV. *Cum a nobis petitur &c.* eo anno die 15. Decembris edita, & in tom. 1. hujus Operis p. 321. vulgata.

(e) EPISCOPUM VESTRUM: Urbis Asculanæ in Piceno ex Ughello tom. 1. Ital. Sac., qui cum hanc epistolam citet, tamen Raynaldum ex *Abbate* S. Mariæ Montis Sancti Ord. S. Benedicti, & *Capellano* Theodini Episcopi sui antecessoris ad hanc Ecclesiam assumptum dicit; quod & eius epitomator, & auctor Lucentius eescripsit. Forsan fuerat administrator illius *Abbatiæ*, uti alii Minoritæ id temporis alias *Abbatias* rexisse leguntur; aut ille alius fuit.

(f) Raynaldus autem diu, & feliciter hanc suam rexit Ecclesiam usque ad annum 1285., pluraque beneficia Monasterio Clarissarum S. *Angeli* suæ Civitatis contulisse dicitur a cit. Ughello; ei Pontifex litteras dedit anno sequenti die 15. Augusti infra relatas.

(g) VACARET &c.: Ut in præcedenti epist. usque ad illa: *Præcipiendo mandantes.*

eo tamquam Patris, & Pastoris animarum vestrarum debito prosequentes honore ipsius salubribus mandatis, & monitis efficaciter intendatis; ita quod ipse Episcopus in vobis devotionis filios invenisse gaudeat; & vos per consequens in eo fructum paternæ benivolentiæ semper gratulemini reperisse.

Datum, *ut supra*.

Præcipit infrascripto, ut sententiam excommunicationis ab eo in Fratres Minor. de Proceno injuria latam relaxet. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo nostri Conventus Sancti Martini eorumdem Fratrum Minorum Convent. Procenen.)

CDLXXI. Anno 1259. die 13. Februarii.

ALEXANDER &c.

a *Venerabili Fratri.. Episcopo* Suanen.[a] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

SUA Nobis dilecti filii .. Guardianus, & Fratres Minores de *Proceno*[b] Suanensis Diœcesis[c] petitione monstrarunt, quod cum Venerabilis Frater noster ...[d] Viterbiensis Episcopus Ecclesiam *Sancti Martini* de Proceno cum Domibus, & Horto ad eam pertinentibus, prout spectabat ad eum, ipsis ad usus eorum canonice contulisset[e]; tu ea occasione dumtaxat, quod Guardianus, & prædicti Fratres Ecclesiam, Domos, & Hortum non dimittebant prædictum, prout etiam minime tenebantur[f]; in ipsos, & Benefactores eorum de facto auctoritate propria *excommunicationis* sententiam promulgasti. Quare iidem Guardianus, & Fratres Nobis humiliter supplicarunt, ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus sententiam ipsam, sublato cujuslibet dilationis, & difficultatis obstaculo, studeas relaxare: Alioquin dilecto filio.. Archipresbytero majoris Ecclesiæ *Urbevetanæ* damus nostris litteris[g] in mandatis, ut eamdem sententiam sine qualibet difficultate relaxet.

Episcopus Viterbien. Ecclesiam, & locum S. Martini Procenen. Fratribus confert.

Suanen. Episcopus ob eam rem Fratres excommunicationis vinculo alligat.

At Pontifex mandat, ut supra.

delegationem alterius committens.

Datum Anagniæ Idibus Februarii, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Committit, ut si Episcopus Suanen. excommunicationem ab eo in FF. Minores de Proceno latam non relaxaverit, ipse removeat, Fratresque liberet. (Ex ARCHIVO præfati nostri Conventus dicti Oppidi.)

CDLXXII. Anno 1259. die 13. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio.. Archipresbytero Majoris Ecclesiæ Urbevetanæ[h] *Salutem, & Apostolicam Benedict.*

SUA Nobis dilecti filii &c.[i] Unde Nos eidem *Suanen.* Episcopo nostris damus litteris[k] in mandatis; ut sententiam ipsam, sublato cujuslibet difficultatis obstaculo, studeat relaxare. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si dictus *Suanen.* Episcopus mandatum nostrum super hoc neglexerit adimplere, tu eamdem sententiam sine qualibet difficultate relaxes[l].

Mandat Pontifex, ut supra.

Datum Anagniæ Idibus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ad

(a) EPISCOPO SUANENSI: *Gualberino*, de quo Ughellus tom. 3. Ital. Sac. in Episc. Suanen. num. 16., etsi non satis distincte, ad quem usque annum sederit, quove obierit; eum autem ante diem 5. Julii anno 1260. ex hac vita decessisse, habemus ex Bulla 234. Alex. IV. in tom. 1. Bullarii Ord. Prædicat. eo anno, & die data, in qua dicitur *Bonæ memoriæ Suanen. Episc.*

(b) FRATRES MINORES DE PROCENO: De quorum loco dictum est ad Bullam *Vestra meritis Religionis &c.* anno præcedenti die 24. Martii editam.

(c) SUANEN. DIŒCESIS: De hac pariter videatur supradicta Bulla *Vestra meritis Religionis &c.*

(d) FRATER NOSTER ...: *Alferius* olim Canonicus Alifanus, & Cardin. Odonis tit. S. Adriani Capellanus ad Alifanam Ecclesiam promotus, & ex illa ad Viterbien. Cathedram anno 1254. translatus, quam usque ad annum circiter 1272. moderatus est ex Ughello tom. 1. in Episc. Viterbien. num. 28.

(e) CONTULISSET: Anno 1257. quo Bonajuncta dictæ Ecclesiæ S. Martini Præpositus die 13. Maji possessionem ejusdem dimisit, eamque Fratribus Min. concessit, recipiente nomine Religionis Fr. Jacobo Florentino ex Bonav. Theulo in Appar. Min. lib. 3. cap. 4.

(f) TENEBANTUR: Collatio enim dictæ Ecclesiæ S. Martini facta fuerat Fratribus sine consensu Episcopi Suanensis, inquit citatus Theulus; quæ quidem in ejusdem Episcopi Diœcesi erat, sed collatio ad Viterbien. Antistitem pertinebat.

(g) DAMUS NOSTRIS LITTERIS: Quæ pene ejusdem tenoris subduntur.

(h) URBEVETANÆ: A qua *Procenum* Oppidum parum distat.

(i) DILECTI FILII &c.: Ut in præcedenti epistola usque ad illa *Sollicitudine curaremus*, mutatis mutandis.

(k) NOSTRIS DAMUS LITTERIS: Quæ sunt præcedentes.

(l) RELAXES: Eidem Archipresbytero scripsit iterum Pontifex hoc anno die 15. Maji pro eodem negotio litteras: *Dilecti filii &c.*, quæ infra dantur, consulique possunt.

Alexander PP. IV. An. Ch. 1259.

Ad elidendos quorundam excessus & maxime Clericorum concubinatum monet, excitatque Antistites statuens, ut, omni illorum ad Sedem Apostolicam abjecta appellatione, in eos Ecclesiasticarum legum severitatem exerceant. (Ex Reges. Pontif. Archivi Vatic. epist. 87. an. 5. & apud Raynaldum Annal. Eccles. ad hunc ann. n. 21. & seqq.

CDLXXIII. Anno 1259. die 13. Februarii.

ALEXANDER &c.

a *Venerabilibus Fratribus* [a] ... *Archiepiscopo* Rothomagen., *ejusque suffraganeis* [b], *necnon dilectis filiis Abbatibus, aliisque Ecclesiarum Prælatis ordinariam in subditos obtinentibus potestatem per* Rothomagen. *Provinciam constitutis tam exemptis, quam non exemptis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Joan. 21. 16. & 17. 1. Pet. 5. 2.

SI vere, quod dicimur, *Pastores* ovium Christi sumus, non impavide ferre possumus terribiliter intonantia nostris sensibus contra pastoralis curæ negligentiam sacrarum oracula Scripturarum, quæ detrimenta Dominici gregis in præsidentium desidiam retorquentes minacitet inclamant pereuntium sanguinem de Præpositorum manibus exigendum. Quis nostrum non contremiscat, & paveat dicente ad Pastores gregis sui Domino per Prophetam: *Vos dispersistis gregem meum, ejecistis, & non visitastis eos; ecce ego visitabo super vos vestrorum malitiam studiorum*. Pavet ubique ad hos increpationis, interminationisque Divinæ sermones idem ipse Propheta, dum dicit: *a facie Domini, & a facie Sanctorum verborum ejus conturbatum est cor meum in medio mei; contremuerunt omnia ossa mea*. O formidolosa speculatorum, quos populo suo dispensario Divina præposuit, & periculosa conditio; si perfunctorie res agatur; si eo modo in sollicitudine commissa non militent, quo summus præcipit Imperator; si sibi & universo gregi, cui Deus eos custodes, & Episcopos constituit, non attendant! His præcipue horrendum erit illud humanorum operum finale judicium omnibus in commune tremendum; in quo & si unusquisque de proprii corporis actionibus districto sit subjicendus examini, ut recipiat, prout gessit; nobis tamen, quibus populi cura commissa est, non sufficiet propria innocentia sine cumulo justitiæ subditorum; quando negligentis ministri pigritiam persequens austerus injunctæ servitutis exactor delicta plebis impinget reatui Prælatorum. Si enim qui de unico talento sibi credito facti fenoris non reportabit augmentum, tamquam inutilis servus & piger justæ damnationis periculum sustinebit; quam durum putatis judicium fiet illis, quia commissum sibi pluralem numerum viventium talentorum non solum integrum neglexerint reddere Creditori, verum etiam in illa districtione probabitur damnum Domino suo in bonis, quæ ab illo multiplicanda susceperat, intulisse? Propterea Fratres, & filii, qui fasces Pontificalis Officii, & Ecclesiastici ministerii subeundo defixistis pro animabus creditis apud extraneum manus vestras; festinate quæsumus liberari ab illo, qui supremus est actor, & judex nullum nobis de allegationis nitore præsidium relicturus: discurrite, nec cessetis, ne fiant animæ vestræ pro illis, quos in custodiam sub tanto vadimonio suscepistis. Excitet vos summi Pastoris amor, qui vos pascendis rationabilibus ovibus dedicavit. Exterreat corda vestra; & corporis somnum depellat ab oculis metus periculi eis proculdubio, qui supra greges suos vigiles non observant excubias, imminentis. Sed ecce lætalis incuriæ sopor pastoralis curæ vigilantiam, quod gementes dicimus, oppressisse videtur in plurimis; prout testatur nimia de plerisque Regionibus [c] clamans Christiani populi corruptela, quæ cum deberet Sacerdotalis antidoti curari remedio, proh dolor! potius ex malorum contagio procedit a Clero, ita ut alicubi verum sit, quod prophetica querela testatur: *& factus est*, inquiens, *sic ut populus, sic Sacerdos*. Malitia namque dierum labentium, quæ cum tempore corrupit & mores, dante quamplurimis ex impunitatis audacia semper in deteriora proclivem in frenis licentiæ libertatem, non-

Marginalia: Præsules eorum officii admonentur. — Ezech. 3. 18. 20., & 33. 6. 8. — Hierem. 23. 2. — Idem 23. 9. — Quam magnum munus Prælatis Eccles. a Deo impositum, — Act. 20. 28. — & quam tremendum in negligentes ejusdem judicium. — Matth. 25. 18. — Ad promovendam animarum salutem excitantur. — Cleri corruptela exponitur. — Isa. 24. 2. Osee. 4. 9.

(a) Vener. Fratribus ...: *Odoni Rigaldi* O. M. Gallia Christiana PP. Maurin. tom. XI.
(b) Ejusque Suffraganeis: Quos videre licet in
(c) Plerisque Region.: Non una Rothomagen-

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1259.

nonnulli *Clerici* præcipiti lubricæ voluptatis arbitrio laxas committentes habenas post carnis suæ concupiscentias abeunt; & relegata pene penitus a conversatione vitæ suæ Clericalis munditiæ honestate, tenent in conspectu etiam populi concubinas, cum quibus impudicæ frontis irreverentiam induentes fœdas manus, & fœtidas, quas sordidis libidinosæ coinquinationis fæcibus immerserunt, non erubescunt in suum periculum & ruinam populi sacris ministeriis immiscere; a quibus ob publici *concubinatus* [a] insaniam, quæ nulla potest tergiversatione celari, secundum scita Canonum tam quoad se, quam quoad alios sunt suspensi; & nequis talium *Missas* audire præsumat, arctius in eorum contemptum canonicæ auctoritatis constitutio interdicit [b]. Per tales maxime nomen Domini blasphematur in terris; per tales derogatur Sacramentis Fidei orthodoxæ, cum vasa Domini polluunt eorum contactibus prophanantur; per tales perit erga Religionem Catholicam devotio reverentiæ Christianæ; per tales decipitur populus in Divinis, & Ecclesiastica substantia dissipatur. Hinc detrahitur verbo Dei, dum immundis talium labiis nunciatur. Hinc hæretici mussitant & insultant, & hinc tyranni sæviunt; hinc perfidi persequuntur; hinc grassantur audacius in Christi patrimonio sacrilegi exactores; a quibus, proh pudor! ob hujusmodi carnes putridas, quas disciplinalis mucro non resecat, sicut debet, sincerum Catholicæ matris corpus in ostentum ducitur & contemptum. Profecto Patres, qui hujusmodi filios sub dissimulationis conniventia fovent impune, etiamsi cum *Hely* Sacerdote sint boni forsitan in se ipsis; merito pro consimilis negligentiæ malo repentina paris interitus ruina dejicerent de sella retrorsum. Ecclesiæ quoque Principes, qui zelo *Finees* ardenter [c] non feruntur in tales, sine causa videntur portare gladium potestatis, quem ad vindictam malorum, laudemve bonorum desuper acceperunt. Nos igitur cupientes tantum malum de medio Ecclesiæ; tantumque scandalum ab oculis Fidelium

b

2. Reg. 22. 14.

Quanta Cleri concubinatus invehat mala.

& quæ pœna majorum illam non corrigentium.

1. Reg. 4. 18.

Num. 25. 8.

c

A removere, Universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta in virtute obedientiæ injungentes, ac vos singulos sub obtestatione tam judicii singularis, quo quisque citatur ad Dominum de corpore mortis hujus, quam judicii generalis, in quo universi stabimus ante Tribunal æterni Judicis, obsecrantes, quatenus in vobismetipsis expressius curetis ostendere, quàm pie ad Deum, quam sancte ad se ipsos, quàm juste ad proximos oporteat B cæteros in Dei Ecclesia conversari. Totius namque familiæ status, & ordo vacillat; si quod requiritur in membris, in eorum capite non habetur; & in ejus ore adversus peccantes necesse est redargutionis objurgatio conticescat, qui admittere cognoscitur arguenda. Qua enim fronte fieri quis poterit morbi curator, dum languore consimili detinetur; aut sator virtutum, dum sectator ostenditur vitiorum? C Ad inquirendos autem, ac puniendos subditorum vestrorum excessus; & maxime incontinentiæ fœditates in *Clericis* præsertim *Concubinariis* manifestis, qui odorem fœtere faciunt Domus Dei, tanto ferventius assurgatis, quanto damnabilius præteriretis eorum contagia incorrecta. Verum, ut adversus *Concubinarios* hujusmodi officii vestri debitum tam auctoritate nostra, quàm vestra liberius D exequi valeatis; Nos prædecessorum nostrorum attendentes vestigia, & plenius exprimentes super hoc processus vestros per *appellationis* objectum nolumus aliquatenus impediri. Si vero hujusmodi *Concubinarii*, quorum culpas corrigerit canonica districtione feriri, super absolutione, aut appellatione, vel restitutione sua litteras Apostolicas reportarint; illas, nisi forsitan in eis appellationis, aut excommunicationis, seu E hujusmodi amotionis suæ causam expresserint manifeste; decernimus nullius esse momenti; sed eis, vel processibus per ipsas habitis nequaquam obstantibus censura vestræ animadversionis in tales inviolabilem obtineat firmitatem. Preces autem, monita, mandata, & præcepta nostra super iis taliter implere curetis,

Monet Pontifex, hortatur, & mandat Prælatos exciteri in delinquentes

Divini judicii terrorem eis incutiens,

Jugiterque eosdem ad idem urget,

quorum processus adversus reos appellantes non impediantur,

nec litteræ Apostolicæ super appellatione &c. a reis impetratæ valebunt.

(a) Publici Concubinatus: Hoc crimen etiam in Regno Sveciæ eo seculo invaluisse testatur epistola 439. *Tua nobis Fraternitas &c.* anno superiore die 26. Augusti Archiepiscopo Upsalen. data, & ibi a nobis relata.

(b) Constitutio Interdicit: In 12. seculo edita.

(c) Ardenter: Mendose legitur apud Raynaldum cit. n. 24. *Ardeant*.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1259.

retis, quod conversationis honestas in Clero, & devotionis antiquæ sinceritas in populo per sollicitudinis vestræ diligentiam reformetur; cumque Princeps Pastorum advenerit ab unoquoque vestrum [a] fructum injuncti negotii quæsiturus, coram ipso appareatis intrepidi; & dignam sibi possitis villicationis vestræ reddere rationem. Volumus autem atque præcipimus, ut tu, Frater *Archiepiscope*, Suffraganeis tuis, & aliis Prælatis tuæ Provinciæ has litteras sine mora dispendio facias præsentari; ut super præmissis præceptum nostrum exacta diligentia exequatur [b].

(1. Pet. 5. 4. — Luc. 16. 2. — Jubet has litteras suffraganeis transmitti.)

Datum *ut supra* [c].

Ut Ecclesiam S. Leonardi Castellionis Aretini a Capitulo Ecclesiæ Aretinæ Fratribus concessam eisdem conferat, & Parœciam ei annexam alio transferat. (Ex Autographo nostri Conventus Castellionis.)

CDLXXIV. Anno 1259. die 26. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio .... Archidiacono Aretino Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

(Capituli Ecclesiæ Aretinæ pietas commendatur.)

DEUM diligere dilecti filii ... Præpositus, & Capitulum *Aretinum*, de quorum es numero, probabiliter se ostendunt; dum ipsum in dilectis filiis *Fratribus Minoribus* humilibus ejus servulis respiciunt reverenter; ipsos Fratres in ejusdem nomine favoris, ac benevolentiæ actibus prosequendo; ex qua apud eum, & apud Nos, qui eosdem Fratres in charitatis visceribus quærimus, uberius promerentur. De voluntate siquidem ipsorum Præpositi, & Capituli procedere dicitur, ut Ecclesia *Sancti Leonardi de Castillione* [d] Diœcesis Aretinæ, quæ ad ipsos pleno jure pervenire, & ut dicitur, pertinere dignoscitur, cum Domibus, & horto ipsi Ecclesiæ contiguis, dictis Fratribus in Castro ipso degentibus [e] conferatur. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus; quatenus, si ita est, eamdem Ecclesiam cum domibus, & horto prædictis eisdem *Fratribus*; & Ecclesiæ Aretinæ Terras, & possessiones; decimationem vero, sive decimam ipsius Ecclesiæ *S. Mariæ de Petrognano* ejusdem Castri auctoritate nostra conferas, & assignes ab eis perpetuo retinendas; ipsosque in eorum corporalem possessionem inducas, & defendas inductos [f]. *Parochiam* autem, & Parochianos ejusdem Ecclesiæ Sancti Leonardi eidem Ecclesiæ *Sanctæ Mariæ* annectere, & deputare procures [g]; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

(Ecclesia S. Leonardi de Castillione Fratribus conceditur. — ejus vero possessiones Ecclesiæ Aretinæ, & Decimatio cum Parœcia Eccl. S. Mariæ de Petrognano. — Ecclesia S. Leonardi olim Parœcia.)

Datum Anagniæ IV. Kalend. Martii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Eccles. Sveciæ Præsulibus injungit, ut cum Valdemaro Rege super impedimento matrimonii dispensent. (Ex Reges. Vatic. epist. 74. lib. 5. apud Raynaldum Annal. Eccles. ad hunc annum n. 19.

CDLXXV. Anno 1259. die 1. Martii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus [h] *.... Archiepiscopo* Upsalen., *ejusque Suffraneis* [i] *Sal.*, *& Apost. Benedict.*

(Regum supplicationes)

EX parte Charissimorum in Christo filiorum nostrorum *Valdemari Sveciæ* [k], ac *Christophori Daciæ* [l] Regum illu-

(a) Vestrum: *Nostrum* legimus apud cit. Raynaldum, sed male ex sequentibus.

(b) Exequatur: *Exequantur* habet cit. Raynaldus n. 26., & utroque modo legi potest.

(c) Hanc ipsam epistolam refert & Staro illius temporis Scriptor sub anno 1260. Archiepiscopo *Salisburgensi* datam; ex quo probe conjicit cit. Raynaldus eam encyclicam fuisse ad universas, vel quamplures Provincias transmissam.

(d) De Castellione: Nobili Hetruriæ Oppido inter Aretium, & Cortonam, a qua ultima Civitate 5. mill. p. distat, a prima vero 10.

(e) Fratribus in Castro ipso degentibus: Erant igitur jam hoc anno Fratres Minores apud Castellionem Aretinum commorantes; sed quo anno ibi locum acceperint, ignotum. Ex eo certa fuit, & floruit Fr. *Mansuetus* Pontificius Nuncius ad diversos, de quo egimus ad epist. hujus Pontificis ad eum datam an. 1257. Kal. Apr.

(f) Inductos: Qui locus penultimus est Custodiæ Aretinæ in veteri *Provinciali Ordinis* apud Barthol. Pisanum Conformitate 11., quartus vero apud Chronicon Jordani Ms. Vatic.

(g) Procures: Idcirco quod illis temporibus *Parœcias* regere, ac retinere interdictum putaretur Fratribus Ord. Minor.

(h) Vener. Fratribus: *Laurentio* Sveco O. M. jam alias memorato in primo hujus *Bullarii* tomo pag. 317., & 715.

(i) Suffraganeis: Recensitis in tom. 1. cit. hujus Bullarii pag. 634. no. (d)

(k) Valdemari Sveciæ: Anno 1250. opera prædicti Archiepiscopi ad Thronum evecti ex Jo: Magno in Metrop. Upsalen., & ex eo. (e) ad epist. 443. Innocentii IV. relatam tom. 1. hujus Operis pag. 634.

(l) Christophori Daciæ: Loco *Daniæ*, ut incultis illis temporibus; porro Christophori Regis præter Scriptores Danos meotionem faciunt Annales Ecclesiast. Raynaldi, ac periisse hoc anno tradunt num. 52.

illustrium fuit nobis humiliter supplicatum, ut eidem Regi *Sveciæ*, ac nobili mulieri Sophiæ nepti ejusdem Regis *Daciæ* contrahendi matrimonium ad invicem, & consumandi contractum, ac in eo licite remanendi; non obstante, quod iidem tertia consanguinitatis linea sunt conjuncti, licentiam de benignitate Sedis Apostolicæ largiremur. Licet igitur conjugalis contractum copulæ inter tales fieri Canones interdicant; & raro, vel nunquam nisi ex magnæ utilitatis, & necessitatis causa Sedes Apostolica consueverit impedimentum hujusmodi per dispensationis gratiam submovere; quia tamen certa ratio, propter quam Sedis ejusdem clementia potest honeste ad prædictam inclinari gratiam, fuit proposita coram nobis; præsertim quia, cum Pagani [a] Regnum *Sveciæ*, cui vicini existunt, incessanter impugnent villas, & Ecclesias ejusdem Regni destruendo, cremando ignis incendio, ac ipsius incolas crudeliter perimendo; per confœderationem ipsorum Regum, atque Regnorum suorum per hujusmodi matrimonium faciendum eorumdem Paganorum insultibus melius, & salubrius poterit obviari [b]; eisdem auctoritate nostra concedatis licentiam cum ipsis super impedimento consanguinitatis hujusmodi dispensando.

Causa dispensationis danda.

b Quam Pontifex committit, ut supra.

Datum Anagniæ Kal. Martii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Vetat, ne plusquam XXV. Moniales habeantur in earum Monasterio. (Ex Apographo in Archivo præfati Monasterii extante.)

CDLXXVI. Anno 1258. die 15. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monasterii S. Mariæ Vallisgloriæ *de Spello* [c] *Spoletan. Diœc. Ord. S. Damiani ad Rom. Eccl. nullo medio pertinentis Sal., & Ap. Ben.*

Monitum Pontificis pro cautione.

MONASTERIIS, & Ecclesiis determinatum esse convenit numerum personarum; ne provisione careat superflua multitudo; vel ex paucitate dignum Deo servitium subtrahatur. Hinc est, quod nos tenuitatem vestrorum redituum attendentes *viginti quinque* Monialium numerum, te filia Abbatissa computata, in Monasterio vestro præsentium auctoritate taxamus. Statuentes, ut Monasterium ipsum hujusmodi numero, cum ad illum Conventus vester devenerit, de cætero sit contentum: Nec non districtius inhibentes, ne aliquam in Monacham, vel Sororem admittere præsumatis, ante quam Conventus ipse ad prædictum numerum redigatur. Si secus autem feceritis, irritum decernendo; auctoritate Sedis Apostolicæ in omnibus salva. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ taxationis, constitutionis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Causa taxationis.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ut contra hæreticos, eorumque fautores strenue procedat facultates ei attribuens, & in illos crucem assumentibus indulgentias. (Ex Autographo Assisiati in Archivo Sac. nostri Conventus S. Francisci.)

ALEXANDER &c.

CDLXXVII. Anno 1259. die 17. Martii.

Dilecto filio Fratri Andreæ [d] *Ord. Minorum* Inquisitori *hæreticæ pravitatis in administratione* S. Francisci [e] *Sal., & Apost. Benedict.*

LITTERAS tuas solita benignitate recepimus; & quæ continebantur in eis, intelleximus diligenter, vigilantiam, & sollicitudinem, quam in commisso tibi *Fidei* negotio adhibere dignosceris, dignis in Domino laudibus efferentes; & reputantes te tum ex hoc, tum etiam propter obedientiæ meritum, ob quam personam tuam innumeris laboribus, & periculis constanter exponis, & Divina gra-

Fr. Andreas studium, & laborem commendat.

(a) PAGANI: Erant tunc hi Moscovitæ, Russi, Tavestii, aliique Infideles Sveciam infestare soliti ex cit. Raynaldo num. 20.

(b) OBVIARI: Et sane eo Matrimonio bella gravissima, quæ Svecorum, Danorumque arma exercebant, sopita testatur cit. Magnus in Gothorum Historia lib. 19. cap. 18.

(c) S. MARIÆ VALLIS GLORIÆ DE SPELLO: De quo Monasterio dictum est ad plures alias Pontificum Epistolas, & ad privilegium Gregorii IX. anno 1232. die 29. Julii editum: Videatur & *Bulla* 284. hujus Alexan. *Ex tenore vestra &c.* anno 1257. die 29. Jan. edita; aliaque *Felicis recordat. Gregorius &c.* anno 1261. die 9. Febr.

(d) FRATRI ANDREÆ: De quo Pontifex in pluribus aliis epistolis, ut *Ad extirpandam &c.* anno sequenti die 15. Martii, & *Dum ad studium &c.* die 31. itidem Martii conscriptis &c.

(e) IN ADMINISTRATIONE S. FRANCISCI: Idest in Provincia Umbriæ, in qua aliqua Sabinæ, & Marsorum loca, & Civitates continebantur.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

gratia, & Apostolico favore condignum. A Verum quia ejusdem *Fidei* negotium, per quod spirituale commodum procuratur, cunctis est a nobis negotiis præferendum; Nosque inter cætera desiderabilia cordis nostri hoc specialiter cupimus; cunctisque studiis procuramus; ut hæretica pravitate funditus extirpata, cultus orthodoxæ *fidei*, sine qua nemo salvatur, in Christiano populo votivis auctore Domino amplificetur profectibus; & continua suscipiat incrementa; discretioni tuæ per B Apostolica scripta mandamus, in remissionem tibi peccaminum injungentes, quatenus in prædicto *Fidei* negotio tibi commisso, non obstantibus quorumlibet diffuasionibus, infra assignatos tibi limites [a] contra Hæreticos, credentes, fautores, & receptatores eorum, omni humano timore deposito, de Divino, & Apostolico favore confisus juxta Canonicas sanctiones, & formam tibi traditam procedere nonomittas. Ad hæc tibi concedendi C licentiam illis duodecim Civibus *Spoletanis*, qui sunt ad dicti executionem Negotii deputati [b], & hiis, qui eis in hujusmodi succedent officio, ac Notariis, & servitoribus eorumdem audiendi Divina officia in Ecclesiis, & Monasteriis, aliisque locis Spoletanæ Civitatis, in quibus clausis janais, & non pulsatis Campanis, submissa voce, interdictis, & excommunicatis exclusis, hujusmodi officia *Interdicti* tempore ex Indulto Sedis D Apostolicæ celebrantur; non obstante, quod dicta Civitas Ecclesiastico est *Interdicto* supposita; absolvendi quoque eos ab *excommunicationum* sententiis, si quæ forsitan promulgatæ sunt in Consiliarios, & omnes Cives Spoletanos generaliter prætextu alicujus contumaciæ, seu negotiorum Communis Civitatis ejusdem; dummodo caveant, quod stabunt mandatis Ecclesiæ; & quantum in eis E est, dabunt opem, & operam efficacem, quod per dictos Consiliares Cives, &

Negotium Fidei cunctis præferatur a Pontifice.

Mandat eidem id, quod supra.

Facultates conceduntur & quas.

Conditione servata.

Commune super hiis, pro quibus hujusmodi sententiæ latæ fuerunt, plenarie satisfiat; liberam concedimus tenore præsentium facultatem. Cæterum volumus, ut in locis, in quibus contra prædictos Hæreticos tibi Inquisitionis officium est commissum, contra ipsos, eorumque credentes, fautores, & receptatores proponas per te, ac per alios ad hoc idoneos publice Populis *Verbum Crucis*, eos, qui tacti zelo *Fidei* ad extirpandam pravitatem eorumdem votum assumpserint, Crucis caractere consignando. Nos enim hujusmodi Fidelibus illam *indulgentiam*, illudque privilegium elargimur, quæ transeuntibus in Terræ Sanctæ subsidium in Generali Concilio [c] sunt concessa.

Ut Verbum Crucis prædicet &c.

Indulgentia Crucesignatis datur.

Datum Anagniæ XVI. Kal. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Confirmat donationem Ecclesiæ S. Georgii de Oleastreto olim a Turritano Archiepiscopo Hospitali S. Leonardi de Stagno factam. (Ex Reges. Vatic. epist. 302. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 60.)

CD. LXXVIII.

Anno 1259. die 23. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii omnium Sanctorum de Ripa Arni [d] Pisan. *Diœcesis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinen. Ordinis S. Damiani Sal., & Apostolicam Benedictionem.*

CUM a nobis petitur &c. [e] Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod bon. mem. A. [f] *Turritan.* Archiepiscopus [g] Ecclesiam Sancti Georgii de *Oleastreto* Turritan. diœcesis ad suam collationem spectantem cum possessionibus Hospitali Sancti Leonardi de Stagno Pisan. vobis pleno jure subjecto [h] in perpetuos usus ipsius pia & provida liberalitate donavit; prout in ejusdem Archiepiscopi patentibus litteris suo sigillo munitis

Monialium expositio, atque petitio.

(a) Infra assignatos tibi limites: Qui etsi in ea ad eum epistola latente, aut amissa desiderentur; scimus tamen in tota Umbria, & parte etiam Abrutii, seu Marsorum in Regno Neapolitano fixos fuisse ex aliis.

(b) Deputati: De his XII. Civibus Spoletanis deputatis epistola, ut dixi, non habetur saltem adhuc vulgata.

(c) In Generali Concilio: Lateranensi IV. anno 1215. sub Innocentio III. coacto ex alias dictis.

(d) De Ripa Arni: De quo loco in 379. Bulla actum est, & alias.

(e) Petitur &c.: Ut in *Bulla* dat. anno 1256. die 15. Maii.

(f) A.: *Albertus*, ut infra ex ejus litteris.

(g) Turritan. Archiepiscopus: In Insula Sardiniæ *Sassari* Sedem habens.

(h) Vobis pleno jure subjecto: Ab anno 1257.; quo ineunte Pontifex injunxit Electo Archiepiscopo Pisano; ut ejusdem Hospitalis jam deformati possessionem Monialibus traderet, ejusdemque concessionem confirmavit anno 1257. die 27. Octobris.

nitis plenius continetur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem Archiepiscopo pie factum est in hac parte, ratum habentes, & gratum, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus supplentes defectum, si quis circa solemnitatem juris in donatione hujusmodi extitit; vel quod non fuit super hoc sui Capituli requisitus assensus, de plenitudine Apostolicæ potestatis. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus ad cautelam, qui talis est.

Pontifex confirmat, ut supra.

Defectum Capituli supplens.

Littera donationis ab Archiep. Turrit. factæ. a

„ Albertus Monachus [a] Sancti Benedicti de Monte Cassino, & Turritan. Archiepiscopus dilectis suis Petro Magistro *Hospitalis de Stagno*, ejusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris in perpetuum. Venerabilibus locis, in quibus Dei servitium jugiter exercetur, debemus pro amore Dei temporalia conferre subsidia; ut pro terrenis cælestia, pro temporalibus mereamur recipere sempiterna. Proinde, dilecti in Domino filii, nos hospitalitatis, & caritatis opera, quæ in vestra domo assidue fiunt, devotione debita attendentes, precibus Domini *Willelmi* Pisan. Archiepiscopi [b] Sardiniæ Primatis, & Apostolicæ Sedis Legati, assensu, & consilio D. *Parasonis* Turritan Judicis [c], nec non Episcoporum P. Sorren. [d], D. Rosen. [e]; I. Gilarcen. [f]; A. Castren. [g], V. Urban. [h], C. Ampur. [i], I. Plenac. [k], Augustoni quoque Archipresbyteri nostri, Ecclesiam *Sancti Georgii de Oleastreto* cum terris, vineis, silvis, servis, & ancillis, bobus, equis, jumentis, porcis, ovibus, & capris, omnibusque pertinentiis suis ad honorem Dei, & sustentationem vestræ Hospitalis domus vobis donamus, concedimus, largimur, ut in vestra, vestrorumque potestate successorum, ac jure deinceps omnibus diebus permaneat, salvo Parochiali jure, & censu *libræ argenti* [l], quam nobis in adventu Legati persolvere debet; vel quando ad Terram majorem transimus; & hoc videlicet quando aliæ nostræ *Capellæ* hoc faciunt [m]. Hanc igitur nostram donationem, quemadmodum supra scriptum est, ratam, & firmam in perpetuum manere censemus. Hoc actum est anno Dominicæ Incarnationis MCLXXVI. „

Exordium.

Archiepiscopus Turritan. donat Ecclesiam supradictam.

b c

Episcopi Suffraganei Archiepiscopi Turritani. d e f g

h i k

Census Ecclesiæ Turritana persolvendus. l

m

Anno 1176.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Clausula Pontificia prohib. &c.

Datum Anagniæ x. Kalend. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ut restituat Monasterio de Ripa Arni Pisan. quædam bona ab ea contra justitiam detenta. (Ex Reges. Vatic. epist. 301. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 61.)

(a) Albertus Monachus: Qui jam anno 1164. sedebat ex Abbate Grandi in notis ad monum. 1. Appendicis suæ *de Pandectis* Epistolæ; annoque 1170. ex charta, quam vulgavit Cl. Muratorius tom. 2. Antiquit. medii ævi Dissert. 32.

(b) Willelmi Pisan. Archiepiscopi: *Villanus* Pistoriensis origine dicitur ab antiquo, æqualique auctore Chronici Pisani brevis, quod ab anno 1004. usque ad annum 1178. deductum est, & publicatum ab Ughello in Append. tom. 3. Ital. Sac. edit. 1., & in tom. 10. edit. 2., qui & ipse hunc *Villanum* appellat.

(c) Parasonis Turritan. Judicis: In 4. enim Judicatus, seu partes, ac regimina temporibus illis Sardinia divisa fuerat, in Calaritanum, Arborensem, Turritanum, & Galluriensem; qui *Judices* a nonnullis etiam *Reges* quandoque dicti inveniuntur: *Parasonis* autem mentio occurrit in Annalibus Eccles., & alibi; etsi plures diversis temporibus extiterint hujus nominis ea in Insula.

(d) Sorran.: De quo Episcopatu jam pridem suppresso dicam in notis ad subsequentem *Bullam*.

(e) D. Rosen.: Legendum *Bosen.*, ut etiam notabimus ad sequentem *Bullam*.

(f) J. Gilarcen.: *Jo. Thelta* dicitur in charta Alberti Archiepiscopi Turritani anno 1170. pro Monasterio Benedict. Turritano in to. 2. Antiquit. medii ævi Cl. Murat. dissert. 32. Sed Episcopatus olim sub Archiepiscopo Turritano sub initium seculi xvi. suppressus fuit.

(g) A. Castren.: *Atho* vocabatur ex charta donationis anno 1164. factæ apud Abbatem Grandium in notis ad monum. 1. Appendicis suæ *de Pandectis* epistolæ supra memoratæ. *Castrensis* autem Episcopatus suberat Archiepiscopo Turritano, & vocatur Castrum Aragonense in Occidentali parte Sardiniæ versus Boream.

(h) V. Urban.: Qui Episcopatus *Othanensis* dictus olim suberat Archiepiscopo Turritano, sed anno 1503. unitus fuit *Algerensi* eodem anno 1503. erecto ex Francisco Vico *De rebus Sardis*.

(i) C. Ampur.: *Cometa*, qui anno 1179. interfuit Concilio Lateranen. III. ab Alexandro III. celebrato ex Actis. Civitas vero *Ampurium* al. Emporium olim ad mare, modo diruta jacet; ejusque Sedes Episcopalis sub Archiepiscopo Turritano anno 1503. ab Alexandro VI. ad Castrum Aragonense translata, unitaque fuit.

(k) I. Plenac.: Al. *Ploacen.* Episcopatus fuit sub Turritano Archiepiscopo, sed jam a multo tempore suppressus, atque destructus ita evanuit, ut nec, ubi fuerit locus ejus, innotescat. De his Episcopatibus consuli quoque poterit *Sardinia Sacra* uperrime vulgata.

(l) Libræ Argenti: Quæ seculo sequenti 75. *grossis* pendebatur ex monument. Vatic. Biblioth. apud Cl. Muratorium Antiquit. medii ævi dissert. *De diversis pecuniæ generibus*.

(m) Faciunt: Tempore nimirum Synodi plerumque, aut visitationis juxta locorum consuetudinem.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1259.

ALEXANDER &c.

CD. LXXIX. Anno 1259. die 28. Martii.

Venerabili Fratri ... Episcopo Sorren.[a] *Salutem, & Apost. Bened.*

a b — Monialium delatio, atque petitio.

EXPOSITA nobis dilectarum in Christo filiarum Abbatissæ, & Conventus Monialium inclusarum Monasterii omnium Sanctorum de *Ripa Arni Pisan.*[b] ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Damiani petitio continebat; quod licet olim tibi sub certa forma nostris dederimus litteris[c] in virtute obedientiæ districtius in præceptis, ut duo molendina Hospitalis *Sancti Leonardi* de Rosva Turritan. Diœcesis[d], quæ cum omnibus pertinentiis suis ad ipsas, & dictum Monasterium pleno jure pertinentia detines contra Deum, & justitiam occupata, infra octo dies a receptione litterarum nostrarum, omni occasione, ac dilatione remotis, prompta liberalitate restituere procurares; & de proventibus inde medio tempore perceptis satisfactionem debitam exhiberes eisdem: tu tamen præceptum nostrum, quod Pontificalem non decuit modestiam, transiens aure surda, quod præcepimus, efficere non curasti; propter quod venerabili fratri nostro Episcopo *Rosan.*[e] tunc Abbati de Palude per litteras nostras[f] in virtute obedientiæ districte præcepimus; ut si ab eo monitus præcepto nostro forsitan in hac parte non acquiesceres, ex tunc peremptorie te citaret, præfixo tibi duorum mensium termino, quo personaliter recepturus pro meritis in nostra præsentia compareres. Verum quia idem Abbas, antequam sibi nostræ super hoc representarentur litteræ, in *Rosan.* Episcopum[g] est assumptus, quod ei præcepimus, efficere prætermisit: Quare coactæ sunt Abbatissa, & Sorores prætactæ non sine magnis laboribus, & expensis Apostolicæ provisionis remedium implorare. Quocirca nolentes eis in sua deesse justitia, in qua sumus omnibus debitores, Fraternitati tuæ per iterata scripta in virtute obedientiæ, sub pæna excommunicationis districte præcipiendo mandamus; quatenus prætacta *molendina* cum cursu aquæ ipsorum, & proventibus perceptis ex iis prætactis Abbatissæ, & Conventui restituas juxta directarum olim tibi continentiam litterarum: Alioquin venerabilibus fratribus nostris eidem *Rosan.*[h], & Casten.[i] Episcopis in virtute obedientiæ sub pæna excommunicationis districte nostris damus litteris[k] in præceptis; ut ipsi, vel eorum alter te ad id ex parte nostra efficaciter moneant, & inducant; & si ipsorum monitis parere neglexeris, peremptorie citare procurent, ut infra duos menses post ipsorum citationem, cum omnibus munimentis, juribus, & rationibus tuis personaliter nostro te conspectui repræsentes, facturus super iis, & etiam recepturus, quod dictaverit ordo juris.

Bona Monialium ab Episcopo Sorren. detenta.

Monetur Episcopus a Pontifice, ut reddat:

at idem efficere negligit.

Iterum Pontifex et præcipit quod supra,

minaturque cognendum per delegatos,

& citandum coram se.

Datum Anagniæ v. Kalend. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Lites, & perturbationes denuo per quosdam Academicos Parisien. exortas præcipit sopiri, & tumultuantes puniri. (Ex AUTOGRAPHO Parisien. apud BOULÆUM Histor. Universit. Parisien. tom. 3., & WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc an. n. 3. *Bullarium* Ord Prædicat. to. 1. Bul. 233. Alex. IV. ac Firmamenta 3. Ord. fol. 16. par. 2. trac. 1.)

ALEXANDER &c.

CDLXXX. Anno 1259. die 5. Aprilis.

Venerabili Fratri .. Episcopo Parisien.[l] *Sal., & Apost. Benedict.*

Sopitæ controversiæ perturbationem deplorat.

INDIGNANTER accepimus, & tibi referimus cum dolore, quod quidam Magi-

(a) EPISCOPO SORREN.: In Sardinia olim suffraganeus fuit Archiepiscopi Turritani, nunc autem suppressus, idque jam pridem suæ Metropoli conjunctus, corrupte apud Miræum in notitia Episcopatuum totius Orbis, & Labbeum in Brev. Geograph. Episc. Concil. dictus *Sotrensis* al. *Sotriensis*.

(b) DE RIPA ARNI PISAN.: De quo Monasterio extat privilegium Gregorii IX. anno 1235. die 23. Julii datum; & alia hujus Alexandri anno 1257. die 12. & 23. Martii, ac 27. Octobris.

(c) NOSTRIS DEDERIMUS LITTERIS: Quæ nobis non innotescunt, neque editæ sciuntur.

(d) TURRITAN. DIŒCESIS: In Sardinia Archiepiscopatus Sassarum jam pridem translati.

(e) EPISCOPO ROSAN.: Reponendum *Bosan.*, nullus enim est, aut fuit in Sardinia Episcopatus *Rosanen.*, nisi apud aliquos errore scribarum; sed Bosanus extat sub Archiepiscopo Turritano; cujus urbis mentio est etiam apud Ptolemæum inter Civitates Mediterraneas Sardiniæ, & in Itinerario Antonini inter Algerium, & Arissanum non longe a Mari.

(f) PER LITTERAS NOSTRAS: Quæ vulgatæ non extant.

(g) IN ROSAN. EPISCOPUM: Leg. *in Bosan.*, ut supra.

(h) EIDEM ROSAN.: Corrige *Bosan.*, ut adnotavimus.

(i) ET CASTREN.: Episcopatus est Sardiniæ sub Archiepiscopo Turritano, cujus Sedes dicitur nunc *Castrum Aragonense* ad Mare situm.

(k) NOSTRIS DAMUS LITTERIS: Et hæ quoque non habentur.

(l) EPISCOPO PARISIEN.: *Reginaldo* de Corbail, de quo alias dictum, & de quo in Gallia Christiana.

Magistri, & Scholares *Parisius* commorantes, non unitatis, & concordiæ, sed dissensionis, & scandali amatores Parisiense studium, quod sopitis controversiis erat in tranquillo statu positum, perturbare; ac Religiosis quibusdam, & aliis a suo eos, vel se ab ipsorum societatis consortio separando, graves inferre molestias moliuntur; pro eo quod *Guillelmi* de Sancto - amore ipsius turbatoris studii suis exigentibus culpis, quia transeunte ejus lingua super terram, posuerat temere os in cælum; per nos citra condignum tamen, quia pœnam meruerat graviorem, ab illis partibus, ne illas corrumpat ulterius, separati, relevationi, seu revocationi renuunt consentire, honestatem in hoc, & justitiam amplectentes. Cum igitur intentionis, & voluntatis nostræ prorsus existat, dictum *Guillelmum*, cujus de multis malis, quæ hactenus commisisse noscitur, nulla pænitentiæ signa monstrantur; unquam relevare in aliquo, vel ad sua beneficia, seu *Parisius* revocare: Fraternitati tuæ per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus vocatis omnibus Magistris, & scolaribus *Parisius* studentibus, sub excommunicationis pæna eis districte præcipias, ut nullos Religiosos, seu quoscumque alios occasione hujusmodi molestare præsumant; se ab eorum, sive ipsos a suo consortio separando, quia præfati *Guillelmi* relevationi, vel revocationi non præstant assensum, cum illum præstare non debeant; nec hominis jurgiosi, & in sua obstinati pertinacia relevationem, seu revocationem salva possunt conscientia postulare: Denuntiaturus nihilominus Magistris, & scholaribus memoratis, quod omnes pœnas, & privationes in ordinatione, sententiis, litteris, vel statutis a nobis dudum emissis contentas incurrunt, qui Religiosos, & quoscumque alios molestare præsumunt separationem hujusmodi procurantes; cum separare alios a se, & subducere, vel subtrahere taliter se ab aliis idem penitus reputemus: non obstantibus juramentis, vel promissionibus, aut obligationibus, seu quibuscumque statutis, quibus dicti Magistri, & scholares se astrinxisse pro relevatione cujuslibet, pro causis Universitatis astricti dicuntur; maxime cum idem *Guillelmus* non pro factis Universitatis ejusdem, sed pro suæ malignitatis offensa fuerit Sedis Apostolicæ judicio justitia exigente punitus.

Causa novi dissidii in Gymnasio Parisien.

Psal. 72. 9.

Mens Pontificis de Guillelmo a S. Amore.

Jubetur id, quod supra.

Pœna in Religiosorum molestatores.

Cum derogatione juramentorum &c.

Datum Anagniæ Nonis Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Quinto [a].

Ut Papien. populum a Fridericiana sequela ad Ecclesiam redeuntem, præstito standi mandatis Ecclesiæ juramento, a censuris Eccles. absolvant, & absolutum enuncient. (Ex Vatic. Tabul. in Reges. Pontif. epist. 59. anno 5.)

ALEXANDER &c.

CDLXXXI. Anno 1259. die 10. Aprilis.

Venerabilibus Fratribus [b] ... Papien., *& Fratri Raynerio* Maynen. [c] *Episcopis, ac dilecto filio ... Priori Fratrum Prædicatorum Papien. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

MISERATIONES, & misericordias Domini, quæ super omnia opera sunt ipsius, & benignitatis ejus affluentiam circa genus considerantes humanum in ipsius laudibus delectabiliter jucundamur; eique, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, devotas & debitas gratias exsolventes de noviter concepta lætitia ingenti jubilo exultamus, quod videlicet misericors, & miserator Dominus, qui nihil eorum, quæ fecit, odivit, nolens mortem peccatorum, sed ut convertantur, & vivant; nobilem virum .... Potestatem, Consilium, & Commune Civitatis *Papien.*, qui a longis retro temporibus [d] quasi cum morte fœdus pepigissent, a devotione Matris Ecclesiæ damnabiliter deviarant; ad devotionem ipsius non violenta manu, sed veritatis spiritu misericorditer revocavit. Nuper namque dicti Potestas, Consilium, & Commune, qui Deum & Romanam Ecclesiam graviter offenderunt, contra eam quondam Friderico olim Roma-

Jac. 1. 17.

Sap. 11. 25.

Civitas Papiensis ad Ecclesiæ devotionem revertitur.

(a) Alias litteras hac de re dedit Pontifex huic Antistiti, quæ sub die 20., & 26. Junii infra referuntur.

(b) Venera. Fratribus ..: Guillelmo Caneto Papiensi an. 1256. assumpto usque ad ann. 1272. ex Ughello to. 1. Ital. Sac.

(c) Et Fr. Raynerio Maynen.: De quo in epistola 161. *Dilecta in Christo filia &c* anno 1256. die 8. Februarii scripta; erat enim Papiensis patria, ibique morabatur, ejus Ecclesia a Schismaticis detenta.

(d) A longis retro temporibus: Ab anno nimirum 1239., quo Fridericus II. Imp., cui Papienses adhærebant, anathemate a Gregorio IX. ictus fuit.

Romanorum Imperatori, ejusque filiis [a] & fautoribus [b] in propriæ salutis dispendium adhærendo, ad cor, Divina gratia illustrante, reversi ad viram Ecclesiasticam, a qua dudum ob præmissam causam per *excommunicationum* sententias præcisi fuerant, redire humiliter affectantes, a sententiis hujusmodi per dilectos filios N. Priorem, & L. Fratrum Domus novæ Papien. Ordinis Humiliatorum [c] Procuratores, & speciales Nuncios suos a Nobis se absolvi multa devotionis instantia petierunt, pariturosse mandatis nostris, & Ecclesiæ super hoc humiliter offerentes. Nos igitur illius, qui propter pænitentiam peccata dissimulans parcendo, ac miserando maxime suam omnipotentiam manifestat, in terris *Vicarii* licet immeriti constituti absolutionem quærentes, non vinculum animarum mandamus, quatenus a Potestate, ac Syndico Consilii, & Communis Civitatis prædictæ de parendo mandatis nostris, & ipsius Ecclesiæ publice juramento recepto; quod etiam a Procuratoribus prædictis recipi ad firmitatem majorem fecimus; & injuncto eisdem Potestati, Consilio, & Communi vice nostra sub debiti præstiti juramenti, quod nulli deinceps contra prædictam Ecclesiam adhærebunt; quodque in Regem, vel in *Imperatorem* Romanorum illum recipient, quem Apostolicæ Sedis provisio approbabit; tam Potestatem, Consilium, & Commune, prædictos, quam omnes alios universos, & singulos de districtu Civitatis ejusdem a prædictis *excommunicationum* sententiis per vos, vel per alios auctoritate nostra juxta formam Ecclesiæ absolvatis; ac relaxantes *Interdictum*, cui occasione prædicta Civitas, & Districtus subjacent antedicti, Potestatem, Consilium, & Commune, ac alios supradictos denuntietis, & denuntiari faciatis in locis, in quibus expedire videritis, absolutos [d]. Alia vero, quæ præfatis Potestati, Consilio, & Communi propter hoc secundum Deum injungenda viderimus [e], nostræ providentiæ reservamus. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur [f].

cum diu Friderico II. Imp., ejusque fautoribus adhæsisset;

& per Nuncios flagitat absolvi a censuris.

Mandat Pontifex Id, quod supra.

quid juramento ab eis præstandum.

Cætera sibi Pontifex reservat

moderandu jussum.

Datum Anagniæ II. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Urbinatibus commendat Monasterium S. Mariæ de Castro Begni super translatione ad Monasterium S. Silvestri de Hisclito, ne molestetur. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Monasterii S. Luciæ Urbinatis.)

CD. LXXXII.

Anno 1259. die 30. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Potestati, Consilio, & Communi Urbinat. [g] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

ILLUM ad personas Religiosas propter Deum, cujus obsequio se totaliter devoverunt, gerere vos credimus sinceræ devotionis affectum; ut eas in suo jure fovere velitis, & a suis injuriatoribus defensare. Cum itaque dilectis in Christo filiabus.. Abbatissæ, & Conventui Monasterii *S. Mariæ* de Castro *Begni* [h] Ordinis Sancti Damiani Ferretranæ diœcesis Monasterium Sancti *Silvestri de Hisclito* [i] Urbinar. diœcesis cum juribus, ac pertinentiis suis contulerimus de gratia speciali; Universitatem vestram rogamus, monemus, & horramur attente sub debito fidelitaris, quo Ecclesiæ Romanæ tenemini, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus super dicto Monasterio *S. Silvestri*, juribus, vel pertinentiis suis Abbatissam & Conventum non molestetis easdem; nec permittatis ab aliquibus vestræ jurisdictioni subjectis aliquatenus molestari; sed potius permittatis

Exordium.

Hortatur, & mandat ut supra.

(a) EJUSQUE FILIIS: Nempe *Conrado*, & *Manfredo*, qui deinde patri Friderico successerunt.

(b) ET FAUTORIBUS: Videlicet *Uberto Pallavicino*, qui in Lombardia Fridericianam factionem promovebat, uti *Ecelinus de Romano* in Marca Trevisina, ac Forojulio; & a quo demum anno 1257. defecerant, ut ex Monacho Patavino tradit Raynaldus in Annal. Eccl. ad eum ann. num. 48.

(c) ORDINIS HUMILIATORUM: Cujus initium, & finem dabimus in primo hujus Operis tomo p. 219. (f)

(d) DENUNCIATIS ... ABSOLUTOS: Ob commercium cum aliis Civitatibus renovandum.

(e) INJUNGENDA VIDERIMUS: Scilicet in pœnitentiam defectionis, uti Pisanis, qui *Xenodochium* grande construere obtulerunt, & effecerunt illico, ac ad Ecclesiam sunt reversi.

(f) EXEQUANTUR: Hanc epistolam ex parte & Raynaldus ad hunc annum retulit n. 9., at non vidit *Civitatem* parum constantem fuisse, & paulo post *Conradino* Conradi supradicti filio adhæsisse; quam ob rem novis Clementis IV. censuris subjecta fuit, easque confirmavit B. Gregorius X. anno 1274. litteris apud Campum Hist. Placent. par. 2. Regef. Vatic. n. 190.

(g) URBINAT.: Ditionis Pontificiæ, & cursu temporis *Ducatus* honore decorato.

(h) CASTRO BEGNI: De quo videas *Bullam* 399. *Ne dilecta &c.* anno superiori idibus Januarii editam nu. (e)

(i) DE HISCLITO: In planitie Metauri Firmin anum inter, & Castrum Durantis ab Urbini Civitate mill. pas. 5. circiter distante, al. *de Isketo*, ut infra anno sequenti.

tatis ipsas prædictum Monasterium *S. Silvestri* cum juribus ac pertinentiis suis pacifice possidere: preces autem nostras, ac mandatum nostrum sic adimplere curetis; quod dicta Abbatissa, & Conventus ex eis optatum fructum reportasse lætentur; Nosque devotionem vestram possimus exinde commendare.

a Datum *ut supra* [a].

Ut de illicite acquisitis, quæ quibus restitui debeantur, nescitur, usque ad 50. uncias auri recipere possint, ut de redemptionibus votorum auctoritate Pontif. commutatorum &c. (Ex Archivo nostri Conventus Sancti Francisci Oppidi Tsleacotii.)

CD. LXXXIII. Anno 1259. die 1. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . . Guardiano & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Beatæ Mariæ de Taleacotio [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

VESTRÆ meritis Religionis inducimur &c. [c], usque ad summam *quinquaginta unciarum auri* [d] recipere valeatis, auctoritate vobis præsentium duximus concedendum; si alias pro similium receptione non eritis a nobis hujusmodi gratiam consecuti; Ita tamen, quod si aliquid de ipsis quinquaginta unciis auri dimiseritis &c. [e]

Conditione adjuncta.

Datum Anagniæ Kalendis Maji, Pontificatus Nostri Anno Quarto [f].

Pensionem annuam scriptori suo Andreæ Hortensi Archiepiscopi Antibaren. O. M. nepoti ab Episcopo Morinen. collatam confirmat. (Ex Archivo Vatic. in Regest. Pontif. epist. 150. an. 5.)

CD. LXXXIV. Anno 1259. die 1. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio Magistro Andreæ de Orto [g] *Scriptori nostro Canonico* Viterbien. [h] *Salutem, & Apost. Benedictionem.*

Exordium.

PROVENIT ex devotionis tuæ meritis, ut in iis, quæ digne postulas, te favorabiliter prosequentes reddamur tibi assidue ad gratiam liberales. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod venerabilis Frater noster Radulphus *Morinen.* Episcopus [i] te obtentu Venerabilis Fratris nostri Laurentii Archiepiscopi *Antibaren.* [k] Avunculi tui, tunc Cappellani, & familiaris [l] fel. record. INNOCENTII PAPÆ [m] prædecessoris nostri intendens prosequi favore gratiæ specialis, tibi annuam pensionem centum solidorum *Turonen.* [n] de Camera sua [o] tamdiu percipiendam a te annis singulis *Parisius* in festo Nativitatis Domini mera liberalitate concessit; donec tibi de *beneficio* Ecclesiastico competenti ad collationem suam spectante duceret providendum; prout in litteris inde confectis ipsius Episcopi sigillo munitis plenius continetur, Nos itaque tuis supplicationibus inclinati concessionem hujusmodi ratam & firmam habentes eam aucto-

Andreæ Orten. petitionis tenor

de pensione sibi ab Episcopo Morinen. assignata,

ac de Beneficio Eccl. assignando,

(a) Aliar de hoc Monasterio, ac Monialibus litteras exhibebimus anno sequenti ad diem 15. Maji *Speciali gratia &c.* 6., & 17. Julii *Ex parte dilectarum &c.*, & *Etsi universa &c.*

(b) DE TALEACOTIO: De quo loco actum est ad Bullam 416. *Quoniam, ut ait Apostolus &c.* ab Innocentio IV. editam anno 1252. die 17. Junii, ibique relatam.

(c) INDUCIMUR &c.: Ut in *Bulla* 408. anno superiore die 27. Februarii emissa.

(d) 50. UNCIARUM AURI: quarum valorem sequentis seculi dedimus in notis ad *Bullam* similem anno 1255. die 25. Januarii pro Conventu Eugubino editam.

(e) DIMISERITIS &c.: Ut in prædicta Bulla 408.

(f) Dedit Pontifex Alexander alias litteras an. 1260. die 18. Maji *Vita perennis gloria &c.* Indulgentias concedens, ut ibi.

(g) ANDREÆ DE ORTO: Al. *de Horta*, varie enim effertur etiam ab antiquis urbs Hetruriæ in Patrimonio S. Petri; etsi extent plura loca hujus nominis; de hac tamen Civitate Pontificem loqui ex circumstantiis ducitur; siquidem dicitur nepos ex sorore *Fr. Laurentii* Archiepiscopi Antibaren.; hic autem *de Horta* dicitur in instrumento permutationis Cœnobii *Tudertini* an. 1254. mense Majo factæ, uti notavimus ad 4. hujus Pontificis Bul- *Quanto amplius &c.* supra relatam p. 6. no. (a); eodemque anno Simoni Magalotto cive *Hortano* obtinuit matrimonii dispensationem ex 742. epistola Innocentii IV. *Licet in quarto &c.* in 1. hujus Bullarii tomo legenda; deinde *Andreas* dicitur Canonicus *Viterbiensis*, quæ Civitas finitima est Hortanæ Diœcesi.

(h) VITERBIEN.: Urbis Patrimonii S. Petri primariæ ab *Horta* Civitate 14. mill. pas. distantis.

(i) MORINEN. EPISCOPUS: In Belgio tunc sub Archiepiscopo Remen., postea Diœcesis ejus in tres Episcopatus divisa fuit, *Bononiensem* sub Remensi, *Audomarensem* sub Cameracensi, & *Iprensem* sub Mechlinen. Archiepiscopis.

(k) LAURENTII ARCHIEPISCOPI ANTIBAREN.: Ex Ordine Minorum anno 1215. assumpti ex epistola 105. hujus Pontificis *Cum fel. recordat. Innoc. &c.* supra sub diem 24. Septembr. relata, in qua dicitur *Electus Antibaren.*

(l) CAPELLANI, ET FAMILIARIS: In supracitata epistola 542. Innocentii IV. *Licet in quarto &c.* dicitur dumtaxat *familiaris* PP., ut in alia apud Ughellum to. 9. Ital. Sac. de Episc. Marturan. n. 7. anno 1253. die 21. Februar. data, & incip. *Cum a nobis petitur &c.*, & in prædicto instrumento permutationis Cœnobii Tudertini; attamen *Capellanus* PP. Innocentii IV. erat anno 1253. m. Februario ex litteris Episc. Morin. mox subdendis.

(m) INNOCENTII PAPÆ: Hujus nominis IV.

(o) C. SOLID. TURONEN.: Quorum valorem videas in 2. tomo hujus *Bullarii* p. 201. no. (b) & alibi; ominium octo Florenos auri cum 3. unius parte reddebant.

(o) DE CAMERA SUA: Idest majoris valoris, quam usuales, populatesque.

quod Pontifex confirmat, obstantiis derogando.

auctoritate Apostolica duximus confirmandam, memoratum Episcopum *Morinen.*, ac successores ejus; non obstante, quod in concessione præfata Morinen. Capituli non intervenit assensus; nec fuerunt etiam requisiti; ad solutionem pensionis, & ad provisionem hujusmodi faciendam teneri tibi eadem auctoritate nihilominus decernentes, ita quod omnino ad hæc sint, & maneant obligati. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, qui talis est.

Litteræ Episcopi Morinen. concedentis.

„ Nos Rodulphus Dei gratia Episcopus *Morinen.* dilecto in Christo filio Magistro *Andreæ de Orto* Domini Papæ scriptori salutem in Domino. Attendentes grata devotionis obsequia, quæ carissimus amicus noster vir Religiosus *Fr. Laurentius* Ord. Min. Cappellanus Cameræ Domini Papæ, avunculus tuus nobis impendit, & quæ nobis, & nostris in futurum impendi speramus ab eo in signum specialis dilectionis, quam ad eumdem Fratrem habemus, concedimus tibi liberaliter de Camera nostra annuam pensionem centum solidorum Turonen. tamdiu tibi, vel Procuratori tuo pro te in festo Nativitatis Domini sine difficultate qualibet annis singulis persolvendam a Nobis *Parisius*; donec in Episcopatu nostro in beneficio competenti a Nobis tibi fuerit provisum; quod quidem adimplere promittimus. In cujus rei testimonium, & ad tui cautelam præsentes litteras fecimus sigilli nostri appensione muniri. Datum Perusii[a] v. Kalendas Martii Pontificatus Domini Innocentii Papæ IV. Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, Indictione undecima „.

Assignationis causa.

a

Anno 1253. die 25. Februar.

Clausula Pontificis prohib. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Datum Anagniæ v. Nonas Maji, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

A

Curent infrascripti, ut prædicto Mag. Andreæ de Orto solvatur annua pensio, vel ei Beneficium Ecclef. conferatur. (Ex Archivo Vatic. in Regel. Pon. epist. 244. an. 5.

ALEXANDER &c.

CD. LXXXV.

Anno 1259. die 1. Maii.

b c

Dilectis filiis Theodisio de Lavania[b], *& Petro Angeli Narnien.*[c] *Canonicis Parisius commorantibus Sal., & Apostol. Benedict.*

B

Andreæ Ortani petitionis tenor.

d

Exhibita nobis dilecti filii Magistri Andreæ de *Orto*[d] scriptoris nostri Canonici *Viterbien.* petitio continebat; quod Venerabilis Frater noster Radulphus *Morinen.* Episcopus ipsum obtentu Venerabilis Fratris nostri *Laurentii* Archiepiscopi *Antibaren.* Avunculi sui, tunc Cappellani & familiaris felicis recordationis Innocentii Papæ prædecessoris nostri, intendens prosequi favore gratiæ specialis, eidem annuam pensionem centum solidorum Turonen. de Camera sua tamdiu percipiendam ab eo annis singulis *Parisius* in Festo Nativitatis Domini mera liberalitate concessit; donec ipsi de *beneficio* Ecclesiastico competenti ad collationem suam spectante duceret providendum; prout in litteris inde confectis ipsius Episcopi sigillo munitis plenius continetur. Nos itaque ipsius scriptoris supplicationibus inclinati concessionem hujusmodi ratam & firmam habentes, eam per nostras litteras[e] duximus confirmandam, memoratum Episcopum *Morinen.*, ac successores ejus; non obstante, quod in concessione præfata Morinen. Capituli non intervenit assensus, nec fuerunt etiam requisiti; ad solutionem pensionis, & ad provisionem hujusmodi faciendam teneri eidem scriptori auctoritate litterarum nostrarum nihilominus decernentes; ita quod omnino ad hæc sint, & maneant obligati.

e

Mandat Pontifex iis, quod supra scriptum,

Quocirca mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum præfatum Episcopum, vel successores ejus, quod dicto scriptori pro præterito tempore pensionem ipsam exsolvant; & de ipsa solvenda in futurum exhi-

(a) Perusii: Ubi Curia Pontificia morabatur, ad quam visitationis forsan causa Episcopus Morinen. accesserat.

(b) Theodisio de Lavania: Flisco Innocentii IV. ex fratre nepoti, cujus ipse Pontifex meminit in sua Constitutione *Etsi universæ Orbis Ecclesiæ &c.* anno 1252. die 20. Aprilis edita pro Ecclesia S. *Salvatoris* de Lavania suæ familiæ Oppido; & in tomo 1. hujus Bullarii edita p. 601.

(c) Narnien.: Umbriæ Civitate satis agnita, al. *Parmen.*, ubi familia de *Angelis* aliquando floruit.

(d) Andreæ de Horto: De quo, & sequentibus consule notas superioris epistolæ.

(e) Per nostras litteras: Nempe præcedentes.

exhibeant idoneam cautionem; nec non ad providendum eidem de hujusmodi *beneficio*, si vacat ad præsens, vel quam cito ad id obtulerit se facultas, monitione præmissa, auctoritate nostra per vos, vel alios, aut alium, appellatione postposita, compellatis. Non obstante, si Episcopo supradicto a Sede Apostolica sit indultum, vel ejus successoribus contigerit indulgeri, quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possit; aut quod de beneficiis ad collationem eorum, vel præsentationem spectantibus provideri nequeat; vel ipsi ad aliquorum provisionem compelli non possint per litteras Sedis ipsius non facientes plenam & expressam de Indulto hujusmodi mentionem; quodque *Italicus* Italico in eorum beneficiis succedere nequeat; seu quavis alia indulgentia, cujuscumque tenoris fuerit, de qua in præsentibus mentionem oporteat fieri specialem; & constitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali [a].

cum obstantium derogatione.

Datum, *ut supra*.

Annui census Monasterii S. Claræ Assisiatis Episcopatui Assisiat. debiti permutationem, ac remissionem ab Episcopo factam approbat, & confirmat. (Ex Autographo Archivi præfati Monasterii sub plumbo.)

CD. LXXXVI.

Anno 1259. die 10. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii S. Claræ, & S. Damiani Assisinat. *Salutem, & Apost. Bened.*

Exordium.

INDUCUNT Nos vestræ devotionis merita, ut vos illa prosequamur gratia, quam vobis fore cognoscimus opportunam. Sane petitio vestra Nobis exhibita continebat, quod Venerabilis Frater noster .. Episcopus Assisinas annuum censum decem & octo denariorum Lucensium, aut Senensium parvorum, in quo ratione *Ecclesiæ* vestræ S. Georgii Assisinatis ei tenebamini, receptis propter hoc a vobis quibusdam *domo*, & terris, vobis duxit totaliter remittendum; prout in Instrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod in hac parte ab eodem Episcopo factum est, ratum, & firmum habentes; ac supplentes defectum, si quis in hoc ex eo extitit, quod super hoc non intervenit Capituli Assisinatis assensus; sive ex quacumque alia causa fuit, de nostræ plenitudine potestatis id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, qui talis est.

Sanctimonialium petitioni annuit,

& confirmat ut supra.

Instrumentum remissionis.

Anno 1257. die 19. April.

„ In nomine Domini Amen. Anno
„ ejusdem MCCLVII. Indict. XV. XIII. Ka-
„ lendas Maji tempore Domini Alexan-
„ dri PP. IIII. Nos Frater Nicolaus [b]
„ Episcopus Assisii pro Deo, & Dei in-
„ tuitu, ac remedio animæ nostræ, &
„ antecessorum nostrorum, & etiam pro
„ *domo*, & terra infrascriptis pure,
„ & simpliciter absolvimus, remitti-
„ mus, & eximimus, & in perpetuum
„ quietamus te Dominum Venturam
„ Magistri Joannis Yconimum, Sindi-
„ cum, procuratorem, & actorem Mo-
„ nasterii *Sancti Damiani*, & *Sanctæ*
„ *Claræ* [c] pro ipso Monasterio stipulan-
„ ti, & recipienti, & etiam pro *Ca-*
„ *pella* Sancti Georgii [d] ad dictum Mo-
„ nasterium pertinente, & dictum Mo-
„ nasterium, & *Capellam* Sancti Geor-
„ gii ab annua præstatione census XVIII.
„ denariorum Lucensium, aut Senen-
„ sium [e], quæ ratione juris Episcopalis
„ Nobis pro ipso Episcopatu, vel ipsi
„ Episcopatui pro ipsa *Capella* S. Geor-
„ gii ipsum Monasterium, vel ipsa Ca-
„ pella dare tenebatur ex compositio-
„ ne Domini Cardinalis *Blanci* [f]; vel
„ alia

(a) In Concilio generali: Lateranensi IV. anno 1215. actu cap. 37.

(b) Fr. Nicolaus: Ex Ordine FF. Minor., de quo abunde in to. 1. hujus Operis actum est.

(c) Monasterii S. Damiani, & S. Claræ: Quod antea unius S. Damiani titulo veniebat, relata in Sanctorum Catalogu B. Clara, etiam hujus Sanctæ titulum tulit.

(d) Capella S. Georgii: Quam Pontifex, aliique vocabant *Ecclesiam*, Episcopus Assisii *Capellam* appellat, quod est Oratorium, & Ædicula.

(e) Denar. Lucen., aut Senensium: Qui quam disparis valoris ab hodiernis essent, seu quanti penderentur, hinc duci potest, quod una domus, & 4. terræ sextarii pro illorum compensatione dati fuerunt. *Lucenses* porro nummi, & *Senenses* eo tempore ejusdem erant valoris.

(f) Cardinalis Blanci: Nempe *Odonis Blanci Alerani* ex Marchionibus Montisferrati Card. Diac. S. Nicolai in Carcere Tulliano, & postea Episcopi Portuen. pluribus, & insignibus pro S. A. legationibus clari, annoque 1251. defuncti.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1259.

,, alia qualibet de causa, asserentes, A
,, & dilucide affirmantes domum cum
,, terris infrascriptis utiliorem, ac me-
,, liorem nostro Episcopatui, & Nobis
,, pro ipso censu antedicto; quæ *domus*
,, posita est prope Sanctum Damianum
,, Assisinat. Diœcesis a primo latere
,, via, secundo, tertio, & quarto ter-
,, ra dicti Monasterii; quæ domus cum
,, circuitu suo est duobus stariis ad men-
,, suram Assisinatem; & *terra* est quasi
,, ibidem, a primo latere Jovangnolus B
,, Borge, secundo via, tertio Nos Epi-
,, scopus, quatto terra dicti Monaste-
,, rii, & est quatuor stariis ad mensu-
,, ram prædictam; quas domum, & ter-
,, ram nomine ejusdem Monasterii No-
,, bis pro Episcopatu nostro pro hac
,, quietatione, & exemptione tu Yco-
,, nimus dedisti, & tradidisti. Ideoque
,, promittimus per Nos, nostrosque
,, successores tibi prænominato Sindico
,, stipulanti, & recipienti vice, & no- C
,, mine dicti Monasterii, & *Capellæ* San-
,, cti Georgii dictam remissionem, exem-
,, ptionem, & absolutionem perpetuo
,, ratam, & firmam habere, & tenere,
,, & contra nullo tempore facere, nec
,, venire aliqua ingratitudine, vel occa-
,, sione sub obligatione bonorum nostri
,, Episcopatus, & pœna centum mar-
,, charum argenti; qua soluta, vel non,
,, hæc omnia firma permaneant. Actum
,, apud Ecclesiam Sancti Damiani in D
,, domo ipsius Ecclesiæ coram Donno
,, Barone Priore heremitæ S. Uberti de
,, Bictonio, Fratre Martino familiare
,, ipsius Domini Episcopi, Zapparone
,, Berrardi Neapoli, Raniero Salvuli,
,, Gilio serviente dicti Monasterii, &
,, aliis testibus rogatis. Ego Bemvinu-
,, tus Carpelle de Fulgineo Notarius,
,, & nunc Rectoris Ducatus iis interfui,
,, & mandato dicti Domini Episcopi E
,, hæc scripsi, & subscripsi. " Nulli er-
go omnino hominum liceat hanc pagi-
nam nostræ confirmationis, & supple-
tionis infringere; vel ei &c. Si quis &c.

Domus cum terra pro 18. denar. Lucen.

Testes rogati.

Clausula Pontificia prohib. &c.

Datum Anagniæ VI. Idus Maji, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Commutationem Ecclesiæ S. Georgii, *ejusque Hospitalis cum Monasterio, Ecclesiaque* S. Damiani *Assisinaten.*, *& assignationem dictæ Ecclesiæ S. Georgii Monialibus Clarissis a Rectore Ducatus Spoletani factam refert, & confirmat.* (Ex Autographo dicti Monasterii Sanctæ Claræ Assisiat. sub plumbo.)

CD. LXXXVII.

Anno 1259. die 10. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii S. Damiani, *&* S. Claræ Assisinat. [a] *Sal., & Apost. Bened.*

a

Exordium

INDUCUNT Nos vestræ devotionis merita, ut vos illa prosequamur gratia, quam vobis fore cognoscimus opportunam. Sane petitio vestra Nobis exhibita continebat, quod Venetabilis Frater noster Johannes Episcopus Anagninus [b] tunc Rector Ducatus Spoletani Ecclesiam *Sancti Georgii* Assisinatis [c], & *Hospitale* situm juxta eam tunc ad Ecclesiam Assisinatem spectantia, & quasdam petias terræ ad idem Hospitale, & Ecclesias prædictas spectantes pro Monasterio, domibus, & officinis construendis, & orto habendo ad opus vestrum, vobis auctoritate nostrarum contulit litterarum. Cumque Prior, & Capitulum ipsius Assisinat. Ecclesiæ super hoc nollent suum præstare assensum, idem Rector ordinarie auctoritate nostra, quod vos *Ecclesiam S. Jacobi de muro rupto* Assisinat. cum juribus, & pertinentiis suis ad vos ex collatione.. Abbatis *Farfensis* spectantem, & quasdam possessiones ad vos pertinentes, nec non certam summam pecuniæ in recompensationem ipsius *Hospitalis*, ac Ecclesiæ *S. Georgii*, & terrarum prædictarum Priori, & Capitulo exhiberetis eisdem; prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur. Postmodum vero prædicti Prior, & Capitulum ordinationi hujusmodi consenserunt. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super præmissis factum est, ratum, & firmum habentes, ac supplentes defectum,

Monialium petitionis tenor.

b

c

Rector Duc. Spoletanus statuit, & peragit;

& Pontifex confirmat.

(a) Monasterii S. Damiani, et S. Claræ Assisinat.: De quo ad præcedentem Bullam dictum est, cœpisse appellari Monasterium etiam *S. Claræ*, quod antea unius *S. Damiani* titulo veniebat.

(b) Johannes Episcopus Anagninus: De quo quidem Ughellus egit to. 1. Ital. Sac., sed ignoravit, ei fuisse agnomen *Compatris*, & *Capellanum* Alexandri IV., ac Spoletani Ducatus *Rectorem* extitisse.

(c) Ecclesiam S. Georgii Assisinat.: In quo reconditum fuerat corpus *S. P. Francisci*, illudque *Sancta Clara* jacebat, venerabaturque; quæque in præcedenti epistola dicitur *Capella*.

ctum, si quis in his ex quacumque causa A fuit, de Apostolicæ plenitudine potestatis, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, qui talis est.

Instrumentum collationis Eccl. S. Georgii cum permutatione.

„ In nomine Domini Amen. Cum „ super Ecclesia Sancti Georgii de Assisio, & Hospitali juxta ipsam ad Ecclesiam S. Rufini Assisinat., & Canonicos ejus pertinentibus cum perti- B „ nentiis suis, quæ.. Abbatissa, & Moniales *pauperum inclusarum* S. Damiani Assisinat. ad Ecclesiam, domos, „ & necessarias officinas de novo construendas in honorem Dei, & Beatæ „ Claræ Capitis quondam, & Matris „ Ordinis sui petebant, & habere volebant, ac eis indigere plurimum videbantur; & super recompensatione, „ & satisfactione pro ipsis Ecclesia, & „ Hospitali Canonicis facienda tam ex C „ parte earumdem Abbatissæ, & Monialium, quam ex parte Venerabilis „ Parris Domini.. [a] Episcopi Assisinat., „ Prioris, & Canonicornm S. Rufini, „ & Egidii Prioris Hospitalis supradicti „ in Venerabilem patrem Dominum „ Johannem tituli Sancti Laurentii in „ Lucina Presbyterum Cardinalem [b] „ fuisset sub certa pœna tamquam in „ arbitrum compromissum: & idem D „ Cardinalis ex vi compromissionis hujusmodi arbitrando mandasset, quod „ libere Ecclesia S. Georgii, & Hospitale jam dicta juri, usui, & commodo ipsarum cederent *Dominarum*: & „ pro eis mandasset fieri certam compensationem, & satisfactionem dictis „ Episcopo, Canonicis, & Priori Hospitalis prædicti [c]; iidem Canonici „ prædicti Domini Cardinalis mandatum, & arbitrium observare contem- E „ pserunt, intendentes Ecclesiam pro „ Ecclesia, & possessiones pro possessionibus, si eis darentur, pro prædictis „ recipere, & habere: propter quod „ fuit a quibusdam Fidelibus procuratum, ut *Ecclesia S. Jacobi de muro*

Narratio factorum.

„ *rupto* de Assisio cum omnibus pertinentiis, & juribus suis, quæ ad Fartensem Monasterium [d] pertinebat, ex collatione Abbatis, & Conventus ejusdem Monasterii, & etiam ex concessione, & confirmatione Domini Papæ [e] ad prædictas Abbatissam, & Moniales legitime deveniret: quam tanquam propriam, & ad eas de jure „ spectantem pro recompensatione Ecclesiæ Sancti Georgii, & Hospitalis, „ & aliorum, quæ a Canonicis volebant „ habere, ipsis Canonicis obtulerunt; „ sed eam recipere noluerunt. Super „ quibus Abbatissa, & Moniales coactæ „ sunt ad sanctissimum patrem Dominum Alexandrum Papam IV. habere „ recursum. Qui Nobis *Johanni* dicto „ *Compatri* Capellano suo Ducatus Spoletani Rectori per suas dedit litteras [f] „ in præceptis, ut personaliter accedentes Assisium, & advocatis ad id quibusdam prudentibus viris, si prædictam Ecclesiam *Sancti Jacobi* eisdem „ Ecclesiæ Sancti Georgii, & Hospitali „ in possessionibus, redditibus, & proventibus æquipollere inveniremus, „ jam dictos Canonicos eadem Ecclesia „ Sancti Jacobi pro recompensatione „ Ecclesiæ Sancti Georgii, & Hospitalis faceremus auctoritate Apostolica „ manere contentos; maxime, cum „ ipsa Ecclesia Sancti Jacobi ad recompensationem dicatur sufficere; omnium præmissorum, dictarumque Abbatissæ, & Monialium procuratorem „ in possessionem eorumdem Ecclesiæ, „ & Hospitalis corporalem inducere„ mus, & defenderemus inductum. „ Quod si forte memorata Ecclesia *Sancti Jacobi* utpote in possessionibus minor redditibus Ecclesiæ, ac Hospitalis Sancti Georgii supradictis æquipollere non posset; & in recompensationem ipsius Ecclesiæ S. Jacobi jam dicti Canonici, vel eorum Ecclesia lænderentur, tantum de possessionibus „ Monasterii Sancti Damiani Canonicis „ superaddi faceremus eisdem: & si forte non sufficeret, tantam insuper a „ præ-

Pontifex mandat Rectori Duc. Spolet. decisionem causæ.

Ecclesia S. Jacobi de Muro rupto datur Clarissis.

(a) PATRIS DOMINI..: *Fr. Nicolai*, ut infra prope finem instrumenti.

(b) PRESBYT. CARDINALEM: Cujus est mentio facta ad epist. *Cum a nobis petitur &c.* anno 1255. die 28. Martii no. (k)

(c) HOSPITALIS PRÆDICTI: Anno 1253. Kalendis Octobris ex proxime cit. epist. *Cum a nobis petitur &c.*

(d) FARFEN. MONAST.: De quo in 1. to. p. 323. (b)

(e) CONFIRMATIONE DOMINI PAPÆ: Quæ concessio, & confirmatio nobis deest.

(f) SUAS DEDIT LITTERAS: Quæ litteræ etiam a nobis desiderantur.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

„ prædictis Abbatissa, & Monialibus A
„ solvi mandaremus pecuniæ quantita-
„ tem, quod juxta prædictorum pru-
„ dentum arbitrium pars Canonicorum
„ ipsorum, suaque non solum non lædi
„ videretur Ecclesia, sed emolumentum
„ potius conjectura: nihilominus eadem
„ auctoritate alias provisuri, quod tan-
„ tum de possessionibus Canonicorum
„ ipsorum, domibus, & prædicto Mo-
„ nasterio Sanctæ Claræ contiguis no-
„ stri provisione mandati addatur, quan- B
„ tum ad decorem ipsius Monasterii, &
„ commoditatem, ac honestatem in eo
„ Domino famulantium fuerit oppor-
„ tunum: Contradictores quoslibet, &
„ rebelles spirituali, & temporali, si
„ necesse fuerit, potestate Nobis tra-
„ dita sublato appellationis obstaculo
„ compescendo. Nos igitur secundum
„ mandatum Apostolicum Assisium ac-
„ cedentes, adjunctis Nobis duobus
„ prudentibus viris a parte Prioris, & C
„ Canonicorum, & a parte Abbatissæ,
„ & Monialium electis, & tertio per
„ Nos posito, & adjuncto, fecimus eos
„ jurare, & sub pœna *excommunica-*
„ *tionis*, & trecentarum librarum pro
„ quolibet eisdem injunximus, quod
„ bona prædictarum Ecclesiarum S. Ja-
„ cobi, & S. Georgii, & illa bona
„ Hospitalis, & Sancti Damiani, ac
„ etiam bona Ecclesiæ Sancti Rufini,
„ & Canonicorum ipsius, quæ necessa- D
„ ria erant ad expeditionem hujus ne-
„ gotii, viderent, mensurarent, & fi-
a „ deliter extimarent [a]; & quod inveni-
„ rent Nobis fideliter referre deberent
„ dando Nobis super prædictis, secun-
„ dum quod melius eis videretur, con-
„ silium salutare. Qui præstitum jura-
„ mentum servantes, & pœnas imposi-
„ tas evitare volentes Nobis firmiter
„ retulerunt se singula bona immobilia E
„ Ecclesiæ Sancti Jacobi, & S. Geor-
„ gii, & Sancti Damiani, & illa bona
„ Hospitalis, & Ecclesiæ Sancti Rufi-
„ ni, & Canonicorum, quæ Abbatissa,
„ & Moniales petebant, & habere vo-
„ lebant, vidisse, mensurasse, & cum
„ omni legalitate, & diligentia exti-
„ masse, singulorum booorum prædi-

Rectores curant æstimationem rerum fieri pro commutatione.

„ ctorum mensurationem, vel quanti-
„ tatem, extimationem, seu valorem
„ Nobis exprimentes, & per ordinem
„ assignantes. Cumque disponeremus
„ procedere in negotio memorato juxta
„ traditam Nobis formam, & prædi-
„ ctorum extimationem prudentum, &
„ pro Ecclesia S. Georgii, & bonis suis,
„ & Hospitale, & quibusdam bonis suis,
„ quibus Abbatissa, & Moniales indi-
„ gere videntur; & pro quibusdam pos-
„ sessionibus Canonicorum, & S. Rufi-
„ ni, quas eædem Dominæ petebant
„ pro Ecclesia, & aliis ædificiis con-
„ struendis, aliisque necessariis earum-
„ dem, de prædicta *Ecclesia S. Jacobi*
„ *de muro rupto*, & omnibus bonis suis,
„ & quibusdam possessionibus *S. Damia-*
„ *ni*, ac quibusdam aliis præfatis Ca-
„ nonicis, & Ecclesiæ S. Rufini velle-
„ mus sufficienter satisfacere, & respon-
„ dere condigne, ita quod ipsi Cano-
„ nici, & Ecclesia S. Rufini non solum
„ conservabantur super prædictis indem-
„ nes; sed eorum faciebant conditionem
„ quo ad res extimatas, & perceptio-
„ nem fructuum meliorem, & ipsorum
„ pars in hujusmodi pinguior reddeba-
„ batur: Dicti Canonici, licet frequen-
„ ter inducti, & moniti essent a No-
„ bis, acceptare prædicta induratis ani-
„ mis noluerunt: & ideo prædictæ Do-
„ minæ ad Summum Pontificem per
„ suos Nuncios recurrerunt, & ad Nos
„ iterum litteras Apostolicas impetra-
„ runt [b]; in quibus Dominus Papa post b
„ narrationem omnium prædictorum
„ ultimo sic concludit, & Nobis dat
„ firmiter in præceptis, certumque man-
„ datum facit, sicut in subsequentibus
„ continetur, in clausula, quæ sic in-
„ cipit: *Verum quia super præmissis,*
„ *& eorum circumstantiis omnibus tua*
„ *melius discretio videre poterit, quid*
„ *compendii, quidve dispendii, quid*
„ *etiam commoditatis, & meliorationis*
„ *utrique parti ex Concambio, & re-*
„ *compensatione præfatis valeat prove-*
„ *nire; quia superba nimis indevotio*
„ *Canonicorum prædictorum demeruit,*
„ *quod ad hujusmodi complementum*
„ *tandiu protracti malitia ipsorum nego-*
„ *tii*

quam Canonici Assisiat. respuunt.

Pars Epistolæ Alexandri IV.

(a) EXTIMARENT: Ita temporibus illis pro *æstimarent*.
(b) LITTERAS APOSTOLICAS IMPETRARUNT: Quarum sequens tantummodo fragmentum superest in hoc diplomate servatum.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1259.

tii Apostolicæ benignitatis precibus amplius, vel monitis excitentur; volumus, & tenore præsentium tibi firmiter præcipiendo mandamus; quatenus tam de prædictis S. Jacobi de muro rupto, Clericis quoque, pertinentiis, juribus, & omnibus bonis suis, quam de S.Georgii Ecclesiis, & Hospitali ejusdem, ipsorumque possessionibus, tenimentis, & bonis, & de bonis insuper præfati Monasterii Sancti Damiani, nec non & de possessionibus præfatæ Ecclesiæ S.Rufini, dictorumque Canonicorum contiguis domibus, ac Palatiis Abbatissæ, ac Dominarum ipsarum, suoque Monasterio, vel Ecclesiæ officinis, & aliis construendis, & faciendis inibi ædificiis, quæ in circuitu ipsorum existunt, dictisque Abbatissæ, & Monialibus sunt necessariæ, vel expediunt ad decorem, commoditatem, & honestatem suæ Ecclesiæ, ac ipsarum; & de aliis insuper, quæ recompensationem, expeditionem, & ordinationem prædictorum respiciunt, inter ipsas Abbatissam, & Moniales, & Monasterium S. Claræ, eosdemque Canonicos, & Ecclesiam S. Rufini, Hospitalarium, sive Priorem Hospitalis prædicti, quoad possessionem, & proprietatem, ordinationem, & jurisdictionem omnium prædictorum auctoritate nostra ordines, facias, statuas, & disponas, recompenses, distribuas, præcipias, dividas, des etiam, & assignes secundum quod discretioni tuæ visum fuerit melius expedire: nihilominus adversus prædictos Canonicos, si infra octo dies, postquam super his providendo pronunciaveris, de plano acquiescere diffinitioni tuæ super præmissis, & expresse super his consentire mandato etiam, vel præcepto tuo, & cuique ordinationi tuæ solita obstinati pertinacia non curaverint, ad suspensionis ab officio, & beneficio, & si necesse fuerit, eorum contumacia exigente, ad excommunicationis processurus sententias nullatenus relaxandas, priusquam ad Apostolicam Sedem venerint satisfacturi de inobedientiæ tantæ reatu, & de contemptu, & superbiæ suæ detestabili insolentia recompensationem a Nobis debitam recepturi. Ut autem tuus in hac parte processus, ordinatio, provisio, vel mandatum robur obtineat perpetuæ firmitatis, procedendi, ut præmissum est, in eodem negotio; & Contradictores quoslibet spirituali, & temporali potestate tibi tradita compescendi plenam tibi auctoritate præsentium committimus facultatem.

Prosecutio Instrumenti.

Volentes itaque, sicut tenemur, tanti Patris, & Domini reverenter obedire mandatis, & prædictum factum tandiu protractum ducere ad effectum, ac prædictarum Abbatissæ, & Monialium, Prioris, & Canonicorum, & Prioris Hospitalis prædicti paci, & quieti, & tranquillitati providere ordinamus, statuimus, disponimus, & præcipimus, quod prædicta *Ecclesia S. Georgii* cum paucis mobilibus, quæ habet, & cum modica terra, alisque pertinentiis, quæ habuit prope ipsam infra latera inferius designanda, sit quoad possessionem, & proprietatem, ordinationem, & jurisdictionem Monasterii S. Claræ, Abbatissæ, & Monialium ipsius, & ad eas deveniat, & transeat pleno jure; & ipsam Ecclesiam cum prædictis bonis ab omni onere, servitute, jurisdictione, & quolibet jure, & debito Episcopi, & Ecclesiæ Assisinatis, & præsertim ab annuo censu decem & octo denariorum, quem ipse Episcopus Assisinas in eadem habet Ecclesia, & quam ipse Episcopus per idoneam recompensationem remisit expeditam, liberam, & absolutam [a]; eis damus, assignamus, & perpetuo concedimus, ut de ipsis faciant, & disponant, sicut quilibet facit de re propria, reservatis, & salvis quinque modiolis [b], & tribus stariis inter terras, & vineas per diversa loca positis ejusdem Ecclesiæ S. Georgii, dandis per Nos, & assignandis, sicut inferius continetur: nec invenimus ipsam Ecclesiam alia bona habere; & nihil juris in eis præfatis Ecclesiæ, & Epi-

Rectoris sententia in causa.

Ecclesia S Georgii adjudicatur Monialibus.

(a) Absolutam: Anno 1257. die 19. Maji ex præcedenti epistola.

(b) Modiolis: XIV. sextarii modium conficiunt; etsi alibi aliter, ut etiam nonnisi XX. sextarii modius compleatur aliquibus in locis; videtur autem in hoc instrumento sumi *modiolus* pro parvo modio.

Alexander PP. IV. An.Ch.1259.

Ecclesia vero S. Jacobi de Muro rupto Canonicis,

,, & Episcopo reservamus. Et pro ipsa Ecclesia S. Georgii, & omnibus bonis ipsius, quæ fuit Ecclesiæ S. Rufini, & Canonicorum ipsius, ordinamus, disponimus, statuimus, & præcipimus, quod prædicta *Ecclesia S. Jacobi de muro rupto* cum Cruce deaurata, paramentis, libris, aliisque mobilibus suis, & cum Campanili, & omnibus campanis, & domibus ipsi Ecclesiæ contiguis, in quibus Clerici ipsius Ecclesiæ habitant, & habitare consueverunt, & interdum aliquis venerabilium patrum dominorum *Cardinalium* hospitari, & cum magno orto juxta ipsam Ecclesiam infra muros Civitatis Assisii extimato centum libras, cum *Parochia* quoque magna ipsius Ecclesiæ, & cum quatuor modiolis minus uno stario [a] inter terram, & vineam positis in *Corrigiano* extimatis septuaginta duabus libris; & uno modiolo parum plus de Oliveto ibidem extimato viginti libris; & tribus aliis modiolis terræ in eodem loco extimatis viginti quatuor libris, & tribus modiolis terræ ad *Grotti* datis ad pastinandum ad tertiam partem reddendam, extimatis viginti una libra; Et tribus modiolis, & medio terræ ad *Collupinum* extimatis triginta libris; & tertia parte pro indiviso unius molendini, quod dicitur Molendinum de *Rotuli*, extimata decem libris, sit Ecclesiæ S. Rufini, & Canonicorum ipsius; sicut fuit Ecclesia S.Georgii; & ad ipsos deveniat, & transeat recta via, & ipsam Ecclesiam S. Jacobi cum prædictis bonis in recompensationem, & satisfactionem prædictæ Ecclesiæ S.Georgii, & omnium bonorum ipsius ipsis Ecclesiæ S. Rufini, & Canonicis damus, & assignamus, & perpetuo concedimus, ut de ipsis faciant, & disponant, sicut prius faciebant, & disponebant de Ecclesia S.Georgii, & bonis ipsius: salvis, & reservatis omnibus juribus Episcopalibus Episcopo Assisinati, & Successoribus ejus, quæ habet in ipsa Ecclesia. Et quia A ipsa Ecclesia S. Jacobi est *Parochialis*, ordinamus, disponimus, & præcipimus, quod donnus Marcus Presbyter, qui est ibi, cum donno Masseo Forzuli Clerico ipsius Ecclesiæ remaneant, sicut sunt in ipsa Ecclesia ad celebrandum Divina, & alia Officia facienda, & de fructibus prædictorum bonorum S. Jacobi vivant, & sustententur; ad quorum usum, & sustentationem bona deputamus, & relin- B quimus supradicta; salvis præsentibus fructibus, colonis, & illis personis, quæ jus habent in eis; & salvo, sicut dictum est, omni jure Episcopali. Tertium vero Clericum ejusdem Ecclesiæ S. Jacobi admovendum, vel relinquendum ibidem, relinquimus arbitrio, & voluntati Prioris, & Canonicorum S. Rufini. De *Hospitali* vero prædicto posito juxta præfatam C Ecclesiam S. Georgii, quod fuit Ecclesiæ S. Rufini, & Canonicorum ipsius, ordinamus, statuimus, disponimus, & præcipimus, quod idem Hospitale cum omnibus domibus, & ædificiis, quæ habuit, cum tribus quoque modiolis terræ positis juxta stratam publicam, & ante ipsam Ecclesiam S. Georgii, & ubi fuit constructum ipsum Hospitale; & sunt Palatia *Dominarum* [b], & cum omnibus D aliis pertinentiis, & adjacentiis suis infra subscripta latera existentibus, sit quoad possessionem, & proprietatem, plenumque dominium Monasterii S. Claræ, Abbatissæ, & Monialium ipsius; & ad eas deveniat, & transeat recta via; & ipsum Hospitale cum prædictis bonis, & pertinentiis, & adjacentiis suis damus, & assignamus, & perpetuo concedimus ipsis Monasterio S. Claræ, Abbatissæ, & E Monialibus, ut in ipsis construant Ecclesiam S. Claræ, & alia ædificia, quæ voluerint; & de ipsis faciant, & disponant, sicut quilibet facit de re propria; salvis omnibus aliis bonis immobilibus dicti Hospitalis per diversa loca, & vocabula alibi positis; quæ Hospitali futuro, & de novo

,, con-

quæ Parochia erat.

Hospitale etiam datur Monialibus.

(a) Stario: Vulgo pro *sextario*, seu sexta parte mensuræ aridorum.

(b) Palatia Dominarum: Quas sub initium dixerat *pauperes inclusas* juxta denominationem illis a Gregorio IX. inditam, ut in primo tomo hujus Operis annotavimus; paulo post, & hoc loco *Dominas* appellat ex vocabulo S. P. Francisci, ut in eodem tomo videri poterit p.140.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

„ construendo integre reservamus. Et A
„ quia expedit Communi Assisii, Ec-
„ clesiæ S. Rufini, & Canonicis ejus,
„ & etiam pauperibus Christi, quod
„ pro prædicto Hospitali, quod in ædi-
„ ficiis S. Claræ convertetur, aliud Ho-
„ spitale de novo in Assisio construatur;
„ ordinamus, statuimus, disponimus,
„ & præcipimus, quod pro recompen-
„ satione, & satisfactione prædicti Ho-
„ spitalis, ædificiorum, & bonorum
„ ejus Monasterium S. Claræ, Abba- B
„ tissa, & Moniales ipsius pro Hospi-
„ tali de novo construendo solvant us-
„ que ad annum quingentas libras Ra-
a „ ven. minutorum [a], ita quod ad pro-
„ ximos sex menses solvant de dicta
„ summa ducentas quinquaginta libras,
„ & in fine anni solvant reliquas du-
„ centas quinquaginta libras converten-
„ das, & expendendas in ædificiis, &
„ utilitate Hospitalis futuri; & dictas
„ quingentas libras teneant, & guber- C
„ nent usque ad constructionem novi
„ Hospitalis aliqui boni, & fideles viri
„ de voluntate Prioris, & Canonico-
„ rum S. Rufini, & Hospitalarii, sive
„ Prioris Hospitalis prædicti ad hoc po-
„ siti, & electi. Cui Hospitali de
„ novo construendo, & prædicto Prio-
„ ri, sive Hospitalario nomine ipsius
„ Hospitalis pro recompensatione, &
„ satisfactione prædictorum trium mo- D
„ diolorum terræ prædicti Hospitalis
„ S. Georgii, aliorumque pertinentium
„ inibi damus, assignamus, & perpetuo
„ concedimus quinque modiolos, & tria
„ staria terrarum, & vinearum extima-
„ tarum quadraginta quatuor libras,
„ quæ fuerunt prædictæ Ecclesiæ Sancti
„ Georgii; & quatuor modiolos, & se-
„ ptem staria terræ positæ in *Turre Ca-*
„ *nali*; & quatuor alios modiolos, &
„ quatuor staria terræ positæ in *Tigu-* E
„ *lario*; qui novem modioli, & unum
„ starium terræ fuerunt Ecclesiæ *S. Ja-*
„ *cobi de muro rupto*, extimati centum
„ quinquaginta octo libris; & dictæ ter-
„ ræ, & vineæ olim S. Georgii, & S. Ja-
„ cobi quoad possessionem, & proprie-
„ tatem, plenumque dominium tran-

Aliud Hospitale ordinatur expensis Monialium.

„ seant, & perveniant ad prædictum
„ Hospitale de novo construendum; ut
„ idem Prior, sive Hospitalarius no-
„ mine ipsius Hospitalis habeat, te-
„ neat, & possideat dictas terras, &
„ vineas; & de his faciat, & disponat
„ cum consensu Prioris, & Canonico-
„ rum S. Rufini, quicquid est utile Ho-
„ spitali futuro; sicut prius faciebat,
„ & disponebat de Hospitali S. Geor-
„ gii, & bonis ejus: salvis præsentibus
„ fructibus in dictis terris, & vineis,
„ stantibus colonis, aliisque personis,
„ quæ jus habent in eis. Quod Hospi-
„ tale de novo construendum cum per-
„ tinentiis suis quoad potestatem, or-
„ dinationem, jurisdictionem, & alia
„ sit Ecclesiæ S. Rufini, Prioris, &
„ Canonicorum ipsius, sicut fuit præ-
„ dictum Hospitale S. Georgii. Præte-
„ rea cum præfatæ Abbatissa, & Mo-
„ niales præter prædictos tres modio-
„ los, qui fuerunt Hospitalis S. Geor-
„ gii, & modicam terram ipsius S. Geor-
„ gii, de quibus est satisfactum, sicut
„ superius continetur, indigeant, &
„ expediat eis habere ad decorem, ho-
„ nestatem, & commoditatem Mona-
„ sterii, & aliorum ædificiorum facto-
„ rum, & construendorum, & persona-
„ rum ibidem Domino famulantium,
„ decem modiolos, & tria staria terra-
„ rum Ecclesiæ S. Rufini, Prioris, &
„ Canonicorum ipsius, quæ sunt positæ
„ in circuitu ædificiorum factorum, &
„ in circuitu Ecclesiæ, & aliorum ædi-
„ ficiorum faciendorum in honorem
„ Dei, & B. Claræ, & fuerunt exti-
„ matæ per extimatores prædictos sex-
„ centis libris; ordinamus, statuimus,
„ disponimus, & præcipimus, ut præ-
„ dicti decem modioli, & tria staria
„ terrarum in circuitu prædictorum ædi-
„ ficiorum positarum sint quoad posses-
„ sionem, & proprietatem, plenumque
„ dominium Monasterii S. Claræ, Ab-
„ batissæ, & Monialium ejus, & ad
„ ipsas perveniant, & transeant recta
„ via; ipsosque decem modiolos, &
„ tria staria terrarum damus, & assi-
„ gnamus, & perpetuo concedimus ple-
„ no

Alia terra emitur a Monialibus, seu commutatur pro Monasterio ampliando.

(a) LIBRAS RAVEN. MINUTORUM: De quarum valo ab hodierno valore conferri poterit Jos. Ant. Pinius dissert. *De Nummis Ravennat.* e ut supra ad Bullam 186. *Cum a nobis petitur &c.* anno 1257. die 30. Januarii datam (b) p. 191. hujus tomi.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

,, no jure Monasterio, Abbatissæ, & Monialibus supradictis; ut de ipsis faciant, & disponant, quicquid voluerint, sicut quilibet facere potest de re propria: salvis, & reservatis fegetibus, & præsentibus fructibus in ipsis terris, stantibus cultoribus, seu
a ,, portionariis [a], aliisque personis jus in ipsis habentibus; post quorum collectionem prædictæ terræ liberæ, & absolutæ deveniant ad ipsas Dominas.
Conditione adjecta. ,, Sed si eædem Dominæ indiguerint ad præsens dictis terris; vel voluerint eas ex nunc libere possidere, satisfaciant de ipsis fructibus prædictis personis secundum extimationem duorum virorum communiter electorum; & postea faciant in ipsis terris, quicquid voluerint; & utilitatem, & commoditatem, quam voluerint, consequantur: & salvis etiam, & reservatis ædificiis quorumdam domorum infra prædictos decem modiolus, & tria staria existentium illis personis, quæ in ipsis ædificiis jus habere noscuntur. Et salvo quod prædicta Abbatissa, & Moniales teneantur facere, & patare in suis expensis viam infra quantitatem, sive mensuram prædictorum decem modiolorum, & trium stariorum, videlicet a fonte Emericii usque in stratam publicam supra Massacium;
Confines Monasterii S. Georgii al. S. Claræ. ,, latera vero, infra quæ prædicta Ecclesia S. Georgii cum modica terra, & Hospitale prædictum Sancti Georgii cum tribus modiolis, aliisque pertinentiis suis inibi, & prædicti decem modioli, & tria staria concluduntur, sunt ista scilicet strata, quæ vadit ad portam Civitatis Assisii, quæ dicitur porta de Mojano; Carbonaria antiqua Civitatis, quæ incipit a prædicta strata, & vadit inferius ante domum Domini Agrestuli Georgii: Et fons vetus sub arbore Amidolæ, & via sub ipso fonte, quæ pergit, & vadit sub limite ad viam, quæ vadit ad S. Matthæum, & etiam ad fontem de Antericio; & idem fons de Antericio, & ultra ipsum fontem, & Massacium una pertica quindecim pedum usque ad stratam publicam pro via facienda; sicut superius est mandatum; & a prædicto fonte veteri, & via sub ipso fonte usque ad aliam viam, & usque ad fontem de Antericio tenent Ecclesia S. Rufini, & Canonici ipsius; & etiam prædictæ Abbatissa, & Moniales habent sub ipsa via, & tenent quemdam Ortum, quem eis libere reservamus: & a prædicto fonte, & prædicta pertica quindecim pedum tenent similiter Ecclesia S. Rufini, & Canonici ipsius usque ad stratam prædictam. Item de prædictis decem modiolis, & tribus stariis adhuc remanent octo staria inter terram, & Casalena supra stratam, quorum latera sunt ista, prædicta strata, quæ vadit ad *Spellum* [b], & b
,, supra ipsam stratam tenent Pepe, Rogerius, & Andreas fratres; Angelus, qui dicitur Scrofa, Massarii, & Magister Paulus: Item strata publica, quæ vadit ad S. Rufinum, & sub ipsa strata tenent Mercarellus, hæredes Orasay, & Paulus Gilioli, & exit in dictam stratam, quæ vadit ad Civitatem. Pro quibus decem modiolis, & tribus stariis taliter lateratis, qui fuerunt Ecclesiæ, & Canonicorum S. Rufini, & pro recompensatione, & satisfactione ipsorum ordinamus, statuimus, disponimus, & præcipimus, ut infrascriptæ terræ, & vineæ, & bona, quæ fuerunt Ecclesiæ S. *Jacobi de muro rupto*, sint quoad possessionem, & proprietatem, plenumque dominium Ecclesiæ S. Rufini, Prioris, & Canonicorum ipsius, & ad ipsos transeant, & perveniant recta via; ipsasque terras, vineas, & bona damus, & assignamus, & perpetuo concedimus ipsi Ecclesiæ S. Rufini, Priori, & Canonicis ejus, qui fuerint pro tempore, ut ipsas teneant, possideant, usufructent, alienent, & de ipsis faciant, & disponant, quicquid placuerit eis; sicut quilibet de re propria facere potest. Terræ vero, vineæ, & bona, quæ pro recompensatione, & satisfactione dictorum decem modiolorum, & trium stariorum damus, & assignamus Ecclesiæ S. Ru- Compensatio supradictæ terræ commutatur.

(a) PORTIONARIIS: Qui quales haberentur, dictum est in cit. primo tomo p. 647. (c)

(b) SPELLUM: Vulgariter pro *Hispello* inter Assisium, & Fulginium nobili Oppido.

„ S. Rufini, Priori, & Canonicis ejus, A
„ sunt ista scilicet septem modiolos in-
„ ter terram, & vineam positos in *Cor-*
„ *rigiano* extimatos centum septuaginta
„ quinque libras; & duos alios modio-
„ los terræ ibidem positos extimatos
„ sexdecim libras; & quinque modio-
„ los de terra, & silva ad *Castillionem*
„ extimatos quindecim libras; & duos
„ modiolos, & septem staria inter ter-
„ ram, & silvam ad *Gilianum* extima-
„ tos octo libras; & tres modiolos sil- B
„ væ in eodem vocabulo extimatos no-
„ vem libras; & quatuor modiolos in-
„ ter terram, & vineam a domo Maczi
„ extimatos septuaginta libras; & me-
„ dium modiolum Oliveti in *Turre Ca-*
„ *nali* extimatum decem libras, quod est
„ pro indiviso cum Nicola Christiano:
„ Et ab Hospitali *Machatuni* quatuor
„ modiolos, & medium terræ extimatos
„ quadraginta quinque libras; & a *Sclor-*
„ *gio* quatuor modiolos,& medium terræ C
„ extimatos quadraginta quinque libras:
„ Et tredecim modiolos terræ a *Fractu-*
„ *zola* in pluribus locis extimatos sexa-
„ ginta libras, & unum modiolum vi-
„ neæ,quam habet ad partem reddendam
„ Bartolus de Scoczera, extimatum
„ decem libras; & duos alios modio-
„ los vineæ ibidem ad tertiam partem
„ reddendam, quam habet Angelus Jo-
„ culator, extimatos sexdecim libras;
„ & unum modiolum terræ, & vineæ D
„ a *Forcatera* extimatos tribus libris;
a „ & septem staria Canapinæ [a] in voca-
„ bulo *S. Feliciani* extimata octo li-
„ bras; & unum modiolum inter ter-
„ ram, & olivetum in *Corrigiano* ex-
„ timatum tribus libris, quem habet
„ in feudum Magister Rufinus: Et ad
„ *Castilionem* duos modiolos vineæ ex-
„ timatos decem libras, quas habent
„ ad censum Franciscus Bondenarii, &
„ Deotesece Johannis: & duos modio-
„ los terræ ibidem extimatos decem li-
„ bras, quos habent ad censum prædi-
„ cti Franciscus, & Deotesece: Et
„ unum modiolum vineæ ibidem exti-
„ matum centum solidos, quem habet
„ ad censum Paulus de Annese: Et
„ unum modiolum, & medium terræ

„ ad *Papangni* extimatos tribus libris,
„ quos habet ad censum Ventura Strade
„ cum fratribus: Et unum modiolum
„ vineæ ibidem extimatum centum so-
„ lidos, quem tenet Alexius Johannis
„ ad censum: Et unum modiolum vi-
„ neæ de *Limaczi* extimatum centum
„ solidos, quem habent ad censum ne-
„ pos donni Johannis, vel donni Ven-
„ turæ, & filius Somaffuli: Et unum
„ modiolum terræ in *Castilione* extima-
„ tum viginti solidos, quem habent ad
„ censum Filii Johannis Falaczoli: Et
„ medium modiolum vineæ in *Corrigia-*
„ *no* extimatum quadraginta solidos,
„ quod tenet ad censum Ventura Geor-
„ gii: Et medium modiolum terræ in
„ *Glottis* extimatum viginti solidos,
„ quem tenet ad censum Ventura Fot-
„ narius, vel filii; & unum modiolum
„ terræ in *Corrigiano*, quem tenet An-
„ dreas Agrestuli ad censum extima-
„ tum viginti solidis: Et unum modio-
„ lum terræ, & vineæ ad *Pulviczone*
„ extimatum sexaginta solidis, quem
„ tenent ad censum filii Brunelli: Et
„ unum modiolum terræ ad *Guadum-*
„ *reum* extimatum decem solidis, quem
„ tenent ad censum filii Johannis Falac-
„ zoli: Et unum modiolum, & medium
„ terræ, quem tenent ad censum filii
„ Mainaldi Gilii, & nepos, & Franciscus
„ Cimarson extimatum viginti solidis:
„ Et ortum magnum extra muros Asisii,
„ qui est undecim stariis, extimatum
„ octoginta libris. Item pro prædictis
„ decem modiolis & tribus stariis,& pro
„ recompensatione, & satisfactione ip-
„ sorum damus, assignamus, & perpe-
„ tuo concedimus Ecclesiæ *Sancti Rufi-*
„ *ni*, Priori, & Canonicis ejus trigin-
„ taocto domos, quæ fuerunt Ecclesiæ
„ *Sancti Jacobi*, ut Ecclesia Sancti Ru- E
„ fini, & Canonici ejus succedant, &
„ habeant illud jus in dictis domibus,
„ quod habebat Ecclesia Sancti Jacobi;
„ salvis locationibus ipsarum domorum,
„ & omni jure, quod in ipsis domibus
„ habent personæ, quibus ad censum
„ sunt locatæ: quæ domus fuerunt exti-
„ matæ ducentis libris [b]. Omnes prædi- b
„ ctas terras, domos, & bona, quæ fue-

(a) Canapinæ: Ubi Cannabis seritur, & crescit, coliturque, vulgo *Canevaro*, rectiusque scribendum *Cannabina*, vel *Cannabetum*.

(b) CC. Libris: 38. domus, ut singulæ paulo plus 6. libris valerent, ea erat illis temporibus aut pecuniæ caritas, aut negotiatorum moderatio.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

runt Ecclesiæ *Sancti Jacobi*, damus, A & concedimus, sicut prædictum est, Ecclesiæ *Sancti Rufini*, Priori, & Canonicis ejus. Item pro recompensatione, & satisfactione prædictorum decem modiolorum & trium stariorum, qui fuerunt Ecclesiæ Sancti Rufini, & Canonicorum ipsius, damus, assignamus, & perpetuo concedimus quoad possessionem, & proprietatem, plenumque dominium eisdem Ecclesiæ Sancti Rufini, Priori, & Canonicis B ejus sex modiolos terrarum *S. Damiani* cum arboribus in eis stantibus omnibus utilitatibus, & pertinentiis suis extimatos trecentis libris excepta domo, quæ est in prædictis terris cum modica terra, quæ est Episcopi Assisinatis, & successorum ipsius; & salvis fructibus præsentibus hujus anni prædictarum terrarum & vinearum, qui sunt in eis, colonis, & portionariis, aliisque personis, qui jus habent in eis; C post quorum recollectionem prædicta bona recta via deveniant ad Ecclesiam Sancti Rufini, & Canonicos ipsius, ut ipsa libere & absolute habeant, sicut superius est expressum; & taliter ordinamus, & distribuimus prædicta bona, sicut superius est distinctum; & exceptis, & salvis ipsi Monasterio *Sanctæ Claræ* lapide pro Altari; & aliis lapidibus in dictis terris jacentibus, D qui fuerunt Monasterii S. Damiani; quod olim fuit ibidem. Item pro recompensatione & satisfactione prædictorum decem modinlorum, & trium Stariorum terrarum damus, assignamus, & perpetuo concedimus Ecclesiæ Sancti Rufini, Priori, & Canonicis ejus totam *Parochiam*, quæ fuit *Sancti Georgii*, cum omni jure suo, ut sit, & respondeat Ecclesiæ Sancti Rufini, sicut erat, & respondebat E Ecclesiæ Sancti Georgii. Et ut omnia & singula supradicta, quæ ordinavimus, disposuimus, distribuimus, fecimus, præcepimus, & pronunciavimus, robur majoris obtineant firmitatis; omni auctoritate, potestate, & jurisdictione, qua possumus, præcipimus ea omni tempore inviolabiliter observari. Verum ut nihil de hiis, quæ Dominus Papa in suis litteris [a] mandat, omittere videamur; Priorem, & illos Canonicos Ecclesiæ Sancti Rufini secundum traditam nobis formam ab officio & beneficio duximus *suspendendos*, qui prædictis, quæ fecimus, ordinavimus, statuimus, disposuimus, distribuimus, præcepimus, & pronunciavimus, infra octo dies proximos non acquieverint; & eis expresse non curaverint consentire; adversus eos, si *suspensionem* non servaverint supradictam, vel alias ipsorum exegerit contumacia, & inobedientiæ protervitas, ad *excommunicationis* sententiam, & pecuniariam pœnam, prout expedire videbimus, nihilominus processuri; super quibus nobis reservamus plenam jurisdictionem, & quamlibet potestatem. Darum in prædicta Ecclesia Sancti Rufini Anno Domini MCCLVII. Indictione XV. XII. Kal. Maji tempore Domini Alexandri Papæ quarti præsente Domino Ventura Magistri Johannis Sindico, & Procuratore [b] Monasterii Sancti Damiani, & *Sanctæ Claræ* ad sententiam audiendam, & absentibus Priore, & Canonicis Ecclesiæ S. Rufini, & etiam Paganello Sindico, & Procuratore Ecclesiæ Sancti Rufini, Prioris, & Capituli ipsius, oretenus a prædicto Domino Johanne Rectore, & per nuncios pluries & legitime citatis, ut venirent ad sententiam audiendam: & etiam hodie dictus Dominus Johannes Rector eosdem Priorem, & Canonicos citari fecit, nec non & Paganellum Sindicum & procuratorem ipsorum, & Ecclesiæ Sancti Rufini per Bevengnatem, & Bonapressum Notarios suos, ut peremptorie venirent ad sententiam audiendam: quibus Bevengnati & Bonapresso Notariis idem venerabilis pater Dominus Johannes coram testibus, & me Notario infrascriptis præcepit, ut irent ad citandum prædictos Priorem, & Canonicos Ecclesiæ Sancti Rufini, & Paganellum Sindicum,

Terræ S. Damiani dantur Episcopatui Assisien., seu ejus Capitulo.

Parœcia S. Georgii assignatur Canonicis.

Canonici *suspensione* plectuntur.

Anno 1257. die 20. April.

(a) IN SUIS LITTERIS: Supra memoratis p. 340. (b)

(b) PROCURATORE: Qui anno 1253. die 5. Octobris possessionem accepit Ecclesiæ S. Georgii, annexique Hospitalis pro Monialibus S. Damiani, ut legitur in Bulla superius citata pag. 339. n. (b)

„ dicum, & Procuratorem ipsius Ecclesiæ, Prioris, & Capituli S. Rufini, qui Bevengnate & Bonappressus iverunt, & redeuntes coram ipso Domino & testibus, & me Notario infrascriptis retulerunt se citasse eosdem Priorem, & Canonicos S. Rufini, & Paganellum Sindicum, & Procuratorem ipsorum, & Ecclesiæ & Capituli S.Rufini, ut peremptorie venirent ad sententiam audiendam: Qui Prior, Canonici, & Paganellus Sindicus & Procurator Ecclesiæ & Capituli Sancti Rufini dixerunt eisdem se nolle venire; nec venerunt ad sententiam audiendam contumaciter se absentando [a]. Coram Venerabili Patre Domino *Fratre Nicolao* Episcopo Asisinate [b], Domino Guillelmo Petri Christophori Potestate Asisii, Domino Andrea suo Socio, Domino Girardo de Aretio suo Judice, Domino Jacobino Bovaterio de Parma futuro Potestate Asisii, Domino Ugolino Petri, Girardono, Domino Egidio Aliotti, Magistro Riccardo Notario, Zapparono, Angelo Tubatore de Asisio, Domino Jacobo de Anagnia, Domino Paulo de Spoleto Judice, Petro de Bettonio, Bevegnate Girardi, Bonapresso Carpelle, Angelo Petri, Gile de Fulgineo, Antonio de Spello, & etiam toto Consilio generali & speciali Communis Asisii, & multis aliis bonis hominibus de Asisio de mandato prædicti Domini Rectoris ibidem congregatis, testibus rogatis. Ego Benvinutus Carpelle de Fulgineo Notarius, & nunc Domini Johannis Compatris venerabilis Patris Rectoris supradicti hujus sententiæ prolationi, & mandato facto dictis Bevengnati & Bonapresso de citatione facienda, ut superius continetur, & relationi eorumdem interfui, & mandato ipsius venerabilis Patris Domini Johannis memorati hæc scripsi, & signavi „.

Canonici renuunt adesse sententiæ Rectoris.

Testes rogati.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppletionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum, *ut supra*.

Clausula Pontificis prohib. &c.

Declarat juxta alias suas litteras Fratres prædicare posse, & Confessiones excipere ex Episcoporum licentia, non requisito Parochorum assensu. (SPECULUM Min. tract. 1. fol. 9., RODERICUS in Bull. Regul. Bul. 24., & WADDINGUS in Regesto Pontif. n. 62., extat AUTOGRAPHUM Avenione in Archivo nostri Conventus S. Francisci lib. 1. Bull. pag. 20., & cusum in FIRMAMENTIS 3. Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 18.)

ALEXANDER &c.

CD. LXXXVIII. Anno 1259. die 13. Maji.

Dilecto filio . . . Generali, & Provincialibus Ministris, & universis Fratribus Ord. FF. Min. Sal., & Apost. Bened.

CUM olim quidam temere sentientes, & ad sobrietatem sapere nescientes impudenter assererent, quod de licentia, & concessione diœcesanorum Episcoporum libere non poteratis prædicationis exercere officium, & confessiones audire sine Parochialium Sacerdotum licentia, & assensu: Nos ad tollendam, & confutandam assertionem hujusmodi, & dilucidandam in talibus veritatem, dudum in quibusdam nostris litteris [c] determinando expressimus, quod vos de licentia, vel permissione, aut concessione Legatorum Sedis Apostolicæ, vel Ordinariorum locorum libere potestis prædicare populis, audire confessiones, ac pœnitentias injungere salutares, Sacerdotum parochialium assensu minime requisito. Volentes igitur hujusmodi nostram determinationem irrefragabiliter observari; auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne quisquam super his, vel eorum aliquo vos, vel aliquem vestrum, aut etiam confitentes vobis contra præmissæ determinationis formam aliquatenus molestare præsumat; decernentes nihilominus irritum, & inane, quidquid a quoquam contra inhibitionem hujusmodi contigerit attentari. Nulli ergo &c.

Constitutionis hujus causa.

Alias suas de hoc re litteras commemorat.

& determinationem suam mandat observari.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ III. Idus Maji, Pontificatus Nostri Anno Quinto [d].

(a) SE ABSENTANDO: Sed *postea ordinationi hujusmodi consenserunt*: inquit Pontifex in hac sua Confirmatione.

(b) FR. NICOLAO EPISC. ASSISINATI: De quo antea, & pluries egimus.

(c) NOSTRIS LITTERIS: Incipientibus: *Non sine multa cordis &c.*, datisque anno 1257. die 30. Martii, quæ supra leguntur eo loco vulgatæ.

(d) Eadem Constitutio data fuerat hoc anno die 18. Jan. Ordini Prædic. ex *Bulla* 226. in *Bullario* illius Ord.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1259.

A *Ut Suanen. Episcopum inducat ad relaxandam excommunicationis sententiam in Fratres Min. Procenen. ab ea latam; eisque de injuriis ad satisfaciendum: alioquin repugnantem cites ad comparendum coram se.* (Ex Archivo Conventus S. Martini Procenen. Ordinis nostri.)

CD. LXXXIX. Anno 1259. die 15. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio ... Archipresbytero Majoris Ecclesiæ Urbevetan. *Salutem, & Apostolicam Benedict.*

Fratrum delationem refert.

Dilecti filii ... Guardianus, & Fratres Ordinis Minorum de *Proceno* [a] sua Nobis petitione monstrarunt, quod cum Venerabilis Frater noster ... [b] Episcopus *Viterbien.* vacantem Ecclesiam Sancti Martini de *Proceno* Suanen. Diœcesis spectantem ad collationem suam intuitu pietatis contulisset eisdem; prout in publico Instrumento confecto exinde plenius dicitur contineri [c]. Nos tandem, quod super hoc ab eodem Episcopo factum extitit, ratum, & firmum habentes; ac defectum ex eo in hujusmodi collatione habitum, quod Capituli Viterbien. non intervenit consensus, supplentes de Nostræ plenitudine potestatis, id per Nostras litteras duximus confirmandum [d]. Sed Ven. Frater noster ... [e] *Suanen.* Episcopus se Fratrum ipsorum persecutorem constituens, qui deberet ipsos propter Deum benigno favore prosequi, cujus sunt obsequiis deputati, eos per familiam suam a præfata Ecclesia non absque injectione manuum in aliquos eorum usque ad effusionem sanguinis temere violenta nequiter, & ignominiose fecit expelli, sententia excommunicationis nihilominus in benefactores eorum authoritate propria contra justitiam promulgata, in Divinam, & Apostolicæ Sedis injuriam, ac dictorum Guardiani, & Fratrum præjudicium, & Ordinis sui non modicum detrimentum; propter quod ipsi ad præsidium Sedis Apostolicæ recurrerunt. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus dictum Episcopum attentius moneas, & inducas, ut dictos Guardianum, & Fratres ad Ecclesiam ipsam restituens relaxet sententiam memoratam; ac eis de injuriis hujusmodi satisfactionem exhibeat congruentem. Quod si forte monitis tuis acquiescere in hac parte noluerit, tu eum peremptorie authoritate nostra citare procures; ut infra competentem terminum, quem sibi duxeris præfigendum, personaliter compareat coram Nobis de tanto excessu pro meritis recepturus. Quidquid autem inde feceris, & diem citationis, ac formam Nobis per tuas litteras tenorem præsentium continentes fideliter exponere non omittas [f].

Ecclesia S. Martini Fratribus collata.

A Pontifice confirmatur defectum Capituli Viterb. supplente.

Suanen. Episcopus se opponit.

& Fratres violenter expellit.

Pontifex injungit id, quod supra.

Non obtemperanti citatio indicitur.

& factorum relatio expostulatur.

Datum Anagniæ Idibus Maji, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ut quasdam litteras Apostol. falsas, confictasque pronuncient, & contra confictores procedant. (Ex Autographo Archivi Assisiatis Conventus S. Francisci, & secretioris Vaticani.)

ALEXANDER &c.

CDXC. Anno 1259. die 15. Maji.

Venerabili Fratri ... Episcopo Cracovien. [g], *& dilecto filio ... Præposito Ecclesiæ S. Sepulchri Metonien.* Cracovien. *Diœc. Sal., & Ap. Ben.*

Relationis tenor.

Ad audientiam nostram pervenit, quod Frater Martinus, qui Pastorem Generalem Fratrum *de Pœnitentia Sanctorum Martyrum* se appellat, falso asserens sibi, & successoribus suis fore ab Apostolica Sede concessum, ut ipse, & dicti successores personas de quibuscumque aliis Ordinibus ad suum Ordinem etiam professos libere recipere valeant, personarum Ordinum illorum, a qui-

(a) Fratres Minores de Proceno: De quibus actum est ad litteras *Sua nobis dilecti &c.* datas hoc anno die 13. Februar. Episcopo Suanen.

(b) Frater noster: *Alferius*, ut in notis ad prædictas litteras *Sua nobis &c.*

(c) Contineri: Quod instrumentum confectum fuit anno 1257. die 13. Maii rogatu Josephi ab Aquapendente Notario, teste Theulo in Appar. Min. lib. 3. cap. 4.

(d) Per Nostras litteras duximus confirmandum: Quæ litteræ aut non extant, aut non sunt exhibitæ.

(e) Frater noster: *Gualcherinus*, de quo in supradictis litteris *Sua nobis &c.*

(f) Omittas: Episcopus porro Suanen. resipuit, & Pontifici obtemperans locum Fratribus concessit die 15. Iulii ex citato Theulo, vel die 14. Iulii, ut habet Rodulphius, apud quem librarii, vel typographi oscitantia extat annus 1264. loco anni 1259. exaratus.

(g) Episcopo Cracovien.: Prandota viro sancto, de quo dictum est ad *Bullam Ad audientiam nostram &c.* anno 1253. die 13. Julii editam.

Alexander PP. IV. An.Ch.1259.

Anno 1257. die 7. Decembris.

a quibus exiverint, contradictione, seu A privilegio aliquo dictæ Sedis nequaquam obstante; & quod libere valeant publice prædicare, ac omnium Confessiones audire, contradictione cujuslibet non obstante; *Fratres Ordinis Minorum* tali prætextu pro sua recipit voluntate, super hiis utendo quibusdam falsis litteris sub nomine Nostro præsumptione damnabili fabricatis, quarum tenores inspeximus diligenter, qui tales sunt:

Litteræ Apostol. confictæ.

„ Alexander Episcopus Servus Ser- B „ vorum Dei: Dilectis in Christo Pastori Generali Fratri Marrino, & ejus Successoribus, cæterisque Fratribus ejusdem de Pœnitentia Ordinis Beatorum Martyrum Salutem, & Apostolicam Benedictionem: Volentes vos aliqua prærogativa gaudere nostræ gratiæ specialis, quod Personas de quibuscumque aliis Ordinibus se ad vestrum Ordinem transferentes libere etiam professos recipere valeatis, C personarum eorum Ordinum, de quibus discesserint, seu Privilegio Ordinibus ipsis ab Apostolica Sede concesso contrario, vel contradicente, cujus expressam, seu de verbo ad verbum præsentibus oporteret fieri mentionem, nequaquam obstante, liberam concedimus facultatem. Datum Viterbii VII. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.„

Anno 1257. die 7. Decembris.

Alia litteræ confictæ.

„ Alexander Episcopus Servus Ser- D „ vorum Dei: Dilectis in Christo filiis Pastori Generali Fratri Martino, & ejus successoribus, cæterisque Fratribus ejusdem *de Pœnitentia Ordinis Beatorum Martyrum* Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Vobis, qui novella Plantatio estis, vestrisque successoribus, ut verbum Evangelicum ad reficiendum Fidelium animas publice prædicare valeatis, ac E eorum Confessiones audire, contradictione aliquorum nequaquam obstante, auctoritate nostra, & Beatorum Petri & Pauli liberam concedimus facultatem. Datum Viterbii VII. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.„

Quia igitur easdem litteras, si prædictis tenoribus concordant, constat liquido esse falsas; ne Falsariorum culpa remaneat impunita; Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus literas ipsas vobis exhiberi facientes, detentores ad exhibitionem ipsarum per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; ipsas, si eas tenorum prædictorum inveneritis, nuntietis esse falsas; & revocetis in irritum quicquid est illarum occasione præsumptum; Fabricatorem ipsarum, & quos omnes eis scienter usos esse constiterit, juxta Constitutionem contra Falsarios [a] editam, appellatione postposita, castigantes [b]. a b

Mandat Pontifex ut supra.

Datum *ut supra*.

Præcipit; ne cuiquam facultatem tribuat docendi in aliqua scientia, aut arte Parisiis, nisi prius sua pro Studii Parisien. tranquillo statu edita statuta servaturum juraverit. (Ex Boulæo tom. 3. Histor. Universit. Parisien., & Bullario Ord. Prædic. tom. 1. Bul. 239. Alex. IV.)

ALEXANDER &c.

CDXCI.

Anno 1259. die 18. Maji.

Dilecto filio .... Cancellario Ecclesiæ S. Genovefæ Parisien. *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

PRæsentium tibi auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus nullum de cetero licenties [c] Parisius in aliqua facultate, nisi prius juret ordinationes, & statuta pro tranquillo statu *Parisien.* Studii dudum a Nobis edita [d]; & ea, quæ continentur in ipsis, se inviolabiliter servaturum [e]; & expresse promittat per hujusmodi juramentum, quod c d e

(a) Contra Falsarios: C. 7. *Ad falsariorum confundendam malitiam &c.* tit. 20. *De crimine falsi* in lib. 5. decr. Gregorii IX.

(b) Castigantes: Dlugossus lib. 7. Hist. Polon. ad annum 1257. refert, *Novam Religionem Mendicantium ab Alexandro IV. fundatam, & de Pœnitentia beatorum Martyrum intitulatam fuisse*; cujus Fratres Cracoviam eo anno advenientes a Boleslao Pudico Duce benigne susceptos Ecclesiam S. Marci noviter exstructam obtinuisse, ac sumptus etiam amplos pro Monasterio sibi ædificando: sed eum latuit, eam Religionem non fuisse, at quorumdam impiorum imposturam, fraudem, & sacrilegam deceptionem, ut ex his Alexandri litteris fit manifestum.

(c) Licenties: Barbarum verbum medii ævi corruptæ latinitatis pro dimittere, ac licentiam concedere agendi.

(d) Dudum a Nobis edita: Quæ legi possunt in pluribus supra relatis in has controversia litteris.

(e) Servaturum: Idipsum Cancellario Parisien. alio exemplo mandaverat anno 1257. per litteras *Lecet nos olim &c.*, dat. die 7. Januarii supra relatas.

ALEXANDER PP. IV. An Ch. 1259.

quod deinceps Religiosorum, & aliorum in eodem Studio desudantium quietem, & pacem directe, vel indirecte, occulte, vel manifeste, per se, vel per alium scienter nullo modo turbabit; puniens nihilominus pœna debita juramenti hujusmodi transgressores.

a Datum Anagniæ xv. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Quinto [a].

Ut quinque, vel sex Fratribus Ordinis Tabellionatus officium committat in Inquisitione contra hæreticos. (Ex Assisiatis Archivi Autographo Sac. Conv. S. Franc.) B

CDXCII. Anno 1259. die 12. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio ... Ministro Fratrum de Ord. Min. in administratione B. Francisci [b] *Salutem, & Apost. Bened.*

b

Sollicitudo Pontificis circa Inquisitionem hær. prav.

CORDI Nobis est, ut negotium *Inquisitionis* contra infectos hæretica pravitate, quod per dilectum filium *Fratrem Andream* [c] professorem Ordinis tui de speciali mandato nostro in partibus illis agitur, ad felicem exitum suffragante Divina gratia perducatur. C

c

Causa commissionis. Cum itaque per Nos expediat provideri, quod hujusmodi negotium pro defectu *Tabellionum* [d] non possit in aliquo impediri; Discretioni tuæ præsentium auctoritate committimus, quatenus quinque, vel sex Fratribus prædicti Ordinis tibi commissis, quos ad hoc idoneos esse cognoveris, juxta formam, quam Romana Ecclesia servare in talibus consuevit, officium *Tabellionatus* exercendum in Inquisitione prædicta dumtaxat, non obstante si Fratres ipsi Sacerdotes fuerint, vice nostra concedas, prout videris expedire.

d

Commissio Pontificis

cum derogatione &c.

Datum Anagniæ II. Idus Junii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

A

Primum lapidem a se benedictum mittit pro Trecensi Ecclesia Fratrum Minorum; mandatque, ut apponatur, & accedentibus ad ejus positionem Indulgentia concedatur. (Ex GONZAGA de Orig. Seraph. Relig. par. 3. Conv. 1. Provinciæ Franciæ, & WADINGO in Annal. Minor. ad ann. 1248. n. 21.)

CDXCIII. Anno 1259. die 12. Junii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri .. Episcopo Trecensi [e] *Salutem, & Apost. Bened.*

e

Primum a se benedictum lapidem

CUM primarium lapidem pro Ecclesia Fratrum Minorum de Civitate *Trecensi* [f] propriis manibus benediximus; Fraternitatem tuam rogamus per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus ipsum lapidem in Ecclesia ipsa honorifice, sicut decet, sine obstaculo difficultatis apponas; & omnibus vere pœnitentibus, & confessis die appositionis ejus ad eamdem Ecclesiam convenientibus *unius anni*, & *quadraginta dierum* auctoritate nostra largiaris indulgentiam.

f

mandat apponi Ecclesiæ Trecen. FF. Min.

Indulgentia in Ecclesiæ fundatione.

Datum Anagniæ pridie Idus Junii [g], Pontificatus Nostri Anno Quinto.

g

Imperat intercipi commercium quorundam Scholarium Universitatis Parisien. cum Guillelmo de S. Amore exule. (Ex BULLARIO Castellani, BOULÆO tom. 3. Hist. Universit. Parisien., WADINGO in Annal. Min. ad hunc annum num. 4., & BULLARIO Ord. Præd. to. 1. Bul. 240. Alex. IV, atque FIRMAMENTIS 3. Ord. fol. 16. par. 2. tract. 1.) D

CDXCIV. Anno 1259. die 20. Junii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... Episcopo Parisien. [h] *Salutem, & Apostol. Bened.*

h

Gymnasii Parisien., & Religiosorum ita turbationis causa.

MULTORUM relatione didicimus, quod per Nuncios, & literas, quas Universitas Scholarium *Parisien.*, vel aliqui de ipsa Guillelmo de Sancto

---

(a) Alias paulopost in hac causa litteras ei transmisit die 27. Junii *Ex alto fuisse &c.*, ut infra.

(b) IN ADMINISTRATIONE B. FRANCISCI: Sive Provincia Umbriæ, & ultra, ut alias exposuimus ad ep. 477. *Litteras tuas* 17. Martii datam.

(c) FRATREM ANDREAM: De quo pluribus in epistolis mentio habetur: *De Tuderto* dicitur in epist. 16. Urbani IV. *Cum dilectus filius &c*; etsi Auctor Operis *Coeles Paradisi* lib. 2. pag. 21. dicat *Assisiatem*.

(d) TABELLIONUM: Vulgo Notariorum, ut alias.

(e) EPISCOPO TRECENSI: *Nicolao* sub Archiepiscopo Senonensi in finibus Galliæ Belgicæ, cujus Sedes vulgo *Troyes* appellatur.

(f) FRATRUM MINORUM DE CIVITATE TRECENSI: Quorum locus 2. est *Custodia Campania* Provinciæ Franciæ in veteri *Provinciali Ordinis* apud Polychronienn; & Barthol. Pisanum Conformitate 11. De eo fuse Waddingus agit in Annal. Minor. ad annum 1243. num. 21., & sub Gregorio IX. receptum perhibet: extatque hujus Pontificis epistola ad Archiepiscopum Senonen. *Ad audientiam nostram* dat. anno 1256. die 11. Julii super controversia inter Fratres hujus loci, & Capitulum Ecclesiæ Trecen., Rectoremque Ecclesiæ S. Remigii ejusdem Civitatis, quæ ex loci allata est.

(g) PRIDIE IDUS JUNII: Contra morem illorum temporum, quibus scribebatur 11. *Idus Junii*, prætermisso Latinorum modo.

(h) EPISCOPO PARISIEN.: Ad quem sunt etiam paulo ante relatæ litteræ *Indignanter accepimus &c.* die 5. April. scriptæ.

a ℞o-Amore [a] transmittunt, & recipiunt ab eodem frequenter, *Parisien.* Studium, & status Religiosorum, & aliorum existentium Parisius non modicum perturbatur. Volentes igitur pravorum [b] malitiis obviare Fraternitati tuæ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus eidem Universitati, & singulis de ipsa ex parte nostra præcipere, ac districtius inhibere procures; ne de cetero dicto Guillelmo aliquas literas vel Nuncios, quibus posset bonus status Parisien. Studii, & Religiosorum, ac aliorum quomodolibet perturbari, mittere, vel ab eodem Guillelmo recipere aliquo modo præsumant communiter, vel divisim; & si quis contrarium fecerit, ipso facto sententiam *excommunicationis* incurrat; nec ab ea possit absolvi, nisi de mandato Sedis Apostolicæ speciali.

b — cui obviam Pontifex mandat id, quod supra

sub pœna excommunicationis transgressoribus.

Datum Anagniæ xi. Kal. Julii, Pontificatus Nostri Anno Quinto [c].

Nonnullorum Doctorum Parisien. erga Fratres Prædicatores, & Minores in controversia eorum cum Academicis Parisien. merita collaudans ipsos ad perseverantiam adhortatur. (Ex Archivo Ordinis Prædic. apud Bullarium ejusdem Ordinis tom. 1. Bul. 241. Alex. IV.)

CDXCV.

Anno 1259. die 24. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Galderico Cluniacen., *& Eurardo* Vallis Scholarum [d] *Ordinum Monachis, Egidio Archidiacono, & Ruberto de* Quincbi *Canonico Rothomagen., & Petro dicto* Rufu *Canonico Ecclesiæ Corboliacen.* [e] Parisien. *Diac. Magistris in Theologica facultate* Parisien. *constitutis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Laudat Pontifex,

VESTRÆ solicitudinis operosa vigilantia, qua circa bonum statum A Parisien. Studii, & quietem [f] filiorum *Fratrum Prædicatorum*, & *Minorum* Parisius residentium prudenter insistitis, constanti nobis assertione fidelium referentium innotescit; Apostolicæ Sedis vobis ... [f] gratiam, & favorem; quæ, cum tempus retributionis occurrit, se a benemeritis non avertit. Nos itaque hujusmodi fervoris vestri promptitudinem dignis in Domino laudibus commendantes, universos, & singulos ad B hæc ... [g] perseverantia invitamus; ut ex his merito gloria vobis thesaurizetur, & fama.

f — filiorum

g — & hortatur ad perseverantiam.

Datum Anagniæ viii. Kalend. Julii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

C *Ut sacram Sacelli supellectilem, & cetera mobilia Archiepiscopi Baren. defuncti apud eos deposita procuratori novi Archiepiscopi assignare curent.* (Ex Archivo Conv. Neapolitani S. Dominici apud Waddingum in Annal. Min. ad hunc ann. n. 16. edit. 2.)

CDXCVI.

Anno 1259. die 25. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Priori, & Conventui FF. Prædicatorum Neapolitanis [h] *Salutem, & Apost. Bened.*

CUM Nos Venerabilem Fratrem nostrum *Joannem* [i] Ordinis Mino- D rum Archiepiscopum *Baren.* [k], tunc Ministrum Fratrum ejusdem Ordinis in Provincia Baren. [l], Ecclesiæ tunc vacanti de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine in Archiepiscopum præfecerimus, & Pastorem; volumus, & præsentium vobis auctoritate in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus *Capellam* [m], & cetera bona mobilia, quæ quondam

Archiepiscopum Baren. se refert constituisse Fr. Joannem O. M.

(a) Guillelmo de S. Amore: In exilio extra Regnum Franciæ posito ea litteris *Cum propter multiplices &c.*

(b) Pravorum: Boulæus suppacitatur legit *paucorum*, ut malum suorum Academicorum, quorum advocatum agit, extenuet.

(c) Alias litteras huic Antistiti pro hoc negotio missas vide sub die 26. infra.

(d) Vallis Scholarum: Ordo sub initium seculi xiii. in Belgio exortus, & ab Honorio III. an. 1219. sub Regula *S. Augustini* confirmatus ex Gallia Christiana to. 4.

(e) Corboliacen.: Oppidi Insulæ Franciæ cum ponte ad Sequanam fluvium 7. Leucis supra Lutetiam Parisiorum.

(f) Vobis ..: Suppl. *Hæc ipsa adauget*.

(g) Ad hæc: Supplenda lacuna videtur: *sedula, laudandaque*.

(h) Neapolitanis: De quorum loci antiquitate videri poterit Malvenda Annal. Ord. Prædicat. ad annum 1231. cap. 6.

(i) Joannem: Cognomento *Saracenum* ex Beatillo in Hist. Barensi, etsi diversum existimet ab isto, sed perperam, ut recte vidit Ughellus.

(k) Archiepiscopum Barensem: In Apulia Peucetia in ora maris Adriatici anno 1280. die 19. Augusti ea hac vita sublatum.

(l) In Provincia Barensi: Al. Apuliæ nunc S. Nicolai, ubi Barense Cœnobium Caput est *Custodia* sui nominis apud antiquum Polychronici auctorem, & Barthol. Pisanum Conformitate xi., non igitur Provinciæ Romanæ Ministrum, ut ait Waddingus supra citatus.

(m) Capellam: Qua non hic *Oratorium* denotatur, sed ornamenta, instrumentaque pro eodem Oratorio, atque Ecclesia inservientia.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1259.

& jubet bona mobilia ejus prædecessoris ei assignari.

a b

dam Henticus *Barensis* Archiepiscopus [a] prædecessor suus peoes vos seu deposuisse, seu dimisisse dicitur, Procuratori ipsius *Joannis* Archiepiscopi [b] ad hoc per ejus pateotes litteras constituto, ejus oomine ioregre sublata difficultate, seu occasiooe qualibet assignare curetis; ita quod devotioois vestræ promptitudinem dignis exiode io Domino laudibus merito commendemus.

Datum Anagniæ vıI. Kaleodas Julii, Pontificatus Nostri Anno Quioto.

Ut in Universitate Parisien. denuo tumultuantes contra FF. Mendicantes censura Eccles. compescantur: litteræ suæ contra Guillelmum de S. Amore publicentur: & Guillotus Bedellus *excommunicatus enuncietur, & privetur.* (Ex REGES. VATIC. epist. 197. apud RAYNALDUM Annal. Eccles. num. 29. & 30. WADDINGUM in Annal. Min. num. 5. BOULÆUM tom. 3. Hist. Univers. Parisien. & *Bullarium* Ord. Prædicat. to. 1. Bul. 242. Alex. IV., nec non Firmamenta 3. Ord. fol. 17. par. 2. tract. 1.)

CDXCVII.

Anno 1259. die 26. Junii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri.. [c] Episcopo Parisien. *Salutem, & Apostolicam Benedict.*

c

Encomium Parisiorum ex publica Academia.

EX alro fuisse conspicimus Civitati *Parisien.* provisum, quod booorificata decore Studii generalis, & tantorum Universitate scholarium illustrata, præluceat Orbis Civitatibus, Orbemque lucidum reddiderit sui luminis claritate. Ipsa quidem Universiras fons irriguus coosuevit esse virtutum universale speculum, Mater studere volentium, & magistra scientiatum ad siogulos dona derivans, cunctosque clarificans illustribus radiis doctrinarum. Et quia nonnulli seditionis, & nequitiæ filii [d] lucem in tenebras coovertere satagentes tantum Studium subvertere conabantur; Nos eorum cooatibus obviantes certa statuta [e] de oostrorum consilio Fratrum edidimus, per quæ Studio soliti reddebantut incrementa vigoris; & talium perversorum intentio tollebatut. Cumque noster animus optata super eo tranquillitate quiesceret; quod sicut habebar relatio plurimorum, statum quietis, & pacis Universitas resumpsisset; postmodum, quod turbati referimus, qui dicebantur a suarum seditionum languore sanati, passos fore didicimus recidivam in Divini contumeliam nominis, Apostolici mandati contemprum, & subversionem Studii memorati. Nuper enim nostris est auribus intimatum, quod Magistri, & Rectores Artistarum Parisien. se a dictotum filiorum *Prædicatorum, & Minorum Ordinum* Fratrum, & quorumdam aliorum Magistrorum, & scholarium Religiosorum, & secularium societate, seu consortio separantes [f] ipsos in elusionem mandati Apostolici super hoc directi ad suum consottium pro suæ voluntatis arbitrio non admittunt, contra statuta olim a nobis super hoc edita temere veniendo. Verum quia id animum oostrum eo acetbius vulnerat, quo materia majoris turbationis, & scandali, nisi super hoc a nobis salubre exhibeatur remedium, posset exinde non absque gravi generalis Ecclesiæ dispendio facilius exoriri; maxime cum hujusmodi separatio, quacumque arte vel ingeoio adinventa fuerit, & quocumque nomine censeatur, expresse contra ordinationem nostram, & statuta prædicta pro tranquillo statu Studii *Parisiensis* edita sit præsumpta; volumus, & per Apostolica scripta tibi firmiter præcipiendo mandamus, quateous eisdem Rectoribus, Artistis, ac aliis Magistris, & scholaribus Patisius commorantibus ex parte oostra distincte præcipias, ut infra quindecim dies post hujusmodi præceptum eosdem Fratres, ac alios in suum consortium, seu societatem juxta eorumdem statutorum tenorem admittere studeant, & efficaciter retinere; nihilominus inhibendo, ne similia de cætero attententur; alioquin tam Rectores, Artistæ prædicti, ac alii, qui memoratos Fratres, & eis super hoc adhærentes, ad hujusmodi Societatem, seu consortium

In ea per quosdam exorta seditione.

d

e

Pontifex conditis statutis studet eandem componere,

Fuitque aliquandiu

Sed iterum turbatur, & a societate præsertim Religiosorum separatur.

f

Idque contra ordinationem Pontificiam.

Quare Pontifex præcipit ea, quæ superius notata sunt,

(a) HENRICUS BARENSIS ARCHIEPISCOPUS: *Filangerius* patritius Neapolitanus ex Ordine FF. Prædicatorum anno 1258. die 12. Octobris in patria defunctus, & apud suos Confratres humatus ex Ughello tom. 7. Ital. Sac. in Archiepisc. Baren. num. 44. al. 36.

(b) IPSIUS JOANNIS ARCHIEPISCOPI: De quo plura refert Ughellus citatus num. 45. al. 37. Anno 1275. Romæ interfuit confirmationi jurium Romanæ Ecclesiæ a Rodulpho Romanorum Rege die 4. Maji facta ex instrumento apud Raynaldum ad eum ann. num. 50.

(c) VEN. FRATRI..: *Reginaldo*, de quo paulo ante, & sæpius actum est.

(d) NEQUITIÆ FILII: *Guillelmus* a Sancto Amore, aliique ejus socii alias, nec semel memorati.

(e) CERTA STATUTA: Per Constitutionem incip. *Quasi lignum vitæ &c.* supra evulgatam.

(f) SEPARANTES: Juxta litteras *Indignanter accepimus &c.* supra sub die 5. April. relatas.

tium juxta præceptum nostrum taliter admittere, ac retinere non curaverint; quam etiam omnes illi, qui contra inhibitionem hujusmodi publice, vel occulte, seu quovis alio modo venire præsumpserint; eo ipso sententiam *excommunicationis* incurrant, a qua nullatenus absolvi valeant, nisi personaliter ad Apostolicam Sedem accesserint absolutionem hujusmodi petituri. Porro cum per prædicationes, & disputationes *Guillelmi de Sancto-Amore* Fratres prædicti, qui, ut Christum lucri faciant, abjectionem voluntariæ paupertatis elegisse noscuntur; & quam plures alii fuerint graviter diffamati; Nos ad confutandam super hoc ipsius Guillelmi malitiam, & elucidandam in talibus veritatem, universis Prælatis litteras nostras [a], quibus statum dictorum Fratrum non indigne approbavimus, duximus destinandas; quarum tenores per te, vel per alios Parisius, & alibi in Ecclesiis, & locis in prædicationibus publicis, prout expedire videris, coram Clero, & Populo tam Latinis, quam vulgaribus verbis exponere diligenter studeas. Insuper quemdam *Libellum* famosum, & detestabilem ab eodem Guillelmo editum, prout publice apud Sedem Apostolicam confessus extitit, quem per Nos de Fratrum nostrorum consilio condemnatum [b] igne cremari fecimus, cujus Titulus *Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum* nuncupatur; principium autem ejus erat: *Ecce videntes clamabunt foris*: nec non & quosdam alios *Libellos* famosos infamiam, & detractionem eorumdem Fratrum ab eorum æmulis in litterali, & vulgari sermone; nec non rythmis, & cantilenis indecentibus de novo, ut dicitur, editos, quos tibi exhiberi facias, detentores, ad exhibitionem ipsorum per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, convocatis Magistris, & Scholaribus Parisius existentibus, facias publice coram omnibus igne cremari. Præterea Guillotum *Bedellium* scholarium nationis Picardorum [c], pro eo quod suæ salutis immemor in Dominica de Ramis Palmarum [d] proxime præterita, prædicante dilecto filio Fratre *Thoma de Aquino* [e] ejusdem Ord. Prædicatorum, quemdam *Libellum* famosum, quem utpote contra eosdem Fratres editum publice reprobaveras, contempta *excommunicationis* sententia, quam in omnes auctores, detentores, & publicatores ipsius Libelli auctoritate ordinaria promulgasse diceris, in conspectu Cleri, & Populi tunc ibidem existentium, in tui, & ipsorum Fratrum injuriam publicare præsumpsit, *excommunicatum* præsentibus Magistris, & Scolaribus supradictis studeas nunciare, privando ipsum nihilominus perpetuo *Bedellionatus* [f] officio, ita quod illud nec per se, neque per alium de cetero exercere præsumat; nec etiam salarium aliquod sibi, quem de Civitate Parisiensi, sublato appellationis obstaculo, perpetuo procures expellere, petere, vel recipere liceat ratione officii supradicti, auxilio carissimi in Christo filii nostri... *Regis Franciæ* illustris ad præmissa, si opus fuerit, invocato: non obstantibus quibuscumque appellationibus a dictis Magistris, Rectoribus, & Scholaribus interjectis. Ad hæc volumus, ut omnes illi, qui deinceps hujusmodi *Libellos*, vel consimiles edere, vel detinere, seu publicare, aut præfatum Bedellium Parisius reducere præsumpserint, ipso facto sententiam *excommunicationis* incurrant, a qua non nisi juxta modum absolvi valeant prænotatum. Præsentes autem litteras omni mora, & difficultate postposita, coram Universitate prædictorum Magistrorum, & scholarium studeas publicare.

Datum Anagniæ vi. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

[Margin notes: Sub pœna excommunicationis non obtemperantibus. — Contra Guillelmum de S. Amore pro Fratribus Mendicantibus dat litteras universis Prælatis. a — quas publicari vult, & mandat. — b — Isa. 21. 7. — Libellos infames contra eosdem Fratres concremari publice injungit. — & Guillotum Bedellium excommunicatum, & privatum officio publice nunciari, & quare. — c d e — Eumdem salario mulctatum, & Civitate Parisien. expulsum edicit. — Cum obstantium derogatione. — Contravenientes prædictis excommunicationis jaculo ferientur.]

[Margin letters: A B C D E]

Ut studeant reconciliari, & convenire cum viris Religiosis præsertim Ordinum Prædicatorum & Minorum, dimisso Guillelmo de S. Amore, cui, si pœnituerit, non deerit Sedes Apostolica. (Ex ARCHIVO VATIC. in Regest. Pontif. epist. 152. an. 5.)

(a) LITTERAS NOSTRAS: Incipientes *Non sine multa cordis &c.* anno 1256. die 21. Octobr. emissas.
(b) CONDEMNATUM: Per Constitutionem *Romanus Pontifex &c.* eodem anno die 5. Octobr. editam.
(c) PICARDORUM: In Gallia Belgica, cujus caput Ambianum vulgo *Amiens*.
(d) DOMINICA DE RAMIS PALMARUM: die 6. April.
(e) FR. THOMA DE AQUINO: Quem an. 1256. die 11. Martii Pontifex commendaverat Cancellario Parisien. litteris *Delectabile nobis &c.* in Bullario Ordinis Prædicatorum tomo primo num. 64.
(f) BEDELLIONATUS: Officium in Universitatibus, seu Academiis quasi *Præcinctoris* in Collegiatis, & Cathedralibus Ecclesiis.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1259.

CDXCVIII.

Anno 1259. die 15. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Magistris, & Scholaribus Parisien. *Salutem, & Apost. Bened.*

a Exordium a Parisien. Gymnasii laude.

CÆLESTIS altitudo [a] consilii, & immensa Divinæ sapientiæ magnitudo inter alia miræ dispositionis opera, quæ omnipotenter dixit, & facta sunt; ut eorum nutibus ad cognitionem, comprehensionemque invisibilium excedentium omne sensum extolleret humanæ intelligentiam creaturæ; quoddam in Cælo militantis Ecclesiæ luminare constituit *Parisien.* videlicet Studii disciplinam. In lumine quidem ipsius lumen veritatis aspiciunt originalis ignorantiæ tenebris obvoluti: Illic juniores sensualitatis obtusæ squamas per rudimenta liberalia exuentes ad secreta sublimioris indaginis principia diriguntur: Ibi docentur, & docent profundam legis Divinæ prudentiam seniores; qui velut stellæ in perpetuas æternitates assumpti inferiores jubare splendidæ irradiationis illustrant: In illo sacræ doctrinæ Gymnasio cælitus distillantis abyssi vena scaturiens ad refocillandam sitim justitiæ in renatis fons limpidæ claritatis exuberat; in quo Divinæ speculatores imaginis ad reformandas rationalium mentes in sinceram creationis, recreationisque gratuitæ speciem exemplar increatæ similitudinis intuentur.

Ex illo bone derivantio.

Ex his Pontifex urget Academicos.

Quem igitur, filii, tanti boni amor non afficit? quem pro illo pervigil cura non urit? quem non urget, & comedit zelus ejus? Nunquid non in publica commoda peccant, qui privata quadam simultate divellunt, dissensionibus dissipant, & contentione jurgiosa dilacerant tantum bonum? Non illud felicis memoriæ prædecessores nostri Romani posthabuere Pontifices; non antecessores vestri, qui posteris æmulationis laudabilis præfixere vestigia, levi amplexu ejusdem muneris gratiam allapsam de sublimi throno mortalibus tenuerunt; quorum utrique utilitati publicæ, ne per adversos affectus laceris dissolveretur partibus, providentes A *Universitatem* vestram unanimitatis vinculo, & societatis fœdere nexuerunt, Sede Apostolica privilegiis, indulgentiis, aliisque roborum amminiculis communionis vestræ stabiliente consortium; & egregiis Doctoribus cum disciplinatis sapientiæ filiis, quorum vos esse convenit sectatores, sibimet, vobisque commendantibus pacis otium, secessumque silentii, sine quibus vix prudentiæ studia convalescunt.

Et ob exemplo suorum, eorumque antecessorum.

Nos quoque, licet prædictis B prædecessoribus impares merito, & virtute, ad ipsorum tamen vestigia circa profectus *Universitatis*, & Studii prædictorum affectu non impari gestientes, si quid temporibus nostris emersisse comperimus, quod in vobis turbaret pacem, charitatem læderet, aut scinderet unitatem, contra id sincera intentione medendi pariter, ac sanandi morbos noxios, quibus commune salutis vestræ commodum tangebatur, remedia nunc aspera, C nunc levia, prout res attentius considerata suasit, impigra sollicitudine priscorum exemplis admoniti curavimus providere [b]. Ea utique cura illud consilium peperit, ut inter alia [c], quæ olim pro *Universitatis*, & disciplinæ vestræ profectui salubriter ordinanda perspeximus, quod Religiosi viri præsertim *Fratres Prædicatores*, & *Minores* degentes Parisius; qui, sicut merito Religionis, & vi- D tæ [d] decora membra universalis Ecclesiæ sunt censendi; sic eodem merito, & participatione doctrinæ, atque scientiæ *Universitatis* vestræ debent pars non incongrua, nec indigna videri; ejusdem *Universitatis* tam consortio, quam beneficio gauderent in omnibus, sub certa forma duximus statuendum. Sed licet non forsan in omnibus, in plurimis tamen animosæ voluntatis arbitrio rationabilis æquitatis evertente judicium, ali- E qui contra [e] ordinationem nostram, cui voluntariæ approbationis assensus, & promptæ obeditionis obsequium debebatur, præsumptuosum rebellionis levavere calcaneum: aliqui mandatorum [f] nostrorum

atque sibimet ipsius.

b c Qui suam hac in re ordinationem exponit.

Fratres Prædicatores, & Minores in primis collaudans, d

aliqui tamen Academici contra ipsam ordinationem insurgunt, e

f

(a) CÆLESTIS ALTITUDO: Hujus Bullæ *Exordium* idem esse, ac præcedentis *Ex alto &c.*, ut vult Boulæus, falsum est; quamvis simile sit quoad encomium Academiæ Parisien. sub initium, cetera prorsus diversum.

(b) CURAVIMUS PROVIDERE: Ut ex pluribus ejus Constitutionibus, & epistolis præmissis apparet.

(c) INTER ALIA: Hoc loco incipit hæc epistola apud Raynaldum in Annal. Eccles. ad hunc annum n. 27. & inde apud alios, qui ex eo desumserunt.

(d) MERITO RELIGIONIS, ET VITÆ &c.: Hæc omisit Boulæus, utpote Advocatus Academicorum contendentium.

(e) ALIQUI CONTRA: Ut *Guillelmus* de Sancto Amore, ejusque in dictis epistolis commemoratis Socii.

(f) ALIQUI MANDATORUM: Qui etsi nominati non inveniantur, hi tamen existimantur, de quibus loquitur epistola incip. *In sign inter accepimus &c.* supra ad diem 5. April. hujus anni vulgata.

& alii eamdem illudunt se a prædictis Fratribus separando,

ftrorum vim, & poteftatem ingeniofis adinventionibus vacuantes fuperficialiter fic noftris detulere fermonibus, quod verius illufiffe probantur. Cum enim juxta ordinationem eamdem prædictos *Fratres* teneamini a veftro non feparare confortio; quis non videat manifeftæ delufionis effe commentum, quod feparando vos ab ipfis prohibitam feparationis pœnam eis infligitis indirecte contra pofitam vobis ejufdem ordinationis legem communem privatis fraudibus rectiffime moliendo: pro

ac de revocando Guillelmo de S. Amore tractatum habendo.

Guillelmo præterea de Sancto Amore, quem a communione veftra prorfus extraneum [a] notiffima culpa fecit, ad priftinum Univerfitatis veftræ revocando confortium; conventum fieri, vel haberi tractatum, ne fopiti fcandali rediret occafio, Apoftolicæ Sedis auctoritas interdixit [b]. Nihilominus autem quia noftis, eofdem *Fratres* propter tranfgreffionis culpam, & prolatæ animadverfionis pœnam, quas Religiofo timore devitant; nec poffe, nec velle, ubi habeantur de prædicta revocatione tractatus,

Idque in quibuslibet eorum negotiis, quo Fratres illinc excludantur.

convenire vobifcum; quotiens pro quibuslibet *Univerfitatis* negotiis convenitis, hujufmodi tractatus inducitur, quo eifdem Fratribus illicitum fiat veftris congregationibus intereffe; in quo utique facto fagittæ nocere paratæ, quæ perverfe mittuntur in alios, in fpirituales plagas mittentium convertuntur. Ca-

Ad illos admonitio Pontificis.

veant ergo fibi, qui tales ftruere non verentur infidias; ne dum aliis tendiculas receptionis objiciunt, ipfi in propofitos fibi a nobis laqueos *excommunicationis*, aliarumque fententiarum inciderint, a quibus nequibunt, cum voluerint, de facili expediri; mirum fi confiderationis veftræ docta prudentia dignum venia ju-

& in Guillelmum de S. Amore invectiva digreffio.

dicet prædicti *Guillelmi* grave peccatum, quod nec confeffionis humilitas, nec pœnitentiæ fatisfactio, nec conveniens pœnitudinis indicium mitigavit; præfumptionis enim ejus audacia publicavit longe lateque fe ipfam; eamque non tam condignæ, quam mifericordis animadverfionis ultio prædicavit; quod videlicet in perniciofam *Univerfitatis* veftræ fciffuram, & diffolutionem Studii falutaris non eft veritus ponere os in Cælum contra Sedis Apoftolicæ poteftatem, adverfus auctoritatem Pontificum, contra minifteria Sacerdotum, contra ftatum & profe-

cum facinorum ejus recenfione,

ctum Religioforum virorum maxime, *Prædicatorum*, & *Minorum*, quorum facra plantatio fanctam fæcundat, & venuftat Ecclefiam, reprobe dogmatizans, & quantum in ipfo fuit, diffeminans in Ecclefia unitatis nefandi fchifmatis peftem famofum, infamemque confcribendo *Libellum* [c], ne in ventum cederent contumeliofa, & damnabilia verba fua. Porro

libellique ejus famofi profcriptione,

quamvis eumdem libellum in favillam, & cinerem Ecclefia Romana damnaverit [d] fpiritu oris fui oftendens hoc ipfo, quæ ftipendia deberentur auctori; ipfe tamen nec apud Sedem Apoftolicam, nec poftmodum alibi conftitutus fuum fuper eodem *libello*, quem fe compofuiffe non abnuit, humiliter confiteri curavit, &

ac auctoris pervicacie.

emendare commiffum; fed in fua rigidus pervicacia eos, quorum animos incitare non definit, temeritatis propriæ incentivo fecum trahit in pertinacis, ut accepimus, obftinationis abyffum. Hæc quippe non eft illa, quæ defurfum venit, fa-

Sermonem vertit ad Academicos,

pientia pudica, pacifica, modefta; pro qua capeffenda peregrinari, patriis relictis fedibus, elegiftis; pro qua conftitutis fcholafticis vos exercere fudoribus; pro qua decreviftis nocturnis lucubrationibus fatigari; quam utique nemo pertingit, qui fuerit fapientiæ terrenæ, quæ animalis eft, & maligna, ac fanæ doctrinæ oppofita, ftudiofus. Hæc nempe carnalium eft deorfum emergens prudentia, qui fecundum hominem ambulantes zelo, & contentione rixantur; ac fibimet propter concupifcentiam, quæ in eorum membris militat, inquieti pacem ad Deum & proximos nefcierunt [e]; propter quod auditis, & diligentius intel-

& eorumdem Nunciis, ac petitionibus

lectis, quæcumque dilecti filii Magiftri Petrus de Divione, & Thomas de Cufello viri providi, & prudentes Nuncii veftri fuper præmiffis coram nobis, & Fratribus noftris proponere voluerunt circa injuncta fibi a vobis negotia oil de coo-

tingen-

(a) PRORSUS EXTRANEUM: Quippe qui in exilium extra Franciæ Regnum detrufus ex litteris *Cum propter multiplices &c.*

(b) INTERDIXIT: Ex prædictis litteris *Cum propter multiplices &c.*

(c) LIBELLUM: *De periculis noviffimorum temporum* infcriptum ex fupradictis epiftolis.

(d) ECCLESIA ROM. DAMNAVERIT: Anno 1256., ut oftendit cit. Raynaldus ad eum annum n. 20., & feqq.

(e) NESCIERUNT: Pofthac fequentia ufque ad illa: *Præfatus vero Guillelmus*: non leguntur apud Raynaldum, aliofque, qui ex illo defcripferunt.

tingentibus omittendo; quoniam petitiones vestras, quantumcumque honestis desideriis vestris cupiamus, & proponamus alias benivolum impertiri consensum; nec favor æquitatis, & justitiæ; nec publicæ salutis, & utilitatis vestræ interventio adjuvabat; Nosque intendamus utilitati potius, quam voluntati consulere petitorum, eas nequivimus, sicut nec debuimus exaudire; quas etiam Apostolico patri proponere non decuit reverentiam filialem. Simultates igitur, & contentiones tanquam tumultuosas pedisequas, cum quibus desponsatam vobis sapientiam non decet habere commercium, ab animabus vestris, in quibus sedes debet esse prudentiæ, cui vestra studia dedicastis, penitus relegantes erga prædictos *Fratres* ob reverentiam Divinam & nostram socialis benevolentiæ dulcedinem assumatis; & suscipientes eos ad beneficia consueta, & ad communionis fraternæ consortium cum bonæ voluntatis plenitudine in visceribus Jesu Christi; donate quæsumus, filii dilecti nobis in Domino, eis, immo nobis pro illis, quin potius per nos Deo, siquid forsitan concepistis, aut habere vos creditis contra ipsos, quos utique tanquam nobilia corporis vestri membra in omnibus, quæ secundum Deum poterunt, vobis non solum ut sociis, sed etiam ut benefactoribus obnoxios, consentaneos, & devotos esse volumus, & in iis, quæ salutem vestram in Universitatis profectum respexerint, studiosos. Præfatus vero *Guillelmus*, pro quo per memoratos nuncios supplicastis [a], si convenientia humilitatis, & pœnitentiæ signa monstraverit, per quæ appareat a viæ suæ pravitate conversus, poterit Apostolicæ Sedis non solum misericordiam, sed & gratiam promereri [b]. Quocirca Universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, ac in remissionem vobis injungimus, & exigimus peccatorum, quatenus ordinationis prædictæ statuta fideli obedientia, & prompta humilitate servetis; & super iis, & aliis, quæ pro salute vestra poposcimus, affectui nostro sic vestra devotio acquiescat, quod reconciliante vos prædictis *Fratribus*, illosque vobis mutuæ pacis concordia sociali, satiscat omnis strepitus; omnisque sollatur e medio conflictatio jurgiorum, ex quibus nequeunt nisi alterna incommoda, & multorum scandala provenire; nobisque prosequendi *Universitatem* vestram Apostolici favoris munere, ac munificentiæ gratiam consuetæ promptior succrescat affectus; & copiosior materia præparetur.

nihil concedere se ais, & quare:

hortaturque eos ad contentiones, & simultates relegandas;

atque ad reconciliationem cum prædictis Fratribus.

Guillelmo supradicto, si signa pœnitentiæ dederit, Apostolicæ Sedis gratiam non deerit.

Iterum hortatur Pontifex, & injungit id, quod supra.

Datum Anagniæ v. Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Rogat, & hortatur, ut ad compescendos Academiæ Parisien. tumultus assistat Episcopo præfatæ Civitatis. (Ex Boutæo tom. 3. Hist. Universit. Parisien. & Bullario Ordinis Prædicat. tom. 1. Bul. 244. Alex. IV.)

ALEXANDER &c. CDXCIX.

Anno 1259. die 15. Julii.

Carissimo in Christo filio ... Regi Francorum *illustri* [c] *Salutem, & Apost. Benedictionem.*

DUM Apostolicæ Sedis sermones, & scripta ea promptitudine, quoties tuæ Celsitudini mittuntur, assumis; ut videatis in illis eum, cujus in terris vices licet immeriti gerimus, intueri; expendis utique latius animadvertendum ceteris Christianissimæ devotionis exemplar, quod palam semper effulsit, & in excelso throno benedicti a Domino Regni tui. Hinc nobis, & Ecclesiæ Christi accessit assidue materia spiritualis exultationis, & laudis. Hinc quoque in pressuris, quas eadem Ecclesia, inter fluctuosos Mundi hujus impetus extrinsecus inquieta perpetitur, refrigerium percepit internæ consolationis, & pacis. Sane quamvis experimentorum testimonia de tuarum nobis lætificantia incremento virtutum, quas sublimis venustat humilitas, jugiter increbrescant; hoc tamen nunc inter bona tua lætanter & gratanter accepimus, quod ad favorem Regium contra Parisien. Studii turbatores [d] viris pacificis sapientiæ otia studiosa centi-

Exordium ab Regis Galliæ præconio.

Præsertim quod contra turbatores Academiæ Parisien Apostolicæ Sedi faveret.

(a) Supplicastis: Ut ab exilio reverteretur, eique adempta officia restituerentur.
(b) Promereri: Reliqua usque in finem omisit cit. Raynaldus, ut plerumque solet; unde nec apud Boulæum leguntur, nec in Bullario Ordinis Prædicatorum tomo primo Bulla 243. Alexandri IV.
(c) Regi Francorum: S. Ludovico IX., quem in hac dissensione strenuum adjutorem expertus est Pontifex.
(d) Turbatores: Quos in superioribus de hac re pluribus epistolis legimus commemoratos.

sentibus impendendum, preces, & exhortationes Apostolicæ pronum, & benevolum invenerunt; super quo Serenitati tuæ gratiarum exolvimus actiones. Cum autem Venerabili Fratri nostro [a] *Episcopo Parisien.* contra turbatores eosdem diversa mandata dederimus [b], in quibus exequendis ipsum oportet Regalis potentiæ brachio adjuvari; Celsitudinem tuam rogamus, & hortamur attente, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatenus eidem Episcopo ad compescendum, & puniendum illos, prout expedire cognoverit, dexteram traditæ tibi divinitus potestatis accomodes, quoties fueris requisitus; ut tuo munimine inter inquietos innocens pacificorum tranquillitas muniatur; cupientium studiis vacare prudentiæ tuta convalescat utilitas; & exinde apud Deum tuorum crescat cumulus meritorum.

Hortatur eum ad id, quod supra.

Datum Anagniæ Idibus Julii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ne Guillelmo de Sancto Amore quidpiam de Bonis Ecclesiasticis conferatur, & si quid ei collatum sit, auferatur. (Ex Bullario Ordinis Prædicat. to. 1. Bul. 246. Alex. IV.)

D.

Anno 1259. die 25. Julii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri .. Episcopo Parisien. [c] *Salutem, & Apostolicam Bened.*

Causa scribendi, & committendi.

Ad aures nostras pervenit, quod licet nos olim *Guillelmum* de Sancto-Amore propter graves, & manifestos ejus excessus omnibus suis beneficiis privaverimus [d] justitia exigente; nihilominus tamen Venerabilis Frater noster Episcopus *Beluacen.* [e] Præbendam, quam idem Guillelmus in Episcopatu suo tenuerat, cuidam Clerico non ut sibi, sed ipsi Guillelmo proficiat, fraudolenter, & sub quadam palliatione dicitur contulisse. Nos itaque super his efficaciter providere volentes Fraternitati tuæ per Apostolica Scripta præcipiendo mandamus, quatenus si inquisita super hoc de plano, & sine judiciorum strepitu veritate, rem inveneris ita esse; Præbendam ipsam personæ idoneæ, ac Ecclesiæ Romanæ devotæ sine cujuslibet difficultatis, aut moræ dispendio auctoritate nostra conferas, & assigues; amoto ab ea quolibet illicito detentore: Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Si vero aliquis Clericus dicto *Guillelmo* contumaci, superbo, & pro suis iniquitatibus citra tamen condignum punito de bonis Ecclesiasticis scienter præsumpserit ministrare; tu id nobis per tuas litteras intimare procures; ut contra talem nominatim, & gravius procedatur.

Beluacen. Episcopus traducitur.

Mandat Pontifex, ut supra.

Ulterior commissio contra illius adjutores.

Datum Anagniæ VIII. Kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Compositiones omnes, & pacta a Fratribus sine Ministrorum licentia, & assensu inita decernit irrita esse. (Ex Speculo Min. trac. 1. fol. 10. Roderico in Bullario Regul. Bul. 26. & Waddingo in Regesto Pontif. n. 63. & in Monumen. fol. 25. ac Firmamentis 3. Ordinum fol. 18. par. 2. trac. 1. ex Archivis Conv. Parisien. & Carnuten.)

DI.

Anno 1259. die 26. Julii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio... Generali Ministro [f] *Fratrum de Ordine Minorum Sal., & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

Menti sollicita debent a nobis illa corrigi, ac etiam in irritum revocari, quæ non solum juri contraria, sed piis locis quamplurimum sunt nociva. Sane lecta coram nobis tua petitio continebat, quod licet Fratres tui Ordinis ex statuto, seu consuetudine ipsius Ordinis absque tuo, & suorum Provincialium Ministrorum assensu nullas super iis possint compositiones facere, quæ ad eumdem noscuntur Ordinem pertinere; nonnulli tamen Guardiani, Custodes, & Fratres ipsius Ordinis pro redimendis vexationi-

Ministri Generalis petitio.

(a) Fratri nostro: *Reginaldo*, ut supra ex dictis epistolis.

(b) Diversa mandata dederimus: Quorum ultimum hoc anno die 26. Junii datum incipit *Ex alto fuisse &c.*, ubi dicitur: *auxilio carissimi in Christo filii nostri Regis Franciæ illustris ad præmissa, si opus fuerit, invocato*.

(c) Episcopo Parisien.: *Reginaldo* FF.. Mendicantium amico, de quo alias & superius, & in præcedenti epistola actum est.

(d) Omnibus suis Beneficiis privaverimus: Per litteras *Cum propter multiplices &c.* anno 1257. die 9. Augusti dat. minatus est quidem Pontifex præfato Guillelmo privandum *officio*, & *Beneficio* semel, ac Regnum Franciæ intrare præsumeret; sed nulla alia occurrit epistola, qua ei Beneficia ademerit.

(e) Episcopus Beluacen.: *Guillelmus* I., qui ab anno 1249. usque ad annum 1267. Cathedram illam rexit ex Gallia Christiana PP. Maurin. tom. 9. Bellovacum porro *Beauvais* vulgo Galliæ Belgicæ urbs est Episcopalis sub Archiepiscopo Rhemensi.

(f) Generali Ministro: S. Bonaventuræ.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

Conventiones, & pacta quæ de causa coacta.

tionibus, quæ sibi a Religiosis personis, & Clericis secularibus sæpe sæpius inferuntur; diversas cum eis compositiones, & pacta obligationibus interpositis, & adjectis conditionibus super locis ad dictum Ordinem pertinentibus, eorumque cæmeteris sine tua, & ipsorum Ministrorum licentia sunt inire coacti. Quare pro parte tua humiliter petebatur a Nobis, ut cum compositiones, pacta, conditiones, & obligationes hujusmodi redundent in grave detrimentum Ordinis memorati, subvenire super hoc paterna diligentia curaremus. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati compositiones, conditiones, obligationes, & pacta omnia, quocumque nomine censeantur, quæ super præmissis absque tua, & dictorum Ministrorum Provincialium licentia, & assensu contra hujusmodi Ordinis statutum, vel consuetudinem taliter inita esse noscuntur; cum sint temeraria penitus, & indigna, præsentium auctoritate irrita decernimus, & nullius existere firmitatis; ac Ministros, Guardianos, Custodes, & Fratres eosdem ad eorum observantiam non teneri. Nulli ergo &c. nostræ constitutionis &c. Si quis autem &c. [a]

Supplicationibus annuens Pontifex decernit ut supra.

Clausula prohib. &c.

a

Datum Anagniæ VII. Kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Quinto [b].

b

Ne quis contradicat Stigmatibus S. Francisci sub pœna excommunicationis, & privationis &c. (Ex MONUM. Ordinis tract. 1. fol. 27. SPECULO Min. tract. 1. fol. 1. WADDINGO in Annal. Min. ad hunc annum n. 1., ejusque SUPPLEMENTI Autore ad ann. 1258. num. 4.; ac RODERICO in Bullario Regul. Bul. 25., FIRMAMENTISQUE 3. Ord. par. 2. tract. 1. fol. 18.)

DII.

Anno 1259. die 28. Julii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus universis Archiepiscopis, & Episcopis per Castellæ, *&* Legionis *Regna constitutis præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Quæ S. Francisci sanctitatem probent, ejusque in Cælo locum.

QUIA longum esset nedum exarare per singula verborum, sed etiam succincta relatione perstringere A clara Divinæ virtutis prodigia, quæ tam in operationibus sanctitatis, quam etiam in aliis mirabilibus argumentis probaverunt, *Beatum Franciscum* Christi Confessorem tenere cum Sanctis solium gloriæ in excelsis; signanter vobis ante oculos proponi volumus recolenda frequentius, & vehementius admiranda illa salutia Dominicæ passionis *Insignia*, quæ in ejusdem Sancti corpore, dum adhuc vitali spiritu foveretur, manus cælestis B operationis impressit. Viderunt namque oculi fideliter intuentes, & certissime contrectantium digiti palpaverunt, quod in manibus ejus, & pedibus expressa undique similitudo clavorum de subjecto propriæ carnis excrevit; vel de materia novæ creationis accrevit [c]: quam equidem idem Sanctus studiose ab oculis hominum, quorum refugiebat gloriam, dum viveret, abscondebat: Inventa est quoque patentius in ipsius defuncti Cor- C pore non inflicta humanitus, nec facta plaga vulneris lateralis; quasi aliquid instar lateris Salvatoris, quod redemptionis, & regenerationis humanæ in Redemptore nostro protulit Sacramentum: Quæ quidem plaga, sicut quosdam ex Fratribus sibi familiariter adhærentibus latere non potuit per defluxum humoris, ita diu antea viruerat in vivente. Hæc igitur mira, & decora nova demonstrationis indicia magnæ debent D esse devotionis divitiæ Christianis, & inæstimabiles Religionis deliciæ in spiritualibus conviviis Ecclesiæ Orthodoxæ: cum ex his sincera fides accipiat, quod illi etiam fuerint passionis Christi sine extrinseco persecutore consortes, qui pro ejusdem amore carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis voluntarie crucifixerunt. Sane de præfato *Sancto* hæc certius asserentes indoctas fa- E bulas, seu vanæ adinventionis deliramenta non sequimur; cum ea nobis dudum nota fecerit plenior fides, quando videlicet Nos in minoribus constituti Confessoris ejusdem familiarem ex munere Divino meruimus habere notitiam, fel. record. GREGORII PAPÆ prædecesso-

Eiusdem sacra Stigmata,

quæ & describuntur.

c

Quam pretiosa debent esse in Ecclesia,

& quam nota ipsimet Pontifici.

(a) AUTEM &c.: Idem privilegium sub diversis verbis contulit & Honorius IV. *Religionis favor &c.* anno 1286. die 20. Febr., ut infra suo loco.

(b) Huic tamen Constitutioni derogavit Bonifacius VIII. per aliam Constitutionem, quæ habetur in 6. *De Pactis* tit. 18. cap. 3. *Quia ex eo, quod &c.*, non solum Fratres Minores, sed etiam quoscumque alios Religiosos memorantem.

(c) ACCREVIT: Quod est peculiare, ac singulare *Stigmatum* S. P. Francisci; in aliis enim aut foramina, aut signa solummodo apparuerunt; at carnei clavi nunquam, quod sciatur.

decessoris nostri domesticis obsequiis tunc temporis iosistendo. Cum igitur oportuerit, & oporteat cavere prudenter, ne tanti patrocinii cælitus in memorato *Confessore* collata gratia in vacuum assumatur; vobis, & aliis Ecclesiarum Prælatis per nostras literas [a] dedisse meminimus in mandatis, ut ejusdem *Confessoris* pretiosa merita, & miracula magnalia, & salutarem memoriam celebritate annua, prædicatione frequenti, & veneratione assidua recensentes, ad ipsius devotionis gratiæ Divinæ meritoriam, subditos vestros celebribus excitare monitis curaretis: ut eo pro universo Fidelium populo, ac præsertim pro his, qui eum invocaverint, Divinam misericordiam implorante, mereantur supplices, quod operum suorum possibilitas obtinere non potest, ejus intercessiooibus impetrare. Mandavimus etiam, ut nullus eidem Sancto auderet esse molestus in corpore suo Christi Jesu triumphalia *Stigmata* perferenti: Si quis vero spiritu remerariæ præsumptionis insaniens, Divini muneris invidus, & Apostolici Judicii sacrilegus impugnator præmissa, vel alia prodigiorum signa, quibus in Ecclesia Dei sanctitas prædicti *Confessoris* eluxir, improbæ contradictionis morsibus crederet obtrectanda: voluimus, & mandavimus, ut eum sanæ menti restitueret judicialis severitas disciplinæ, ita quod districta Prælati proprii castigatione correptus Dei opera blasphemare desisteret; & fidei Catholicæ fructus de pia mirabilium Domioi incredulitate pullulans non aresceret [b]. Verum post hujusmodi nostras exhortationes, & litteras ex relationibus quorumdam fide dignorum dolentes accepimus, & referimus conturbati; quod nonnulli Religiosi, & Clerici seculares de *Castellæ*, & *Legionis* Regnis circa dictum *Confessorem*, & dignam reverentiam gerere contemnentes, quandoque in publico, & frequenter asserunt io occulto, quod idem Confessor non habuerit *Stigmata* memorata: ipsi etiam in tantam prorumpunt insaniam, quod de imagine *Confessoris* ejusdem, ubicumque illam depictam inveniunt, *Stigmata* ipsa damnabiliter abolent, & faciunt aboleri; prohibentes pictoribus, ne præfatum Confessorem cum *Stigmatibus* depingant eisdem: propter quod ipsius Confessoris honori, & devotioni Fidelium multum adimitur; ac venerandæ Religioni dilectorum filiorum Fratrum de *Ordine Minorum* gravissime derogatur. Cum itaque super his ad honorem Altissimi opportunum per Nos deceat remedium adhiberi; Apostolica auctoritate decernimus, ut omnes de Regnis prædictis, qui de Imagine Confessoris ejusdem hujusmodi *Stigmata* aboleverint, seu abolere fecerint, & qui prædicaverint, dictum Confessorem ipsa *Stigmata* nullatenus habuisse, cujuscumque Ordinis, vel conditionis existant, eo ipso laqueum *excommunicationis* incurrant, a qua non possint absolvi, nisi personaliter Apostolicam Sedem adeant super hoc absolutionis beneficium petituri: Et si forte tales Doctores, seu Lectores in Theologia, seu quacumque alia facultate fuerint, lectionis, si Doctores; prædicationis officii, si Prædicatores; si vero potestatem audiendi confessiones habeant, ea sine omnino privati; & quilibet ipsorum oihilominus, qui hujusmodi officia, vel potestatem simul habuerit, similem horum privationem incurrat. Ut autem hujusmodi præsumptionibus finis desiderabilis imponatur, Fraternitati vestræ per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus seriem præsentium omnibus Religiosis, & Clericis secularibus exemptis, & non exemptis vestrarum Civitatum, & Diæcesum fideliter per vos, vel alium, seu alios exponatis; facientes *excommunicationem*, & privationem hujusmodi appellatione remota firmiter observari; Contradictores per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Præceptum vero nostrum in hac parte taliter adimplere curetis, ut injuria, quam Dei filius in *Sancto* suo super his pati dignoscitur, cordibus vestris esse molestissima videatur: ita & per consequens gra-

Marginal notes: a — Ea olim jam prædicari, & celebrari cum Sancti memoria jusserat, & castigari obtrectatores eorumdem. b — Nuper in Hispania quidam iis contradicunt, qui propterea excommunicantur, & puniuntur, aliisque pœnis percelluntur. Mandat Pontifex præsentium executionem.

(a) PER NOSTRAS LITTERAS: Incip. *Benigna operatio &c.* dat. anno 1255. die 29. Octobr., in quibus fere tota hæc epistola inserta legitur usque *non aresceret*.

(b) NON ARESCERET: Excepto exordio omnia hujus epistolæ usque ad hæc verba leguntur fere ad verbum in supracitata *Benigna operatio &c.* pag. 85.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

gratiæ Divinæ præmium, & nostri favoris vobis proveniat incrementum.

Datum Anagniæ v. Kalend. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Hæreticis relapsis, etsi seculari judicio tradi debeant, si tamen pœnitere se ostendant, Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ non sunt deneganda. (Ex AUTOGRAPHO Archivi Affisiatis Sac. Conv. S. Francisci.)

DIII. Anno 1259. die 13. Septembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ord. FF. Min. Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in Provincia* S. Francisci [a] *præsentibus, & futuris Sal., & Ap. Bened.*

SUPER eo, quod scriptum legitur &c. [b]

Datum Anagniæ Idibus Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ne quispiam a Sede Apostol. deputatus in Inquisitores hæret. prav., ejusque Notarios Censuras Eccles. ferat, dum in officio existunt. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Ordinis Romæ apud SS. XII. Apostolos teste PETRO de Alva in Indic. Bull. Seraph. sub ann. 1258. num. 1., & in illo nostri Conventus Avenionen.)

DIV. Anno 1259. die 13. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ord. FF. Min. Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in administratione* Tusciæ [c] *Sal., & Apost. Bened.*

Concessionis causa.

NE *inquisitionis* [d] negotium contra damnatam hæresim prudentiæ vestræ commissum impediri, quod absit, proptet aliquorum astutiam, vel etiam retardari contingat; vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut nullus Sedis Apostolicæ delegatus, vel subdelegatus ab eo, conservator, vel etiam exequutor a Sede deputatus eadem, vel etiam deputandus in vos, & duos Notarios, sive Scriptores vestros super his vobis fideliter obsequentes; quamdiu in prosecutione hujusmodi negotii vos, & ipsi fueritis; possit *excommunicationis*, vel *suspensionis*, aut *Interdicti* sententiam, promulgare absque speciali mandato prædictæ Sedis faciente plenam, & expressam de hac indulgentia mentionem; decernentes irritum, & inane, si secus a quoquam fuerit attentatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Concessionis, & Constitutionis infringere, vel ei &c. Si quis autem hoc attentare præsumpsetit &c. (Clausula prohib. &c.)

Datum, *ut supra* [e].

Plenam eis peccatorum indulgentiam concedit; eorum vero sociis, & Notariis, opemque in negotio Fidei servanda præstantibus tres annos de injuncta Sacramen. pœnitentia relaxat: quibus ea in re occumbentibus plenam quoque delictorum veniam indulget. (Ex ARCHIVO Affisiati Conventus S. Francisci apud PRONAM ad ealcem Directorii Inquisitorum, & Bullarium Rom. tom. 1. Bul. 16. al. tom. 3. Bul. 50.)

DV. Anno 1259. die 15. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ord. FF. Min. Inquisitoribus [f] *hæreticæ pravitatis in administratione* S. Francisci [g] *præsentibus, & futuris Sal., & Ap. Ben.*

FIRMISSIME teneat vestra prudentia, & nullatenus dubitet, quod Deus indulgentiarum, & pater misericordiæ considerans merita singulorum contentus nostris indulgentiis [h] non existit, quin benefacientibus gratiam potiorem indulgeat, & gloriam superaddat; ad quas per fructum boni operis prometendas Fideles Christi frequenter, & libenter nostris remissionibus invitamus. Cum itaque vos propter Deum in negotio (Documentum Pontificis pro exordio.)

(a) IN PROVINCIA S. FRANCISCI: Idest Umbriæ &c., ut aliar expositum fuit.

(b) LEGITUR &c.: Vide hoc idem responsum, quod superiori anno die 26. Septembris Pontifex dederat Inquisitoribus ejusdem Ordinis in Provincia *Romana* contra hæreticam pravitatem constitutis.

(c) IN ADMINISTRATIONE TUSCIÆ: Sive in Provincia Tusciæ, in qua Florentia, Pisæ, Senæ, Luca, Volaterræ, Aretium, Pistorium &c.

(d) NE INQUISITIONIS: Vidit hanc epistolam Petrus de Alva, eamque citat in suo *Indiculo Bullarii Seraph.* par. 1.; sed male legit, cum ait incipere *Missi* cum argumento parum sincere exposito.

(e) Idem indultum legimus *Inquisitoribus* Ord. Prædicat. contra hæret. pravit. in Lombardia, & Marchia Gennen. hoc anno die 18 April. ex Bul. 234. Alexandri IV. in *Bullario* dicti Ordinis tom. 1.

(f) INQUISITORIBUS: Quorum unus jam erat *Fr. Andreas* supra memoratus in epist. 492. *Cordi nobis est &c.* hoc anno die 13. Junii scripta.

(g) IN ADMINISTRATIONE S. FRANCISCI: Idest in Provincia S. Francisci, seu Umbriæ, ut aliis adnotarum.

(h) INDULGENTIIS: *Diligentiis* habet similis *Bulla* data Inquisitori Romaniolæ O. M. anno 1258. die 15. Decembris.

tio Fidei laborantes hujusmodi salutaribus præmiis deceat recreari: Nos *vobis* vere pœnitentibus, & confessis de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi *plenam* concedimus veniam peccatorum; *sociis* autem Ordinis vestri *Fratribus*, & *Notariis* vestris, qui una vobiscum in prosecutione hujusmodi negotii laborabunt, & aliis, qui ad impugnandum hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum vobis ex animo auxilium præstiterint, vel favorem, *tres annos* de injuncta sibi pœnitentia relaxamus: & si qui ex iis in prosecutione hujusmodi negotii forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, *plenam* veniam indulgemus.

(& supradicta ejusdem concessio.)

Datum Anagniæ xvII. Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ut in Provincia S. Francisci duos constituat Fratres sui Ordinis in Officio Inquisitionis contra hæreticos cum potestate eos amovendi, aliosque substituendi, cum opus fuerit. (Ex Archivo Assisiati nostri Sac. Conventus S. Francisci.)

DVI. Anno 1259 die 15. Septembris.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio ... Ministro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum in Provincia S. Francisci *Sal.*, *& Apostol. Bened.*

a LIcet ex omnibus Mundi partibus &c.[a] Volentes igitur in administratione tua per aliquem de Fratribus tui Ordinis super hoc partes nostræ sollicitudinis adimpleri, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus discretorum Fratrum communicato consilio duos de Fratribus[b] administrationis ejusdem opere, & sermone potentes, & habentes zelum Fidei assumas, quibus *Inquisitionis* Officium contra hæreticos in Terris ejusdem administrationis juxta formam, quam per alias litteras nostras[c] expressimus, exequendum procures injungere; quos eam, quam in eisdem litteris comprehendimus, habere volumus potestatem. Si vero quemquam eorumdem *Inquisitorum* ex causa videris aliquando amovendum; alium, illo amoto, substituas pari potestate functurum, quoties id faciendum, deliberatione cum discretis Fratribus præhabita, tibi, vel Vicario tuo, te absente, visum fuerit expedire.

(Mandat Id, quod supra innuitur.) b

c (Facultas amovendi Inquisitores, & alios substituendi.)

Datum, *ut supra*.

Ut Oratorium S. Cassiani cum domibus, & horto tribuat Fratribus Min. pro eorum loco ampliando. (Ex Autographo Conventus nostri S. Franc. Interamnensis in Umbria.)

ALEXANDER &c. DVII. Anno 1259. die 17. Septembris.

Venerabili Fratri ... Episcopo Interamnen.[d] *Salutem, & Apost. Benedict.* d

DIlectos filios *Fratres* Ordinis Minorum speciali gratia, & favore illa de causa dignos pensiùs reputamus, quia toto cordis effectu ad hoc semper intendunt, ut per sanctæ conversationis, & vitæ studium in conspectu Dei, & hominum valeant complacere. Sane fuit Nobis ex parte dilectorum filiorum Guardiani, & Fratrum *Interamnensium*[e] ipsius Ordinis humiliter supplicatum; ut cum locus eorum adeo arctus existat, quod domos, & officinas eis necessarias non possint commode construere in eodem; super conferenda sibi *Cappellæ Sancti Cassiani*[f] Interamnensis, cui cura non imminet animarum, dicto loco contigua, & ad te spectante, cum domibus, & horto ejusdem Capellæ ipsis contiguis, devotionem tuam excitare litteris Apostolicis curaremus. Quia vero prædictos Guardianum, & Fratres pro

(Exordium a FF. Minorum commendatione.)

e (Interamnen. Fratrum supplicatio)

f (pro Capella S. Cassiani cum adjacentiis.)

(Causa concedendi.)

(a) Mundi partibus &c.: Vide Bullam Innocentii IV. an. 1254. die 30. Maji, & aliam hujus Alexandri hoc anno 1259. die 13. Februarii hac de re editam.

(b) Duos de Fratribus: Et si in citata Innocentii Bulla legamus unum indicasse, tamen ante diem 27. Septembris anni 1258. duo in Provincia S. Francisci *Inquisitores* assumpti fuerant; ut ostendimus in no. (b) ad Bullam 453. eo anno 15. Novembris editam, & incip. *Exortes in agro &c.*: horum autem alter *Perusii*, alter vero *Spoleti* morabatur.

(c) Per alias litteras nostras: Quæ plures, & diversi tenoris editæ sunt superius.

(d) Episcopo Interamnensi: *Philippo*, qui ab anno 1254. usque ad ann. 1276. legitur sedisse ex Ughello tom. 1. Ital. Sac. in Episc. Interamnen.

(e) Fratrum Interamnensium: Quorum locus jam ab anno 1215. fertur receptus per S. P. Franciscum, estque 2. Custodiæ Narniensis in veteri *Ordinis Provinciali* apud Polychronicon *Jordani*, & Barthol. Pisanum Conform. 11., de eoque agit Waddingus valde sero ad annum nimirum 1365. num. 20. ex Rodulphio, etsi ad ann. 1270. num. 26. non prorsus taceret Beatos viros ibi jacentes.

(f) Capella S. Cassiani: *Capellanus Ecclesiæ Sancti Cassiani de Interamna* memoratur in Conform. 11. prædicti Barthol. Pisani par. 2., dum narrat miraculum in ea Civitate a S. P. Francisco patratum.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

pro Divina reverentia, & favore, quo iidem tibi in animarum cura, & cultu Divino per operis, & sermonis potentiam obsequuntur, paterna pietate fovere, ac eis grata consolationis solatia exhibere teneris; Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatenus eamdem *Capellam* cum domibus, & horto prædictis ob reverentiam Apostolicæ Sedis, & nostram conferas Guardiano, & Fratribus supradictis. Preces nostras taliter admissurus, quod prædicti Guardianus, & *Fratres* in te, quam sperant, gratiam se invenisse lærentur; Nosque devotionem tuam possimus exinde merito commendare.

Rogat Pontifex, & hortatur ut supra.

Datum Anagniæ xv. Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quinto [a].

a

Ut Apostatas, & insolentes Ordinis excommunicare, capere, ligare, carcerique tradere valeant. (Ex AUTOGRAPHO Conventus Aracœl. num. 93. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. num. 64.)

DVIII.

Anno 1259. die 17. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Generali, & Provincialibus Ministris, & aliis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

PROVISIONIS nostræ provenire debet subsidiis &c. [b]

b

Datum, *ut supra*.

Confirmat donationem, & venditionem a Monasterio Pomposiano Fratribus Min. de Ecclesia, & loco ad suas preces factas. (Ex AUTOGRAPHO Archivi nostri Conv. Ariminen., & Apographo in Archivo Ordinis Romæ apud SS. XII. Apostolos.)

DIX.

Anno 1259. die 20. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Ministro, & Conventui Fratrum de Ordine Minorum Ariminen. [c] *Sal., & Apost. Benedictionem.*

c

Exordium.

SOLET annuere Sedes Apostolica piis votis, & honestis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Exhibita siquidem vestra petitio continebat; quod cum Nos dilectis filiis ... Abbati, & Conventui Monasterii *Pomposianen.* [d] Ordinis Sancti Benedicti Comaclen. Diœcesis [e] olim per nostras litteras [f] preces direxerimus, & mandata, ut Ecclesiam *Sanctæ Mariæ in Trivio Ariminen.* spectantem ad dictum Monasterium cum domo, & horto ipsius Ecclesiæ juxta eam positis vobis concederent; iidem Abbas, & Conventus dictam *Ecclesiam* juxta tenorem litterarum ipsarum liberaliter, atque gratis; Domum vero, & hortum prædictos vobis pro certa summa pecuniæ diligenti deliberatione præhabita concesserunt [g], prout in publico instrumento confecto [h] exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod ab eisdem Abbate, & Conventu in hac parte provide factum est, ratum, & firmum habentes id Apostolica auctoritate confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus [i]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere &c. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Fratrum petitio.

d

e

f

Preces Pontificis ad Monasterium Pomposi. pro Eccl. S. Mariæ in Trivio.

Datur Fratribus Ecclesia cum adjacentiis emptis.

g

h

Pontifex confirmat, ut supra.

i

Clausula prohib. &c

Datum Anagniæ xiI. Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ut

(a) Refert P. Rodulphius lib 2. fol. 254. in *Custodia* Narniæ, Fratres nostros anno 1265. emisse domum cum ambitu, & fovea in loco *Ammegonum* dicto ad loci ampliationem.

(b) SUBSIDIIS &c.: Vide idem Indultum, quod contulerat antea Innocentius IV. anno 1246. die 7. Februarii, & anno 1250. die 24. April., ac ipsemet Alexander anno 1255. die 15. Julii per alias litteras *Devotionis vestræ &c.*

(c) FRATRUM DE ORDINE MINORUM ARIMINEN.: De quibus, eorumque primo, veterique loco verba fecimus supra ad Bullam 350. *Justis petentium desideriis &c.* dat. anno 1257. die 25. Julii.

(d) MONASTERII POMPOSIAN.: Ordinis S. Benedicti, cujus prima mentio est ad ann. 874. ex epist. Joannis PP. VIII. apud Mabillon. Annal. Benedict. lib. 37. ad eum ann. n. 55., & postea non semel usque ad tempus, quo in *Commendam* celebris, divesque Abbatia redacta est.

(e) COMACLEN. DIŒCESIS: Ducatus Ferrarien., & Ravennatis Archiepiscopi Suffraganeæ, a dicto Monasterio 12. circiter milliaria distantis in austrum lacu, piscatuque celebris.

(f) PER NOSTRAS LITTERAS. Quæ non habentur saltem vulgatæ; datæ tamen dicuntur anno 1255. 14. cal. Novembris; si verum nobis narrat Adimarus in *Sito Ariminen.* lib. 1. pag. 6.

(g) CONCESSERUNT: Sed nonnisi post alias Pontificis litteras anno præcedenti 3. Kal. April. dat. Viterbii Abbati S. Juliani O. B. Ariminen., ut loci æstimati pretio soluto, si Abbas adhuc repugnaret, Ecclesiast. censura cogeret ea Clementino Hist. Ariminen. par. 1. lib. 4. ad ann. 1257., qui addit has litteras haberi in Archivo nostri Conventus dictæ Civitatis.

(h) IN PUBLICO INSTRUMENTO CONFECTO: Quod itidem desideratur.

(i) COMMUNIMUS: Anno 1257. Pontifex per cit. litteras *Justis petentium desideriis &c.* confirmavit concessionem, & exemptionem *Episcopi* Ariminen. de hac S. Mariæ in Trivio Ecclesia pro Fratribus factam; hoc autem anno confirmat donationem, & venditionem a Monasterio Pomposiano peractam.

Ut Hæreticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus, ac defensoribus hæreticorum ad Ecclesiæ mundatum redeuntibus quædam injungantur sub certa pœna pecuniaria; deque præfatæ pecuniæ dispositione. (Ex AUTOGRAPHO, teste PEGNA in calce Directorii Inquisit.)

DX.
Anno 1259. die 20. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ord. Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis* in Urbe, *& administratione ipsius* [a] *tam præsentibus, quam futuris Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

SUPER extirpatione hæreticæ pravitatis hoc a vobis in locis, in quibus contra hæreticos &c. [b]

Datum, *ut supra* [c].

Ut tempore generalis Interdicti *in Basilica S. Francisci certis diebus solemniter possint celebrari Divina officia, & illis omnes exceptis excommunicatis interesse.* (Ex AUTOGRAPHO Sac. Conv. Assisien. S. Franc.)

DXI.
Anno 1259. die 22. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Ministro Generali, Custodi, & Conventui Eccl. S. Francisci Assisinat, *ac Fratribus universis administrationis ipsius Ordinis Min. Salutem, & Apostolicam Benedict.*

Exordium.

DESIDERIIS vestris affectu benivolo debemus annuere, & in his præcipue, quæ noscuntur ad cultum Divini Nominis pertinere. Hinc est, quod Nos vestris supplicationibus inclinati, ut cum generale Terræ fuerit *Interdictum*, liceat vobis in Ecclesia *Sancti Francisci* in Festivitatibus ipsius Sancti, & anniversario dedicationis prædictæ Ecclesiæ usque ad octo dies sequentes solemniter, exclusis *excommunicatis*, Divina officia celebrare; & quibuslibet ob reverentiam ejusdem Sancti ad Ecclesiam prædictam accedentibus, (dummodo excommunicati non fuerint), audire Divina hujusmodi, devotioni vestræ auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Fratrum supplicationibus

Indulget Pontifex ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ x. Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quinto [d].

Monasterium sub Sedis Apostol. protectione suscipit, pluribus munit privilegiis, eique locus, ac bona a se collata confirmat. (Ex REGES. VATIC. epist. 190. apud WADDINGUM in Regest. Pontif. num. 65.)

DXII.
Anno 1259. die 26. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ Monasterii Sanctæ Mariæ de Gavallione Tuscanen. [e] *ejusque Sororibus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum Salutem, & Apostolicam Benedict.*

Exordium.

RELIGIOSAM vitam eligentibus &c. [f] (*usque*) enervet. Ea propter, dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus; & Monasterium Sanctæ Mariæ de *Gavallione Tuscanen.* in quo Divino estis obsequio mancipatæ, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus; & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti *Regulam*, atque *Institutionem* Monialium inclusarum S. Damiani Assisinat. in eodem Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in præsentiarum juste, & canonice possidet; aut in futurum concessione Pontificum &c. (*usque*) permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo præ-

Monialium postulationibus annuit.

Ordo, & Regula præscribitur servanda.

(a) IN URBE, ET ADMINISTRATIONE IPSIUS: Idest Romæ, & Romana Provincia; cum enim anno superiori hoc ipsum scripterit Inquisitoribus Provinciæ *Sancti Francisci*, seu Umbriæ; conjicimus hoc anno etiam Inquisitoribus Provinciæ *Romanæ* idem significasse.

(b) HÆRETICOS &c. Videatur *Bulla* anno 1252. die 23. Novembris ad Inquisitores Provinciæ *S. Francisci* directa.

(c) Ita nos docet Pegna in prævia notatione ad dictam superiorem *Bullam* anno 1258. editam; ubi testatur se autheuticam etiam hanc ejusdem tenoris vidisse; non tamen dicit quibus directam; & cum superius Inquisitoribus *Umbriæ* scripta fciatur; eficimus hanc vel illis Provinciæ Rom., vel universis Italiæ Ord. Min. datam.

(d) Hanc Constitutionem iteravit Clemens IV. anno 1266. die 28. Februarii.

(e) TUSCANEN.: Nempe Diœcesis: *Tuscana* autem Civitas nunc vulgo *Toscanella* erat in Tuscia Romanorum, seu Patrimonio B. Petri inter *Castrum* dirutum, & *Viterbium*, cui ejus Sedes Episcopalis ante hæc tempora unita fuerat.

(f) ELIGENTIBUS &c.: Vide *Bullam* Innocentii IV. anno 1245 die 5 Julii editam, & hujus Pontificis anno 1255. 30. Aprilis datam.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

Bona stabilia recensentur, & confirmantur.

prætactum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam Sancti Juliani de fundo *Scisanico* cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam Sanctæ Mariæ Novæ de *Tuscana* cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam Sancti Fortunati de *Viterbio* [a] cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam Sancti Jacobi de *Corneto* [b] cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam Sancti Fridiani de *Tricosto* cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam S. Mariæ de *Stazola* cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam S. Petri de *Plandiano* cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam Sancti Pauli de *Gavallione* cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam Sanctæ Mariæ, ac terras, & vineas, quas habetis in *Arnena*; domos, terras, vineas, & Molendina, quæ habetis in *Castro Canini* [c]; domos, terras, & vineas, quas habetis in *Planzano*; domos, terras, & vineas, quas habetis in *Valentano* [d] cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis, & pascuis in bosco & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & semitis; & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Liceat quoque vobis personas liberas &c. [e] Præterea omnes libertates, & immunitates, ac exemptiones, quas dudum vobis, & vestro Monasterio de speciali gratia, & Apostolicæ potestatis prærogativa concessimus; sicut in nostris litteris super hoc editis prospeximus plenius contineri, auctoritate Apostolica ratas, & perpetua firmitate subnixas esse censemus; easque præsentis scripti privilegio communimus. Tenorem autem litterarum nostrarum ad plenam veritatem, auctoritatem, fidem, atque memoriam præsenti privilegio inseri fecimus, qui talis est.

Privilegia conceduntur.

Litteræ Pontificiæ.

ALEXANDER *Episcopus servus servorum Dei Dilectis in Christo filiabus.... quondam Sanctæ Mariæ de Cortona Aretinæ diœcesis* [f], *nunc Sanctæ Mariæ de Gavallione Tuscanen. Ordinis Sancti Damiani Monasteriorum ad nos, & Romanam Ecclesiam nullo medio pertinen. Abbatissæ, & Conventui Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Licet ex injuncto nobis Apostolatus officio cunctis simus Fidelibus debitores ad proximos, & remotos aciem nostræ sollicitudinis extendendo; ad Ordinem tamen Sancti Damiani, quem almus Christi Confessor* Beatus Franciscus, *& sanctæ record.* GREGORIUS PAPA [g] *prædecessor noster in agro Ecclesiæ plantaverunt* [h], *sollertiæ nexu astringimur, atque arctioris, & potioris ad ipsum vigilantiæ studium adhibemus: Fidelibus quippe aliis, & his, quæ salutem, & bonum ipsorum respiciunt, nostra non deest, nec cessat instantia; sed eidem Ordini nobis utique inter ceteros cariori diligentius, & ferventius spirituales, & temporales profectus, in quantum cum Deo possumus, procuramus. Sane dum amaram Castri Corton., & Monasterii vestri Sanctæ Mariæ loci ejusdem desolationem* [i] *pio animo cogitamus; dum insuetas, & indebitas pœnas exilii, quas miserabiliter sustinetis, flebili meditatione revolvimus; non possumus præ nimio compassionis affectu seriter non tristari; nec valemus amariora etiam, quam exprimere possimus, suspiria continere; quinimo tan-*

Exordium ab affectu, & sollicitudine erga Ordinem S. Damiani.

Commemoratio, & condolentia de Cortonen. & Monasterii desolatione.

(a) ECCLESIAM S. FORTUNATI DE VITERBIO: Quam in Civitate positam Raynerius Card. Diac. S. Mariæ in Cosmedin S. A. Legatus dederat Conventui S. Mariæ ad Gradus Viterbien. Ord. Prædicat. ex 71. *Bulla* Innocentii IV. *Cupiens dilectus &c.* anno 1244. die 6. Maji data in to. 1. *Bullarii* ejusdem Ordinis.

(b) DE CORNETO: Urbe Episcopali unita Sedi *Montis Flasconis* in Provincia Tusciæ Rom., seu Patrimonii B. Petri ad fluvium Martam sita; cujus Ecclesia *Sancti Jacobi* anno 1261. legitur fuisse Monasterium Clarissarum diversum, nisi alia fuerit.

(c) IN CASTRO CANINI: Diœcesis Tuscanen.

(d) IN VALENTANO: Castro olim Diœcesis Castrensis, nunc Montis Flasconis.

(e) LIBERAS &c.: Ut in *Bulla* anno 1255. 30. Aprilis edita usque *audeat exercere*.

(f) DE CORTONA ARETIN. DIŒCESIS: Sed modo Episcopatu Romano tantum Pontifici subjecto, & ab Aretino Antistite Joannis XXII. opera divulso.

(g) SANCTÆ RECORD. GREGORIUS PAPA: Gregorius enim IX. *Sancti* titulum tulisse fertur a nonnullis miracula ab eo facta recensentibus; & Waddingus in Annal. Minor. ad hunc annum 1259. num. 11. testatur plura antiquorum monumentorum fragmenta apud se Ms. multis argumentis ejus sanctitatem deprædicare. Honorius etiam III. in litteris ad Longobardos eum vocavit *Cedrum Libani*, quod ad altissimam Divinarum rerum contemplationem elevaretur, inquit Auctor Ms. vitæ ejusdem Gregorii apud Raynaldum in Annal. Eccles. ad annum 1227. num. 64.

(h) IN AGRO ECCLESIÆ PLANTAVERUNT: Simul utrumque cum S. Francisco Gregorium IX. *Ordinem* Clarissarum al. Damianitarum instituisse, evincunt & cura ejus circa tenellam plantulam fovendam, & solicitudo in *Constitutionibus* præscribendis primum, deinde in *Regula* illarum una cum S. P. Francisco anno 1224. componenda; pluraque ejus epistolæ, & diplomata id clare demonstrant.

(i) LOCI EJUSDEM DESOLATIONEM: Quæ desolatio, ac direptio Castri Cortonensis a Florentinis, & Aretinis facta contigit anno 1257. juxta quosdam, & si apud Jo. Villanum lib. 6. c. 68. legamus hoc anno 1259., ob quam direptionem coactæ sunt Moniales exulare: sed Auctor Chronici Rom. Pontificum, & Imperatorum anno 1278. Florentiæ scripti, ibique in nostra Mss. Bibliotheca S. Crucis codd. 624. & 626. asservari in Imp. *Lothario* I. asserit *Cortonam* anno 1258. destructam, incensamque fuisse.

tanto vobis affectuosius condolemus, quanto hujusmodi exilium durius, & asperius vobis esse dignoscitur tum propter sexus fragilitatem, tum etiam propter intermissionem claustralis solitudinis, in qua Mundo relicto tranquillis animis inchoatæ servitutis erga Deum prosequebamini famulatum. Cum igitur ad Nos specialiter pertineat circa statum vestrum salubriter, & sollicite providere, ne, quod absit, vobis extra castra claustralia præter solitum oberrantibus fama vestræ integritas minuatur; Nos vestris supplicationibus inclinati Monasterium Sancti Juliani Tuscanen. *diœcesis propter malitiam, & negligentiam personarum in eo degentium in spiritualibus, & temporalibus jam collapsum, quod Ordinis Sancti Benedicti esse consueverat; & in quo unus Abbas, & unus tantum Monachus morabatur; cum omnibus Ecclesiis, juribus; & pertinentiis suis vobis in perpetuum de Fratrum nostrorum consilio Apostolica auctoritate concedimus de gratia speciali eadem statuentes auctoritate, ut illud habeatis, teneatis, & possideatis sub illis libertatibus, & immunitatibus, sub quibus habebatis, tenebatis, & possidebatis Monasterium* Sanctæ Mariæ de Cortona [a], *quod vos dimittere oportuit propter malitiam temporis impacati. Et quia idem Monasterium Sanctæ Mariæ de Cortona, vobis in eo existentibus, exemptionis libertate gaudeat; Nos volentes ut prætactum* Sancti Juliani *Monasterium simili gaudeat libertate, ipsum Sancti Juliani, nec non & Sanctæ Mariæ* de Gavallione Tuscanen., *ad quod vos Apostolica provisione transferimus, Monasteria in jus, & proprietatem Beati Petri, & Apostolicæ Sedis assumimus, ab omni jurisdictione, potestate, & dominio tam Episcopi Tuscanen., qui pro tempore fuerit, quam cujuslibet alterius Prælati, seu Ecclesiasticæ personæ illa totaliter, & perpetuo eximentes, ita quod nec idem Episcopus, nec quævis alia persona Ecclesiastica illa, utpote prorsus exempta, vel vos, aut personas vestri Ordinis futuris temporibus inibi Domino servituras interdicere, suspendere, vel excommunicare valeant; aut quocumque modo alias in ipsa Monasteria* S. Mariæ de Gavallione, & S. Juliani, *& personas ipsorum potestatem, vel jurisdictionem aliquam exercere: & si contra forte præsumptum fuerit, sit vacuum, & inane. Ad indicium autem hujus perceptæ ab Apostolica Sede libertatis dicta Monasteria Sanctæ Mariæ* de Gavallione, & Sancti Juliani *unam* Libram ceræ *in festo* Beatæ Claræ *persolvant nobis, nostrisque successoribus annuatim. Nulli ergo &c. nostræ concessionis, translationis, & privilegii &c. Si quis &c. Dat. Viterbii v. Non. Octobr. Pontificatus Nostri Anno IV.*

Monasterium S. Juliani O. B. Monialibus Damianitis confertur.

Loco illius S. Mariæ Corton. dimissi.

Utrumque Monasterium sub A. S. protectione suscipitur,

& exemptione donatur.

Annuus census Romanæ Ecclesiæ debitus.

Anno 1258. die 3. Octobris.

Ad indicium autem hujus perceptæ ab Apostolica S. de libertatis unam *libram ceræ* nobis, nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prætactum Monasterium temere perturbare &c. (*usque*) profutura: salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Si quis igitur in futurum Ecclesiastica &c. [b] (*usque*) Amen.

Alter Census annuus Romanæ Eccles. persolvendus.

Sanctio contra perturbatores.

Datum Anagniæ per manum Magistri Jordani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Notarii, & Vice-Cancellarii vi. Kal. Octobris, Indictione iii. [c] Incarnationis Dominicæ Anno mcclix. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ IV. An. Quinto.

Confirmat concessionem Conventus Aracæli Fratribus O. M. ab Innocentio IV. factam. (Ex Autographo Archivi ejusdem Conventus n. 117. apud Waddingo. in Regest. Pon. n 66., & ex Arch. Vatic. ep. 183. Regest. Pon. an. 5.)

ALEXANDER &c.

DXIII.

Anno 1259. die 27. Septembr.

Dilectis filiis . . . Ministro, & Fratribus Minoribus Ecclesiæ S. Mariæ de Capitolio in Urbe *Sal., & Apost. Ben.*

IIS, quæ auctoritate nostra, vel Prædecessorum nostrorum facta sunt, libenter adjicimus &c. [d]

Datum Anagniæ v. Kalend. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Syn-

(a) Monasterium S. Mariæ de Cortona: Cujus hæc prima mentio occurrit: siquidem & quando, & a quonam excitatum fuerit, ignotum Waddingo, Scriptoribusque rerum Franciscanarum; refert tamen Cl. Sellarius in suo codice Hist. diplom. Cortonensi apud Gorium vol. 8. Symb. Litter. pag. 91. hoc Monasterium jam anno 1225. extasse sub tit. *S. Maria de Tarsia* volgo *di Targe* ex charta donationis eo anno die 4. Maii ab Azolo Monialibus facta in Archivo dicti Monasterii jam pridem restitui asservata.

(b) Ecclesiastica &c.: Ut in sopracitata Innocentii IV. Bulla anno 1245. die 15. Julii vulgata; & hujus Pontificis 1255. 30. April. usque *Amen*, *Amen*.

(c) IndictioneIII.: A Kal. Septembris ducta more antiquo, alias Indictio II. hoc anno 1259. decurrebat.

(d) Adjicimus &c.: Vide *Bullam* 418. Innocentii IV. anno 1252. die 5. Julii editam, mutatis mutandis, in 1. hujus Operis tomo pag. 616.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

Syndicos Fratrum Minorum a se constitutos commendat, ut illis opem ferant, nec eos quoquam molestari permittant. (Ex AUTOGRAPHO Archivi Assisiatis nostri Conventus S. Francisci, & apud AUTOREM Collis Paradisi lib. 5. pag. 26.)

DXIV.
Anno 1259. die 29. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Perusien. Assisiat. Castellan. Eugubin. Tudertin. Amelien. Narnien. Interamnen. Spolet. Fulginat., *& Nucerin. Civitatum, & Diœcesium Potestatibus, & Communitatibus*[a] *Salutem, & Apostolicam Bened.*

Nomina Procuratorum FF. Minorum Provinciæ Umbriæ

CUM dilectos filios *Jacobum* Samuelis, & *Venturam* Judicis Cives *Assisiat.* in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, ac se se moventibus Ecclesiæ Romanæ Dilectorum filiorum *Fratrum Ordinis Minorum* de Conventibus Civitatum, & Diœcesium vestrarum contemplatione collatis, & in posterum conferendis, & omnibus bonis, quæ ipsi Ecclesiæ ex institutione dicti Ordinis provenirent in futurum, Procuratores, negotiorum gestores, *Syndicos* constituerimus[b], & actores; Universitatem vestram, rogamus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus prædictos Cives, & substituendos ab eis, ac alios *Procuratores*, quos alias super hoc constituimus, habentes ob reverentiam Apostolicæ Sedis, & nostram propensius commendatos ipsis circa executionem commissi sibi officii impendatis consilium, auxilium, & favorem; nec permittatis eos, quantum in vobis fuerit, ab aliquibus indebite molestari. Preces autem, & mandatum nostrum taliter adimplere curetis; quod Cives, & alii prædicti vestro fulti præsidio in eodem officio valeant prosperari; nosque devotionem vestram exinde merito commendemus[c].

a Pontifice constitutorum.

de quibus mandat il. quod supra.

Datum Anagniæ III. Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Aooo Quioto[d].

Ne vectigalia Capellis Tudertini Monasterii S. Mariæ Montis Sancti imponat, sed imposita revocet, & reddat, si recepta. (Ex AUTOGRAPHO sub plumbo in Archivo dicti Monasterii.)

ALEXANDER &c.

DXV.
Anno 1259. die 5. Octobris.

Venerabili Fratri ...[e] *Episcopo* Tudertino *Sal.*, *& Apost. Bened.*

Refert gravamen Episcopi Tudert. Monasterio Montis Sancti impositum.

AD audientiam nostram non sine ammiratione pervenit, quod tu ptætextu procurationum[f], quas Clerus tuæ Civitatis, & Diœcesis dilecto filio Magistro *Leoni Fortisbrachiæ*[g] Rectori Pattimonii Beati Petti in Tuscia, & Sabinia tenentur exsolvere; ac alias Sanctæ Agathæ[h], & Sancti Iohannis in Plano, & quibusdam aliis *Capellis*[i] ad Monasterium S. Mariæ *Montis Sancti* Tudertin.[k] Ordinis Sancti Damiani spectantibus tallias, seu collectas imposuisti, & extorques impositas pro tuæ libito voluntatis, nequaquam attendens, quantum id nobis debuerit displicere[l]. Volumus igitur, & præsentium tibi auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus quidquid per te in hac parte circa *Capellas* hujusmodi attentatum est, sicut nostram, & Apostolicæ Sedis catam habes gratiam, totaliter revocans nullas deinceps collectas, seu tallias Capellis ipsis imponere quoquo modo præsumas, restituendo, ac faciendo restitui eis, si quid jam ab eis occasione hujusmodi forsitan recepisti, ita quod non oporteat Nos super hoc aliter providere.

quod revocari præcipit.

Datum Anagniæ v. Nonas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ut

(a) COMMUNITATIBUS: Octo *Custodiarum* Provinciæ S. Francisci, seu Umbriæ; nam ultima *Custodia* illius Provinciæ, videlicet *Regni* extra Umbriam sita erat in Diœc. Reatina, & Asculana.

(b) CONSTITUERIMUS: Et paulopost, *ac alios Procuratores, quos alias super hoc constituimus*: cum tamen Innocentius IV. diplomate *Quanto studiosius &c.* anno 1247. die 19. Augusti concesserit Ministris Provinciarum facultatem instituendi *Procuratores* locorum pro eorum indigentia: sed videas no. (h) ad illud.

(c) COMMENDEMUS: Memorat hanc *Bullam* ex Indiculo Bullarii Seraph. Auctor Supplementi Annal. Waddingi ad hunc annum n. 2., sed mendose scribit datam pro FF. *Jacobo*, *Samuele*, & *Bentura* XIII. Kal. *Octob.*

(d) Clemens postea IV. alios Syndicos, & Procuratores pro eadem Provincia constituit litteris *Cum dilecti filii &c.* anno 1265. die 25. Julii datis.

(e) VEN. FRATRI ...: *Petro de Comitibus* Signiæ Anagninis, & Romanis, de quo etiam superius actum est.

(f) PROCURATIONUM: Quæ quid sint, diximus to. 1. hujus Operis p.631. (b) & 734. (i)

(g) LEONI FORTISBRACHIÆ: De filiis Ursi nunc *Ursinis* Principibus Romanis.

(h) AC ALIAS S. AGATHÆ: Hic aliquid deest, v. g. *exactiones, ac alias S. Agatha.*

(i) ALIIS CAPELLIS: Quas legimus in Pontif. diplomate *Dudum inter vos &c.* an. 1257. die 5. Septembr. edito, ibique celato.

(k) MONTIS SANCTI TUDERT.: De quo & in primo hujus Operis tomo, & in isto non semel actum est:

(l) DISPLICERE: Cum esset contra privilegia Apostolica Monasterio concessa, ut illud incip. *Religiosam vitam &c.* a Gregorio IX. ab Innocentio IV. ipsoque Alexandro confirmatum.

Ut earum Capellanus valeat Ecclesias sui Monasterii visitare, & solitas procurationes recipere. (Ex Reges. Vatic. ep. 189. apud Waddingum in Regest. Pontif. num. 68.)

DXVI.

Anno 1259. die 28. Octobris.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Mariæ, & Sancti Bartholomæi de Falesio [a] *Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis* Massan. *Diœcesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Monialium petitionis tenor.

EX tenore vestræ petitionis accepimus Nos Monasterium vestrum, quod olim fuit *S. Benedicti* [b], pro eo quod erat in spiritualibus, & temporalibus non modicum deformatum, cum juribus, & pertinentiis suis vobis duximus concedendum. Cum autem, sicut nobis asseritur, Abbates, qui olim prætacto Monasterio præfuerunt, *S. Laurentii*, *S. Antimi* de Plumbioo [c], & quasdam alias *Ecclesias* Massan. & Velletran. diœcesis [d] pleno jure ad ipsum Monasterium pertinentes, de antiqua, & approbata, hactenusque pacifice observata consuetudine ex eorum officio visitarint, & receperint *procurationes* [e] ratione visitationis hujusmodi sibi debitas ab eisdem; Nobis humiliter supplicastis, ut providere vobis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut *Capellanus* vestri Monasterii, qui pro tempore fuerit in eodem, prætactas Ecclesias valeat visitare, procurationes recipere ab eisdem; sicut dicti *Abbates* fecisse noscuntur, qui olim dicto Monasterio pro tempore præfuerunt. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere &c. vel ei &c. Si quis autem &c.

Jus Monasterii in quasdam Ecclesias.

Concedit Pontifex quod supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ xv. Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Clarissarum Regulam ab Hugolino Episcopo Ostien. & Ordinis Minor. Protectore editam, traditamque ab se in minori officio constituto, ejusdemque tamen Ordinis Protectore mitigatam confirmat, & infrascriptis concedit. (Ex Apographo authentico sub plumbo in Assisiati Archivo Monasterii S. Claræ.)

DXVII.

Anno 1259. die 23 Octobr.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . . Abbatissæ & Conventui Monasterii de Panzo [f] Assisinat. *Diœcesis Ordinis S. Damiani Sal., & Apostolicam Bened.*

HAbemus percepimus in desiderio vestro continuum, quod per afflictionem carnis assiduam mereamini præmia Beatorum &c. [g]

Datum Anagniæ x. Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto [h].

Concedit eis Ecclesiam S. Leonardi de Cruce Rodis cum facultate eo se transferendi. (Ex Reges. Vatic. epist. 203. apud Waddingum in Regest. Pontif. num. 69.)

DXVIII.

Anno 1259. die 1. Novembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . Abbatissæ, & Conventui Monasterii SS. Laurentii, & Nicolai de Aquila [i] *Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

RELIGIONIS favor, sub qua virtutum Domino deservitis, & devotionis vestræ merita Nos inducunt, ut vos illa prosequamur gratia, quæ vobis, & Mo-

(a) S. Mariæ, et S. Bartholomæi de Falesio: De quo Monasterio actum est supra ad epistolas: *Cum a nobis petitur &c.* dat. anno 1257. 13. Decembris., & *Religiosam vitam &c.* dat. anno 1258. 23. Maji; sed cum epist. prima divisim Monasterium S. *Mariæ* ab illo *S. Bartholomæi*, & hic unita legantur; conjicimus separationem illam parum stetisse, aut *Falesianum* ita dictum esse.

(b) S. Benedicti: Cujus tamen mentio in Annal. illius Ordinis nulla extat.

(c) S. Laurentii, S. Antimi de Plumbino &c.: Quarum Ecclesiarum fit mentio in supracitata Bulla *Religiosam vitam &c.*

(d) Et Velletran. Diœcesis: Hujus mentio non occurrit in prædicta Bulla *Religiosam vitam &c.*, in qua omnia bona Monasterii recensentur; sed reponendum *Volaterran.*; quæ Diœcesis confinis est Massanæ, a qua *Velletrana* longissime distat.

(e) Procurationes: Quæ quid sint, diximus in tomo 1. hujus Operis p. 724. (i)

(f) Monasterii de Panzo: Olim Ordinis S. Benedicti sub titulo *S. Angeli* prope Assisium, quo S. P. Franciscus anno 1212. adduxit *B. Claram* Religionis vota profiteri peroptantem ex Waddingo ad eum annum n. 24. Postea sub Gregorio IX., ut constat ex ejusdem Gregorii diplomate *Cum a nobis petitur &c.* supra relato sub diem 17. Decembr. an. 1238., Moniales S. Claræ institutum amplexæ sunt eodem anno 1238., vel pauloante.

(g) Beatorum &c.: Adeatur *Bulla* superius allata præcedenti anno sub diem 17. Augusti. Citat hoc diploma ex Codiculo Bullarii Seraph. Auctor Supplementi Waddingi num. 2.

(h) De hoc Monasterio extat, & Urbani IV. epistola anno 1262. die 1. Junii scripta, ut infra.

(i) Monasterii SS. Laurentii, et Nicolai de Aquila: Cujus loci hæc prima mentio in Annal. Min., quod ejus origo, atque fundatio ignoratur.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1259.

Monasterio vestro dignoscuntur opportuta. Cum itaque in Civitate *Aquilan.* [a] non possitis, sicut accepimus, faciente malitia temporis, commorari [b]; Nos volentes vobis, & Monasterio vestro salubri remedio providere, ruralem Ecclesiam *Sancti Leonardi* de Cruce *Rodii* [c] Aquilen. diœcesis cum omnibus possessionibus, & juribus suis; non obstante, quod Venerabilis Fratris nostri . . Episcopi [d], & dilectorum filiorum Aquilen., & Sancti Martiani de *Rodio* Capitulorum ad id non accedit assensus; vobis, & per vos eidem Monasterio damus, concedimus, & confirmamus de plenitudine potestatis; & nihilominus transferendi vos cum omnibus bonis vestris ad eamdem Ecclesiam, & utendi privilegio exemptionis vestræ, ac omnibus aliis indulgentiis, & privilegiis Ordini vestro ab Apostolica Sede concessis, vel etiam concedendis competentibus vobis, auctoritate præsentium devotioni vestræ liberam concedimus facultatem: statuentes, ut de cetero prærafta Ecclesia *Sancti Leonardi* sit caput, & in ea liberæ, & exemptæ, velut in prætacto Monasterio hactenus manebatis, sub dominio tantum Sedis ejusdem, cujus estis speciales filiæ, maneatis. Nulli ergo &c. nostræ collationis, constitutionis, & concessionis &c. Si quis &c.

Causa concessionis.

Derogando defectibus &c.

Pontifex concedit ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ut Monasterium Loganen. O.B., si reformandum sit, uniatur alteri Clarissarum S. Catharinæ Genuen., etiamsi Episcopus Albinganen renueret jam censuris obstrictus; a quibus, si consenserit, solvatur, sin minus citetur ad comparendum. (EX REGESTO VATIC. epist. 204. an. 5.)

ALEXANDER &c.

DXIX.

Anno 1259. die 7. Novembr.

Dilecto filio Magistro Raynaldo Canonico Theatin. [e] *Sal., & Apost. Bened.*

SUA Nobis dilectæ in Christo filiæ ... Abbatissa, & Conventus Monasterii Sanctæ Catharinæ *Januen.* [f] Ordinis S. Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis petitione monstrarunt; quod Nos ... [g] Episcopo *Albinganen.* [h] primo in mandatis [i], & postmodum per nostras litteras [k] in virtute obedientiæ dedimus in præceptis; ut Monasterium Monialium S. Johannis de *Logano* [l] Ordinis S.Benedicti *Albinganen.* Diœcesis in spiritualibus, & temporalibus deformatum cum pertinentiis, possessionibus, & appenditiis, ac ornamentis suis conferret, ac assignaret eisdem in usus earum perpetuo retinendum. Sed idem Episcopus non solum id efficere non curavit, verum etiam per quasdam frivolas exceptiones in elusionem mandati nostri propositas contra ipsas pronunciavit non esse per hujusmodi litteras procedendum. Nos vero postmodum Venerabili Fratri nostro ... [m] Archiepiscopo *Januen.* per litteras nostras [n] injunximus, ut non obstantibus hujusmodi exceptionibus prædictum Monasterium de *Logano* eisdem Abbatissæ, & Conventui conferre, ac assignare curaret juxta priorum continentiam litterarum; qui prædictum mandatum Apostolicum non solum exequi prætermisit, immo etiam pro suæ voluntatis arbitrio processum ipsius Episcopi contra justitiam confirmavit; propter quod tibi in virtute obedientiæ nostris dedimus litteris

Sanctimonialium Genuen. relatio

de mandato præcepto que Albinganen. Episcopo facto,

qui exceptiones quasdam interponit

Pontifex rem Archiepiscopo Genuen committit,

qui cum prædicto Episcopo sentit.

(a) IN CIVITATE AQUILANA: In Vestinis, nunc Aprutii primaria in monte ad sub effluentem Aternum vulgo *Pescara* posita, & anno 1257. Episcopali dignitate ornata.

(b) MALITIA TEMPORIS COMMORARI: Ut contigit etiam Monialibus Clarissis *Cortona* translatis an. 1258. ad locum Gavallonis Diœcesis Tulcanen., & *Castri Begni* Diœcesis Feretranæ ad locum *Isebeti* Diœcesis Urbinat. ob externa, & intestina bella inter Guelfos, & Gibellinos in ditione præsertim Regni Neapolitani, ubi Manfredus Tarentinus Princeps omnia, quæ fuerant olim Friderici II. Imp., armis sibi subjicere navabat.

(c) S. LEONARDI DE CRUCE RODII: Oppidi Aquilanæ Diœcesis, ubi primaria Ecclesia, & Collegiata S. Martiano dedicata est.

(d) FRATRIS . . . , EPISCOPI: *Berardi* de Padula Alexandri IV consanguinei anno 1252. ab Innocentio IV. promoti ad *Furconen.* Ecclesiam; annoque 1257. suppressa Furconii Sede factus est Episcopus *Aquilanus*, & anno 1264. ex hac vita discessit; cum anno 1258. vidisset excidium Aquilanæ Civitatis, ut ferunt, a Gibellinis, ac Manfredi fautoribus illatum.

(e) THEATINO: In Aprutio citeriori, & ulterioris limite, qui anno 1258. m. Martio interfuit Viterbii sententiæ ab Episcopo Prænestino pro Monasterio de Gattajola relatæ in *Bulla* 50. Regesti Pontif. apud Waddingum ad annum 1255.

(f) S. CATHARINÆ JANUEN.: De quo loco extat *Bulla* 52. hujus Pontificis, & postea aliæ.

(g) QUOD NOS ..: *Lanfranco de Negro* Ord. Min. ex no. (d) ad epistolam 356. hujus Pontificis anno 1257. die 12. Augusti eidem datam.

(h) ALBINGANEN.: In ora Maris Ligustici sub Archiepiscopo Genuæ.

(i) PRIMO IN MANDATIS: Nempe epistolam 356. supracitatam incipien. *Intellecto quod &c.*

(k) PER NOSTRAS LITTERAS: Quæ ad nos non pervenerunt.

(l) S. JOANNIS DE LOGANO: De quo in dicta epistola 356. (s)

(m) FRATRI NOSTRO ..: *Valtero de Vezzano* Genuen. anno 1253. promoto.

(n) PER LITTERAS NOSTRAS: Quæ non apparent, nec extare videntur.

a ris [a] in præceptis, ut illuc accedens, non obstantibus hujusmodi, & aliis exceptionibus frivolis, & minus legitimo processu Episcopi, & Archiepiscopi prædictorum, aut constitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali [b], per te, vel per alium eisdem Abbatissæ & Conventui, seu Procuratori earum; si tuæ videretur discretioni, quod dictum Monasterium de *Logano* non posset in suo Ordine reformari; illud cum suis juribus, & pertinentiis conferre, ac assignare curares; ipsasque, vel dictum Procuratorem pro eis in corporalem possessionem prædictorum induceres, & tuereris inductas; amotis exinde Monialibus, quæ sunt ibi, & per alia Ordinis sui Monasteria congrue collocatis juxta priorum continentiam litterarum: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: Invocato ad hoc, si opus esset, auxilio brachii sæcularis. Cum tu mandatis nostris reverenter obtemperans ad Civitatem Albinganen. pro hujusmodi negotio exequendo personaliter accessisses; quia ... Abbatissa, & Moniales dicti Monasterii de *Logano* fultæ potentia laicali se tibi violenter opponere præsumpserunt; tu exequi non potuisti negotium supradictum; propter quod tu auctoritate litterarum directarum ad te præfatum *Episcopum* diligenter monuisti, & humiliter, ut ipse per homines suæ Civitatis, & Diocesis, in quos jurisdictionem obtinet temporalem, tibi ad repellendam hujusmodi prædictarum Abbatissæ, & Conventus de *Logano* violentiam exhiberi faceret auxilium opportunum: & quia prædictus Episcopus id, com posset, facere non curavit; quinimmo se tibi, ne hujusmodi exequereris negotium, per violentiam opponebat; & ab oppositione hujusmodi nolebat desistere a te super hoc monitus diligenter; tu in eumdem Episcopum *suspensionis* primo, & tandem ejus crescente contumacia, *excommunicationis* sententias exigente A justitia promulgasti; quas idem Episcopus damnabiliter vilipendens Divina officia celebrare, immo verius, quantum in eo est, prophanare præsumit in animæ suæ periculum, plurimorum scandalum, & prædictarum Abbatissæ, & Conventus S. Catharinæ præjudicium, & gravamen. Quare Nobis humiliter supplicarunt, ut providere sibi super hoc paterna solicitudine curaremus. Quocirca discretioni tuæ in virtute obedien- B tiæ per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus in præfato negotio, appellatione remota, procedas juxta directarum ad te continentiam litterarum [c], .. Potestatum, .. Capitaneorum, & Communium ejusdem Albiganen., & Januen. Civitatum, si opus fuerit, auxilio invocato. Cæterum eumdem *Episcopum* ex parte nostra moneas, & inducas, ut ab omni super hoc oppositione desistens tibi ad exequen- C dum prædictum negotium impendat auxilium opportunum; ac nihilomious prædictum Episcopum, si hoc efficaciter curaverit adimplere [d], ab hujusmodi *suspensionis*, & *excommunicationis* sententiis juxta formam Ecclesiæ sine qualibet difficultate absolvens dispenses cum eo super *irregularitate*, quam contraxit sic ligatus se Divinis officiis immiscendo. Si vero præfatus Episcopus mo- D nitioni tuæ parere neglexerit in hac parte, ipsum peremptorie citare procures; ut infra unum mensem post citationem tuam personaliter compareat coram Nobis super iis pro meritis recepturus. Diem autem citationis, & quidquid inde feceris, Nobis per tuas patentes litteras harum seriem contioentes studeas fideliter intimare.

Datum Anagniæ vI. Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto [e].

Margin notes: Pontifex vero injungit R. Canonico Theatino negotium. — Canonicus executioni incumbit, — sed Moniales ei se opponunt, — inde executor Pontificis Episcopum interpellat, — qui quoque repugnat, & opponit, — ob id ab executore censuris obstrictus. — Pontifex iterum jubet ea, quæ supra sunt dicta, — & ut Episcopus Albinganen. inducatur, — inductus a censuris absolvatur; — alias citetur ad comparendum coram Pontifice.

E *Annuam Indulgentiam impertitur visitantibus orationis causa certis diebus Ecclesiam S. Antonii Ordinis Minorum* Glemonen. (Ex AUTOGRAPHO sub plumbo in Archivo nostri Conventus dicti Oppidi Glemonæ.)

(a) NOSTRIS DEDIMUS LITTERIS: Hæ quoque desiderantur.
(b) IN CONCILIO GENERALI: Lateranensi IV. anno 1215. cap. 37.
(c) CONTINENTIAM LITTERARUM: Et præteritarum, & præsentium.
(d) ADIMPLERE: Quod & confestim fecit; cum præsens fuerit sententiæ pro Monasterio Genuensi ob hoc Canonico Theatino latæ, & immissioni in possessionem dicti Monasterii de Logano hoc anno die 9. Decembris ab eodem factæ, ut infra.
(e) Videri poterit diploma, seu Bulla 532. *Justis petentium &c.* anno sequenti die 8. Februar. data; in qua refertur hujus executoris Pontificii lata sententia, & instrumentum consignationis Monasterii *Loganen.* Procuratori Monasterii Genuen. hoc anno die 9. Decembris factæ.

Alexander PP.IV. An.Ch.1259.

ALEXANDER &c.

DXX. Anno 1259. die 17. Novembr.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

a SPLENDOR paternæ gloriæ, qui sua Mundum illuminat &c. [a] Rogamus itaque Universitatem vestram, & hortamur in Domino in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad Ecclesiam dilectorum filiorum Fratrum Minorum *de Glemona* [b] Aquilegen. diæcesis [c] imploraturi a Domino delictorum veniam in humilitate spiritus accedatis. Nos enim, ut Christi fideles quasi per præmia salubriter ad merita invitemus, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad dictam Ecclesiam [d] in festivitatibus Sanctorum *Francisci* & *Antonii* Confessorum, ac Beatæ *Claræ*, & usque ad octavas festivitatum ipsarum causa devotionis accesserint, annuatim *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Datum Laterani xv. Kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Præcipit, ut Constitutiones Innocentii IV. contra hæreticam pravitatem editas, quas & describit, observent, & secundum eas adversus hæreses procedant. (Ex Archivo Conventus Assisiatis S. Francisci apud Peguam ad calcem Directorii Inquisitorum, & Bullarium O.P. to. 1. Bul. 253. Alex. IV.)

A

ALEXANDER &c.

DXXI. Anno 1259. die 30. Novembris.

Dilectis filiis Potestatibus, sive Rectoribus, Consulibus, Capitaneis, Ancianis, Consiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum per Italiam constitutis Sal., & Apost. Bened.

AD extirpanda de medio populi Christiani hæreticæ pravitatis zizania, quæ abundantius solito succreverunt, superseminante illa licentius his diebus B homine inimico, tanto studiosius juxta commissam nobis sollicitudinem insudare proponimus; quanto pernitiosius negligeremus eadem in necem catholici seminis pervagari. Ut autem adversus nequitiæ operarios consurgant, stentque firmiter Ecclesiæ filii, ac Otthodoxæ fidei Zelatores, Constitutiones quasdam fel. record. INNOCENTIUS PAPA [e] prædecessor noster ad extirpationem hæreticæ pestis edidit [f], & in Capitularibus [g] vestris con- C scribi, ac a vobis exacta diligentia observari mandavit, quæ seriatim inferius continentur. Ideoque Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli Constitutiones easdem [h] conscribi in vestris Capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim se adversus hanc Sanctam Ecclesiam extollentem sine omissione aliqua procedatis. Alioquin dilectis filiis *Inquisitoribus*, D seu Inquisitori hæreticæ pravitatis, & eorum singulis damus nostris litteris [i] inmandatis, ut singulos vestrum ad id per *excommunicationem* in personas, & *interdictum* in terram, appellatione remota, compellant.

Exordium a cura, & sollicitudine extirpandæ pravitatis hæreticæ.

Proponuntur ad id Constitutiones Innocentii IV.

quas Pontifex mandat conscribi, & observari, ut supra,

comminationem adjungens.

Consti-

(a) ILLUMINAT &c.: Ut in 217. diplomata hujus Pontificis Asculano Monasterio dato anno 1256. die 2. Augusti p.152. usque *adjuvatur*.

(b) DE GLEMONA: Al. Clemona vulgo *Gemona* nobili Oppido, seu *Civitate* in Forojuliensi vulgaritar *Friuli* Regiona, Venetaque ditione prope confinia Carnorum. & Germanorum dominium inter Tilavantum hodie *Tagliamento*, & fontes Sontii nunc *Lisonzo* flumina sita, nobilitate Civium, ædium structura, & incolarum frequentia satis conspicua, ut in generalibus illius Provinciæ Comitiis prima post Utinensem urbem suffragium ferat: unde multum erravit Michael Ant. Baudrand in Laxico Geograph. hanc *Oppidulum* appellans, cum recte Philippus Ferrarius *Oppidum amplum* dixisset ibidem.

(c) AQUILEGEN. DIŒCESIS: Sed nunc, idque paucis ab hinc annis Utinensis Diœcesis, a qua nova *Metropolis* 15. mill pas. distita fertur in via, quæ *Villacum* Carinthiæ oppidum ducit.

(d) ECCLESIAM: Quam dicunt consecratam fuisse idibus Martii an. 1228 a Bertuldo a Ducibus Meraniæ, Tiroliqua Comitibus Patriarcha Aquilejen., & S. Elisabethæ Hungaræ avunculo, atque Fratribus nostris concesse *S Antonium* Patavinum parvum Cœnobium pro conditione temporum adjunxisse cum Ædicula, seu Oratorio B Virgini *Gratiarum* dicato, quod usque in hodiernum diem vulgus appellat *S. Antonii* Sacellum. De hoc *Glemona* loco, qui est 3. al. 4. *Custodia* Forojulien. in Provincia S. Antonii, al. Marchiæ Tarvisinæ, Venetaque ex sæpe cit. *Provinciale* Ordinis antiquo apud Chronicon Jordani, & Barthol. Pisanum Conform. 11. legi poterit & Waddingus ad annum 1227 num. 19.

(e) INNOCENTIUS PAPA: Hujus nominis IV.

(f) EDIDIT: Primum anno 1252. die 15. Maii, deinde anno 1254. die 20. ejusdem mensis, quæ ibi videri possunt.

(g) IN CAPITULARIBUS: Idest in statutorum libris, ut ex prædictis Constitutionibus.

(h) EASDEM: Cum quibusdam adiectionibus, modificationibus, & declarationibus, ut ait Clemens IV. sub initium suæ de hac re Constitutionis.

(i) DAMUS NOSTRIS LITTERIS: Quæ tamen vulgatæ non habentur.

Constitutiones autem sunt hæ.

Constitutiones Innocentianæ.

Statuimus, ut Poteftas, & Capitaneus, feu Rector, five Confules, five quivis alii, qui Civitati præfuot, vel loco alii ad præfens, aut pro tempore præfuerint in futurum in Italia, jurent præcife, ac fine tenore aliquo, attendete inviolabiliter, & fervare, & facere ab omoibus obfervari toto tempore fui regiminis tam io Civitate, vel loco fui regiminis, quam in terris fuæ ditiooi fubjectis omnes fingulas tam iofrafcriptas, quam alias Conftitutiones, & Leges tam Canonicas, quam Civiles editas contra hæreticam pravitatem; & fuper bis præcife fervandis recipiet a quibuslibet fibi in Poteftaria, vel regimine fuccedentibus juramenta, quæ qui præftare ooluerit, pro Poteftate, Capitaneo, feu Confule, vel Rectore nullatenus habeatur; & quæ ut Poteftas, Capitaneus, Conful, vel Rector fecerit, nullam penitus habeant firmitatem; nec ullus teneatur, aut debeat fequi ens, etiamfi de fequela præftanda eis exhibuerit juramentum. Quod fi Poteftas, Capitaneus, vel aliquis prædictorum hæc omnia, & fingula fervare noluerit, vel neglexerit; præter notam perjurii, & perpetuæ jactutam infamiæ, ducentarum Marcarum [a] pœnam incurrat; quæ irremifibiliter exigantur ab eo, & in utilitatem Communis, cui præeft, integre convertantur; & nihilominus ut perjutus, & infamis, & tanquam Hæreticorum fautor de Fide fufpectus officio, & booore fui regiminis fpolietur; nec ulterius Poteftas, Capitaneus, Conful, feu Rector habeatur in aliquo; aut de cetero ad aliquam dignitatem, vel officium publicum nullatenus affumatur. Idem quoque Poteftas, Capitaneus, Confules, Rector, vel quivis alii ad regimeo cujuslibet Civitatis, vel loci affumpti in principio fui regiminis in publica Concione more folito congregata banno Civitatis, vel loci fupponant tanquam pro maleficio omnes hæreticos utriufque fexus, quocumque nomine cenfeantur; & teoeantur banoum hujufmndi a fuis Prædeceffotibus pofitum confirmare; præcipue autem, quod nullus hæreticus, vel hæretica de cetero habitet, vel moretur, aut fubfiftat in Civitate, feu aliquo loco Jurifdictionis, aut diftrictus ejufdem; & quicumque ipfum, vel ipfam inveniet, libere capiat, & capere poffit impune; & omnes res ipfius, vel ipforum eis licenter auferre, quæ fint auferentium pleno jure; nifi auferentes hujufmodi fint in officio cooftituti. Idem quoque Poteftas, Capitaneus, Confules, vel Rector, vel quivis alii hujufmodi infra tertium diem [b] poft introitum regiminis fui duodecim viros probos, & catholicos, & duos notarios, & duos fervitores, vel quotquot fuerint neceffarii, inftituere teneantur; quos Diœcefanus, fi præfens extiterit, & intereffe voluerit, & duo Fratres *Prædicatores*, & duo *Minores* ad hoc a fuis Prioribus, fi Conventus fuerit ibi eorumdem Ordinum, deputati duxerint eligendos [c]. Inftituti autem hujufmodi & electi poffint, & debeant hæreticos, & hæreticas capere; & eorum bona illis auferre, & facere auferri per alios; & procurare hæc tam in Civitate, quam in tota ejus jurifdictione, atque diftrictu plenarie adimpleri; & eos ducere, & duci facere in poteftatem Diœcefani, vel ejus Vicarii, feu Inquifitorum, vel Inquifitoris [d]. Teneantur autem Poteftas, Capitaneus, Confules, feu Rector, vel alii ad hujufmodi regimen deputati, quilibet in expenfis Communis, cui præeft, facere duci eofdem hæreticos ita captos, quocumque Diœcefanus, vel ejus Vicarius, feu Inquifitores, vel Inquifitor prædicti in Jurifdictiooe, vel Diftrictu Diœcefani Epifcopi, feu Civitatis, vel loci voluerint illos duci. Officialibus veto prædictis plena fides de his omnibus adhibeatur, quæ ad eorum officium pertinere nofcuntur fine aliquo fpeciali præftito juramento, probatione aliqua io coottarium non admiffa, ubi duo, vel tres, feu plutes præfentes fuerint ex iifdem. Porro cum Officiales hujufmodi eliguntur, jurent hæc omnia exequi fideliter; & pro poffe,

Juramentum Magiftratuum de fervandis legibus contra hæreticos editis.

Pœna Magiftratuum dictas leges contra hæreticos latas non fervantium.

Magiftratus fecularis banno fupponat hæreticos.

Eligantur viri idonei, qui hæreticos inquirant, & capiant.

A quibus eligendi.

Hæretici capti ducantur, quo voluerint Judices Ecclefiaftici.

S. Inquifit. Officialibus credatur.

Quale juramentum Officiales fint exhibituri, cum creantur.

(a) Ducentarum marcarum: Quod eft 100. librerum plerumque

(b) Infra tertium diem: Ita & Innocentius fupradictus, fed Clemens ampliavit inquiens *infra octo dies*.

(c) Eligendos: Id autem Pontifex temperaverat per litteras: *Cum fecundum tenorem &c.* anno 1255. die 30. Aprilis datas.

(d) Vel Inquisitoris: Super hujus § obfervantia interdum neglecta dederat jam Alexander litteras *Exortis in agro Fidei &c.* anno 1256. die 6. Martii ad Antiftites *Lombardiæ* fupra relatas.

posse, ac super his semper meram dicere veritatem; quibus ab omnibus in his, quæ ad officium eorum pertinent, plenius pareatur. Et tam dicti duodecim, quam servitores, & Notarii prætaxati simul, vel divisim plenariam præcipiendi sub pœnis, & bannis taxatis, & expressis in Constitutionibus infrascriptis, quæ ad officium suum pertinent, habeant potestatem. Possint autem Officiales prædicti Communitati, Castris, seu Villæ in districtu, seu jurisdictione Civitatis, cui præsunt, præcipere sub pœna, & banno usque ad centum libras *Provenien.* Senatus[a], & ultra ad arbitrium Potestatis, quod Potestati, vel Diœcesano, aut ejus Vicario, seu Inquisitoribus, vel Inquisitori hæreticorum præsentabunt infra præfigendum eis terminum competentem omnes hæreticos, aut hæreticas, quos, & quas sibi dicti Officiales duxerint assignandos; & Potestas a non servantibus præceptum pœnam, vel bannum hujusmodi exigere teneatur. Potestas autem, vel Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alii hujusmodi, quocumque vocabulo censeantur, teneantur habere firma, & rata omnia præcepta, quæ occasione officii sui fecerint duo ex ipsis, seu plures; & pœnas exigere non servantium. Quod si dictis Officialibus aliquo tempore aliquod damnum contigerit in personis, & rebus pro suis officiis exequendis, a Communi Civitatis, vel loci per restitutionem plenariam serventur indemnes; nec ipsi Officiales, vel hæredes eorum possint aliquo tempore conveniri de his, quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium, nisi secundum quod eisdem Diœcesanis, & Fratribus, & Inquisitoribus, vel Inquisitori videbitur expedire. Ipsorum autem officium duret tantummodo per sex menses; quibus completis Potestas, vel quicumque ipsius Civitatis, vel loci regimini præfuerit, teneatur totidem subrogare Officiales secundum formam præscriptam, qui prædictum officium secundum formam eamdem in aliis sex mensibus sequentibus exequantur. Sane ipsis Officialibus dentur de Camera Communis prædicti, quando exeunt Civitatem, aut locum pro hoc officio exequendo, unicuique pro qualibet die decem & octo *Provenien.*[b] in pecunia numerata, quos Potestas, Capitaneus, Consules, vel Rector, aut alius hujusmodi teneatur eis dare, vel dari facere infra diem tertium, postquam ad eamdem redierint Civitatem, vel locum. Et insuper habeant tertiam partem bonorum hæreticorum, & receptatorum eorum, quæ occupaverint, & mulctarum, ad quas fuerint condemnandi, secundum quod inferius continetur; & hoc salario sint contenti; sed ad nullum aliud, quod istud officium impediat, vel impedire possit, ullo modo officium, vel etiam exercitium compellantur[c]. Nullum etiam statutum conditum, vel condendum eorum officium nullo modo valeat impedire. Et si quis horum Officialium propter ineptitudinem, vel inertiam, seu occupationem aliquam, vel excessum Diœcesano, & Fratribus supradictis visus fuerit amovendus; ipsum ad mandatum, vel dictum eorum teneatur amovere Potestas, Capitaneus, vel quivis alius hujusmodi prædictorum, & alium secundum formam præscriptam substituere loco ejus. Quod si quis eorum contra fidem, & sinceritatem officii sui in favorem hæresis depræhensus fuerit excessisse præter notam infamiæ perpetuæ, quam tanquam fautor hæreticorum incurrat, per Potestatem, Capitaneum, Consules, vel Rectorem, seu alium similem ad Diœcesan., & dictorum Fratrum, vel Inquisitorum, seu Inquisitoris arbitrium puniatur. Potestas præterea militem suum, vel alium assessorem, si Diœcesanus, vel ejus Vicarius, aut Inquisitores, vel Inquisitor a Sede Apostolica deputati, seu dicti Officiales petierint, cum ipsis Officialibus mittere teneatur, & cum ipsis eorum officium exercere fideliter. Quilibet etiam, si præsens in terra, vel requisitus fuerit, teneatur tam in Civitate, quam in Jurisdictione, vel Districtu quolibet dare ipsis Officialibus, & eorum sociis consilium, & juvamen; quando voluerint hæreti-

[Margin notes: & qualis eorumdem potestas. — Item ad quid teneantur. — Serventur indemnes ipsi, & eorum hæredes. — Eorum officium quanto tempore duret. — Salarium eorumdem. — Liberi sint ad suum munus exequendum. — Quomodo, & quando amovendi. — & qualiter puniendi si delinquant. — Faveat quisque Officialibus Inquisitorum.]

(a) CENTUM LIBRAS PROVENIEN. SENATUS: §. Iste additus est ab Alexandro ad Innocentii Constitutiones; & Clemens ait *Ducentas marcas argenti*, quod idem videtur; cum *marca* plerumque sit media libra.

(b) DECEM, ET OCTO PROVENIEN.: *Imperiales* dicuntur in Constitutionibus Innocentii: *Duo solidi Provenien.*; vel *Imperiales* in illa Clementis; de quibus dictum est in notis ad *Bullam* Innocentii IV. *Personas illas &c.* anno 1243. die 5. Novembris, & ad aliam ejusdem *Ad extirpanda &c.* anno 1254. die 20. Maji editas.

(c) COMPELLANTUR: Quia multa Officia simul exercens nullum bene peragit ex l. *Nemo* c. de Assessoribus.

reticum, vel hæreticam capere; vel spoliare; aut inquirere; seu domum, seu locum, aut aditum intrare aliquem pro hæreticis capiendis, sub librarum viginti quinque *Provenien.* [a] pœna, vel banno; Universitas autem Castri, vel Burgi sub pœna, & banno librarum quinquaginta; Villæ vero vigintiquinque Provenien. [b] pro qualibet vice solvenda in pecunia numerata.

Auferens hæreticos captos de manu capientium qualiter puniatur.

Quicumque autem hæreticum, vel hæreticam captum, vel captam anferre de manibus capientium, vel capientis ausus fuerit vel defendere, ne capiatur, seu prohibere aliquem intrare domum, vel Curtem, seu locum aliquem, ne capiatur, & inquiratur ibidem; juxta legem Paduæ promulgatam per Fredericum tunc Imperatorem, publicatis bonis omnibus, in perpetuum relegetur; & domus illa, in qua prohibiti fuerint, sine spe reædificandi funditus destruatur;

Ejus domus destruenda,

Conditione adjecta.

nisi forte Diœcesano [c], quando Inquisitorum, vel Inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit, legitime constiterit, præfatæ domus Dominum in hoc casu penitus innocentem, & prorsus inculpabilem extitisse; ac etiam eum non esse credentem, vel receptatorem, aut defensorem, sive fautorem hæreticorum, seu de hæretica labe suspectum; & bona, quæ ibi reperta fuerint, fiant capientium;

Et bona fint capientium

addita conditione.

ac si hæretici fuissent ibidem inventi; nisi forte legitime [d] constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione majores, ipsa bona esse aliarum personarum, quam domini domus ejusdem; & tunc propter hanc prohibitionem, vel impeditionem specialem Burgus vel Castrum componat Communi libras centum [e]; & Villa libras quinquaginta; & vicinia tam Burgi, quam Castri, & Civitatis libras vigintiquinque *Provenien.* in pecunia numerata; nisi infra terrium diem ipsos defensores, vel defensorem hæreticorum Potestati captos duxerint personaliter præsentandos. Teneatur insuper Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alii hujusmodi omnes

A hæreticos, & hæreticas, qui capti amodo fuerint, custodiri facere sub expensis Communis Civitatis, vel loci, cui præsunt, per viros Catholicos ad hoc electos a Diœcesi., si fuerit præsens, & FF. supradictis, vel Inquisitoribus, seu Inquisitore in aliquo speciali carcere tuto & securo; in quo ipsi soli teneantur seorsum a latronibus, & bannitis; donec de ipsis fuerit definitum.

Hæretici capti custodiantur.

Si quando aliqui, vel aliquæ non hæretici pro captis hæreticis, B ipsis non contradicentibus, fuerint assignati, vel se forsan assignaverint; prædicti suppositi perpetuo Carceri mancipentur; & hæretici nihilominus reddi, & assignari cogantur; & qui hunc dolum fecerint, juxta legem prædictam bonis omnibus publicatis in perpetuum relegentur.

Qui se, vel alios non hæreticos pro hæreticis obtulerint, qualiter puniantur.

Teneantur insuper Potestas, Capitaneus, Consules, vel Rector, seu quivis alii hujusmodi cum bono, & securo comitatu omnes hæreticos, quocumque C nomine censeantur, infra dies quindecim, postquam capti fuerint, Diœcesano, vel ejus speciali Vicario, seu hæreticorum Inquisitoribus, vel Inquisitori præsentare pro examinatione de ipsis, & eorum hæresi facienda.

Heretici infra 15. dies præsententur Inquisitoribus.

Damnatos vero de hæresi per Diœcesanum, vel ejus Vicarium, seu Inquisitores, vel Inquisitorem prædictos Potestas, Capitaneus, vel alii eorum supradicti, vel ejus, seu eorum Nuncius specialis eos sibi relictos recipiat statim, D vel infra quinque dies [f] ad minus circa eos Constitutiones contra tales editas servaturus.

Damnati legitime puniantur.

Teneantur præterea Potestas, Capitaneus, Consules, aut Rector, vel alii hujusmodi omnes, hæreticos, quos captos habuerint, cogere citra membri diminutionem, & mortis periculum, tanquam vere latrones, & homicidas animarum, & fures Sacramentorum Dei, & Fidei Christianæ, errores suos expresse fateri; E & accusare alios hæreticos, quos sciunt, & bona eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum; sicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium accusare suos

Iidem pro habenda veritate torqueantur,

& ad alios hæreticos manifestandos.

(a) LIBRARUM XXV. PROVENIEN.: *Imperialium* dixerat Innocentius; Clemens vero ait *provenien.*, vel *imperialium*.

(b) XXV. PROVENIEN.: Innocentius indixerat Burgo mulctam librarum C., Villæ vero L. *Imperialium*, sed Alaxander retraxit ad L., & XXV. *Provenien.*, quem sequutus est Clemens.

(c) NISI FORTE DIŒCESANO: Hæc adjecta sunt Constitutioni Innocentii usque ad illa verba: *Et bona, quæ &c.*

(d) NISI FORTE LEGITIME: Declaratio prædictæ Constitutioni Innocentianæ adjecta.

(e) LIBRAS CENTUM &c.: *Provenien.*; has tres numorum summas medietatem mulctæ Innocentianæ referre sciant; utpote quæ erat *bis centum librarum &c. Imperialium*; & Clemens sequutus est Alexandrum utrumqua numen pecuniæ retinens.

(f) VEL INFRA QUINQUE DIES &c.: Hæc abstulit Clemens usque ad *Servaturus*.

Domus, in qua reperiuntur hæretici, funditus diruatur

conditione tamen appoſita,

& bona domus publicentur

exceptione adjecta. Alia conditio adjecta de domo.

ſuos complices, & fateri maleficia, quæ fecerit. Domus autem, in qua repertus fuerit hæreticus, vel hæretica, ſine ulla ſpe reædificandi funditus deſtruatur; niſi Dominus domus eos ibidem prucuraverit reperiri. Et ſi Dominus illius domus habuerit cum ea domos alias appendices [a]; cum una, eademque domus interdum diverſis, & cohærentibus manſionibus diſtinguatur; & omnes illæ domus, appendices, ſive in domo illa, ſive in ejus appendicibus hæreticus, vel hæretica deprehenſus fuerit, ſimiliter deſtruantur; & bona, quæ fuerint inventa in domo illa, ipſiuſque appendicibus; niſi forte legitime [b] per teſtes fide dignos, & omni exceptione majores ipſa bona eſſe aliarum perſonarum, quam Domini domuum earumdem conſtiterit; publicentur; & fiant auferentium; niſi auferentes fuerint in officio conſtituti. Et inſuper Dominus domus illius, præter notam infamiæ perpetuæ, quam incurrat, componat Communi Civitatis, vel loci quinquaginta libras *Provenien.* [c] in pecunia numerata; quam ſi non ſolverit, in perpetuo carcere detrudatur. Quæ autem de domorum [d], & appendicium deſtructione, bonorum publicatione, ac pœnarum impoſitione facienda Dominis domuum earumdem præmiſſa ſunt, volumus obſervari; niſi forte Diœceſano, vel in ejus abſentia ipſius Vicario una cum Inquiſitoribus, ſeu Inquiſitori hæreticorum, vel ſoli ipſi Diœceſano, quando Inquiſitorum, vel Inquiſitoris præſentia haberi non poterit, legitime conſtiterit per teſtes fide dignos, & omni exceptione majores, præfatarum domorum Dominos in hoc caſu penitus innocentes, & protſus inculpabiles extitiſſe; ac etiam eos non eſſe credentes, vel receptatores, aut defenſores, ſive fautores hæreticorum, ſeu de hæretica labe ſuſpectos; quos nec in domibus, vel appendicibus, nec in bonis eiſdem, ſeu quovis modo puniri volumus; ſi, ut dictum eſt, apparuerint in-

Quid Burgus, vel Caſtrum villaque hæreticorum ſolvere teneatur, & cui.

Pœna fautorum hæreticorum.

Hæreticorum, aut de hæreſi infamatorum nomina conſcribantur.

Eorum filii, & nepotes ad officia publica non admittantur.

A nocentes. Burgus autem ille, ſeu Caſtrum, in quo hæretici capti fuerint, vel inventi, componat Communi Civitatis libras centum; & Villa libras quinquaginta; & Vicinia tam Burgi, quam Caſtri, & Civitatis, libras viginriquinque *Provenien.* [e] in pecunia numerata; niſi infra tertium diem [f] receptatores ipſorum captos præſentaverint Poteſtati, ſive cuivis alii Præſidenti ejuſdem regimini Civitatis. Quicumque vero depre- B henſus fuerit dare alicui hæretico conſilium, vel auxilium, ſeu favorem præter aliam pœnam ſuperius, & inferius prætaxatam, ex tunc ipſo jure in perpetuum ſit factus infamis; nec ad publica officia, ſeu conſilia, vel ad eligendos aliquos ad hujuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, ut nec teſtamenti liberam habeat factionem; nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ei ſuper quocumque ne- C gorio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quod ſi forte *Judex* extiterit, ejus ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur: Si fuerit *Advocatus*; ejus patrocinium nullatenus admittatur: Si *Tabellio*, Inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitus ſint momenti. *Credentes* quoque erroribus hæreticorum tanquam hæretici puniantur. Teneatur inſuper D Poteſtas, ſive Capitaneus, Conſules, ſive Rector, ſeu quivis alius præſidens regimini Civitatis, vel loci nomina virorum omnium, qui de hæreſi, vel loci fuerint infamati, vel banniti, in quatuor libellis unius tenoris facere annotari, quorum unum Commune Civitatis, vel loci habeat, & alium Diœceſanus, & tertium Fratres *Prædicatores*, & quartum Fratres *Minores*, & ipſorum nomina ter in anno in concione publica ſolemniter faciat recitari. Teneatur quoque Pote- E ſtas, ſeu Rector, vel quicumque regimini ſupradicto præfuerit, filios, & nepotes hæreticorum, & receptatorum, defenſorum, & fautorum eorum diligenter

(a) Appendices: Hic ab Innocentio diſceſſit nonnihil Alexander a Clemente ſequutus.
(b) Nisi forte legitime: Addita ſunt hæc declarationis ergo ab Alexandro, quem & Clement exſcripſit.
(c) L. libras Provenien.: *Imperialium* ait Innocentius: *Provenien.*, vel *Imperialium* Clemens.
(d) Quæ autem de domorum &c.: Iſthæc Innocentianæ Conſtitutioni addidit Alexander, & poſt eum Clemens uſque ad illa verba: *Burgus autem ille &c.*
(e) Libras xxv. Provenien.: *Libras L. Imperialium* edixerat Innocentius in binis ſuis Conſtitutionibus, ſed Alexander, & Clemens medietatem detraxerunt.
(f) Nisi infra tertium diem: Ita & Alexander, ſed Clemens auxit inquiens *Niſi infra quintum diem* limitando etiam plus, quam fecit Alexander.

ter investigare; eosque ad aliquod officium publicum, seu consilium nullatenus admittere in futurum. Teneatur praeterea Potestas, seu Rector, vel quivis alius hujusmodi regimini praesidens unum de Assessoribus suis, quem elegerit Diœcesanus, si fuerit praesens, & Inquisitores, seu Inquisitor praedicti ab Apostolica Sede dati, mittere cum eis, quandocumque voluerint, in Jurisdictione Civitatis, atque Districtu; qui Assessor, secundum quod praedictis Inquisitoribus, seu Inquisitori visum fuerit, ibi tres, aut plures boni testimonii viros, vel totam viciniam, si eis videbitur, jurare compellat; quod si quos ibidem haereticos sciverint; vel bona eorum, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu receptatores, vel fautores haereticorum, eos dictis Inquisitoribus, sive Inquisitori studeant indicare. Ipse autem [a] Potestas contra accusatos procedat secundum leges quondam Friderici tunc Imperatoris Paduae promulgatas [b]. Teneatur insuper Potestas, seu quivis Rector Civitatis, vel loci, quocumque vocabulo nuncupentur, in destructione domorum, & condemnationibus faciendis; & in rebus inventis, vel occupatis, consignandis, & dividendis, de quibus superius dicitur, infra decem dies [c], postquam accusatio, sive denuntiatio facta fuerit, haec omnia exequi cum effectu; & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses exigere; & dividere illas, sicut inferius continentur; & eos, qui solvere non poterunt, banno maleficii supponere; & donec solvant, in carcere detinere: Alioquin pro his omnibus, & singulis syndicetur, sicut inferius continetur. Et insuper teneatur unum de Assessoribus suis, quemcumque Diœcesanus, vel ejus Vicarius, & dicti Inquisitores, seu Inquisitor haereticorum voluerint, ad haec peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore, si eis visum fuerit opportunum. Omnes autem condemnationes, vel poenae, quae occasione haeresis factae fuerint, neque per concionem, neque per concilium, neque ad vocem Populi ullo modo, aut ingenio, aliquo tempore valeant relaxari. Teneatur insuper Potestas, Capitaneus, Consul, seu quivis alius Rector omnia bona haereticorum, & receptatorum eorum, quae per dictos Officiales fuerint occupata, seu inventa, & condemnationes pro his exactas [d] dividere tali modo: Una pars deveniat in Commune Civitatis, seu loci; secunda in favorem, & expeditionem officii detur Officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint; tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis Diœcesano, & Inquisitoribus, vel Inquisitori videbitur reservanda, & expendenda per consilium eorumdem in favorem Fidei, & ad haereticos extirpandos; non obstante hujusmodi divisioni statuto aliquo condito, vel condendo [e]. Si quis autem de caetero aliquod istorum statutorum, seu Constitutionum attentaverit delere, diminuere, vel mutare sine auctoritate Sedis Apostolicae speciali; Potestas, Capitaneus, seu Consul, vel alius quivis Rector, qui pro tempore fuerit in illa Civitate, vel loco, teneatur eum tanquam defensorem haereticorum publicum, & fautorem secundum formam praescriptam perpetuo publice infamare, atque punire in libris quinquaginta *Provenien.* [f] in pecunia numerata; quam si exigere non poterit, eum maleficii banno supponat; de quo eximi non valeat, nisi solverit duplam dictae pecuniae quantitatem. Teneatur sane Potestas, sive Capitaneus, Consul, seu quivis Rector infra decem dies [g] sui regiminis syndicare [h] praecedentem proximo Potestatem, Capitaneum, Consulem, vel Rectorem, & ejus etiam Assessores per tres viros Catholicos, & Fideles, quos eligant una cum Diœcesano Fratres *Praedicatores*, & *Minores* a suis Priore, & Guardiano pariter assignati, de omnibus his, quae in statutis istis, seu Constitutionibus, & legibus contra haereticos, & eorum complices editis continentur; & punire ipsos, si ex-

Assessor a Rectore loci dandus Inquisitori, ejusque munus.

De tempore, quo Potestas exequi tenetur in destructione &c.

& de Assessore ab eodem dando.

Poenae praedictae nullo modo relaxandae.

Bona haereticorum confiscata qualiter dividantur.

Poena violantium has Constitutiones, aut mutantium.

Magistratus seculares syndicentur.

(a) Ipse autem &c.: Hunc locum legimus ampliatum a Clemente.

(b) Promulgatas: Anno 1239. mense Februario, ut ad illas jam adnotavimus.

(c) Infra x. dies: Ubi etiam Innocentius sanxerat, sed Clemens ad xx. *dies* retraxit.

(d) Pro his exactas: His addidit nonnulla Clemens usque *dividere &c.*

(e) Condendo: Huic Clemens attexuit integrum §. de venditione bonorum Haereticorum confiscatorum usque ad illa: *Si quis autem &c.*

(f) In libris L. Provenien.: *Imperialium* dixit Innocentius; *Provenien.*, vel *Imperialium* Clemens.

(g) Infra decem dies: Alios duos dies adjecit Clemens in sua Bulla.

(h) Syndicare: Nempe ad examen vocare, inquirere, ac judicare.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1259.

si excesserint, in omnibus, & singulis, A quæ omiserint, & cogere restituere de propria facultate [a]; non obstante, si per aliquam licentiam concilii, vel alterius cujuslibet a syndicatione fuerint absoluti; Jurabunt autem prædicti tres viri bona fide syndicare præfatos de omnibus supradictis. Cæterum teneatur Potestas, sive Capitaneus, Consul, aut quivis Rector cujuslibet Civitatis, vel loci delere, seu abradere penitus de statutis, & Capitularibus Communis quodcumque statutum conditum, vel condendum, quod inveniatur contradicere istis Constitutionibus, seu statutis, & legibus, sive quomodolibet obviare; & in principio, & in medio sui regiminis hæc statuta, seu Constitutiones, & leges in publica concione facere solemniter recitari; & etiam in aliis locis extra Civitatem suam, seu locum, sicut Diœcesanis, seu Inquisitoribus, sive Inquisitori, & Fratribus supradictis [b] videbitur expedire. Porro hæc statuta, seu Constitutiones, & leges, & si quæ aliæ contra hæreticos, & eorum complices tempore aliquo auctoritate Sedis Apostolicæ conderentur, in quatuor voluminibus unius tenoris debeant contineri, quorum unum sit in statuto Communis cujuslibet Civitatis, seu loci, secundum apud *Diœcesanum*, tertium apud *Fratres Prædicatores*, quartum apud *Fratres Minores* cum omni sinceritate serventur; ne possint per falsarios in aliquo violari [c].

Statuta his Constitutionibus contraria deleantur.

Constitutiones istæ qualiter scribendæ, ut conserventur.

Datum Anagniæ II. Kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Confirmat donationem Ecclesiæ S. Angeli Fratribus Ortan. ab Episcopo illius urbis factam. (Ex Autographo Archivi nostri Conventus S. Francisci ejusdem Civitatis Ortan. apud Waddinoum in Reges. Pontif. n.70. edit.2. ex Reges. Vatic. ep.132.)

ALEXANDER &c.

DXXII. Anno 1259. die 6. Decembris.

Dilectis filiis.. Ministro, & Fratribus Minoribus Ortan. [d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Ex tenore vestræ petitionis accepimus, quod Venerabilis Frater noster Episcopus *Ortanus* [e] pie considerans, vos in loco, in quo habitabatis [f], propter frequentem inundationem Tyberis commode morari non posse; vobis Ecclesiam *S. Theodori* Ortarum [g] cum Domibus, Claustro, quodam Orto, juribus, & pertinentiis suis sibi cohærentibus ordinaria auctoritate concessit; Nosque concessionem hujusmodi duximus confirmandam [h]. Cumque postmodum Ecclesiam ipsam, Domos, Claustrum, & Ortum prædicta duxeritis resignanda [i]; & renunciaveritis juri, quod vobis in eis fuerat acquisitum; idem Episcopus Ecclesiam *S. Angeli* Ortarum [k] cum domibus, claustro, quodam orto, juribus, & pertinentiis suis sibi cohærentibus; ubi commodius manere potestis, prout spectabat ad eum, pia, & provida deliberatione concessit, eam ab omni jurisdictione Episcopali penitus eximendo; prout in patentibus litteris suis confectis exinde, ac ejus sigillo signatis plenius continetur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super renunciatione hujusmodi, & concessione facta vobis de dicta Ecclesia *S. Angeli*, & claustro, orto, juribus, & pertinentiis prædictis pie, & provide factum est, ratum, & firmum habentes id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; defectum, qui fuit in prædicta concessione ipsius Ecclesiæ *S. Angeli*, ex eo quod ad id consensus *Ortani Capituli* non accessit, supplentes

Fratrum petitionis tenor.

Mutatio primi loci ad ædem S. Theodori,

a Pontifice confirmata,

Inde ad aliam S. Angeli,

quam confirmat Pontifex, ut supra,

supplens defectum assensus Capituli.

(a) Facultate: Super hujus §. observantia Pontifex anno 1256. die 6. Martii litteras *Exortis in agro &c.* dederat Antistitibus *Lombardiæ*.

(b) Et Fratribus supradictis: Hos expunxit Clemens; vel certe hæ voces absunt ab ejus Constitutione.

(c) Violari: Aliæ de hac re notæ videri possunt in supradicta Innocentii Constitutione anno 1254. die 20. Maji edita.

(d) Fratribus Minoribus Ortan.: Quorum locus 6. est *Custodiæ Viterbien.* in Provincia Romana ex veteri *Ordinis Provinciali* apud auctorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. xi., at quando, aut a quo concessus fuerit incertum. Ferunt sub initium Religionis habitasse Fratres apud Ecclesiam *S. Nicolai de Scopulo* ex dictis in 1. hujus Operis tomo pag.647. (g)

(e) Episcopus Ortanus: *Fr. Petrus*, de quo infra.

(f) In loco, in quo habitabatis: Nempe apud Ecclesiam *S. Laurentii*, quæ nunc Parœcia forensis est, & in qua dicitur esse corpus *B. Theobaldi* Assisiatis, de quo Waddingus in Annal. Minor. ad ann. 1210. n.41., & de qua æde dictum est ad litteras Innocentii IV. *Quoniam, ut ait Apostolus &c.* dat. anno 1253. Kalendis Februar., & *Vestra meretur Religionis &c.* anno 1254. die 15. Februarii.

(g) Ecclesiam S. Theodori Ortarum: In *Burgo*, seu vico *S. Jacobi* ad ripam Tyberis positam, idque anno 1255., quo Fr. Petrus promotus fuit ad Hortanam Ecclesiam, eique Pontifex *Indulgentias* contulit anno 1257. die 18. Januarii.

(h) Duximus confirmandam: Sed litteræ hujus Confirmationis non apparent.

(i) Duxeritis resignanda: Eo quod locus etiam alluvione Tyberis paulatim consummaretur ex citato Theulo, & ex litteris Episcopi infra relatis.

(k) Ecclesiam S. Angeli Ortarum: In Civitate hoc anno mense Augusto, ut infra.

plentes de nostræ plenitudine potestatis. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum præsentibus fecimus annotari, qui talis est.

Litteræ concessionis Episcopi. a

„ FRATER PETRUS [a] Dei, & Apostolica „ gratia Ortanus Episcopus discreto, & „ religioso viro Fratri *Jacobo de Piperno* Vicario Ministri Provincialis Fratrum Minorum *de Urbe* [b] salutem in „ Domino. Quoniam ad providentiam „ pertinet pastoralem religiosas, & Deo „ dicatas Personas gratia prosequi speciali; ideo nos Frater Petrus Ortan. „ Episcopus attendentes, quod dilecti „ in Christo Fratres Minores jurisdictioni nostræ subjecti nimia, & gravia incommoda sustinebant in loco, in quo „ prius morabantur io Burgo *S. Jacobi* „ super ripam Tyberis, & quod idem „ locus alluvione paulatim consummabatur; propter quæ prædictus locus „ inutilis, & incongruus eisdem penitus existebat; considerantes nihilominus, quam necessaria, & utilia saluti „ animarum existant eorumdem Fratrum subsidia, vestris, & eorum petitionibus inclinati Ecclesiam *S. Angeli* „ de Orto, domos, claustrum & ortum „ cum omnibus juribus, cohærentiis, & „ pertinentiis suis tibi *Fratri Jacobo de* „ *Piperno* Vicario Ministri Provincialis „ prædictorum Fratrum Minorum de „ Orto pro Nobis, & nostris successoribus in dicto Episcopatu perpetuo existentibus, & futuris causa, vel intuitu „ pietatis concedimus, & perpetua largitione damus ad opus, & utilitatem „ dictorum Fratrum Minorum de Orto, „ & pro prædictis Fratribus ab eisdem, „ & aliis, qui apud Ortum pro tempore fuerint, cum omnibus præmissis „ habendam in perpetuum, tenendam, „ ac etiam possidendam; eximendo præfatam Ecclesiam *S. Angeli*, & personas omnes inibi nunc, & in perpetuum commorantes, tam in spiritualibus, quam in temporalibus pleno „ jure ab omni jurisdictione, & onere „ Episcopali, ac jure Diœcesano, & ab „ omni subjectione Ecclesiæ Ortanæ, „ conditionibus, & factionibus, nihil „ Nobis, & nostris successoribus, & Ecclesiæ Ortanæ in eisdem reservantes „ occasione cujuscumque juris, & canonicæ portionis. Ad memoriam autem, & perpetuam firmitatem hujusmodi nostræ concessionis, donationis, „ & exemptionis; & ut præsentes litteræ robur contineant perpetuæ firmitatis, easdem fecimus sigilli nostri munimine roborari. Datum apud Ortas „ XIV. Kalendas Septembris Pontificatus „ Domini Alexandri Papæ IV. Anno „ Quinto [c]." Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & suppletionis infringere, vel ei &c. Si quis autem &c.

Causa mutationis loci, & concessionis alterius.

Ecclesia S. Angeli conceditur.

ut & exemptio Episcopalis.

Anno 1259. die 19. Augusti. c

Clausula Pontificia prohib. &c.

Datum Anagniæ II. Nonas Decembr. Pontificatus Nostri Anno Quinto [d].

d

Super variis articulis respondet, instruitque; & absolutionem a censuris Eccles. nonnullis impertitam, Fratribus Prædicat., & Min. prætermissis, irritam esse scribit. (Ex REGES. VATIC. epist.531. apud RAYNALDUM Annal. Eccles. num.6., & BULLARIUM Ord. Prædicat. tom.1. Bul.256. Alex. IV.)

DXXIII.

ALEXANDER &c.

Anno 1259. die 13. Decembr.

Venerabili Fratri.. Archiepiscopo Ebredunen. [e] *Sal., & Apost. Bened.*

e

SATIS ex devota tuarum serie litterarum, satis etiam ex nostra mente collegimus, quam implicitus, & confusus, quam detestabilis, & damnosus dudum fuerit, & sit hodie *Lombardiæ* status [f]; quæ in hoc potissime vigere dignoscitur, quod dispendiosis litibus, & peri-

Status Lombardiæ deplorabilis.

f

(a) FRATER PETRUS: *De Popleto* ex Ordine FF. Minor. ex Capellano Card. Octaviani Ubaldini tit. Sanctæ Mariæ in via Lata non anno 1254. ad hanc Hortan. Ecclesiam assumptus ex Ughello tom. 1. Ital. Sac, sed anno 1255. die 12. Aprilis ex epistola hujus Pontificis *Debitum officii nostri &c.* superius allata.

(b) FRATRUM MINORUM DE URBE: Nempe Provinciæ Romanæ.

(c) Waddingus supracitatus hoc diploma exscripsit quidem ex Regesto Vatic., sed Scribarum inscitia valde depravatè; nos illud correximus ex Autographo nostri Conventus S.Francisci Civitatis Hortanæ, ut conferenti patebit.

(d) Anno sequenti cum Fratres quorumdam minis territi locum reliquissent, & ad Summum Pontificem confugissent; Pontifex per litteras *Sua nobis dilecti &c.* dat. anno eodem die 15. Martii Rectori Patrimonii S. Petri in Tuscia commisit, ut Fratres ad prædictum locum reduceret, reductosque tueretur; Communi vero Hortano per easdem, ut eidem Rectori assisterent, opemque præberent sub pœna mille marcarum argenti; quæ litteræ infra dabuntur.

(e) ARCHIEPISCOPO EBREDUNEN.; *Henrico Secusiano* postea ab Urbano IV. Episcopo Card. Ostiensi anno 1263. creato, qui fuit auctor *Summæ Ostiensis* nuncupatæ, & in utroque jure vir insignis.

(f) HODIE LOMBARDIÆ STATUS: Qui sciri potest ex Annal. Eccles. Raynaldi, aliisque Histor. illorum temporum Scriptoribus.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1259.

periculosis discordiis non sine offensa gravissima implicetur, Nobis, sicut & quibusdam Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris fundentibus propter hoc sæpe profunda suspiria, & etiam lacrymosa. Procedit ex iis, quod & super valitudine corporali, & multimoda cordis angustia, quam sub multorum de partibus illis detestanda versutia frequentissime pertulisse dignosceris, tibi paternis affectibus condolemus; ac etiam te plenis in Domino prosequimur actionibus gratiarum; quod susceptæ *Legationis* officium cum omni diligentia, & virtute prosequi studuisti. Ad hæc, quia instanter, ac humiliter petivisti, ut super diversis articulis, quos prædictæ ruæ litteræ continebant, tibi nostrum beneplacitum exponere curaremus; Nos Fraternitati tuæ duximus respondendum; quod beneficium absolutionis per quamdam Religiosam personam *Palavicino* [a], & *Bosio de Doata* [b], ac etiam *Cremonen.* illis [c], qui tunc contra quondam perfidum, & impium *Ezelinum* [d] in exercitu existebant, temere præstitum; cum nullam super hoc potestatem habuerit, & Ecclesiæ formam in aliquo non servarit; *Fratribus Minoribus*, & *Prædicatoribus* prætermissis, per quos juxta ordinationem tuam hujusmodi absolutio debuit provenisse; irritum esse auctoritate nostra decernas; ac illud publice denuncies non tenere; proviso, quod si prædicti Palavicinus, & Bosius redire velint ad mandatum Ecclesiæ reverenter; & in ejus devotione persistere pura fide; ac societatem, seu confœderationem penitus abjurare, quam cum *Manfredo* quondam Principe Tarentino [e], seu quibuscumque aliis Dei, & Ecclesiæ inimicis damnabiliter inierunt [f], nec non super iis, pro quibus per Sedem Apostolicam excommunicationis vinculo sunt astricti, satisfactionem congruam impertiri; tu eis, recepta prius de iis observandis idonea cautione, absolutionis beneficium juxta formam Ecclesiæ largiaris; factus id ipsum circa *Cremonenses*, & quoscumque alios, seu Communitates etiam *Lombardiæ*, seu *Marchiæ Tarvisinæ* quoad excommunicationis, & interdicti sententias relaxandas; si tamen ipsi juxta prædictum modum ad mandatum ipsius Ecclesiæ cum debita uelint humilitate redire. Circa satisfactionem vero præstandam ab eis, cum vix, aut nunquam posse provenire credatur; ac etiam super obtinenda idonea cautione, quod ipsi mandatum Ecclesiæ fideliter observabunt; procedas, prout tua discretio melius viderit expedire, diligentiam, quam poteris, habiturus, ut Ecclesiis, & Personis Ecclesiasticis bonorum immobilium omnino, nec non & mobilium, si qua extant, competens fiat restitutio, quæ prædicti *Palavicinus*, & *Bosius*, seu Communitates olim eisdem Ecclesiis, & Personis indebite abstulerunt. Provideas etiam diligenter, quod si qua ipsi juga, vel onera Ecclesiis, & Personis eisdem imposuerunt hactenus, vel de cetero duxerint imponenda; illorum, & statutorum, ac omnium aliorum fiat amotio, quæ redundant in earum præjudicium, & libertatis Ecclesiasticæ detrimentum. De facienda quidem confœderatione, vel societate inter aliquas Civitates Ecclesiæ Romanæ nomine; cum ipsam talibus non deceat implicari; te nullatenus intromittas. Præterea quia mœrentium consolator Dominus gemitus Ecclesiæ suæ clementer audivit; & lacrymis plurimorum, qui ejus misericordiam super tantis ipsorum angustiis assidue implorabant, finem imposuit affectatum, brachio suæ potentiæ constringendo prædicti cornua *Ezelini* [g]; Crucem amodo non præ-

Condolens de perpessis gratias pro parratis agit.

Articulis respondet Pontifex.

nullam fuisse absolutionem a censuris Eccles. quibusdam datam, FF. Minor. & Prædicat. omissis.

Absolvantur iidem, si conditiones debitas præstiterint.

Circa eorum satisfactionem procedendum, prout expedierit.

Restitutio curanda, & onera tollenda.

Ne nomine Ecclesiæ fœdera fanciat cum aliquibus Civitatibus.

(a) PALAVICINO: *Uberto Marchioni* Placentino antea Ezelini Tyranni amico, partiumque Gibellinarum asseclæ, qui superiori anno cum se ab amicitia Tyranni subduxisset, hoc anno contra illum Crucesignatorum exercitui conjunctus pugnavit, atque victum cœpit, fecitque se a censuris Eccles., quibus diu ante ligatus fuerat, absolvi, sed temere, ut ex epistola.

(b) BOSIO DE DOATA: Leg. *Dovara*, al. Dovaria agri Cremonensis loco, qui & ipse eamdem trivit viam, ac Marchio Palavicinus.

(c) CREMONENSIBUS ILLIS: Hi quoque diu Gibellini, & rebus Friderici Imp. cupientes censuris innodati fuerant; at hoc anno contra Ezelinum cum exercitu Ecclesiæ pugnando victores effecti solvi se curarunt, sed inaniter.

(d) IMPIUM EZELINUM: *De Romano* notissimum Tyrannum Marchiæ Tarvisinæ, & maxime Patavii.

(e) MANFREDO QUONDAM PRINCIPE TARENTINO: Spurio Friderici II. Imp. filio ab Alexandro IV. cunctis spoliato.

(f) INIERUNT: Narrat cit. Raynaldus n. 5. ex pervetusto monumento fœderis contracti a Palavicino, Bosio, & Cremonensibus cum Marchione Estensi, Mediolanensibus, & Mantuanis contra Ezelinum id sancitum inter alia, ut *Manfredum* tamquam Siciliæ *Regem legitimum* haberent, atque ad eum in Pontificis gratiam restituendum operam navaturos spponderent; quod Pontifex non probavit, invasorem Regni haberi pro legitimo Rege.

(g) CORNUA EZELINI: Hoc anno die 15. Septembr. devicti, & die 26. misere defuncti.

Prædicationem Crucis inhibet, victo Ezelino, & Votorum redemptionum exactionem.

prædices, nec facias prædicari; Votorum etiam redemptiones non exigas; nec facias ab illis exigi, qui olim contra *Ezelinum* eumdem Crucis signaculum assumpserunt; quia Nos opportuno tempore, prout expediens fuerit, super hoc curabimus providere. Cæterum tuæ circumspectioni committimus, ut in partibus illis maneas, & tuæ *Legationis* officium juxta morem prudenter, ac laudabiliter exequaris; dummodo consideratis circumstantiis opportunis fiduciam habeas, quod super iis, quæ honorem contingunt Ecclesiæ, possis Deo propitio prosperare. Si vero tua præsentia ibidem non fuerit fructuosa; licentiam tibi concedimus, quod ad Nos duce Domino revertaris [a].

In officio Legationis permanere vel discedere ab eo rerum circumstantiis committitur.

Datum Anagniæ Idibus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ut Inquisitoribus Ord. Min. contra hæreticos Ducatus Spoletani efficaciter assistant in negotio Fidei exequendo opportunum eis consilium, favorem, & auxilium impendendo. (Ex Autographo teste Pegna in calce Directorii Inquisit.)

DXXIV. Anno 1260. die 5. Januarii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Episcopis, & dilectis filiis Electis, Abbatibus, Prioribus, Ministris, Guardianis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, & Rectoribus, nec non & universo Clero tam Religiosis cujuscumque professionis, & Ordinis, quam secularibus in Ducatu Spoletano *constitutis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exortis in agro Fidei Christianæ per partes Italiæ abundantius solito hæreticæ pravitatis zizaniis &c. [b]

Datum Anagniæ Non. Januarii, Pontificatus Nostri Anno Sexto [c].

A

Fratribus Ordinis Prædicat. concedit, ut qui juramento, vel votis etiam solemnibus alteri Ordini, excepto Cistercien., & Minorum, astricti in eorum Ordine vota solemnia nuncuparint, in eo permanere possint. (Ex Bullario ejusdem Ordinis Prædicatorum tom. 1. Bul. 260. Alexandri IV.)

DXXV. Anno 1260. die 13. Januarii. [d]

ALEXANDER &c.

B

Dilectis filiis.. Magistro [d], & Fratribus Ordinis Prædicator. Salutem, & Apostolicam Benedict.

Petitio vestra Nobis exhibita continebat, quod nonnulli Fratrum vestri Ordinis, antequam Ordinem ipsum intrarent, quod alium ingrederentur Ordinem, eorum aliqui juramento, quidam autem solemni voto, & alii promissione simplici se ligarunt. Quare Nobis humiliter supplicastis, ut cum tales Ordinem vestrum ingressi jam sint in eo vinculo professionis astricti, curaremus super hoc salubriter providere. Nos igitur & saluti talium, & paci vestræ in hac parte consulere cupientes; ac hujusmodi eorum ingressum contra præmissa taliter attentatum ratum habentes, & firmum præsentium auctoritate concedimus, ut juramentis, votis, & promissionibus hujusmodi nequaquam obstantibus, illi, qui sic jurarunt, exceptis iis, qui *Cistercien.*, vel *Fratrum Minorum* Ordines [e] fuerant professi, possint in Ordine vestro permanere.

Fratrum petitioni

C

Pontifex indulget, ut supra.

D

Datum Anagniæ Idibus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

E

Ut Moniales S. Damiani, sive Clarissas suæ Civitatis protegant, nec ab aliquibus molestari permittant. (Ex Autographo ejusdem Monasterii apud Wadingum in Regesto Pontif. num. 71.)

(a) Revertaris: Quod & fecit epist. 180. *Intellecto dudum &c.*

(b) Zizaniis &c.: Ut in *Bulla* anno 1255. die 15. Novembris edita, & ibi vulgata.

(c) Sexto: Ita nos docet Pegna in præmissa notatione ad memoratam *Bullam* anni 1255., ubi se hanc etiam authenticam vidisse testificatur.

(d) Magistro: *Humberto* de Romano Gallo V. sui Ordinis anno 1254. Budæ in Hungariæ generalibus Comitiis supremo Magistro electo.

(e) Cistercien., vel Minorum Fratrum Ordines: Idque ob Constitutionem *Quo vos in Christo &c.* Gregorii IX. anno 1235. die 21. Junii, Innocentii IV. anno 1244. die 21. Aprilis, & ipsius Alexandri IV. anno 1255. die 22. Maji, & 23. Junii, atque anno 1256. die 5. Maii in *Bullariis* Ordinis Prædicat., atque Minorum excusam, ne horum Ordinum Fratres alter alterius alumnum in suum Institutum admitteret sine speciali Summi Pontificis mandato.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1260.

DXXVI. Anno 1260. die 13. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Majori [a], *& Communi* Burdigalen. [b] *Sal., & Ap. Ben.*

a b

Causa commissionis.

QUia meritorium est protegere pia loca, & tueri personas in eis Domino famulantes; ad hæc libentius vos hortamur, quod salutem vestram ardentius affectamus. Quare devotionem vestram rogamus, & monemus attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus dilectas in Christo filias Abbatissam, & Sorores Monialium inclusarum Monasterii *S. Francisci Burdigalen.* [c] Ordinis S. Damiani, habentes pro Divina, & nostra reverentia commendatas, eas non patiamini, quantum in vobis fuerit, ab aliquibus molestari: ita quod Divinam, & Apostolicam possitis tandem gratiam promereri.

Monet, hortatur, & injungit ut supra.

c

Datum, *ut supra.*

C

Ut per censuras Eccles. cogant Magistratus ad exequendas sententias ab ipsis contra hæreticos, fautores, suspectos &c. latas. (Ex Archivo Assisiati Conventus S. Francisci apud Pegnam ad calcem Directorii Inquisit., & ex Archivo Aracælit. o. 35. apud Waddingum in Annal. Minor. ad hunc annum n. 1., ac in Bullario Romano tom. 1. Bul. 17. al. tom. 3. Bul. 51.)

DXXVII. Anno 1260. die 20. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Fratribus de Ord. Min. Inquisitoribus *hæret. pravitatis in* Provincia B. Francisci *Sal., & Ap. Ben.*

Causa hujus commissionis.

AD audientiam nostram pervenit, quod Potestates, Rectores, Judices, Antiani, Officiales, Consilia, & Communitates quorumdam Castrorum, Locorum, & Civitatum Provinciæ *Beati Francisci*, in qua *Inquisitio* contra hæreticos vobis a Sede Apostolica est commissa, circa executiones sententiarum,
E quas contra notatos, & suspectos de hæretica pravitate, credentes, fauto-
A res, & receptatores eorum profertis, a vobis super hoc requisiti se interdum reddunt difficiles, & etiam negligentes: Nos itaque volentes, quod negotium *Inquisitionis* hujusmodi salutarem consequatur effectum, circa ea intendimus animo vigilanti, per quæ, submotis quibuscumque obstaculis, prædictum negotium Deo propitio de bono in melius dirigatur. Quocirca Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, qua-
B tenus Potestates, Rectores, Judices, Antianos, Officiales, quocumque nomine censeantur, Consilia, & Communitates prædicta, quod hujusmodi sententias a vobis latas, & ferendas, etiam, sublato cujuslibet dilationis, & difficultatis obstaculo, executioni demandent, monitione præmissa, per *Excommunicationis* in personas Potestatum, Rectorum, Judicum, Antianorum, Officialium, & Consiliariorum, ac privationis
C ab officiis; & in Civitates, & Castra, & Loca hujusmodi *Interdicti* sententias, appellatione remota, cogatis; non obstante aliqua indulgentia Sedis Apostolicæ, de qua, ejusque tenore oporteat in nostris literis plenam, & expressam mentionem fieri; & per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri.

Magistratuum difficultas, ac negligentia.

Mandat Pontifex, ut supra.

Derogando indultis Apostolicis.

Datum Anagniæ XIII. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Sexto [d].

d

D

Ut cognoscat de bonis Monasterii Clarissarum suæ Civitatis a quibusdam detentis variis de causis; & cognita veritate restitui faciat. (Ex Autographo Archivi ejusdem Monasterii a N. V. Flaminio Cornelio to. 6. Eccles. Venet. relato pag. 166.)

DXXVIII. Anno 1260. die 21. Januarii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri [e] .. *Episcopo* Castellano [f] *Salutem, & Apost. Bened.*

e f

E

EX parte dilectarum in Christo filiarum... Abbatissæ [g], & Conventus Mona-

Monialium supplicatio, atque delatio.

g

(a) Majori: Alibi dicitur *Prætor, Potestas, Caput* Communitatis, *Judex* Sapientum, *Vexillifer &c.* juxta diversas Civitatum denominationes.

(b) Communi Burdigalen.: Vulgo *Bordeaux* urbs Archiepiscopalis Aquitaniæ ad fluvium Garumnam notissima cunctis.

(c) Monasterii S. Francisci Burdigalen.: Hujus meminit Waddingus in Annal. Minor. ad ann. 1290. num. 35. sub tit. *S. Claræ*; sed ejus origo & ipsum, & aliis latere creditur. Extant tamen litteræ Innocentii IV. *Quoniam, ut ait &c.*, *Cum sicut ex parte &c.*, & *Devotionis vestra &c.* pro hoc Monasterio datæ anno 1246. die 7. Januar. 2., & 5. Julii; & supra relatæ.

(d) Testatur supracitatus Pegna se hujus Pontificis vidisse aliud rescriptum ejusdem tenoris *Datum Laterani Idibus Decembris Pontificatus Anno Sexto*, quod est in fine hujus anni; & ut videtur, Inquisitoribus alterius Provinciæ.

(e) Venerabili Fratri...: *Thoma Arimundo*, qui hoc anno decessit, vel *Franco* ex Ughello tom. 5. Italiæ Sacræ.

(f) Episcopo Castellano: Nempe *Venetiarum*, qui olim dicebatur *Rivaltensis*, & *Olivolensis*, nunc autem *Patriarcha Venetiarum*.

(g) Abbatissæ: *Philippe* ex Charta has litteras Pontificias referente apud cit. Flam. Cornelium.

Monasterii *S. Mariæ Matris Christi de Venetiis* [a] Castellanæ Diœcesis Ordinis S. Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis fuit Nobis humiliter supplicatum, ut cum sæpe contingat, detineri possessiones, & alia bona, quæ devolvi debeot ex personis Sororum ejusdem loci ratione successionis, vel dotis, sive legati, aut eleemosynæ, seu ex aliis justis causis ad Monasterium memoratum; ac grave sit eis ad Nos pro singulis querelis habere recursum, & coram diversis Judicibus experiri; ipsis super hoc dignaremur misericorditer providere. Quocirca Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, quoties a dictis Abbatissa, & Conventu fueris requisitus, veritate cognita, eis de plano, ac sine strepitu judicii restitui facias bona ipsa a detentoribus eorumdem; Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxeriot, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere.

Pontifex mandat ut supra.

Testes monosi etiam compellendi.

Datum Anagniæ xiI. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ut per exactionem pœnarum, & censuram Ecclef. cogant tam eos, qui redeuntes ad Ecclesiam se obligaverunt sub certis pœnis, quam eorum fidejussores. (Ex Archivo Assisiati Conventus S. Francisci apud Pegnam ad calcem Directorii Inquisit., & Waddingum in Annal. Minor. n.2., ac in Bullario Rom. to.1. Bul.14., al. to.3. Bull. 48.)

DXXIX.

Anno 1260. die 13. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. Fratribus de Ordine Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in administratione* B. Francisci [b] *Salutem, & Apostol. Benedict.*

Narratio de suspectis, fautoribusque hæreticorum ad Ecclesiam jussa redeuntibus.

AD audientiam nostram pervenit, quod nonnulli de administratione *B. Francisci* notati, & suspecti de hæretica pravitate, ac fautores, & receptatores hæreticorum ad mandatum Ecclesiæ redeuntes interdum se obligant sub certis pœnis ad parendum mandatis Ecclesiæ; & super hoc præstant vobis fidejussorias cautiones, quorum nonnulli mandatis, quæ ipsis facitis, parere recusant. Quia vero nostri decet appositione consilii super hoc salubriter providere; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus tales, & fidejussores eorum, quod mandatis factis eis per vos, & faciendis pareant, monitione præmissa, per impositionem, & exactionem pœnarum, ad quæ se obligant, & etiam per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis: invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Mandat id, quod supra est notatum.

Datum Anagniæ x. Kalen. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Sexto [c].

Indulgentia visitantibus Ecclesias nostri Ordinis diebus festis B. V. Mariæ, & S. Francisci. (Ex Apographo apud Indiculum Bullarii Seraph. Petri de Alva.)

ALEXANDER &c.

DXXX.

Anno 1260. die 28. Januarii.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

VItæ perennis gloria, qua mira benignitas Conditoris omnium &c. [d] Rogamus itaque Universitatem vestram, & hortamur in Domino in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad Ecclesias dilectorum filiorum Fratrum de Ordine Minorum imploraturi a Domino delictorum veniam in humilitate spiritus accedatis. Nos enim, ut Christifideles quasi per præmia salubriter ad salutem invitemus &c. [e], qui ad dictas Ecclesias in singulis festivitatibus *B. Mariæ Virginis*, & die festo *Beati Francisci* Confessoris causa devotionis accesserint annuatim, *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Tribuit, ut supra.

Datum Anagniæ v. Kaleo. Februarii, Pootificatus Nostri Anoo Sexto.

Mona-

(a) S. Mariæ Matris Christi de Venetiis: De quo Monasterio actum est pluries, ac primum ad Bullam Gregorii IX. *Cum sicut accepimus &c.* dat. anno 1235. die 28. Junii; iterum Urbanus IV. anno 1262. die 27. Martii super eadem re litteras scripsit *Non absque dolore &c.*, ut infra.

(b) In administratione B. Francisci: Idest in *Provincia B. Francisci*, ut in præcedenti Bulla, complectente Umbriam, Vallem Spoletanam, & ultra.

(c) Ejusdem tenoris extat aliud rescriptum hujus Pont. datum *Laterani iiI. Idus Decemb. Pontificatus Anno VI.*, quod se vidisse authenticum scribit supra laudatus Pegna.

(d) Omnium &c.: Vide Bullam 167. anno 1256. die 25. Februar., & 157. die 5. Maji datam.

(e) Invitemus &c.: Ut in dictis Bullis, aliisque similibus.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1260.

Monasterium de Virginibus Fulginaten. *privilegiis aliis Monasteriis Clarissarum concessis munit, & locupletat.* (Ex Apographo Archivi dicti Monasterii Fulginat.)

DXXXI. Anno 1260. die 31. Januarii.

ALEXANDER &c.

a

Dilectis in Christo filiabus.. Abbatissæ, Monasterii de Virginibus [a], *ejusque Sororibus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium. b

Justis postulationibus Monialium annuit Pontifex.

Et Monasterium sub protectione Sedis Apostolicæ suscipit.

Ordo Monasticus, & Regula præscribuntur.

Bona quæcumque Monasterio confirmantur.

RELIGIOSAM vitam eligentibus &c. [b] Eapropter, dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium *de Virginibus Fulginat.*, in quo Divino estis obsequio mancipatæ, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti *Regulam*, atque *Institutionem* Monialium inclusarum S. Damiani Assisinat., & *Formulam* vitæ vestræ a fel. record. GREGORIO PAPA prædecessore nostro Ordini vestro traditam, cum adhuc esset in minori officio constitutus, in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter servetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, & eis, quæ vobis successerint, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis, & pascuis in Bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Liceat quoque vobis personas liberas, & absolutas e sæculo fugientes &c. [c] Amen, Amen, Amen. c

Et alia privilegia conceduntur.

Subscriptiones Ecclesiæ Romanæ.

Ego ALEXANDER *Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.*

Ego Odo Tusculanus Episcopus.
Ego Stephanus Prænestinus Episcopus.
Ego Jacobus [d] Tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis. d
Ego Fr. Hugo tituli S. Sabinæ Presbyter Cardinalis.
Ego Riccardus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis.
Ego Octavianus Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis.
Ego Joannes Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis.
Ego Otobonus Sancti Damiani [e] Diaconus Cardinalis. e

Datum Anagniæ per manum Magistri Jordani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Notarii, & Vice-Cancellarii II. Kalendas Februarii Indictione II. [f] Incarnationis Dominicæ Anno MCCLIX. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ IV. Anno Sexto [g]. f g

Confir-

(a) MONASTERII DE VIRGINIBUS: *Fulginaten.* Ordinis S. Damiani Assisinaten., ut infra; de quo egit Waddingus ex Jacobillo de Episc. Fulgin. ad an. 1252. n.39., & ad ann. 1213. n.62. tradidit aliud S. *Mariæ Caritatis* extitisse prope Fulgineum ad fontem Caepelli; alterum vero S. *Catharinæ* intra eam urbem per S. Claram, suasque discipulas fundata; de quo secundo intelligendum præsens diploma; nam illud S. *Mariæ de Caritate* postea dictum fuit S. *Claudii*, alterum vero *de Virginibus* titulum tulit *S. Catharinæ*.

(b) ELIGENTIBUS &c.: Ut in privilegio pro Monasterio S. Catharinæ Genuen. ann. 1255. die 30. April.

(c) E SECULO FUGIENTES &c.: Ut ibidem, dempto tamen instrumento exemptionis Archiepiscopalis, usque *Amen, Amen, Amen*.

(d) JACOBUS: Leg. *Joannes* ex aliis diplomatibus, qui dictus est etiam vulgariter *Cardinalis Blancus*, eo quod esset ex Ordine Cisterciens. in Italia vestibus albis utentis: quare mihi corrigendus est error notæ (f) ad *Bullam* 480. *Induxerunt nos* anno præcedente die 10. Maji editam; idque ex Bulla 30. *Cum a nobis petitur* an. 1255. die 11. Martii emissa; non enim *Odo Blancus*, sed iste *Joannes* censum 28. denar. Lucen. instituit.

(e) SANCTI DAMIANI: Legendum *Sancti Adriani*; est enim Othobonus Fliscus, qui postea fuit *Adrianus V.*

(f) INDICTIONE II.: reponendum *III.*, quæ in cursu erat anno 1260., nam annus 1259., quo hæc Bulla consignata legitur, annus est vulgaris 1260.; ut indicat Pontificatus annus VI., dicitur autem 1259. more Curiæ Romanæ annos a die 25. Martii inchoantis: nisi sit *indictio* alligata anno Incarnationis Curiæ Romanæ, seu Apostolicæ; quod tamen insolitum.

(g) In instrumento exemptionis Episcopalis Monasterio S. Mariæ *Vallis Flogii* ab Episcopo Nucerino anno 1233. factæ, & in Bulla, seu privilegio Innocentii IV anno 1252. die 12. Junii eidem Monasterio collato relatæ fit mentio exemptionis Episcopalis *loci Sororum de Fulgineo*, qua tamen hic minime exteritur. Monasterium porro *de Virginibus* alterum esse ab illo S. Mariæ *de Caritate* hinc ducitur, quod illi *de Caritate* unita fuit Ecclesia S. *Claudii*, quæ minime recensetur inter bona illius *de Virginibus* dicti postea temporis Monasterium *S. Catharinæ*, & alterum S. *Claudii*; quæ duo memorantur in Regesto nostri Ordinis ex to. 1. hujus Operis p. 205. (c), & ex Bulla Julii II. *Ea, quæ pro Monaster.* anno 1507. edita apud Waddingum n.25.

Confirmat assignationem Monasterii S. Joannis Loganen. eis factam ab executore Apostolico, & possessionem prædicti Monasterii ab eodem ipsis datam. (Ex Reges. Vatic. epist.24. apud Waddingum in Reges. Pontif. num.73.)

DXXXII. Anno 1260. die 8. Februar.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monialium inclusarum a *Monasterii S. Catharinæ* Januen.[a] *Ordinis S. Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* B

Exordium. b JUstis petentium &c.[b] Dudum siquidem intellecto, quod Monasterium
Narratio facti, c *S. Joannis de Logano* Ordinis S. Benedicti *Albinganen.* Diœcesis[c] in spiritualibus erat, & in temporalibus deformatum; ejusque bona per habitantium in eo incuriam, seu malitiam potius in dispendia vergebant jugiter graviora; C Nos destructioni, & lapsui Monasterii prætacti occurrere, & vestram volentes de ipso relevare inopiam, qua mortuæ
Pontifex Albinganen. Episcopo committit cognitionem Monasterii de Logano. mundo gravamini sub clausuræ claustralis angustia in voto voluntariæ paupertatis, & rem super hoc agere piam, & gratissimam Deo credentes, Venerabili
d Fratri nostro .. Episcopo *Albinganen.*[d]
e per nostras litteras[e] primo in mandatis, ac postmodum in virtute obedientiæ de-
f dimus in præceptis[f], ut dictum Monasterium cum pertinentiis, possessionibus, & appendiciis, ac ornamentis suis vobis conferre, & assignare curaret in usus vestros perpetuo retinendum. Sed idem
Episcopus pro dicto Monasterio fert sententiam. Episcopus non solum id efficere non curavit, verum & propter quasdam frivolas exceptiones in elusionem mandati nostri contra vos propositas pronunciavit
Causa transfertur a Pontifice in Archiepiscopum Genuen. non esse per hujusmodi litteras procedendum. Unde postmodum Venerabili Fra-
g tri nostro .. Archiepiscopo Januen.[g] no- A stris dedimus litteris[h] in mandatis, ut h non obstantibus hujusmodi exemptionibus prætactum Monasterium de *Logano*, vobis conferre, & assignare curaret juxta priorum continentiam litterarum. Qui mandatum hujusmodi Apostolicum non solum exequi prætermisit, verum etiam pro suæ voluntatis arbitrio processum ipsius Episcopi contra justitiam confirmavit. Archiepiscopus confirmat Episcopi sententiam. Demum vero dilecto filio Magistro Raynaldo Canonico *Thentino* dedi- B mus per alias litteras nostras[i] in virtute i obedientiæ districtius in præceptis, ut illuc accederet; Delegatur deinde Canonicus Thentinus. & non obstantibus hujusmodi, & aliis exceptionibus frivolis, & minus legitimis processibus Episcopi, & Archiepiscopi prætactorum, aut constitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali[k]; per se, vel per alium k vobis, vel Procuratori vestro, si suæ videretur discretioni, quod dictum Monasterium de *Logano* non posset in suo Or- C dine reformari, cum suis juribus, & pertinentiis Monasterium conferret, ac assignaret jam dictum; ac vos, vel dictum Procuratorem in corporalem possessionem ipsorum induceret, & inductas defendere procuraret; amotis exinde Monialibus, quæ ibi essent, & per alia Ordinis sui Monasteria congrue collocatis juxta priorum continentiam litterarum: Contradictores &c. Unde jam dictus *Ca-* D *nonicus* præceptum super hoc Apostolicum exequens diligenter, quia invenit dictum Monasterium de *Logano* ita esse in spiritualibus, & temporalibus deformatum, quod non poterat in suo Ordine reformari; illud vobis propter hoc contulit, & assignavit cum prætactis possessionibus, juribus, pertinentiis, appendiciis, & aliis rationibus suis in usus vestros perpetuo retinendum; qui contra præfatum Monasterium pronunciavit favore Monialium S. Catharinæ Genuen. in corporalem possessionem ipsius Monasterii, & E prætactorum omnium Procuratorem eumdem nihilominus inducendo. Cum autem

(a) Monasterii S. Catharinæ Januen.: De quo sermonem fecimus etiam ad litteras *Quanto studiosius &c.* dat. die 21. Julii, & *Ex parte dilectarum &c.* dat. anno 1257. die 12. Augusti; *Intellecto quod &c.* dat. die sequenti; & *Exigentibus vestra &c.* dat. die 8. Septembr. eodem an.; ac *Religiosam vitam &c.* 1253. die 30. April.
(b) Petentium &c.: Vide *Bullam* anno 1255. 28. Octobris editam.
(c) Albinganen. diœcesis: In ora Maris Ligustici sub Archiepiscopo Genuensi, vulgo *Albenga*.
(d) Episcopo Albinganen.: Fr. *Lanfranco* de Nigro, de quo dictum est ad supradictam epistolam *Intellecto quod &c.*

(e) Per nostras litteras: Nempe proxime citatas, datasque anno 1257. die 12. Augusti.
(f) Dedimus in præceptis: Sed hæ secundæ litteræ non extant.
(g) Archiepiscopo Januen.: *Valtero de Vezzano* anno 1253. ab Innocentio IV. assumpto, & anno 1274. defuncto.
(h) Nostris dedimus litteris: Quæ etiam desunt.
(i) Alias litteras nostras: Quæ sub num.519. jam editæ leguntur anno superiore die 9. Novemb. datæ.
(k) In Concilio generali: Lateranensi IV. anno 1215. ab Innocentio III. celebrato cap.37.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1260.

autem plena, & pacifica Monasterii, & omnium prætactorum gaudere possessione dicamini; Nos devotionis vestræ supplicationibus inclinati, quod a præfato Canonico super his factum est, gratum, & ratum habentes, illud tenore approbantes præsentium; & defectum, si quis in eo fuit circa juris solemnitatem, de plenitudine potestatis supplentes, Monasterium ipsum cum Ecclesiis, domibus, terris, possessionibus, juribus, & pertinentiis suis omnibus, & per vos Monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenores instrumentorum super hoc confectorum exinde præsentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui tales sunt.

Ilque Pontifex approbat, & confirmat ut supra.

Litteræ Canonici executoris Pontificii, ejusque sententia.

„ In nomine Domini Amen. In præsentia mei Joannis de Castro Notarii, „ & testium subscriptorum ad hæc specialiter vocatorum Magister *Raynaldus* Canonicus Theatin. executor Domini Papæ pronunciavit, Monasterium S. Joannis de *Logano* Ordinis Sancti Benedicti *Albinganen.* Diœcesis ita deformatum in spiritualibus, „ & temporalibus, quod non potest in suo Ordine reformari; & auctoritate Apostolica adjudicavit illud cum suis juribus, & pertinentiis, appendiciis, ornamentis, & rationibus suis Dominæ Abbatissæ, & Monialibus Sanctæ Catharinæ de *Loculo Januen.* Ordinis S. Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, & ipsi Monasterio S. Catharinæ in perpetuum usum. Actum in ipso Monasterio S. Joannis de *Logano* præsentibus testibus D. Episcopo *Albinganen.* [a], Arcbipresbytero de Torano, Girbaldo de Belestino Presbytero, Joanne Capellano S. Joannis de *Logano*, Rubaldo Ravo de *Logano*, & Gentili Notario dicti Episcopi, & pluribus aliis, Anno Dominicæ Nativitatis MCCLIX. Indictione II. die IX. Decembris inter primam, & tertiam. Ego Joannes de Castro Sacri Imperii Notarius interfui, & rogatus subscripsi.

Testes rogati. a

Anno 1260. die 9. Decembris.

„ In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis Amen. In præsentia mei Joannis de Castro Notarii, & testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum Magister *Raynaldus* Canonicus Theatinus Executor Domini Papæ investivit, & induxit in corporalem possessionem Monasterii S. Joannis de *Logano* cum omnibus juribus, rationibus, ornamentis, & appendiciis suis Fr. Obertinum Conversum Monasterii S. Catharinæ *Januen.* Ordinis S. Damiani Procuratorem Abbatissæ, & Monialium dicti Monasterii S. Catharinæ dictarum Abbatissæ, & Monialium dicti Monasterii, & ipsius Monasterii nomine auctoritate Apostolica in perpetuum usum retinendum. Actum in dicto Monasterio S. Joannis de *Logano* præsentibus testibus D. Episcopo *Albingan.*, Archipresbytero de Torano, Girbaldo de Belestino Presbytero, Joanne Capellano S. Joannis de *Logano*, Rubaldo Sacco de Logano Gentili Notario dicti Episcopi, & pluribus aliis Anno Dominicæ Nativitatis MCCLIX. Indictione II. die IX. Decembris inter primam, & tertiam. Ego Joannes de Castro Sacri Imperii Notarius interfui, & rogatus scripsi "

Instrumentum 2. immissionis in possessionem.

Testes iidem rogati.

Anno 1259. die 9. Decembris.

Nulli ergo &c. nostræ approbationis, suppletionis, & confirmationis &c. vel ei ausu temerario contraire. Si quis &c. Datum Anagniæ VI. Idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Sexto [b].

Clausula Pontificis prohib. &c. b

Ut si Archiepiscopus Pisarum non dissolverit unionem Hospitalis S. Jacobi de Orticaria ab eo cum magno Civitatis Hospitali factam infra tempus indictum, ipse adimpleat. (Ex ARCHIVO nostri Conventus S. Francisci Castellionis Florentini.)

ALEXANDER &c. DXXXIII.

Anno 1260. die 16. Februarii. c

Dilecto filio Fratri Mansueto [c] *de Ordine Minorum Capellano, & Pœnitentiario nostro Sal., & Apost. Bened.*

DILECTI filii ... Prior, & Conventus Ecclesiæ Sancti Jacobi de *Orticaria* [d] Ordinis S. Augustini *Pisanæ* Diœcesis

Conventus Orticarien. delatio. d

(a) D. EPISCOPO ALBINGANEN.: *Fr. Lanfranco* de Nigro, de quo supra.

(b) Hujus Monasterii mutationes seculo XV. leges ex Regesto Vatic. apud Waddingum ad ann. 1443. n. 20.

(c) FRATRI MANSUETO: Quem etiam an. 1257. Pontifex legaverat Pisas pro compositione inter Ecclesiam Romanam, & Civitatem illam ex litteris *Clemens semper, & mitis &c.* eo anno datis die 1. Aprilis, ibique relatis.

(d) S. JACOBI DE ORTICARIA: Olim quidem Prioratus nobilis cum Hospitali prope Pisas, at nunc, ut audio, modica Ecclesia ruralis est.

cesis nobis significare curarunt, quod A
cum Commune Pisarum occasione compositionis olim inter ipsos, & Romanam
Ecclesiam ioitæ quoddam *Hospitale* jam
a incœptum [a] ab eis teoeaotur Pisis construere de bouis propriis, & dotare; Venerabilis Frater noster *Archiepiscopus*
b tuoc *Electus Pisanus* [b] ad tui, sicut dicitur, instantiam tunc in illis partibus
c Nuncii nostri [c] omnia Hospitalia Pisanæ Civitatis, & Diœcesis *Hospitali* hujusmodi construeodo per ipsos subjecit B
auctoritate propria, & univit, etiam Capituli sui ad id accedente consensu; Nosque postmodum confirmantes prædicta, & suppleotes defectum, si quis fuisset
super iis, de plenitudine Apostolicæ potestatis Hospitalia ipsa eidem *Hospitali*, vel Magistro ipsius assignari per certum executorem deputatum a oobis super hoc
d oostris sub certa forma litteris [d] dicimur mandavisse. Unde præfato *Archiepiscopo*
e litteris nostris [e] injungimus, ut subjectionem, & unionem hujusmodi, omnemque concessionem factam per eum, vel per quamlibet alium qualicumque conditione, vel modo de *Hospitali* eorumdem Prioris, & Coovcntus sito juxta eamdem Ecclesiam Saocti Jacobi procuret infra octo dies post receptionem litterarum ipsarum sine difficultate qualibet tevocare. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si D
memoratus Archiepiscopus maodatum nostrum infra præscriptum tempus neglexerit adimplere; tu super iis statuas, & ordioes, prout secundum Deum, & justitiam videris expedire: Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo.

Omnia Hospitalia Civitatis Pisarum uni copulantur.

Et unionem confirmat Pontifex.

Nunc illud Ordinariis disjungi jubetur.

mandatque Pontifex, ut supra.

Datum Anagniæ XIV. Kalend. Martii,
f Pontificatus Nostri Anno Sexto. [f]

Respondet nonnullis quæsitis Inquisitorum nostrorum heret. pravit. in Italia constitutorum. (Ex Autographo Archivi Aracælit. n.29. teste Waooinoo ad ann. 1260. o.3.) E

ALEXANDER &c.

DXXXIV. Anno 1260. die 18. Februarii.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Ioquisitoribus *hereticæ pravitatis in partibus* Italiæ *præsentibus, & futuris Salutem, & Apost. Bened.*

Quod super nonnullis quæstionum articulis &c. [g] g

Datum Anagniæ XII. Kal. Martii, Pontificatus Nostri Aooo Sexto.

Indulget, ut contra Infideles prædicari faciant Crucem per Fratres sui Ordinis sub ea forma, qua Fratres Ord. Prædicat. & Minorum, ac nonnulli Episcopi utebantur. (Ex Reges. Vatic. epist. 28. lib. 6. apud Raynaldum in Annal. Eccl. ad hunc ann. n. 22.)

ALEXANDER &c.

DXXXV. Anno 1260. die 20. Februarii.

Dilectis filiis Fratribus Hospitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum *Hierosolymitan. in Livonia, ac Prussiæ partibus consisten. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Vix absque lacrymis meditari, vel audire possumus, quod pro *Fidei* negotio in *Livoniæ*, ac *Prussiæ* partibus sub innumeris expensis Ordinis vestri, & infinitis angustiis ad Dei gloriam magnifice jam promoto plurimi ex Fratribus ipsius Ordinis per manus Infidelium crudelissime sunt occisi [h]. Quia vero idem negotium perire creditur, nisi per Divinæ virtutis auxilium, & Apostolicæ Sedis favorem in eo potissime roboraretur, quod ad vos peregrinorum confluat multitudo; Nos vestris luctuosis precibus inclinati præseotium vobis auctoritate concedimus, quod in subsidium vestrum, & aliorum Christi fidelium maoeotium io partibus supradictis per Fratres Clericos ejusdem Ordinis ad hoc idoneos in Regnis, ac Provinciis, & Terris aliis, quæ vobis prædicta Sedes ad idem subsidium deputavit, præ- h

Equites Fratrum ab Infidelibus atrociter tractati, mactatique.

Fratrum Theutonicorum precibus annuens Pontifex concedit, ut supra.

(a) Hospitale iam incœptum: Anno 1257., ut adnotavimus ex Ughello supra ad litteras 323. *Clemens semper, & mitis &c.*, & ex Bulla 378. *Oblata &c.*
(b) Archiepiscopus tunc Electus Pisanus: *Fridericus Vicecomes* Pisanus ex Innocentii IV. Sacellano ann. 1254. ab eodem electus obiit ann. 1278. ex Ughello tom. 3. Ital. Sac. in Pisan. Archiepisc. num. 51. al. 52.
(c) Nuncii nostri: *Fr. Mansueti* opera, atque instantia.
(d) Nostris sub certa forma litteris: Quæ tamen apud cit. Ughellum plures hujus Pontificis pro dicto *Hospitali* litteras referentem non habentur.
(e) Litteris nostris: Sicut nec istæ ibi leguntur.
(f) Hoc ipsum Pontifex statuerat de Hospitalibus Ordinis *Camaldulen.* Pisan. anno 1257. diplomate 378. *Oblata nobis &c.* die 3. Novembris edito.
(g) Articulis: Adeatur *Bulla* 462. anno 1258. Idibus Decembris data.
(h) Sunt occisi: De quibus agit Raynaldus in Annal. Eccles., qui adiri, consulique poterit, ut & Poloni Scriptores.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1260.

dicari *Crucem* sub illa forma cum omni diligentia faciatis, quam prædicta Sedes per suas litteras ad instantiam vestram dilectis filiis *Prædicatorum*, & *Minorum Ordinum* Fratribus [a], ac etiam quibusdam Episcopis [b] dignoscitur commisisse. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei &c. Si quis autem &c.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ x. Kalend. Martii, Pontificatus Nostri Anno Sexto [c].

Amplo donantur privilegio, ac exemptione juxta exemplar aliarum Monasteriorum Clarissarum. (Ex Autographo Archivi infrascripti Monasterii Biterren. [d].)

DXXXVI. Anno 1260. die 25. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . . Abbatissæ Monasterii S. Claræ in suburbiis Biterren. [e], *ejusque sororibus tam præsentibus, quam futuris Regularem vitam professis in perpetuum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Justis Monialium postulationibus annuit Pontifex, & privilegium confert.

RELIGIOSAM vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium &c. [f] Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus; & Monasterium &c. sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Inprimis statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti *Regulam*, atque *institutionem* Monialium inclusarum S. Damiani Assisinateo., & *formulam* vitæ vestræ a fel. record. Gregorio Papa prædecessore nostro Ordini vestro traditam, cum adhuc esset in minori officio constitutus, in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, & quæcunque bona . . firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant &c. [g]

Datum Laterani [h] v. Kal. Martii Indictione III. Pontificatus Nostri Ao. VI.

Censuras Eccles. in Sanctimoniales de Longemarche ab Episcopo Morinen. ob loci mutationem latas præcipit auferri, & translationem ad aliam locum ipsis permitti. (Ex Vatic. Archivo in Regest. Pont. ep.32.an.6.)

DXXXVII. Anno 1260. die 26. Februarii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri [i] . . . *Episcopo Morineo.* [k] *Sal., & Apost. Bened.*

Sanctimonialium Ipren. petitionis tenor

SUA nobis dilectæ in Christo filiæ . . Abbatissa, & Conventus Monasterii de *Longmarche* [l] Ordinis S. Damiani *Morinen.* Diœcesis petitione monstrarunt; quod cum locus ipse propter ejus ineptitudinem non sit habitationi earum accommodus; ac propter hoc affectantes ad locum de *Rosendale* juxta Villam *Ipream* [m] ejusdem Diœcesis sibi ad hoc ex charitate collatum, ubi aptius, & commodius Divinis possint vacare obsequiis, se transferre; & illic Monasterium construere incœpissent; tu ad instantiam . . . Præpositi & Capituli Sancti Martini *Ipren.* Ordinis S. Augustini dictæ

se de loco primo inepto ad aptiorem transferentium.

(a) Prædicatorum, et minorum Ordinum Fratribus: Quorum destinationes partim in iisdem Annal. Eccles., & partim in Annal. dictorum Ordinum, eorumque Bullariis enarrantur.

(b) Quibusdam Episcopis: Ut ex litteris *Qui justis causis &c.* ab hoc Pontifice anno 1256. die 21. Augusti Episcopis *Culmensi*, & *Curoniensi*, aliisque ad alios variis temporibus datis.

(c) Addit Raynaldus ad hunc annum n.28. ex epistola 35. lib. 7. Regesti Vatic. Pontificem sanxisse, ut terrarum *Curoniæ*, & Curlandiæ Equites Teutonici partes duas, tertia *Episcopo* O. M. reservata, obtinerent; quod etiam antea per Innocentium IV. ordinatum fuerat.

(d) Ita testantur PP. Maurini in nova Gallia Christiana tom. 6. col. 422., ubi de hoc Monasterio verba faciunt, & privilegii Pontificii fragmentum referunt.

(e) Biterren.: Vulgo *Beziers* urbs est Occitaniæ Inferioris dicta etiam *Bitera*, aliisque modis Episcopali dignitate ornata sub Narbonensi Archiepiscopo ad fluvium Orobium vix duabus leucis a Mari mediterraneo, & tribus ab Agatha in occasum, Monteque Pesulano in ortum distans, elegans autem, & culta: Ubi quandonam, & a quibus fundatum fuerit hoc Monasterium, incompertum; falsum quidem est, quod tradit Gonzaga apud Waddingum ad annum 1280. num. 10. al. 15., videlicet eo anno 1280. initium habuisse; cum laudati Maurini referant extare diploma *Raymundi II.* Biterren. Episcopi, quo pridie nonas Octobris anno 1259. confirmat locum hunc Clarissis, & exemptione communit, præter hoc Pontificium diploma.

(f) Praesidium &c.: Vide *Bullam* hujus Pontificis an. 1255. die 30. Aprilis pro Monasterio S. Catharinæ Genuen.

(g) Permaneant &c.: Cætera ut in similibus Privilegiis, quæ plurima sunt, dempta Episcopali exemptione.

(h) Laterani: Ita referunt cit. Maurini, cum tamen ab initio hujus anni usque ad totum Julii mensem deprehendatur Pontifex mansisse *Anagniæ* ex ejus litteris, nec nisi sub anni finem Romam se contulisse; quare errore creditur amanuensis vel in anno, vel in loco.

(i) Ven. Fratri . . : *Radulpho* ex epistolis 484. & 485. superius allatis.

(k) Episcopo Morinen.: In Belgio, ut in no. (l) ad dictam epistolam 484.

(l) Monasterii de Longmarche: Adeatur epistola 407. *Cum sicut ex parte &c.* anno 1258. die 20. Februarii scripta, & ibi relata, & epistola 541. *Devotionis vestra &c.*, ubi locus dicitur *juxta Ipram*.

(m) Juxta Villam Ipream: Vulgo *Ipri* in Belgio, quæ nunc illustris Civitas est, & Episcopatus Archiepiscopo Mechlinensi subjectus.

dictæ Diœcesis, qui locum ipsum de *Rosendale* in Parochia Ecclesiæ suæ [a] consistere asserunt, *excommunicationis, suspensionis*, & *interdicti* sententias auctoritate propria promulgasti; propter quod pro parte ipsarum fuit ad nostram audientiam appellatum. Quocirca mandamus, quatenus, sententiis hujusmodi juxta formam Ecclesiæ sine difficultate qualibet relaxatis, eisdem Abbatissæ & Conventui transferendi se ad locum ipsum; ibique Monasterium, prout utilitati earum competit, construendi sine juris præjudicio alicujus, non obstante aliqua Sedis Apostolicæ indulgentia, concedas liberam facultatem; & super iis, & aliis eas prosequaris favore gratiæ specialis. Primarium lapidem ad opus Ecclesiæ, quam in eodem loco de *Rosendale* ædificare disponunt, benedicas, & ponas, cum ab eis fueris requisitus.

Quas ob id Morinen. Episcopus censuris Ecclef. illegat.

Appellantibus illis, Pontifex mandat ut supra,

obstanti derogando,

Et primi lapidis in constructione Ecclesiæ positionem injungendam.

Datum Anagniæ iv. Kal. Martii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ut Inquisitoribus hæret. pravit. tradantur omnes scripturæ ad eorum officium spectantes, quo in officio eis plures facultates concedit. (Ex Nostris Assisiati S. Francisci, Venetoque Archivis apud Pegnam in calce Directorii Inquisit., Waddingum in Annal. Min. n.3., & in Bullario Romano tom. 1. Bul. 18. al. tom. 3. Bul. 52.)

DXXXVIII.
Anno 1260. die 4. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Fratribus de Ordine Min. Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in administratione* S. Francisci [b] *Sal., & Apost. Benedictionem.*

Causa hujus Constitutionis.

CUPIENTES, ut *Inquisitionis* negotium contra hæreticam pravitatem sollicitudini nostræ commissum ad Dei gloriam, & augmentum *Fidei* Catholicæ in vestris manibus feliciter prosperetur, compellendi appellatione remota per censuram Ecclesiasticam per vos, vel per alios, quos ad hoc idoneos vos, vel alter vestrum duxeritis eligendos, omnes illos, qui scripta, vel Instrumenta *Inquisitionis*, vel ad ejus officium pertinentia per quoscumque hactenus facta, ac etiam facienda contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, seu defensores eorum habent, vel habuerint; ut ea sine cujuslibet difficultatis, seu dilationis dispendio vobis, vel alteri vestrum exhibeant: nec non absolvendi a sententia *excommunicationis* omnes illos, qui demissa hæreticorum perfidia ad unitatem Catholicæ Fidei libere, ac humiliter redire voluerint; & credentes, receptatores, fautores, ac defensores eorum; ac etiam reconciliandi eos Ecclesiæ, a qua noscuntur diabolica suggestione præcisi; convocandique Clerum, & populum Civitatum, Castrorum, aliorumque locorum contra tales; itaut in ferendis sententiis contra ipsos possitis peritos, & discretos, prout expedierit, advocare. Dandi quoque omnibus accedentibus ad vocationem hujusmodi auctoritate nostra quadraginta dierum *Indulgentiam*. Procedendi etiam contra illos, quos in dicta Provincia commisisse constiterit; licet ad alias partes se duxerint transferendos: nec non ut in eodem negotio summarie absque Judiciorum, & Advocatorum strepitu procedere valeatis, auctoritate præsentium vobis, & cuilibet vestrum concedimus facultatem; Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus, si aliquibus sit indultum ab eadem Sede, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, nisi plenam & expressam, vel de verbo ad verbum fecerint mentionem; & constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali [c].

Facultas compellendi ad danda scripta omnia Inquisit. munus attinentia.

Alia facultates dantur Inquisitoribus, absolvendi ab excommunicatione,

reconciliandi Ecclesiæ,

convocandi Clerum, & populum,

Dandi Indulgentias,

Procedendi contra eos, qui alio se transferunt.

Derogando indultis Apostol. &c.

Datum Anagniæ iv. Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Sexto [d].

Præcipit sub pœna pecuniaria, ut assistant Rectori Patrimonii B. Petri in Tuscia ad reducendos Fratres de Ecclesia, & loco S. Angeli Horten. *exclusos, usque ad defendendum reductos.* (Ex Autographo nostri Conven. S. Francisci Hortanæ Civitatis.)

(a) In Parochia Ecclesiæ suæ: In cit. epistola 541. infra legenda dicitur *in Parochia S. Joannis supra plateam de Longe marke*.
(b) In administratione B. Francisci: Idest in Provincia Umbriæ, & ultra.
(c) In Concilio generali Lateranensi IV. anno 1215. celebrato sub Innocentio III cap. 37.
(d) Extat & in Bullario Ord. Prædicator. tom. 1. Bul. 277. dat. hoc anno die 9. Octobris Inquisitoribus *Lombardiæ*, & *Marchiæ Januensis*: estque notandum etiam, quod ex hac Constitutione non mediocriter illustratur c. *Ut commissi* tit. *De Hæreticis* lib. 6., & alia juris de Hæreticis loca ex cit. Waddingo, & Pegna, qui addit, hanc extare etiam Bononiæ in Archivo Inquisitionis Dominicanis transmissam, sed pro Franciscanis esse copiosiorem.

Alexander PP. IV. An.Ch.1260.

DXXXIX.

Anno 1260. die 5. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis . . . Potestati Consilio, & Communi Ortar. [a] *Sal., & Apost. Benedictionem.*

a Fratrum delatio, factique expositio.

SUA nobis dilecti filii . . . Minister, & Fratres *Ortar.* Ordiois Minorum petitiooe monstrarunt, quod Venerabi-
b lis Frater noster . . . Episcopus *Ortanus* [b] considerans, quod in loco, in quo habitabant, propter frequentem inundatiooem Tyberis commode morari non poterant, eis Ecclesiam *Sancti Theodori* Ortar. cum domibus, Claustro, quodam orto, juribus, & pertinentiis sibi cohærentibus ordinaria auctoritate concessit; Nosque concessionem hujusmodi
c duximus confirmandam [c]. Cumque postmodum prædicti Minister, & Fratres Ecclesiam ipsam, domos, Claustrum, & Ortum prædicta duxerint resignare; & renuntiaverint juri, quod ipsis in eis fuerat acquisitum; idem Episcopus Ecclesiam *Sancti Angeli* cum domibus, Claustro, quodam orto, juribus, & pertinentiis suis eis cohærentibus, ubi commodius manere possunt; prout spectabat ad eum; pia, & provida liberalitate coocessit eisdem, eam ab omni jurisdictione Episcopali penitus eximendo; prout in
d patentibus litteris suis [d] confectis exinde, ac ipsius sigillo signatis plenius dicitur contineri. Nosque ipsorum supplicationibus inclinati, quod super renunciatione hujusmodi, & concessione facta eis de dicta Ecclesia *S. Angeli*, domibus, Claustro, Orto, juribus, & pertinentiis prædictis pie, ac provide factum extitit, ratum, & firmum habentes id auctoritate Apostolica duximus con-
e firmandum [e]; defectum, qui fuit in concessione prædictæ Ecclesiæ *Sancti Angeli* ex eo, quod ad id consensus Ortani Capituli noo accessit, suppleotes de Apostolicæ plenitudine potestatis. Et licet idem Episcopus dictos Ministrum, & Fratres in corporalem possessionem dictæ Ecclesiæ *Sancti Angeli*, ac Orti, jurium, & pertineutiarum prædictorum ioduxerit [f]; ipsique aliquandiu fuissent io illa; tamen iidem propter quorumdam malorum hominum minas [g], & terrores dictam Ecclesiam *Sancti Angeli* cum Orto, juribus, & pertinentiis prædictis relinquere sunt coacti. Quare prædicti Minister, & Fratres ad nostram prudentiam [h] recurrentes nobis humiliter supplicarunt, ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus: unde dilecto filio Magistro *Raynerio de Viterbio* Capellano nostro Patrimonii Beati Petri in Tuscia *Rectori* damus Nostris litteris [i] in mandatis, ut dictos Ministrum, & Fratres in corporalem possessionem prædictæ Ecclesiæ *Sancti Angeli*, & Orti, jurium, & pertinentiarum ejus per se, vel per alium reducat, & defendat reductos: Contradictores spiritualiter, & temporaliter, appellatione postposita, compescendo; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Quocirca Universitatem vestram rogamus, & hortamur attente, sub pœoa mille Marcarum argenti [k], per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus eidem *Rectori* ad hoc, quoties ab eo fueritis requisiti, impendentes consilium, auxilium, & favorem, non permittatis dictos Ministrum, & *Fratres* super hoc, quantum in vobis fuerit, ab aliquibus molestari. Preces autem, & præceptum nostrum taliter adimplere curetis, quod prædicti Minister, & *Fratres* fulti vestro præsidio in eadem Ecclesia possint in quiete animi Domioo famulari; Nosque devotionem vestram possimus exinde merito commendare.

f g Fratres locum relinquere coacti.

h Rector Patrimonii B. Petri in Tuscia delegatur ad reducendos Fratres. i

Rogat Pontifex, ac præcipit sub pœna, ut supra. k

Datum Anagniæ II. Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Acta

(a) ORTANUM: Urbis Hetruriæ, ac Patrimonii S. Petri in Colle prope Tyberim fluvium, ubi recipit Netam amnem, Episcopalis Civitatis Castellanæ unitæ, unique Romano Pontifici subjectæ.

(b) EPISCOPUS ORTANUS: *Fr. Petrus de Peplelo*, de quo in notis ad litteras *Ex tenore* hujus Pontificis dat. anno 1259. die 4. Decembris.

(c) CONFIRMANDAM: Cujus Confirmationis litteræ desiderantur.

(d) IN PATENTIBUS LITTERIS SUIS: Anno 1259. die 19. Augusti confectis, & in prædicta Pontificia Bulla *Ex tenore &c.* relatis.

(e) DUXIMUS CONFIRMANDUM: Quod factum est anno præcedenti die 4. Decembris litteris memoratis *Ex tenore &c.*

(f) INDUXERIT: Nempe eodem anno 1259. die 19. Augusti, vel paulopost.

(g) PROPTER QUORUMDAM MALORUM HOMINUM MINAS: Supple *Capituli* Ecclesiæ Hortanæ, ut creditur, eo quod consensum præstare noluit in Ecclesiæ S. Angeli concessione ab Episcopo Fratribus facta; quam tamen ædem hucusque nostri incolunt.

(h) PRUDENTIAM: Forsan leg. *Providentiam*.

(i) DAMUS NOSTRIS LITTERIS: Quæ quidem non habentur publicatæ.

(k) MILLE MARCARUM ARGENTI: Quarum valorem indicavi no. (p) ad epist. 549. Innocentii IV. *Ad extirpanda &c.* in 1. hujus Operis tomo p. 715.

Acta in Inquisitione contra haereticos a Fratre Paulo Nucerino Ord. Minorum confecta approbat, eidemque Fr. Paulo Tabellionatus officium confirmat. (Ex Autographo Assisiatis Archivi nostri Conventus S. Franc.)

DXL.

Anno 1260. die 8. Martii.

ALEXANDER &c.

Ad perpetuam rei memoriam.

Narratio facti.

Inquisitionis negotium contra respersos haeretica pravitate dilecto filio *Fratri Andreae* [a] de Ordine Minorum in Provincia *Beati Francisci* duximus committendum; qui, prout asserit, in *Spoletan.*, & *Narnien.* Civitatibus, & Dioecesibus contra infamatos, & suspectos de hujusmodi pravitate ad Inquisitionem procedens acta in Inquisitione hujusmodi habita conscribi fecit per dilectum filium Fr. *Paulum de Noceria* ejusdem Ord., cui *Tabellionatus* officium concessum erat ante Religionis ingressum. Nos igitur ipsius *Inquisitoris* supplicationibus inclinati actis hujusmodi, prout confecta sunt cum diligentia, & cautela; non obstante, quod idem Fr. Paulus est Religiosus, & in sacris Ordinibus constitutus, adhiberi volumus firmam fidem; & eidem Fr. *Paulo* praesentium auctoritate concedimus, ut quantum ad Inquisitionis praedictae dumtaxat articulum ad mandatum *Inquisitorum* pravitatis ejusdem praedictum *Tabellionatus* officium valeat exercere [b].

Acta contra haereticos scribuntur a Notario Minorita.

Causa approbationis Pontificiae cum derogatione &c.

& confirmationis Notarii.

Datum Anagniae VIII. Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ut iisdem privilegiis, & indulgentiis, quibus fruebantur in alio Monasterio, uti possint & in isto. (Ex Reges. Vatic. ep. 32. apud Waddingum in Reges. Pontif. n. 72.)

DXLI.

Anno 1260. die 9. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissae & Conventui Monasterii Monialium S. Clarae de Longe March. [c] *juxta* Ipram *Morinen. Dioecesis Ord. S. Damiani Sal., & Apost. Benedictionem.*

Exordium.

Devotionis vestrae meretur honestas [d], ut desideriis vestris favorem benevolum praebeamus. Sane ex serie vestrae petitionis accepimus, quod vos dimisso loco de *Longe Marke*, ubi vobis minus ibi apte degentibus sanctae conversationis vestrae otium contingebat saepius ex multis incommodis interrumpi; apud *Rosendale* supra plateam de *Longe Marke* in Parochia Sancti Joannis Morinen. dioecesis elegistis accommodam mansionem, procurantes id postmodum per nostras litteras confirmari. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, ut privilegiis, indulgentiis, & litteris vobis ab Apostolica Sede concessis, quibus hactenus usae fuistis, dum in praetacto loco de *Longe Marke* morabamini, deinceps in praetacto loco de *Rosendale* libere uti possitis, auctoritate vobis praesentium indulgemus. Nulli ergo &c. nostrae concessionis &c. Si quis autem &c.

Monialium petitionis series.

Indulget Pontifex, ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniae VII. Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ut Inquisitori haer. prav. in Provincia Romana, ejusque sociis provideant de securo conductu de loco ad locum sub poena excommunicationis. (Ex Assisiati Archivo Conventus S. Francisci apud Peonam ad calcem Directorii Inquisit., & Waduingum in Annal. Min. ad hunc annum num. 4., atque in *Bul.* Romano to. 1. Bul. 19. al. to. 3. Bul. 53.)

DXLII.

Anno 1260. die 13. Martij.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Archipresbyteris, Praepositis, Plebanis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, & Clericis Religiosis, & saecularibus, tam exemptis, quam non exemptis per Provinciam Romanam, *quae continet* Urbem *cum suo districtu*, Patrimonium *B. Petri in Tuscia*, Sabinam, Reate *cum sua Dioe.*, Marsiam [e], Campaniam, *&* Maritimam, *constitutis Sal., & Apost. Bened.*

Haeresis extirpandae causa.

Ad extirpandam de partibus vestris haereticam pravitatem totis affectibus

(a) Fratri Andreae: De quo in pluribus aliis praecedentibus hujus Pontificis epistolis, ut in 49a. *Cordi nobis est &c.* anno praecedente.

(b) Iam antea Pontifex Ministro Provinciae Sancti Francisci commiserat, ut ex Fratribus ei subditis quinque vel sex seligeret, qui *Tabellionatus* officio in Inquisitione contra haereticos fungerentur per litteras *Cordi nobis est &c.* anno superiori die 12. Junii scriptas; sed forsan *Fr. Paulus* Nucerinus ante has litteras acta contra haereticos confecerat.

(c) S. Clarae de Longe March.: De quo Monasterio tunc sub titulo *S. Mariae de Longe Marche* actum est supra ad litteras hujus Pontificis *Cum sicut ex parte &c.* dat. anno 1258. die 20. Februar., quae consuli possunt pro notis ad has etiam attinentibus.

(d) Meretur honestas: Ita incipit codex apud Waddingum; sed codex Vaticanus rectius habet *Devotionis vestrae meretur honestas &c.*

(e) Marsiam: Ita apud Waddingum, sed apud Pegnam, & Bullarium Romanum haec dictio abest; habetur tamen in aliis *Bullis* hoc anno, ac mense dieb. 29. 30., & 31. incip. *Dum ad studium &c.*

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1260.

Inquisitor instituitur Fr. Andreas O. Mi.

a

ctibus intendentes Inquisitionem faciendam in illis partibus contra resperfos hujusmodi pravitate dilecto filio *Fratri Andreæ* de Ordine Minorum [a] duximus committendum. Ut igitur idem *Frater* vestro fultus præsidio in commisso sibi negotio Inquisitionis Deo propitio valeat prosperari; Universitatem vestram rogamus, & hortamur attente, & in virtute obedientiæ, ac sub pœna *excommunicationis* per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus vos universi, & singuli dicto *Fratri Andreæ*, & sociis ejus de securo conductu, quotiescumque vos super hoc duxerint requirendos, liberaliter, ac sine dilatione de loco ad locum providere curetis; preces nostras, & præceptum taliter impleturi, ut pateat per effectum operis, quod sitis orthodoxæ Fidei zelatores; Nosque devotionem vestram possimus exinde merito commendare.

quem supradictis commendar, & præcipit sub pœna &c.

Datum Anagniæ Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno Sexto [b].

b

Super eadem re. (Ex eisdem.)

DXLIII. Anno 1260. die 15. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis nobilibus viris Baronibus, Castellanis, Potestatibus, Capitaneis, Rectoribus, Antianis, Prioribus, & eorum Officialibus, nec non Communitatibus Civitatum, Castrorum, & Locorum Provinciæ Romanæ, *quæ continet* Urbem *cum suo districtu, Patrimonium B. Petri in* Tuscia, Sabinam, Reate *cum sua Diœcesi*, Marsiam, Campaniam, & Maritimam, *ad quos litteræ istæ pervenerint, Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

AD extirpandam de partibus vestris hæreticam pravitatem &c. [c] Universitatem vestram rogamus, & hortamur

c

A attente sub pœna *excommunicationis*, ac mille *Marcharum* argenti per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus vos &c. [d]

d

Datum &c. *ut supra*.

Ut Fr. Andreæ, ejusque Collegis hæreticæ pravitatis Inquisitoribus assistant auxilio per se, & suos contra hæreticos, eorumque fautores, & specialiter contra Capellum de Chia, ejusque familiam. (Ex AUTOGRAPHO Assisiati Archivi nostri Conven. S. Franc.)

B

ALEXANDER &c.

DXLIV. Anno 1260. die 29. Martii.

e

Dilectis filiis … Potestati, Capitaneo, Consilio, & Communi Viterbien. [e] *Fidelibus nostris Sal., & Apost. Bened.*

DUM ad studium sollicitudinis, & diligentiæ &c. [f]

f

Datum Anagniæ IV. Kalend. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

C

In eumdem modum: *Potestati, Capitaneo, Consilio, & Communi* SUTRIN. [g] *Datum Anagniæ* II. *Kal. Aprilis, Pontificatus Anno Sexto*.

DXLV. Anno 1260. die 30. Martii.

g

In eumdem modum *Potestati, Capitaneo, & Communi* CASTREN. [h] *Datum*, ut supra.

DXLVI. Anno 1260. die 30. Martii.

h

In eumdem modum: *Nobili viro* PRÆFECTO URBIS [i]. *Datum* ut supra.

DXLVII. Anno 1260. die 30. Martii.

i

D

In eumdem modum: *Potestati, Capitaneo, Consilio, & Communi* URBEVETANIS [k] *Datum Anagniæ* II. *Kal. Aprilis Pont. An. VI.*

DXLVIII. Anno 1260. die 31. Martii.

k

Ut Fr. Andreæ, ejusque Collegis hæreticæ pravitatis Inquisitoribus adsint, & assistant auxilio per se, & suos contra hæreticos, & fautores eorum, & specialiter contra Capellum de Chia, *ejusque familiam, & ditionem*. (Ex EODEM ARCHIVO Assisiati Conventus S. Francisci apud PEGNAM in calce Directorii Inquisit., & WADDINGUM in Annal Min. num. 5.)

E

ALE-

(a) FRATRI ANDREÆ DE ORDINE MINORUM: De quo Auctor libri, cui titulus *Collis Paradisi* lib. 2 pag. 15.

(b) IDIBUS MARTII PONTIF. ANNO SEXTO: In Archivo Aracælit. extare dat. II. *Kal. Martii anno VII.*, teste Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph. sub an. 1261. num. 10., sed al a videtur.

(c) PRAVITATEM &c.: Ut in præcedenti *Bulla* Episcopis, Abbatibus &c. missa usque *valeat prosperari*.

(d) QUATENUS vos &c.: Ut in supradicta *Bulla* usque in finem.

(e) VITERBIEN: Quæ Civitas caput asseritur Provinciæ Patrimonii B. Petri in Tuscia.

(f) ET DILIGENTIÆ &c. Adeantur litteræ hujusmodi datæ Episcopis, Abbatibus, aliisque personis Ecclesiasticis *Provincia Romana*, aliæque *Tuscanensi* populo hoc anno die 31. Martii scriptæ.

(g) SUTRIN.: Urbs est Patrimonii S. Petri 5. circiter mill. a Nepeta, cui Episcopatui unita fuit, 3. a Capranica, & 25. ab urbe Roma distans.

(h) CASTREN.: Olim Civitas Episcopalis Hetruriæ Romanæ inter Soanam, Tuscaniam, & Mare Tyrrhenum, nunc diruta, cujus Episcopalis Sedes anno 1646. ad *Aquam pendentem* translata fuit.

(i) PRÆFECTO URBIS: Nempe Romæ, cujus Senatus in terras Provinciæ Romanæ, Patrimoniique S. Petri jus quoddam exercebat.

(k) URBEVETAN.: Inter Viterbium, & Perusium, agrumque Senensem 52. mill. p. a Roma distante.

DXLIX. Anno 1260. die 31. Martii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus universis Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archipresbyteris, Præpositis, Capitulis, & Conventibus, cæterisque personis Ecclesiasticis Sæcularibus, & Regularibus per Romanam Provinciam *constitutis Salutem, & Apost. Benedictionem.*

Pontificis attentio.

DUM ad studium sollicitudinis, & diligentiæ, quod dilectus filius *Frater Andreas* de Ordine Minorum Inquisitor hæreticæ pravitatis in administratione *Beati Francisci* [a] in negotio *Fidei*, cujus executionem in Terris ejusdem administrationis sibi commisimus, adhibuisse dignoscitur, aciem mentis nostræ convertimus; dum salutis fructum, quem ejusdem Religio *Fidei* ex suis laboribus reportavit, solicita meditatione pensamus, vitare non possumus, quin ipsum utpote virum in talibus jam experimento probatum in similium commissione gravemus, firma credulitate tenentes, quod ea, quæ sibi committimus, prospere, ac salubriter suæ circumspectionis industria dirigantur. De sua igitur providentia, ac maturitate obtinentes certitudinem pleniorem, hujusmodi *Fidei* negocium sibi, & quibusdam aliis Fratribus sui Ordinis [b] in *Romana Provincia* [c], in qua utique *Urbs* [d], *Patrimonium* Beati Petri in Tuscia [e], *Sabina* [f], Civitas, & Diœcesis *Reatina*, *Romania* [g], *Marsia* [h], *Campania* [i], & *Maritima* [k] includi noscuntur; confidenter, & plenarie duximus committendum. Ideoque Universitati vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum nihilominus injungentes, quatenus eidem *Fratri Andreæ*, ejusque Collegis opportuni favoris præsidio assistentes omne, quodcumque potestis, studeatis eis per vos, consanguineos, subditos, & devotos vestros consilium, & auxilium exhibere contra hæreticos, credentes, complices, fautores, defensores, & receptatores, & terras eorum; & specialiter contra *Capellum de Chia* [l], uxorem, & filios, ac terram ipsius, quoties ab eodem Fratre *Andrea*, ejusque Collegis super hoc fueritis requisiti; ita quod ex hoc evidenter appareat, quod estis fervidi Catholicæ Fidei zelatores, ac exinde a Deo præmium mereamini; dictæque Sedis favorem, & gratiam vobis uberius acquiratis.

Fr. Andreas laudatur.

Confirmatur Inquisitor hær. prav. in Provincia Romana.

Mandat Pontifex, ut supra.

Datum, *ut supra*.

Super eadem re. (Ex iisdem.)

DL. Anno 1260. die 31. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. Potestati, .. Capitaneo, Consilio, & Communi Tuscanen. [m] *fidelibus nostris Sal., & Apost. Bened.*

DUM ad studium sollicitudinis &c. [n] Ideoque Universitati vestræ per Apostolica scripta sub debito fidelitatis, quo Ecclesiæ Romanæ tenemini, & *excommunicationis* pœna districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum nihilominus injungentes, quatenus eidem *Fratri A.*, ejusque Collegis opportuni favoris præsidio assistentes omne, quodcumque potestis, studeatis eis consilium, & auxilium exhibere [o]. Exercitum contra hæreticos, credentes, complices, fautores, defensores, & receptatores eorum, & specialiter contra Capellum de Chia [p], uxorem,

(a) In administratione B. Francisci: Idest in Provincia Umbriæ, Valle Spoletana, & ultra.
(b) Et quibusdam aliis Fratribus sui Ordinis: Quorum duo Fr. *Gentilis*, & Fr. *Bartholomæus* memorantur in aliis litteris hujus Pontificis hoc anno die 24. Septembris datis eisdem.
(c) In Romana Provincia: Translatus est igitur Fr. *Andreas* de Provincia S. Francisci ad Romanam in Inquisitionis officio.
(d) Urbs: Nempe Roma cum suo territorio.
(e) Patrimonium B. Petri in Tuscia: In qua sunt Viterbium, Urbsvetus, Balneoregium, Cornetum, Tuscanla, Mons Flasconis, Vulsinium, Nepis, Sutrium, Horta &c.
(f) Sabina: Ubi Manliana &c.
(g) Romania: Ubi Tybur, Farfa &c.
(h) Marsia: Quæ & *Valeria* olim dicta fuit, nunc pars est Aprutii ulterioris, ubi lacus Fucinus vulgo *Celano*.
(i) Campania: Cujus Urbes sunt Anagnia, Alatrium, Ferentinum &c.
(k) Maritima: In qua sunt Albanum, Velitræ, Privernum, Terracina &c.
(l) De Chia: Ubinam sit iste locus, dicetur in no. (p) ad sequentem epistolam.
(m) Tuscanen.: Nunc vulgo *Toscanella*.
(n) Sollicitudinis &c.: Vide præcedentem *Bullam* de hac re, & notas ad eam usque ad illa *Duximus committendum*.
(o) Exhibere: Consulatur Concilium Biterren. cap. 23.
(p) Contra Capellum de Chia: *Castrum Kie* extabat in Diœcesi Hortensi ex binis Bonifacii VIII. Epistolis anno 1295., & 1298. Episcopis Horten. datis, & a Cl. Fontanino in Append. ad Antiquit. Hortan n. 22., & 24. vulgatis; & ex Abbate Lucentio in Append. ad Ughelli Ital. Sac. Episc. Hortan.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1260.

rem, & filios, ac terras ipsorum; quoties a dilecto filio Magistro *Raynerio* de Viterbio Capellano nostro, Rectore Patrimonii Beati Petri in Tuscia, cui super hoc efficaciter scribimus [a]; vel ab eodem *Fratre Andrea*, ejusve Collegis requisiti super hoc fueritis; congregando, & ad depopulationem, & exterminium terrarum hujusmodi hostiliter procedendo; ita quod ex hoc evidenter appareat, quod estis fervidi Catholicæ *Fidei* zelatores; ac exinde a Deo præmium mereamini, dictæque Sedis favorem, & gratiam vobis uberius acquiratis [b]

Datum, *ut supra* [c].

DLI. Anno 1260. die 1. Aprilis.

In eundem modum Nobili Viro Petro de Vico [d] fideli nostro. Dat. Anagniæ Kalendis Aprilis Pontificatus Nostri Anno Sexto, (Ex cit. ARCHIVO Assisati.)

Dirimit controversiam inter Romanum Clerum, & Rectores Rom. Fraternitatis exortam de honoris gradu in præferendis signis, deque stipendiis exigendis pro annua supplicatione in festo S. Marci procedendo ad Basilicam S. Petri. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epist. 116., ex Bullario ejusdem Basilicæ Vatic. tom. 1. pag. 140., & novo Bullario Romano to. 3. num. 54.)

DLII. Anno 1260. die 20. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Rectoribus Romanæ Fraternitatis [e], *& Clero* Urbis *Salutem, & Apostolicam Bened.*

Exordium.

JURGIA litium, quibus turbatur in Clero nonnunquam unanimitas Ecclesiasticæ unitatis, libenter Apostolicæ Sedis cura studiosa dissolvit &c. [f] Sane dudum inter vos ex parte una, & dilectos filios Archipresbyterum, & Capitulum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe ex altera super *Crucibus*, Insigniis, & vexillis portandis ad prædictam Basilicam in *Processione* [g], quæ in festo *Sancti Marci* fieri consuevit; & *denariis*, qui Ecclesiis, Monasteriis, & Cappellis ipsorum pro salario, quod *Presbyterium* [h] vulgariter dicitur, exhibentur, quæstione suborta; & super hoc &c. [i] provida deliberatione decernimus, & irrefragabili constitutione sancimus; ut *Canonici* tam seculares, quam Regulares, & Monachi omnium *Patriarchalium* [k] Ecclesiarum cum Crucibus, & aliis Insigniis consuetis; Ecclesiarum vero *Presbyterorum*, & *Diaconorum Cardinalium*, & Monasteriorum cum Crucibus propriis, & vexillis; *Archipresbyteralium* autem Ecclesiarum, *Prioratuum*, & *Cappellarum* exemptarum, & omnium aliarum, quæ *duodecim denarios* [l], vel plures pro hujusmodi salario recipiunt, cum propriis omnino Crucibus argenteis, aureis, vel aliis, quas habent; & cum vexillis, si habent, & portare consueverunt: *Clerici* quoque aliarum Capellarum, quarum singulæ tantum *octo denarios* pro eodem salario recipiunt, vel cum propriis Crucibus, & vexillis, vel cum alienis etiam, sicut fuit hactenus consuetum, induti vestimentis sericis, aut superpelliceis, sive *Cotis* [m] in eodem festo [n] vadant processionaliter annuatim ad Basilicam supradictam recepturi salarium, vel Presbyterium consuetum, quod eis per Canonicos ejusdem Basilicæ, & unum de familiaribus nostris volumus exhiberi. Alii autem *Monachi*, *Fra-*

(a) EFFICACITER SCRIBIMUS: Sed hæ litteræ non exhibentur, & forsan non amplius extant.
(b) ACQUIRATIS: Huc spectant etiam sequentia Rescripta *Licet universi Mundi &c.*, & *Ex insinuatione &c.*, ex quibus hæc lumen accipiunt, inquit supracitatus Pegna.
(c) Testatur cit. Pegna, se inspexisse sex Rescripta Pontif. eisdem verbis concepta eodem mense videlicet IV. III. II. Kalendis Aprilis edita, quorum hæc duo solum imprimenda censuisse scribit; unde sequentem, & alteram epistolas non vidit.
(d) DE VICO: Nobilissima, vetustissimaque Viterbiensis familia, ex qua quamplures Romanæ Urbis Præfecti prodierunt, ut vulgo audiret *Domus Præfectorum*.
(e) ROMANÆ FRATERNITATIS: Collegium insigne fuit a selectis viris, quibus animarum cura incumbebat, compositum; ejusque Præses *Cleri Camerarius* dicebatur Consiliariis, Procuratoribus, & Syndicis, amplissimaque auctoritate in his potissimum, quæ Clero observanda erant, deliberandis fulto, teste Canonico P. Moretto in Append. 2. ad Lucubrat. *De Presbyterio*.
(f) DISSOLVIT &c.: Ut in cit. Bullario.
(g) PROCESSIONE: Pro supplicatione procedentium ad sacras ædes.
(h) PRESBYTERIUM: Quod quam varie significet, exponitur in Glossario Lat. Fresnen. Domini Cangian., & nuperrime a memorato Canonico P. Moretto.
(i) SUPER HOC &c.: Adeatur *Bullarium* supra cit. Vaticanæ basilicæ, aut Romanum.
(k) PATRIARCHALIUM: *Parochialium* mendose legitur apud Raynaldum in Annal. Ecclas., qui partem hujus Constitutionis vulgavit ad hunc annum num. 13. ex lib. 6. epist. 256. Reges. Vatic.
(l) DENARIOS: Ita dictos, quod quilibet antiquitus pro X. assibus in solutionem cedebat; mox decrescente pecunia placuit *denarium* XVI. assibus permutari; *Assis* vero IV. nummulis, seu quadrantibus conflabatur, etsi modo Romæ V., & alibi VI., erat igitur *denarius*, qui nunc *Julius* circiter, aut *Paulus* appellatur in Italia.
(m) COTIS: Al. *Cottis* voce Gallica ab Italis etiam adoptata loco Superpellicei.
(n) IN EODEM FESTO: Nempe S. *Marci*.

Fratres Minores, *Prædicatores*, & *Eremitæ*, ac Religiosi alii cujuscumque Ordinis cum Crucibus in eodem festo processionaliter vadant ad Basilicam memoratam &c. [a] Quicumque vero fraude, seu malitia contra hujusmodi nostram Constitutionem venire, aut facere, seu ipsam violare præsumpserit, eo ipso sententiam *excommunicationis* incurrat, a qua noonisi per Romanum Pontificem, vel eum, cui hoc specialiter commiserit, absolvatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti, nostræque constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ xII. Kaleodas Maji, Pontificatus Nostri Anno Sexto [b].

DLIII. *Eodem modo, eodemque die scripsit* Archipresbytero, & Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, *mutatis tantum paucis pro ratione personarum*. (Ex eit. Reges. Vatic., & Bullario to. I. pag. 140., novoque Romano tom. 3. num. 55.)

Damnat omnes Hæreticorum sectas; & in eos, eorumque complices varias decernit pœnas instar Gregorii IX. (Ex Directorio Inquisitor. par. 2. Comment. 23. §. *Litteræ* x. *Apostolicæ &c.*)

DLIV. Anno 1260. die 25. Aprilis.

ALEXANDER &c.

Universis Christifidelibus Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Renovatio excommunicationis Hæreticorum.

Noverit Uoiversitas vestra, quod Nos ad instar fel. record. Gregorii Papæ prædecessoris nostri excommunicamus &c. [c]

Datum Anagniæ vII. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anoo Sexto [d].

Tom.II.

Ut per censuram Ecclef. cogant quosdam Ecclesiarum Rectores, ne sepulturam eligentibus apud FF. Min. Sacramenta Ecclef. denegent in extremis. (Ex Archivo Ordinis nostri Conventus Rom. SS. Apostolorum; & ex Speculo Minor. fol. 11. apud Auctorem Supplem. Annal. Waodinoi ad ann. 1260. num. 3. . ipsumque Waooinoum in Reges. Pontif. sub ann. 1261. n. 82., ac in Firmamentis trium Ord. par. 2. tract. 1. fol. 20.)

ALEXANDER &c.

DLV. Anno 1260. die 28. Aprilis.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Lombardiam, *&* Romandiolam *constitutis Sal., & Ap. Ben.*

Dilecti filii.. Minister [e], & FF. Minores administratioois *Bononien.* [f] Nobis significare curarunt, quod nonnulli Prælati, Rectores, & alii Ecclesiarum, Civitatum, & Diœcesum administrationis ejusdem vobis subjecti Parochianis suis pro eo dumtaxat, quod apud dictos *Fratres* eligant sepulturam, in extremis Ecclesiastica denegant Sacramenta in dictorum Parochianorum, & *Fratrum* animarum periculum, eorumdem Fratrum præjudicium, & scandalum plurimorum. Quare Nobis iidem Minister, & *Fratres* humiliter supplicarunt, ut providere super hoc paterna diligentia curaremus. Quocirca Universitati vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus Prælatos, Rectores, & alios prædictos, quod prætextu hujusmodi Parochianis eisdem Sacramenta non subtrahant supradicta, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam juxta officii vestri debitum appellatione remota cogatis. Alioquio Veoerabili Fratri nostro.. Archiepiscopo Ravennatensi [g], & dilecto filio *Matthæo de Piis* [h] Canonico Mutinen. damus nostris litteris [i] in mandatis; ut ipsi super hoc mao-

Fratrum delationis tenor.

& humilis supplicatio.

Mandat Pontifex ut supra,

delegationem allorum minatus,

(a) Memoratam &c.: Nimirum *S. Petri*, ut in præfatis Bullariis usque *Quicumque*.

(b) Decretum istud confirmavit Eugenius IV. anno 1439. die 18. Maji per litteras *Ad hæc nos Divina &c.*, quæ leguntur in prædicto *Bullario* Basilicæ Vaticanæ tom. 2. pag. 96.

(c) Excommunicamus &c.: Vide *Bullam* 1. Innocentii IV anno 1243. die 9. Julii editam, & ejus notas usque ad illa *Constiterit veritatis*, seu *Datum*.

(d) Epistolam hanc decretalem eodem exemplo ediderat jam Innocentius IV. initio sui Pontificatus anno 1243. 9. Julii, etsi vulgatam sub anno 1254., ut ibi adnotavimus: partem vero incip. *Quicumque tales præsumpserint Ecclef. tradere sepulturæ &c.* usque in finem legimus in 6. decr. lib. 5. tit. 2. de Hæreticis cap. 2. *Quicumque Hæreticos*.

(e) Minister: *Fr. Bonagratia* hoc tempore hanc Provinciam regebat, eoque anno, quo Philippus Fontana Archiepiscopus Ravennas Concilium Provinciale contra Tartaros coegit ex Salimbena Parmensi auctore æquali in Chronico Ms. p. 378., anno nimirum 1259. al. 1261. ex Hieronymo Rubeo Hist. Raven. lib. 7., & Waddingo ad annum 1259. num. 13.

(f) Administrationis Bononiensis: Scilicet Provinciæ Flaminiæ, al. Bononiæ.

(g) Archiepiscopo Ravennaten.: *Philippo Fontana* Ferrarien., de quo alias verba non semel fecimus.

(h) Matthæo de Piis: Familia perillustri, qui postmodum fuit suæ patriæ Episcopus, & de quo etiam alibi locuti sumus.

(i) Damus nostris litteris: Quæ tamen adhuc latent, aut amissæ sunt.

ALEXANDER PP.IV. An. Ch. 1260.

darum Apostolicum exequentes, eosdem Praelatos, Rectores, & alios a praesumptione ejusmodi, monitione praemissa, per censuram eamdem sublato appellationis impedimento compescant. Non obstante, si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras dictae Sedis non facientes plenam, & expressam de Indulto hujusmodi mentionem; sive quavis alia ejusdem Sedis indulgentia, per quam id impediri valeat, vel differri; seu constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.[a]

& derogando indultis Apostol.

Datum Anagniae iv. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Sexto[b].

Confirmat donationem loci S. Facundi Fratribus Minor. ab Abbate S. Facundi factam. (Ex Reges. Vatic. epist. 44. apud Waddingum in Regesto Pontif. num. 74.)

DLVI.

Anno 1260. die 30. April.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis.. Provinciali Castellae, .. *Custodi, & .. Guardiano, ac Fratribus de* S. Facundo[c] *Ord. FF. Minor. Legionen. Dioecesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Petitio Fratrum tenor, & relatio

PEtitio vestra Nobis exhibita continebat, quod dilectus filius Nicolaus Abbas Monasterii *S. Facundi*[d] ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Legionen. Dioecesis locum, in quo vos filii Guardianus, & Fratres moramini, situm ad portam S. Petri extra muros Villae suae de S. Facundo; sicut olim limitatus fuit, & postmodum muris est circumdatus, cum fontibus, aquaeductibus per agrum ipsius Monasterii derivatis, ac omnibus utilitatibus, & pertinentiis suis vobis, & Ordini vestro contulit, & donavit; concedens vobis, ut in eodem loco Ecclesiam in *B. Francisci* honorem construatis, & habeatis *Coemeterium* juxta eam; ac in eodem loco utamini Privilegiis, Indulgentiis, libertatibus, & immunitatibus vobis, & eidem Ordini vestro ab Apostolica Sede concessis, & in posterum concedendis; prout in litteris inde confectis, sigillatis sigillo ejusdem Abbatis plenius continetur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem Abbate factum est, ratum, & firmum habentes, ac defectum, qui in hoc tam ex eo, quod Conventus praedicti Monasterii ad id non intervenerit assensus, nec fuit etiam requisitus, quam a quacumque alia causa extitit, supplentes de Apostolicae plenitudine potestatis, id auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripti privilegio communimus; & ad majorem vestri cautelam nominatum locum, cum aliis supradictis de simili potestatis plenitudine deputamus vestris, vestrorumque Successorum usibus; vobisque illum conferimus, & donamus, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum inseri facientes. Ut igitur idem tenor rei, seu facti certitudinem faciat sic insertus, Apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eamque vim, & rigorem habeat, & retineat, quem habent praedictae litterae ipsius Abbatis roboratae sigillo; & eadem sibi fides adhibeatur, quae ipsis litteris adhiberetur; ac sive in judicio, sive alibi fuerit exhibitus, & ostensus, stetur ei; sicut eisdem staretur litteris, si forent exhibitae, vel ostensae; ac plenam, & firmam fidem faciat, etiamsi dictae litterae non exhiberentur, nec apparerent, nec etiam haberentur. Tenor vero praetactus talis est.

de loco apud S. Facundum eis ab loci Abbate concesso.

Pontifex supplet defectum assensus Monasterii,

& confirmat, ut supra.

„ Nicolaus Dei gratia Abbas Sancti „ Facundi ad Romanam Ecclesiam nullo „ medio pertinentis, Ordinis S. Bene- „ dicti Legionensis Dioecesis Religiosis „ viris, & in Christo dilectis... Mini- „ stro Provinciali Castellae, Custodi, „ Guar-

Litterae Abbatis S. Facundi.

(a) In Concilio generali Lateranensi IV. anno 1215. sub Innocentio III. habito cap. 37.

(b) Apud Speculum Minor., ex quo & Waddingus, & Auctor Supplementi supradicti exscripsit, hoc rescriptum extat varie mutilatum, & depravatum; Waddingus enim habet *Datum iii. Aprilis Pontific. anno vii.*, quod est anno 1261., in Annal. ad ann. 1261. num. 23. habet iii. *Idus Aprilis*, Auctor vero Supplementi sine ulla temporis nota, ut & Rodericus in *Bullario* Regularium to. 1. Bul. 27. Alex. IV., & auctor Firmamentorum trium Ord., Petrus autem de Alva in Indic. Bullarii Seraph. par. 2. alt: *Dat. iv. Kal. Maji*, sed perperam scribit incipere *Minister*, & ad *Parochianos* directum.

(c) Fratribus de S. Facundo: De quo loco dictum ad litteras hujus Pontificis *Quelibet sacra Religio &c.*, & *Merita vestra sacra Religionis &c.* dat. anno 1257. die 7. S., & 31. Octobr., & eo loco relatae.

(d) Monasterii S. Facundi: In Annal. Benedict. Mabillonius lib. 43. ad annum 931. num. 28. meminit Monasterii *S. Facundi Sagantin.*, & lib. 49. ad annum 986. num. 89. vocat SS. Facundi, & Primitivi, atque Thyrsii siti in loco dicto *Domnos Sanctos*, ut & lib. 51. ad annum 1000. num. 131.

A „ Guardiano, & Fratribus de Ordine „ Minorum in Villa nostra de S. Facun„ do morantibus tam præsentibus, quam „ futuris salutem in Domino sempiter„ nam. Sanctissimi Patris Domini Alexandri Papæ Quarti precibus, moni„ ris, & præceptis, ac obtentu vestræ „ sacræ Religionis inducimur, ut vos, „ & Ordinem vestrum favore specialis „ devotionis, & gratiæ prosequamur. „ Hinc est, quod ob dicti Domini, & „ vestri Ordinis reverentiam locum, B „ in quo nunc moramini, situm ad por„ tam *S. Petri* extra muros Villæ nostræ „ de *S. Facundo*, sicut olim limitatus, „ & postmodum vestro studio est muris „ circumdatus, cum fontibus, aquædu„ ctibus per agrum nostri Monasterii de„ rivatis, ac omnibus utilitatibus, & „ pertinentiis eorumdem vobis, atque „ Ordini vestro conferimus, & dona„ mus, concedentes vobis, ut in præ„ tacto loco Ecclesiam in honorem *Bea*„ *ti Francisci* construatis, C & habeatis „ *Cæmeterium* juxta eam, & in eodem „ loco utamini privilegiis, indulgentiis, „ libertatibus, & immunitatibus vobis, „ & dicto Ordini vestro ab Apostolica „ Sede concessis, & in posterum conce„ dendis. Et ut præmissa gaudeant per„ petua firmitate, præsentes literas no„ stro sigillo fecimus communiri. Da„ tum Anagniæ XIV. Kal. Maji, Ponti„ ficatus Domini Alexandri Papę IV. D „ Anno Sexto. “ Nulli ergo &c. nostræ confirmationis, suppletionis, deputationis, collationis, donationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Anno 1260. die 18. Aprilis.

Clausula Pontificis prohib. &c.

Datum Anagnię II. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

ALEXANDER &c.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1260.

DLVII.

Anno 1260. die 10. Maji.

a b c

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monialium inclusarum Monasterii S. Arentii [a] de Frusinone [b] *Ord. S. Damiani Verulan. Diœcesis* [c] *Salutem, & Apostolicam Benedict.*

Exordium.

Devotionis augmentum vobis Deo propitio provenire confidimus, si super iis, quæ digne cupitis, Nos vobis invenisse promptos ad gratiam gaudeatis. Lecta siquidem Nobis vestra petitio continebat, quod Nicolaus dictus Capor, & Joannes Runolus, & Ginna Uxor ejus de *Castro Frusinon.* laici se, ac possessiones, ac omnia bona sua, quæ in Territorio dicti Castri obtinent, Monasterio vestro sponte, ac diligenti deliberatione præhabita obtulerunt. Quare humiliter petebatis a Nobis, ut cum prætextu aliquarum de dictis possessionibus, quas ipsi ab Ecclesia Romana tenent, certos redditus in blado [d], vino, denariis, & etiam personalia servitia eidem Ecclesiæ annuatim teneamini exhibere; hujusmodi redditus, & servitia restringere, ac in alium leviorem censum convertere de pietate Apostolica curaremus. Nos itaque paupertati, cui propter Christum vos voluntarie astrinxistis, paterno compatientes affectu, ut pro redditibus, & servitiis suprascriptis *duas libras ceræ* dumtaxat Nobis, & eidem Ecclesiæ Romanæ annis singulis teneamini exhibere, vobis de gratia speciali auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Monialium petitionis series.

Legatum Monasterio factum.

Census annuus legatis effectus.

d

Pontifex liberat, ut supra, minuendo censum.

Census annuus Romanæ ecclesiæ persolvendus.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ VI. Idus Maji, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

E

Liberat eas a quibusdam oneribus ob nonnulla bona ipsis legata Romanæ Ecclesiæ exhibendis. (Ex Reges. Vatic. epist. 51. apud Wadingum in Regesto Pontif. num. 75.)

Quod non possint concedere licentiam ad alios Ordines transeundi nisi permanserit in eisdem. (Ex Reges. Vatic. epist. 120. apud Wadingum in Regesto Pontif. num. 76.)

(a) Sancti Arentii: Leg. *Sancti Orentii* al. *Aurentii* S. Laurentii M. patris, qui una cum *S. Patientia* ejus uxore Oscæ in Hispania Martyrium subiit ex Martyrologio Rom. ad diem 1. Maji.

(b) De Frusinone: Vulgo *Frusilone* Latii, Campaniæque Romanæ Oppido inter Privernum ad Austrum, & Alatrium ad Boream 44. mill. pas. ab urbe Roma distante versus fines Regni Neapolitani, ubi nunc Sedem tenet Rector, & Gubernator Provinciarum Campaniæ, atque Maritimæ; sed Monasterii *S. Orentii* fundatores, & tempus ignorantur a rerum Min. Scriptoribus.

(c) Verulan. diœcesis: In Campania Romana uni Rom. Pontifici subjectæ, de qua Ughellus tom. 1. Ital. Sac. in Episc. Verul.

(d) In blado: Idest in segete, vulgo *Biada in erba*, & late etiam quocumque modo.

Alexander PP. IV. An. Ch. 1260.

DLVIII.

Anno 1260. die 15. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Generali, & Provincialibus Ministris Ord. FF. Minor. Salut., & Apostol. Benedict.

a

CUM & plantare sacram Religionem &c. [a]

Datum Anagniæ Idibus Maji, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Commendat Viterbienses, eisque grasias agit de favore, atque auxilio Inquisitoribus hær. prav. promisso contra Capellum de Chia; & eosdem hortatur ad negotii incœpti prosecutionem, non obstante contrario Senatorum Urbis mandato. (Ex ARCHIVO Assisiat. nostri Conventus S. Francisci apud PEGNAM ad calcem Directorii Inquisit., & WADDINGUM in Annal. Min. num. 8.)

DLIX.

Anno 1260. die 15. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. Potestati, .. Capitaneo, Consilio, & Communi Viterbien. [b] *Fidelibus nostris Sal., & Apost. Bened.*

b

c

Inquisitorum delatio.

d

e

Laudat Pontifex, eosque adhortatur

EX insinuatione dilecti filii *Fratris Andreæ* [c], & aliorum *Inquisitorum* hæreticæ pravitatis in *Romana* Provincia, & administratione *B. Francisci* [d] comperimus, quod vos tamquam *Fidei* zelatores eis liberaliter obtulistis congregare exercitum, & hostiliter procedere contra perfidum *Capellum de Chia* [e] nuper de hæresi condemnatum, secundum quod iidem Inquisitores ducerent ordinandum. Nos igitur hujusmodi zelum vestrum dignis exinde laudibus efferentes, ac referentes vobis propter hoc gratiarum multiplices actiones Universitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus negotium ejusdem Fidei, sicut laudabiliter incœpistis, constantibus animis prosequentes, ad exterminium Terrarum prædicti *Capelli*, non obstante mandato contrario Senatorum *Urbis* [f], hostiliter procedere studeatis: Nos enim eisdem Senatoribus nostris injungimus litteris [g], ut mandatum hujusmodi utpote dispendiosum prædicto negotio totaliter revocare procurent. Taliter igitur hujusmodi mooita, & mandata nostra implere curetis, ut crescatis exinde meritis apud Deum, penes Nos gratia, & apud homines clara fama.

derogando mandato Senatus Urbis.

f

g

Datum, *ut supra*.

Visitantibus devotionis causa Ecclesiam Fratrum Min. Taleacotti *certis diebus annuatim de injuncta Sacramen. pœnitentia centum dies relaxat.* (Ex AUTOGRAPHO nostri Conventus S. Francisci ejusdem Oppidi.)

ALEXANDER &c.

DLX.

Anno 1260. die 18. Maji.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Sal., & Apost. Ben.

Exordium.

VITÆ perennis gloria, qua mira benignitas &c. [h] Rogamus itaque Universitatem vestram, & hortamur in Domino in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad Ecclesiam dilectorum filiorum Fratrum de Ordine Minorum de *Taliacotio* [i] Marsicanæ Diœcesis imploraturi a Domino delictorum veniam in humilitate spiritus accedatis. Nos enim, ut Christifideles quasi per præmia salubriter ad merita invitemus, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad dictam

h

Hortatur Pontifex Christifideles sacram FF Minorum aedem adire.

i

Indulgentias concedens ut supra.

(a) RELIGIONEM &c.: Videtur eadem Constitutio, quæ edita fuerat anno 1257. die 3. Decembris, ut ibi legere est.

(b) VITERBIEN.: Quæ Civitas caput asseritur Provinciæ Patrimonii B. Petri in Tuscia.

(c) FRATRIS ANDREÆ: De quo in litteris *Dum ad studium &c.* datis hoc anno ultima die Martii:

(d) ET ADMINISTRATIONE B. FRANCISCI: Et de his duobus Provinciis *Romana*, & *Umbria* dictum est ad prælatas litteras *Dum ad studium &c.*

(e) CAPELLUM DE CHIA: Hujus etiam mentio, & præcipua in memoratis litteris habetur.

(f) SENATORUM URBIS: Romæ, quorum proprio regimini quodam modo suberat Viterbium, totumque S. Petri Patrimonium in Tuscia.

(g) NOSTRIS INJUNGIMUS LITTERIS: Quæ publicatæ, & forsan nullo modo extant; habentur tamen apud cit. Pegnam, & Waddingum num. 7. illæ *Nobili viro Petro Jacobi Surdi Civi Romano* datæ hoc anno prid. Idus Maii de hac re, quæ adiri possunt, & legi.

(h) BENIGNITAS &c.: Vide *Bullam* anno 1256 die 25. Februarii, & S. Maii editam.

(i) DE TALIACOTIO: Cujus loci mentio alias facta est anno 1252. die 17. Junii; & anno 1259. die 1. Maji ad litteras *Innocentii*, & *Alexandri* pro eodem Conventu, qui primitus extra Oppidum constructus fuerat, postea translatus est intra, ubi nunc cernitur prope loci portam; eique anno 1306. unitum fuit Monasterium S. *Joannis de Barro* al. Varro Ord. S. Claræ in agro Taleacotii situm, ac multo antea funditus desolatum; quo quidem tempore corpus *B. Thomæ de Celano* S. P. Francisci discipuli, ejusque vitæ scriptoris, qui in Ecclesia dictarum Sanctimonialium de Barro, quarum Rector, & a Sac. Confessionibus extiterat, humatus jacebat, translatum fuit ad nostram Ecclesiam S. Francisci prædicti Oppidi Taliacotii, ubi ferunt magna veneratione coli, & a Deo continuis gratiis, & prodigiis honorari; de quo viro agit & Waddingus pluribus in locis.

ctam Ecclesiam in singulis Festivitatibus *Beatæ Mariæ Virginis*, necnon *Sanctorum Francisci*, & *Antonii* Confessorum, ac *S. Claræ* Virginis, & in Anniversario Dedicationis ipsius Ecclesiæ, septemque diebus immediate sequentibus causa devotionis accesserint annuatim, *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Datum Anagniæ xv. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Indulgentias concedit visitantibus quotannis devotionis causa Ecclesiam S. Francisci de Aquaviva *Provinciæ Piceni diebus festis B. V. M., ac dedicationis ejusdem Ecclesiæ, septemque diebus sequentibus.* (Ex Archivo nostri Conventus Sancti Francisci ejusdem Oppidi Aquavivæ.)

DLXI. Anno 1260. die 18. Maji.

ALEXANDER &c.

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis Sal., & Apost. Ben.

Exordium.

Vitæ perennis gloria &c.[a] Rogamus itaque Universitatem vestram, & hortamur in Domino in remissionem peccaminum injungentes, quatenus ad Ecclesiam dilectorum filiorum Fratrum de Ordine Minorum *de Aquaviva*[b] Firmanæ Diœcesis imploraturi a Domino delictorum veniam in humilitate spiritus accedatis. Nos enim, ut Christifideles quasi per præmia salubriter ad merita invitemus, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad dictam Ecclesiam in singulis Festivitatibus *Beatæ Mariæ Virginis*, & in Anniversario die Dedicationis ipsius Ecclesiæ, septemque diebus immediate sequentibus causa devotionis accesserint, annuatim *centum dies* de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.

Datum, *ut supra*.

Iterum concedit, confirmatque eis Monasterium S. Silvestri de Iscleto suo jussu datum. (Ex Reges. Vatic. epist.69. apud Waddingum in Regesto Pontif. num.77.)

DLXII. Anno 1260. die 18. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monasterii S. Silvestri de Ilreto[c] *Ord. S. Damiani* Urbinaten. *Salutem, & Apostolicam Bened.*

Exordium.

Speciali gratia, & favore vos illa de causa dignas potissime reputamus, quia toto cordis affectu ad hoc semper intenditis, ut per sanctæ conversationis, & vitæ studium in conspectu Dei, & hominum placeatis. Sane petitio vestra Nobis exhibita continebat, quod Monasterium *S. Silvestri de Irleto*[d] Urbinaten. Diœcesis auctoritate litterarum nostrarum[e] vobis canonice est collatum[f]: Verum, quia dubitatis, ne in posterum aliqui super eodem *Monasterio* vos molestent; Nobis humiliter supplicastis, ut providere vobis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati Monasterium ipsum cum omnibus juribus, & pertinentiis suis vobis de novo præsentium auctoritate conferimus a vobis, & illis, quæ vobis successerint, in perpetuum retinendum. Nulli ergo &c. nostræ concessionis &c. Si quis autem &c.

Monialium petitionibus.

Pontifex annuens confert de novo, ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum, *ut supra*[g].

Indulgentiam concedit Pontifex pro Eccl. Fratrum Ord. Minor. Civitatis Castellanæ[h] *in singulis festivitatibus B. M. V., nec non SS. Francisci, & Antonii Confessorum, ac S. Claræ Virginis, septemque diebus immediate sequentibus, ut in præcedenti pro Ecclesia Taleacotii.* (Ex Archivo illius Cœnobii teste Bonaventura Theulo lib. 1. Appar. Min. cap. 3. p.24.) *Datum Anagniæ* xiiii. *Kolendas Junias, Pontificatus Anno Sexto*[i].)

DLXIII. Anno 1260. die 19. Maji.

Ut

(a) Gloria &c.: Vide *Bullam* similem dat. anno 1257. die 8. Januarii.

(b) De Aquaviva: Qui locus ix. est, el. xii. Custodia Asculanæ Provinciæ Marchiæ Anconitanæ in veteri *Provinciali Ordinis* apud Polychronicon, & Barthol. Pisanum Conform. xi. Waddingus in Annal. Minor. ejus meminit ad annum 1279. num.69., sed occasione solis Crucis ei a Nicolao IV. missæ. Cæterum cum anno 1652. sub Innocentio X. suppressioni Conventuum parvorum subjacuisset, nostris postmodum diebus miro quodam modo restitutus est Religioni.

(c) S. Silvestri de Ilreto: Al. de *Iscleto*, & *Hiscleto*, de quo in epist. 163. supra relata.

(d) S. Silvestri de Irleto: Leg. *de Iscleto* al. Ischieto antea Ordinis S. Benedicti.

(e) Litterarum nostrarum: Quæ vulgatæ extant, *Ne dilecta &c.* anno 1258. die 13. Januarii.

(f) Canonice est collatum: Anno 1258. per litteras cit. *Ne dilecta &c.*, & *Per litteras nostras &c.*

(g) Alias pro hoc Monasterio litteras hoc anno dieb. 6., & 17. Julii datas videas infra.

(h) Civitatis Castellanæ: Olim *Falaris* ab urbe Roma 28. mill., ab Otriculo autem 7. circiter mill. pas. distantis, de cujus Cœnobii S. Francisci antiquitate, atque principio agit Waddingus in Annal. Min. ad annum 1230. num.26., & cit. Theulus.

(i) Hanc Pontificiam indulgentiam confirmavit, seu iteravit Nicolaus IV. anno 1291. 10. Kalen. Augusti ex cit. Theulo, ut infra eo loco.

Alexander PP. IV. An. Ch. 1260.

Ut quemdam Fr. B. Claræ sanctitati detrahentem ad palinodiam constringat publice cantandam, mox ad se ipsum in Curiam remittat. (Ex Firmamentis trium Ord. tract. 1. fol. 19. par. 2. apud Waddingum in Annal. Min. ad hunc annum num. 41.)

DLXIV.

Anno 1260. die 3. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio . . . Priori Provinciali Fratrum Prædicatorum in Alemannia *Salutem, & Apost. Benedict.*

Exordium.

PROFUNDI doloris aculeo pungimur, quando personas illas de gravi culpa notabiles intuemur, quæ se Divino cultui perennis obtentu gloriæ sub regularis habitu videntur perpetuo astrinxisse. Sane mirantes audivimus, & referimus conturbati, quod quidam *Frater* tui Ordinis apud *Viennam* in Alemannia proponens verbum Dei contra *B. Claram*, postquam Divinæ pietati complacuit, quod ipsam pro suorum excellentia meritorum diversis miraculis illustratam Sedes Apostolica, solemni deliberatione præmissa, Catalogo Sanctorum ascripsit [a]; in obsequia prosana prorumpens pollutis labiis præsumpsit exprimere, quod eadem *S. Clara*, cujus felix anima in conspectu fulget Altissimi, Sanctorum non erat aggregata Collegio: & quod præfatæ Sedis judicium in asctiptione prædicta erroneum [b] extitisset. Quia vero taliter ipsius *Fratris* puniri debet insania; quod & ipse suæ præsumptionis excessum deploret corde humili, & aliis tollatur audacia similia faciendi; Discretioni tuæ per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus inquiras super hoc diligenter, ac sollicite veritatem; & si rem inveneris ita esse, dictum *Fratrem*, quod in publica prædicatione sua maledictum hujusmodi sine omni difficultate, seu dilatione retractet, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compellas: eumque nihilominus auctoritate nostra peremptorie citari procures, ut infra terminum competentem, quem sibi duxeris præfigendum, personaliter compareat coram nobis, pro meritis recepturus: Quidquid autem inde feceris, & diem citationis, & formam Nobis per tuas litteras harum seriem continentes exponere fideliter non omittas.

Relatio tristis de quodam Fr. sanctitati B. Claræ detrahente.

B. Clara Sanctorum catalogo ascripta.

Temeraria, erroneaque propositio, & non heretica.

Mandat, & præcipit Pontifex inquiri veritatem;

qua comperta, maledicentem ad retractationem compelli,

& citari ad comparendum

Actorum relationem expostulat.

Datum [c] . . . III. Nonas Junii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Perampla eis concedit privilegia, & exemptionem Archiepiscopi Jaderen. eisdem collatam confirmat. (Ex Reges. Vatic. ep. 85. apud Waddingum in Reges. Pont. n. 78.)

DLXV.

Anno 1260. die 11. Junii.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Christo filiabus . . . Abbatissæ Monasterii S. Nicolai Jadren. [d], *ejusque sororibus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum Sal., & Apost. Bened.*

Exordium.

RELIGIOSAM vitam eligentibus &c. [e] (*usque*) enervet: Ea propter, dilectæ in Christo filiæ, vestris piis postulationibus clementer annuimus; & Monasterium Sancti Nicolai *Jadren.*, in quo Divino estis obsequio mancipatæ &c. [f] Præterea quæcumque bona idem Monasterium in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum largitione Fidelium &c. (*usque*) illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis; Ecclesiam S. Joannis de *Mezan.* cum Vinea, & Terris ibidem positis; Vineas de *Gillan.* cum omnibus Terris, quæ sunt ad *Roccam*; & cum omnibus Terris, quæ sunt ad *Bravo*, & Casalinis, quæ sunt in Civitate *Jadren.*, cum Pratis, vineis, tertis, nemoribus, usua-

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicæ suscipit.

Bona stabilia confirmantur,

& recensentur.

(a) Ascripsit: Et hoc anno die 3. Octobris ejus corporis translationem ad maius Altare Ecclesiæ S. Georgii intra muros Civitatis Assisiatis fieri mandavit præsentibus Perusino, Spoletano, & Assisiate Episcopis ex ejus 571. Epistola.

(b) Erroneum: Summum Pontificem in Canonizatione Sanctorum falli non posse asseruit S. Thomas, eumque sequuntur Canonum, Theologiæque fere omnes Doctores veteres, & novi, ac nuperrime Benedictus XIV. Pont. Max. in Opere de Beatif., & Canoniz. Sanctorum lib. 1. cap. 43., & 44.

(c) Datum . . .: Supple *Anagniæ*, ubi toto hoc mense Junio moram traxit ex ejus Epistolis.

(d) Monasterii S. Nicolai Jadren.: Cujus meminit Waddingus ad annum 1291. num. 87., & ait nullum aliud ejus potuisse invenire monumentum; cum hujus oblitus fuerit, atque sequentis.

(e) Exsultantibus &c.: Vide *Bullam* Innocentii IV. an. 1245. die 15. Junii pro Monasterio Spoletino; & hujus Pontificis anno 1255. die 30. Aprilis pro Monasterio S. Catharinæ Genuen.

(f) Mancipatæ &c.: Ut in dicta *Bulla* anni 1255. 30. Aprilis usque *observetur*.

usuagiis, & pascuis in Bosco, & Plano, in aquis, & Molendinis, in viis, & semitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Liceat quoque vobis &c.[a] Præterea omnes libertates, & immunitates, quas Monasterio vestro Venerabilis Frater noster Archiepiscopus *Jadren.* de Capituli sui assensu indulsisse dignoscitur, sicut in eorum litteris plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum præsentis privilegii scripro inseri fecimus, qui talis est.

Alia privilegia tribuuntur.

Exemptio ab Ecclesia Jaderen. facta Monasterio confirmatur.

Litteræ Archiepiscopi eximentis Monasterium.

„ Quia juxta Canonum sanctiones bonæ rei dare consilium, & vitæ præsentis habetur subsidium; & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. Idcirco Nos LAURENTIUS Dei gratia *Jadren.* Archiepiscopus[b] cum nostro Capitulo universo deliberatione diu inter nos habita; & communicato cum pluribus sapientibus, & Religiosis viris consilio, diligenter considerantes, & utiliter attendentes, quod per donationem, seu oblationem Monasterii *Sancti Nicolai* de *Jadra* Ordinis Sancti Benedicti, quod Abbatissa caret, cum omnibus rebus suis mobilibus, & immobilibus, quam universæ Moniales ejusdem Monasterii pura, & pia intentione de consensu Patronorum ipsius fecerunt liberaliter, & devote Deo, & Ordini Sancti Damiani *pauperum Dominarum* sua simul eidem Ordini corpora offerentes, non solum in *Jadren.* Provincia, sed in tota *Dalmatia* procuratur, & acquiritur tam salus corporum, quam etiam animarum; prædictam donationem, seu oblationem totius cordis visceribus ratam, & gratam habentes prædictum Monasterium cum omnibus rebus suis, & Moniales omnes, quæ nunc sunt, & quæ de cætero per tempora fuerint, ab omni jurisdictione seu subjectione duximus perpetuo eximendas, nihil omnino juris nobis in eodem Monasterio reservantes. In cujus donationis, & exemptionis perpetuam firmitatem præsens scriptum nostris sigillis pendentibus fecimus communiri. Actum est hoc in Monasterio antedicto, præsentibus Damiano Plebano Sancti Petri novi de *Jadra*, Geminiano Jadren. Primicerio, & nobilibus viris Cecnæ de Merga, Obsogono de Mauro, Paulo de Lampredio, Joanne de Zivalelli, & Lampredio Nicolæ, & aliis pluribus; currente anno MCCLX. Mense Martii die VII. exeunte Indictione III. „

Testes rogati.

Anno 1260. die 25. Martii.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat &c. (*usque*) profutura; salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Ad indicium autem hujus perceptæ a Sede Apostolica libertatis, *unam libram ceræ* nobis, nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona &c. (*usque*) subjaceat ultioni: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus &c. (*usque*) Amen, Amen.

Clausula Pontificis solemnis &c.

Census annuus Romanæ Ecclesiæ persolvendus.

Imprecatio malorum pravis.

& pax optata bonis.

Datum Anagniæ per manum Magistri Jordani S.R.E. Notarii, & Vicecancellarii III. Idus Junii, Indictione II.[c] An. Incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo sexagesimo, Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ IV. Anno Sexto.

Ut aliquot Fratres assignent Clarissis Jaderen., qui eis Divina Officia celebrent, & Eccles. Sacramenta exhibeant. (Ex REGES. VATIC. epist. 261. apud WADDINGUM in Reges. Pontif. num. 79.)

ALEXANDER &c. DLXVI.

Anno 1260. die 10. Junii.

Dilectis filiis ... Ministro, & Vicario Sclavoniæ[d], *ac Guardiano Ord. Minorum* Jadren.[e] *Sal., & Apost. Bened.*

QUIA personas Religiosas eo majori prosequi favore debemus, quo devotiori placere student Domino famulatu; libenter illa sibi paterna folli-

Exordium a concessionis causa.

(a) VOBIS &c.: Ut in citata *Bulla* usque *valeat exercere*.

(b) LAURENTIUS D. 0. JADREN. ARCHIEPISCOPUS: Anno 1217. assumptus obiit anno 1289. ex Ughello tom. 5. Italiæ Sacræ.

(c) INDICTIONE II.: Reponendum *III.*, quæ anno 1260. in cursu erat; ut supra in litteris Archiepisc.

(d) SCLAVONIÆ: Quæ postea dicta est *Dalmatia*, ut visum est ad Innocentii IV. Constitutionem 543. *Cum negotium Fidei &c.* no. (d) p. 721. lo. 1.

(e) JADREN.: Fuit hic locus olim Caput *Custodiæ* sui nominis in Provincia *Dalmatiæ*, quæ & *Sclavonia* dicebatur ex divisione Provinciarum Ordinis hoc anno 1260. a S. Bonaventura facta; & in veteri *Provinciali Ordinis* apud Barthol. Pisanum Conform. 11., apud tamen Jordanum antiquiorem Ms. Biblioth. Vatic. erat 6. locus *Custodiæ Spalatensis*, quæ postea dicta est *Jaderen.* in Provincia *Sclavoniæ* postmodum *Dalmatiæ* nuncupata apud cit. Pisanum. Vaddingus agit de hoc Cœnobio ad an. 1291. n. 41., aitque traditionem ferre, receptum fuisse a S. P. Francisco, cum in Syriam transfretaret anno 1219., vel potius inde rediret 1220.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1260.

sollicitudine procuramus, per quæ ipsarum Religio laudabile suscipere valeat, auctore Domino, incrementum; & eadem animarum salutem, pro quo Mundi vanitatem penitus reliquerunt, liberius consequantur. Hinc est, quod cum, sicut dilectæ in Christo filiæ Abbatissa, & Conventus Monialium inclusarum Monasterii *Sancti Nicolai Jadren.* (a) Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Nobis exponere curaverunt, aliquibus *Fratribus* vestri Ordinis indigeant, qui eis Divina Officia celebrent, & exhibeant Ecclesiastica Sacramenta; discretioni vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus prætactis Abbatissæ, & Conventui de *Fratribus* vestri Ordinis providos, & discretos vestræ administrationis pro celebrandis Divinis Officiis, & exhibendis Ecclesiasticis Sacramentis absque difficultate qualibet concedatis in ipsarum Monasterio permansuros. Non obstantibus Constitutione vestri Ordinis; aut aliqua Sedis Apostolicæ Indulgentia Ordini vestro concessa, cujuscumque tenoris existat, per quam hujusmodi gratia impediri valeat, aut differri. Quod si non omnes his exequendis &c., singuli vestri &c.

Monialium postulatio. — Mandat Pontifex, ut supra. — derogando Constitutioni Ord. & indulto Apostolico. — Discreta commissio.

Datum Anagniæ XII. Kalend. Julii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ut Petrum Tiburtinum O. M. Ecclesiæ Sardanensi Pastorem, ac Episcopum præficiat. (Ex TABULARIO VATIC. in Regest. Pontif. epist. 93. anni 6.)

DLXVII. Anno 1260. die 27. Junii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri . . (b) *Archiepiscopo* Antibaren. *& Dioclenen.* (c) *Sal.*, *& Ap. Ben.*

Exordium a commissionis causa.

QUONIAM inter sollicitudines, quæ Nobis ex Officio injunctæ servitutis incumbunt, illam novimus esse non minimam, ut de personis idoneis provideatur acceleratione sollicita Ecclesiis viduatis; ne per vacationem diutinam incurrant in spiritualibus, & temporalibus detrimentum; Fraternitati tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus dilectum filium *Fratrem Petrum* de Tybure (d) Ordinis Minorum virum utique litteratum, & providum, ac in temporalibus & spiritualibus circumspectum, nobisque meritis suæ probitatis acceptum *Sardinien.* Ecclesiæ (e) pastoris, ut intelleximus, solatio destitutæ auctoritate nostra præficias in Episcopum & pastorem, faciens sibi a suis subditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Mandat ei, quod supra expositum est. — Fr. Petrum promovendum commendans.

Datum Anagniæ v. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Bona Monasterii S. Silvestri de Isketo ab Abbate distracta & alienata ad pristinum jus dicti Monasterii revocare jubetur. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo Urbinat. Monasterii Clarissarum Sanctæ Luciæ.)

DLXVIII. Anno 1260. die 6 Julii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri . . . (f) *Episcopo* Urbinat. *Sal.*, *& Apostol. Bened.*

Monialium expositionis tenor.

EX parte dilectarum in Christo filiarum . . . . Abbatissæ & Conventus Monasterii *S. Silvestri de Isketo* (g) Ordinis S. Damiani Urbinat. Diœcesis fuit propositum coram nobis, quod cum Monasterium ipsum eisdem, & eis, quæ ipsis successerint, cum omnibus juribus & pertinentiis suis in perpetuum duxerimus concedendum (h); *Guido* quondam Abbas ejusdem Monasterii nonnulla de bonis ejusdem post concessionem eisdem Abbatissæ, & Conventui de eodem Monasterio factam vendidit, concessit, alienavit, ac

(a) MONASTERII S. NICOLAI JADREN.: De quo actum est in præcedenti *Bulla*.

(b) VEN. FRATRI . .: *Laurentio Hortano* O. M. anno 1255. promoto ex epistola 99. *Cum felicis recor. &c.* eo anno die 24. Septembr. data, ibique legenda.

(c) ANTIBAREN., ET DIOCLENEN.: In Illyrico, oraque Dalmatiæ; ita quoque Alexander II. anno 1062. scripsit *Petro Archiepiscopo Dioclen.*, & *Antibaren.* apud Baronium in Annal. Eccles., eo quod Diocleæ dirutæ successerit Antibaris; ut etiam notavimus ad *Bull.* 337. Innocentii IV. in tomo 1. hujus Operis p. 550. (c)

(d) FR. PETRUM DE TYBURE: Vulgo *Tivoli* urbe Latii in finibus Sabinorum ad Anienem fluvium sita, & ab urbe Roma 16. mill. pas. distante; cujus hic *Fr. Petrus* nunc primum nostris innotescit.

(e) SARDINIEN. ECCLESIÆ: Al. *Sarden.*, & *Sardanen.* in Dalmatia *Sappatensi* Sedi postea unitæ sub Archiepiscopo Antibaren. vulgo *Antevari*, nunc a Turcia oppresso, & Civitatibus jam dirutis, quorum ruinæ *Sappatensis* non procul a pago vulgo *Ndenefcsata* cernuntur ex Baudrando tom. 2. Lexic. Geograph., *Sardensis* vero ne situs quidem amplius agnoscitur.

(f) VEN. FRATRI: *Guidoni* anno præcedente assumpto die 15. Kal. Sept. ex Italia Sac. Ughelli to. 2. n. 18.

(g) DE ISKETO: Al. *de Hiselsto*, ut in epistola *Filium ad personas &c.* anno superiori die 30. April. data.

(h) CONCEDENDUM: Anno 1258. per litteras *Ne dilecta &c.*, & alias superius allatas.

ac etiam permutavit in earum perniciem, & dicti Monasterii non modicam læsionem. Cum igitur nostra intersit læsis Ecclesiis, & Monasteriis subvenire; Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus per te, vel alium, seu alios ea, quæ de bonis ejusdem Monasterii post concessionem eisdem Abbatissæ, & Conventui de eo factam alienata inveneris illicite, vel distracta, ad jus & proprietatem ejusdem Monasterii legitime revocare procures: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: Non obstante, si est aliquibus ab Apostolica Sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici nequeant; seu quod in Civitate Urbinat. dicitur esse statutum [a] juramento firmatum, quod aliquis Civis Urbinas ad restitutionem bonorum Ecclesiasticorum compelli, seu extra Civitatem, vel diœcesim Urbinat. per litteras sedis ejusdem trahi non possit in causam, quæ de indulto hujusmodi plenam & expressam non fecerint mentionem: invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Testes autem, si qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eamdem appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere.

Mandat Pontifex, ut per se, vel alium.

Obstantibus derogando.

Datum Anagniæ secundo Nonas Julii, Pontificatus Nostri Anno Sexto [b].

Mandat; ut Episcopo Vironensi paupertate presso Episcopatus alter dimisso primo conferatur. (Ex Archivo Vatic. in Regest. Pontif. epist. 89. anni 6.)

ALEXANDER &c. DLXIX.

Anno 1260. die 7. Julii.

Venerabili Fratri .... [c] *Archiepiscopo Rigen.* [d] *Sal., & Apost. Bened.*

Exordium.

Favoris nostri provenire decet auxilio, ut viri Pontificali dignitate prædití, & de meritorum multitudine commendati, qui malignorum molestiis gravantur indebite, ad statum tranquillum & prosperum gaudeant pervenisse. Sane Venerabilis Frater noster .. [e] *Vironen.* Episcopus [f] suffraganeus tuus proposuit

(a) Statutum: Ut illis temporibus in dictæ Civitatis Capitulationis, seu statutorum libris.

(b) Aliis paulopost nempe die 17. hujus mensis litteras exemptionis Pontifex huic Monasterio contulit, ut infra.

(c) Ven. Fratri ..: *Alberto Bremensi* antea *Prussie, Livonie*, & *Estonie* Archiepiscopo nuncupato; de quo fuse diximus ad epistolam 132. Innocentii IV. *Ut commissam &c.* in to. 1. hujus Operis allatam p. 412. (a)

(d) Archiepiscopo Rigen.: *Livonia* urbis primariæ anno 1255. in Metropolim erectæ, ut apud Raynaldum ad eum ann. n. 64., quare qui prius vocabatur Archiepiscopus *Prussie, Livonie*, & *Estonie*, ab eo anno *Rigensis* appellari cœpit.

(e) Ven. Frater noster ..: *Theodoricus* ex mox dicendis Waddingo, aliisque ex nostris Scriptoribus prorsus ignotus, qui hoc anno ad Sedem Apost. accessit.

(f) Vironen. Episcopus: *Virta* al. *Virlandia* vulgo *Wirland* Livoniæ parva Provincia est in *Estonia* nunc ad Svecos spectans in ora sinus Finnici, Marisque Baltici. *Vironia*, & *Revalia* Episcopatus in Livonia memorantur in epistola Gregorii IX. ad Episcopum *Semigallie* apud Raynaldum in Annal. Eccles. ad ann. 1234. num. 2. Andreas enim Archiepiscopus Lundensis tres in *Estonia* Episcopatus erexerat paulo ante, videlicet *Lealensem, Wironensem*, & *Revaliensem*, quos cum Fratres *Cruciferi*, seu Theutonici occupassent, Pontifex anno 1236. scripsit ad Gulielmum Mutinen. Episcopum illis in partibus A. S. Legatum, ut restituerentur ex cit. Raynaldo ad eum ann. num 62. Porro *Theodoricus* factus est Episcopus anno 1247. ante mensem Augustum; annoque sequenti Indulgentiam contulit consecrando Ecclesiam Cellensem hoc modo: *Bonitate Divina, & Apostolica gratia Th. Ordinis Fratrum Minorum Vironensis Episcopus licet indignus. Constare cupimus universis præsentem paginam inspecturis, quod nos auctoritate Venerabilis Patris, ac Domini nostri Archiepiscopi Maguntinensis Ecclesiam Cellensem dedicavimus in honorem B. Philippi Confessoris: in cujus rei anniversario omnibus ibidem venientibus vere contritis, & confessis, manum eidem Ecclesie porrigentibus adjutricem centum dies, & unam Karenam de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. Actum anno Domini MCCXLVIII. proximo Dominica post vincula Petri Pontificatus nostri anno II. præsentibus litteris perpetuo duraturis.* Circa vero his litteris appositum sigillum leguntur: *Dei gratia Frater Theodoricus Vironensis Ecclesie Episc.*, quas litteras publicarunt Bollandi Continuat. Act. SS. in Append. ad diem 3. Maji tom. 1., ubi suspicati sunt, hunc Episcopatum titularem fuisse nempe *Beronopolitanum* al. *Veronopolitanum* in Lycaonia, vel Galatia; addi poterat *Veronensis* in Africa; sed ex dictis utrumque falsum. Eodem circiter anno *Indulgentias* elargitus est Cœnobio Egmonden. Diœcesis Trajecten. ex Annal. Egmond. c. 21. p. 50. apud Auctorem Bataviæ sac. par. 1. in *Episc. Ultrajecten.* p. 18., ubi erratur, cum dicitur id factum an. 1240., vocaturque *Theodoricus Episc. Veron. Minorita Suffraganeus Otthonis III. Trajecten. Episcopi*, quem ferunt obiisse an. 1249. 6. cal. April., al. 2. Nonas April. Anno 1257. testamentum condidit die Dominica, qua cantatur *Oculi mei semper &c.* (3. Dominica Quadrag.) quod extat in *Silva* documentorum *Orig. Livonie sacræ*, & *civilis* num. XXVI., & in quo commemorat *Hartmannum* Scholasticum germanum suum, Magistrum *Joannem* consanguineum suum, *Volradum* de Goslaria, *Jes Montis*, & *Ae* Sanctæ Crucis Præpositos, & Canonicos *Hildeshemenses* sui testamenti executores, ut facerent *de consilio Fr. Henrici Capellani sui*: & si aliquis illorum impeditus esset, alios 4. Canonicos Hildeshemenses nominat substituendos; unde videtur extitisse Suffraganeus Episcopi *Hildeshemen.* in inferiori Saxonia: protestatus in eodem, quod nec *Paderbornen.* Episcopus, nec Abbas *Corbejen.*, nec aliquis alius in rebus suis aliquid juris habeat; nec de Diœcesi sua, nec de patrimonio; sed de officio, & de piorum hominum subsidio, & nobilium virorum dono ea, quæ possidebat, acquisivisse. *Corbejen.* autem Abbatia celebris in Westfalia 9. leucis distat a Paderbona, quibus in locis, vel circa illa ortum habuisse Theodoricus conjicitur. Anno 1261. Indulgentias contulit Monasterio, Ecclesiæque S. Mariæ Magdalenæ in Frankemberg *Gallaria* Diœcesis Hildesheimen. Ordinis S. August. ubi *Visitator dat. ibidem* (idest Frankemberg) *in die S. Georgii Mart.*, (idest die 23. April.) *Anno Domini MCCLXI. Pontificatus vero nostri anno XIV.* Habetur hæc charta in supracitata *Silva* documentorum *Orig. Livonia sac.*, & *civ.* n. XXVII. p. 256. Anno tandem 1265. præsens fuit instrum. cujusdam transactionis *Hanovero* prope Hildesheim initæ inter Tymonem Abbatem Corbejen., & Duces Saxoniæ de *Advocatia* Huxarien., ex Schaten. in Annal. Paderbonen. to. 2. p. 109. Vivebat adhuc anno 1270. ex to. 5. novæ Galliæ Christianæ PP. Maurin.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1260.

Episcopi Veronen. conquestio de misero sui ipsius statu, & suæ Ecclesiæ.

posuit coram nobis; quod a quatuordecim præteritis annis [a] in Episcopatu suo illa de causa non potuit residere, quia & ipse paupertatis onere premitur, & proventus sui Episcopales, qui consistunt in *decimis*, occupati ab ejus subditis per violentiam nequiter detinentur. Quia vero tua Nobis, & aliorum fide dignorum assertio patefecit, quod eidem *Episcopo* in spiritualibus & temporalibus circumspecto litterarum scientia, & morum honestas, ac vitæ munditia suffragantur; nec non quod ipse olim in Apostolicæ Sedis obsequiis [b] sub multarum pœnarum incursu studium frequenter babuit sollicitudinis efficacis; Nos dignum arbitrantes, & congruum, quod idem Episcopus ad tuæ supplicationis instantiam favorem in nobis invenisse gaudeat gratiosum; Fraternitati tuæ, de qua gerimus in Domino fiduciam specialem, præsentium auctoritate committimus, quatenus, si aliquem *Episcopatum* tibi subjectum, cedente, vel decedente ipsius Episcopo, vacare contingat; tu Deum solum babendo præ oculis, consideratis diligenter circumstantiis oportunis, Episcopatum ipsum præfato Episcopo *Viro-nen.*, libera primitus ab eo sui Episcopatus resignatione recepta, auctoritate nostra conferas, & assignes [c]; ac ipsum gaudere possessione illius pacifica, & sibi a subditis ejus obedientiam, ac reverentiam debitam facias exhiberi. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Ipse vero a pluribus commendatur,

& Pontifex mandat, ut supra.

Datum Anagniæ Nonis Julii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Si Monasterium S. Sixti Placentiæ O. B. reformandum sit, amotis Monachis conferatur Monialibus S. Francisci ejusdem Civitatis. (Ex Vaticano Tabulario in Regest. Pontif. epist. 101. anni 6.)

ALEXANDER &c. DLXX.

Anno 1260. die 10. Julii.

Dilecto filio.. [d] Præposito Ecclesiæ Sanctæ Euphemiæ Placentin. [e] *Salutem, & Apost. Bened.*

Relatio de Monasterio S. Sixti Placentino

AD nostram noveris audientiam pervenisse, quod Monasterium *Sancti Sixti* [f] Placentin. Ordinis Sancti Benedicti ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinens, quod non modica consueverat bonorum ubertate florere [g]; adeo est propter negligentiam, & malitiam.. *Abbatis*, & Monachorum degentium in eodem in temporalibus, & spiritualibus sine spe resurgendi collapsum; quod non potest aliquatenus in suo Ordine reformari. Nos enim ad dilectas in Christo filias.. Abbatissam & Conventum Monialium inclusarum Monasterii *S. Francisci* [h] Ordinis Sancti Damiani loci ejusdem eidem Ecclesiæ immediate subjecti propter ipsarum penuriam gerentes compassionis affectum præcipue, quia ipsarum Religio clara, & approbata suis fructibus intimis Ecclesiasticæ maternitatis amplexibus est fovenda; ac volentes ex hoc ipsas prosequi speciali gratia, & favore discretioni tuæ per Apostolica scripta in virtute *obedientiæ* districte præcipiendo mandamus, quatenus personaliter accedens ad locum, & inquirens super boc de plano, & sine judiciorum strepitu veritatem, si tibi constiterit ita esse, prædictum Monasterium *S. Sixti* cum omnibus suis possessionibus, & pertinentiis, & etiam ornamentis ipsius eisdem Abbatissæ & Conventui auctoritate nostra conferens & assignans eas, vel Procuratorem ipsarum in prædictorum possessionem corporalem inducere, & inductas defendere per te, vel per alium non postponas, amotis exinde *Abbate*, & Monachis supradictis in eodem Monasterio *Sancti Sixti* morantibus, & per alia Ordinis sui Monasteria [i] congrue collocatis;

collapso, ac reformando.

per Moniales S. Francisci ejusdem Urbis,

Quarum Religio laude extollitur,

& Pontifex mandat superius dicta;

(a) A. XIV. PRÆTERITIS ANNIS: Idest ab an. 1247. post diem 23. Aprilis, & ante diem 2. Augusti ex proxime adductis.
(b) IN APOSTOLICÆ SEDIS OBSEQUIIS: Quæ nobis ignota sunt, qualiter, & quo tempore facta.
(c) CONFERAS, ET ASSIGNES: Quod non constat factum fuisse.
(d) DILECTO FILIO..: *Joanni Gobbio* Placentino ex Petro Maria Campi par. 2. Hist. Placent. lib. 15. ad hunc annum, & anno 1274. Episcopo *Bobien.* creato.
(e) PLACENTIN.: In Italia ex mox dicendis, & Ordinis S. Augustini.
(f) MONASTERIUM S. SIXTI: Conditum ab Angelberga Ludovici II. Imp. uxore extra Placentiam pro Virginibus ex Cl. Mabillonio tom. 3. Annal. Benedict. lib. 37. ad ann. 874. n. 59. & ad ann. 1115. lib. 72. n. 103. habetur transiisse ad Monachos Ord. S. Benedicti opera Comitissæ Mathildis.
(g) UBERTATE FLORERE: Ut elucet ex cit. Annalibus Benedict.
(h) MONASTERII S. FRANCISCI: De quo extat hujus Pontificis epistola 149. anno 1256. die 20. Januarii data, ibique a nobis relata præter alias Innocentii IV. in primo tomo vulgatas.
(i) ALIA SUI ORDINIS MONASTERIA: Scilicet Sancti Sabini, SS. Thomæ, ac Syrè, & S. Sepulcrè.

tis; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante, si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam de indulto hujusmodi mentionem; sive quavis dictæ Sedis indulgentia, per quam non expressam præsentibus præmissa impediri quomodolibet valeant, vel differri. Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis [a].

obstantibus derogando.

a

Datum Anagniæ VI. Idus Julii Pontificatus Nostri Anno Sexto [b].

b

Ut tractatum cum Petro Jacobo Surdi super Castro Collis Casalis, & aliis ad complementum adducant, non perficiendum tamen nisi in conspectu suo. (Ex Autographo Assisisti Archivi sac. Conventus S. Franc.)

DLXXI.

Anno 1260. die 15. Julii.

ALEXANDER &c.

c

Dilectis filiis Fratribus Andreæ, *&* Gentili [c] *Ordinis Minorum* Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in Romana Provincia, & administratione* B. Francisci *Sal., & Apost. Bened.*

Inquisitorum labor commendatur.

Litteras vestras solita benignitate recepimus; & quæ continebantur in eis, intelleximus diligenter; sollicitudinem, & diligentiam, quam in promotione negotii *Fidei* adhibere vos novimus, dignis in Domino laudibus efferentes. Sane scripsistis nobis, quod *Petrus Jacobi Surdi* [d] Civis Romanus, qui Castrum *Collis Casalis* [e] emisse dicitur pro certa pecuniæ quantitate, paratus est Ecclesiæ, ac vestris stare mandatis; ac solvere nobis, & Romanæ Ecclesiæ dictam pecuniam, cujus certa pars jam deposita est apud quosdam Cives Ortanos;

d

e

Petrus Jacobus Surdi resipiscit.

A & reliqua solvi debet usque ad annum; ac de ipso Castro guerram contra quoscumque facere ad requisitionem nostram juxta nostræ placitum voluntatis; necnon omnia ædificia destruere, quæ in ipso Castro Hæretici construxerunt, in detestationem hæreticæ pravitatis. Offerre etiam vobis, quod habitatores dicti Castri suspectos de hæresi ad mandatum vestrum puniet; & quod tam dictum Castrum, quam personas habitantes in B eo ad manus Ecclesiæ prædictæ reducet; & ad impugnationem *Capelli de* . . . . . [f] & aliorum suorum complicum efficaciter laborabit, vos in Fidei negotio fideliter adjuvando; unde petebatis instanter a nobis, ut circa prædictum *Jacobum* in hac parte taliter ageremus, quod ipse possit in negotio *Fidei* una vobiscum laborare fideliter; & quod ipse etiam præesse velit Exercitibus contra Hæreticos faciendis; cum nullum inveneritis hacte- C nus in illis partibus adjutorem. Nos igitur his, & aliis, quæ scripsistis, plenius intellectis, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus tractatum super hoc cum prædicto *Jacobo* ad honorem Dei, exaltationem Ecclesiæ, ac Catholicæ *Fidei* fulcimentum usque ad complementum negotii diligenter, & efficaciter prosequentes, ac etiam perducentes, postquam eritis cum ipso D concordes in omnibus, ad consummationem ipsius negotii nullatenus procedatis; sed vel alter vestrum ad Nos cum prædicto *Jacobo*, si absque detrimento negotii *Fidei* fieri poterit, personaliter veniat; vel aliquem de locis vestris super his omnibus sufficienter instructum una cum eodem *Jacobo* ad Sedem Apostolicam destinetis; ut prædictus Tractatus, si consummari debeat, in Nostra præsentia consummetur.

Ejusdem promissa favore Ecclesiæ.

f

Inquisitorum petitio.

Mandat Pontifex quod supra.

E Datum Anagniæ Idibus Julii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

(a) Secularis: Sero, nec nisi vi Monasterium obtinuerunt Moniales anno 1285; quod damum restitutæ coactæ sunt; ut ex Petro M. Campo refert Waddingus ad annum 1258. num.27. 2. edit. ex Adden.

(b) Waddingus laudatus ait, Alexandrum IV. præfatum Monasterium concessisse Sanctimonialibus anno sui Pontificatus VI. IV. *Idus Novembris*; sed neque has, neque illas litteras ipse vidit; & quidem Urbanus IV. litteris *Petitiones vestra &c.* anno 1262. die 18. Aprilis data affirmat, Alexandrum binas dedisse litteras S. Euphemiæ Præposito hac de re primas in virtute *obedientiæ*, quæ sunt præsentae; alteras vero etiam sub pœna *excommunicationis*, quæ dabantur sub die X. Novembris: sed ex prædictis Urbani litteris habemus, eum Alexandri concessionem revocasse, & Monasterium Monachis restitui mandasse, quod tamen tunc minime factum est.

(c) Fr. Andreæ, et Gentili: Ad quos etiam litteras dedit *Discretioni vestræ &c.* hoc anno die 24. Septembris; & plures ad Fr. Andream.

(d) Petrus Jacobi Surdi: Huic scripserat Pontifex hoc anno die 14. Maji litteras admonitionis, & reprehensionis *Licet universi &c.*, quas refert Waddingus ad hunc annum num. 7.

(e) Collis Casalis: In agro, ut videtur, Viterbiensi, vel Tuscanensi.

(f) Capelli de . . : *De Chia*, ut in litteris Pontificis ad dictum Petrum Jacobum Surdi, & Viterbienses, aliosque plures datis.

Alexander PP. IV. An. Ch. 1260.

Probibet gravari Fratres de Pœnitentia allis exuctiaaibus, officiis publicis, aut quibusdam juramentis præstandis. (Ex Autographo Archivi nostri Conventus S. Francisci Anconæ apud Waddingum in Regest. Pontif. n.80., & alio Autographo Archivi Ariminensis nostri Conven. S. Francisci.)

DLXXII. Anno 1260. die 15. Julii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Italiam *constitutis Sal., & Apostolicam Bened.*

a NImis patenter patientiæ Divinæ probatur abusor &c.[a] Sane ad audientiam nostram noveritis pervenisse, quod nonnulli de partibus vestris novissi-
b ma sua provide memorantes &c.[b]
c Datum Anagniæ Idibus Julii[c], Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ut publice excommunicatos denunciens eos, qui Apostatas Ordinis apud se retinent, aut eisdem favent. (Ex Bartholomæo Pisano in Conform. IX. caput 2. Regulæ Fratrum Minorum exponente; & ex confirmatione Clementis IV., ut infra.)

DLXXIII. Anno ... die ...

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus universis Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris, Decanis, Archidiaconis, Plebanis, & aliis Ecclesiarum Rectoribus, ad quos istæ litteræ pervenerint, Sal., & Apost. Benedictionem.

CUM, sicut ex parte dilectorum filiorum ... Generalis, & Provincialium Ministrorum Ordinis Fratrum Mi-
d norum fuit propositum coram nobis &c.[d] Nos volentes super his paterna sollicitudine providere Universitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo manda-
e mus, quatenus &c.[e]
f Datum . . . .[f]

Privilegium exemptionis ab Episcopo Urbin., aliaque persona Eccles. confert Monasterio S. Silvestri de Isketo sub protectione Sedis Apostolicæ suscipiens. (Ex Autographo in Urbinat. Archivo Monasterii S. Luciæ.)

ALEXANDER &c.

DLXXIV. Anno 1260. die 17. Julii.

Dilectis in Christo filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Monialium Monasterii Sancti Silvestri de Isketo[g] *Ordinis S. Damiani Urbinat. diœcesis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

ETSI universæ Orbis Ecclesiæ Apostolicæ Sedi, quæ disponente Domino super illas ordinariæ potestatis obtinet principatum, subesse noscantur, aliquas tamen interdum de suæ auctoritatis plenitudine specialius sibi subdit sic eas a cujuslibet jurisdictione prorsus eripiens, ut nullum nisi Romanum Pontificem superiorem, & Dominum recognoscant constituendo ipsas quodam singulari privilegio liberas penitus & exemptas. Exordium. Propter, dilectæ in Christo filiæ, vestris postulationibus grato concurrentes assensu Monasterium vestrum, in quo devote impenditis Domino famulatum, nec non & membra ipsius in jus & proprietatem Beati Petri, & prædictæ Sedis assumimus ab omni jurisdictione, potestate, ac dominio tam Episcopi, & Capituli *Urbinat.*, qui pro tempore fuerint, quam cujuslibet alterius Prælati, seu Eccles. personæ illud cum membris ejusdem totaliter, & perpetuo eximentes ita, quod nec iidem Episcopus & Capitulum, nec quævis alia persona Ecclesiastica ipsum utpote prorsus exemptum, vel vos, aut personas Ordinis vestri futuris ibidem Deo temporibus servituras interdicere, suspendere, vel excommunicare valeat; seu quocunque modo alias in præfatum Monasterium, ac membra, & personas ipsorum potestatem, vel jurisdictionem aliquam exercere: etsi forte contra præsumptum fue-

Precibus Monialium annuens eximit ut supra.

(a) Nimis &c.: Vide eamdem *Bullam* Gregorii IX. anno 1227. die 25. Junii editam in primo hujus Operis tomo p. 30.
(b) Memorantes &c.: Ut in citata Gregorii IX. *Bulla*.
(c) Idibus Julii: Ita Waddingus ex cod. Anconitano, sed Autographum Ariminense cit. habet dat. *quinto idus Maji*; forsan iteratio Constitutionis est, vel erratum librarii.
(d) Coram nobis &c.: Videatur *Bulla* Clementis IV. anno 1267. die 15. Decembris edita.
(e) Quatenus &c.: Ut in prædicta *Bulla*, in qua Clemens scribit se *ad instar fel. recordat. Alexandri prædecessoris* sui præcipiendo mandare &c., ut supra.
(f) Datum ...: Cum Pisanus hanc epistolam citaverit sine anno, die, ac loco, quibus consignata fuit; ut & ejusdem Pontificis Successor Clemens; nec aliunde ejus notitia effulgeat; eam vulgavimus hoc loco, donec ulterior notitia de ea ad nos perveniat.
(g) De Isketo: Al. *de Hiscleto*, ut in epistola *Illum ad personas &c.* anno superiori vulgata pridie Kal. Maji, & in alia *Ex parte dilectarum &c.* paulo ante, seu pridie nonas hujus mensis, & anni.

fuerit, sit vacuum & inane. Consecrationes vero Ecclesiarum, seu Altarium vestrorum, Oleum quoque sanctum, Benedictiones Monialium, Vasorum, vestium, aliaque Ecclesiastica Sacramenta impendenda vobis eidem Episcopo; si tamen ea gratis, & sine pravitate aliqua, cum requisitus fuerit, impendere voluerit; reservamus. Ad indicium autem hujus perceptæ libertatis a Sede prædicta idem Monasterium *unam libram ceræ* in festo Beatæ Claræ persolvat nobis, nostrisque successoribus annuatim. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ assumptionis, & exemptionis infringere &c.

Episcopo reservat.

Annuus census Romanæ Ecclesiæ debitus.

Clausula prohib. &c.

Datum Anagniæ xvi. Kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Sexto [a].

a

Absolvit Fratres a petitione Cardinalis Protectoris Ordinis, ipso vivente, & Ordinis protectionem retinente. (Ex Ms. Archivi S. Francisci nostri Conventus Cheri ab Autore Supplementi Annal. Waddingi num. 1. relato.)

DLXXV.

Anno 1260. die 9. Augusti.

b

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... [b] *Generali, & universis Provincialibus Ministris Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Licet injunctum nobis generaliter super omnes Christi oves curæ pastoralis officium in varia, & diversa distrahat multipliciter mentem nostram; unde in reddendo singulis Apostolicæ dispensationis debito, infirmitatis nostræ redditur minor virtus: circa vos tamen singularis sollicitudo Nos reddit intentos; & specialis caritas efficit fortiores. Propter quod statuimus, dum vitalis spiritus nostros rexerit artus, humili gregi vestro superintendere per nos ipsos, ac super ipsum oculorum nostrorum custodiam confirmare. Hinc est, quod cum juxta præscriptum *Regulæ* vestræ præceptum [c] vobis in virtute obedientiæ injungatur, ut unum ex Cardinalibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in *Protectorem*, & Patronum vestri Ordinis postuletis; volumus, & præsentium auctoritate decernimus, vos ad hoc, dum nobis vita comes fuerit, ex præcepto hujusmodi non teneri; nec a Fratribus nostris, sed a patrociniis nostris necessaria protectionis vestræ præsidia requirantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis &c.

Exordium a cura Pastoralis officii.

Singularis erga Ordinem Minorum Pontificis sollicitudo.

Ordinis Protectoris munus obire profitentis.

c

Unde a præcepto Regulæ dispensat, ut supra.

Clausula prohib. &c.

Datum Sublaci [d] v. Idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

d

Ne cujusvis Religionis Monasterium, seu Oratorium, vel Claustrum Religiosorum, aut Secularium ædificari, vel transferri permittat intra spatium 300. Cannarum circa omnes fines loci Fratrum Minorum Asculan. (Ex Archivo nostri Conventus S. Francisci Urbis Asculanæ in Piceno.)

DLXXVI.

Anno 1260. die 25. Augusti.

e

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri .. Episcopo Esculano [e] *Sal., & Apost. Benedictionem.*

Paci, & tranquillitati dilectorum filiorum Fratrum Minorum de *Esculo* providere volentes Fraternitati tuæ per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus nullius Religionis Monasterium, seu Oratorium, aut Claustrum Religiosarum, vel sæcularium personarum ædificare, vel construere; aut Ecclesiam jam ædificatam de novo inibi in Religiosum locum, vel regularem domum transferri permittas infra spatium *trecentarum Cannarum* [f] circa omnes fines loco prædictorum Fratrum [g] contiguos, & vicinos: non obstantibus aliquibus litteris, per quas hujusmodi præcepti nostri possit executio impediri, vel de quibus opor-

Commissionis causa.

Injungit id, quod supra dictum est.

f

g

Cum derogatione Litterarum &c.

(a) Extant pro hoc Monasterio plures aliæ epistolæ, ac proxime illa Gregorii X. *Cum a nobis petitur &c.* anno 1273. die 16. Decembris data.

(b) Filiis ...: *Fr. Bonaventura*, qui hoc anno Narbone habitis Comitiis Generalibus mense Majo descenderat in Italiam Vitam *S. P. Francisci* scripturus.

(c) Regulæ vestræ præceptum: Nempe cap. 12., & ultimum.

(d) Sublaci: Vulgo *Subjago* Provinciæ Romanæ Oppido Tiburtinæ Diœcesis, ubi *S. Benedictus* sui celeberrimi Ordinis fundamenta in ævum duratura jecit.

(e) Episcopo Esculano: *Raynaldo* ex Ordine Minor. anno superiore promoto diplomate *Apostolica dignitatis &c.* die 12. Februarii edito, ibique legendo.

(f) Infra spatium 300. cannarum: Id postea pro omnibus locis Fratrum Minor. decrevit Clemens IV. anno 1265. per litteras *Ad consequendam gloriam &c.* dat. die 3. Novembris excludens tamen Religiones dumtaxat in paupertate fundatas: etsi non multo post per aliam Constitutionem incipien. *Quia plerumque &c.* anno 1268. editam spatium 300. ad 140. cannas retraxerit.

(g) Loco prædictorum Fratrum: Dudum empto in Civitate, eisque concesso anno 1257. litteris *Paupertas voluntaria &c.* dat. Kal. Decemb., supraque relatis.

oporteat in præsentibus fieri mentionem; Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Datum Sublaci xvii I. Kal. Septembris, Pontificatus Nostri Anno Sexto [a].

Dure eum objurgat, & redarguit de persecutione, & gravaminibus personis Religiosis præsertim Fratribus Ord. Minor., & Monialibus S. Dominici irrogatis; hortaturque, ac una præcipit, ut resipiscat, & in melius mores suos immutet. (Ex Monumentis nostri Conv. S. Francisci Pisarum.)

DLXXVII.

Anno 1260. die 29. Augusti.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri .. Archiepiscopo Pisano [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Archiepiscopus Pisan. qualis ante suam promotionem.

Dudum, antequam promotus esses ad Pontificalem dignitatem, ad quam Divina gratia, & favor Apostolicus te provexit [c], per plana, & humilia gradiens sic videbaris affabilis, benevolus, & benignus, sicque fere apud omnes prompta reddebaris devotione conspicuus, quod merito sperabatur a cunctis, qui te ex tua placida conversatione noscebant, quod in omni tuo statu quantumcumque magno, & arduo deberes dirigi semper in cælestium semitam mandatorum diligendo Religiosas, & alias pauperes, inopesque personas, & alia continue faciendo, quæ essent in oculis Divinæ Majestatis accepta. Nobis quoque, dum adhuc essemus in minori officio constituti, tua grata familiaritatis obsequia, quibus nostram tibi benevolentiam specialiter vindicasti, te virum morum gravitate maturum, vigilem tuæ famæ custodem, & charitatis zelatorem fervidum promittebant; adeo quod ex paterno, quem ad te conceperamus, affectu prompti reddebamur, & faciles ad tuum honorem, & commodum procurandum. Postquam autem prædictæ Dignitatis speculam conscendisti; teque Apostolica Sedes, impenso tibi consecrationis munere [d], ad gerendam debitam commissi tibi Dominici Gregis curam, & sollicitudinem destinavit; tantam mentis elationem, quod dolentes referimus, concepisse; sicque in acerbitatem inhumanitatis obriguisse diceris, quod de humilitatis substantia, cujus in minori statu te fortitan simulabas amicum; & de benignitatis mansuetudine, quam blando prius prætendebas aspectu, nihil omnino retinens Deum in suis Ministris offendere non vereris. Dolemus igitur multorum in te errasse judicium; testamur nostram circa personam tuam puram, & sinceram intentionem fuisse, quod non speravimus, circumventam, si talis es, qualis esse describeris coram Nobis. Intelleximus etiam, quod tu erga dilectos filios *Fratres Ordinis Minorum*, & dilectas in Christo filias *Moniales Ordinis S. Dominici* [e], aliasque Religiosas personas tuæ Civitatis, & Diœcesis debita charitatis viscera repagulo tenacis avaritiæ, & avaræ tenuitatis obfirmans, non solum eis pia eleemosynarum subsidia denegas erogare; sed quod deterius est, consuetæ discretionis limites exiens, & Pontificalis temperantiæ confinia non observans, factus es durus Personarum hujusmodi persecutor; easque multiplicibus molestiis, gravaminibus, & pressuris affligis; nequaquam considerans, quantum ex hoc æterno Patri displiceas; & quantum Romana Ecclesia, quæ illarum nutrix, & defensatrix existit, in earum offendatur offensis, & molestiis molestetur; neque recogitans qualem, & quantum habuerimus semper ad dictos Ordines, & habeamus dilectionis affectum; & qualiter in illorum oppressoribus nostra viscera quatiuntur. Est ne hic fructus amabilis, & perdulcis, quem de te sua utique planta prædicta colligere sperabat Ecclesia? Sunt ne hæc devotionis exempla, quæ ad Prælatos alios de piis tuis actibus, gestisque transmittis? Sunt ne ista humilitatis opera, quæ in tua blanda, & amica facie prætendebas? Certe nunquam spera-

Archiepiscopus olim familiaris Pontifici in minoribus constituto.

Post eius autem consecrationem quam prave mutatus.

Fratres Ord. Minorum, & Moniales, aliique gravati ab eo.

Pontificis affectus erga Ord. Prædicatorum, & Minorum.

Increpatio multiplex.

(a) Id autem decreverat etiam Gregorius IX., confirmavitque Alexander litteris *Ad audientiam nostram* anno 1255. die S. Martii datis, ibique relatis, sed alia distantia.

(b) Fratri .. Archiepiscopo Pisano: *Friderico Vicecomiti* Pisano; de quo dictum est ad Bullam *Dilecti filii Prior &c.* hoc anno die 16. Februarii editam.

(c) Favor Apostolicus te provexit: Anno 1254. ex Sacellano Innocentii IV.

(d) Impenso tibi consecrationis munere: Sero autem consecratus fuit, nec nisi anno 1257. ob dissensionem, ut puto, Romanæ Ecclesiæ cum Pisanis usque ad eum annum Friderici Imp. parti adhærentibus.

(e) S. Dominici Forlan. leg. S. Damiani.

A ſperavimus, quod pauperes, & humiles Servos Chriſti cornibus elatis opprimeres, & irreverenti animo conculcares; quinimmo quod eorum Pater, & Patronus exiſteres, tuæ promotionis tempore certa ſpes Nobis, & fiducia præbebatur. Licet igitur ex his non indigne noſter contra te graviter ſcandalizatus ſit animus, & turbatus; quia tamen illius antiquæ dilectionis, quam ad te ante promotionem tuam habuiſſe dignoſcimur, non ſumus immemores; providimus hujuſmodi ſuper iis increpationis fore tibi a Nobis litteras deſtinandas; & præmiſſis per te ipſum celeriter emendatis, nequaquam oporteat Nos ſuper his medelam correctionis Apoſtolicæ adhibere. Ideoque Fraternitatem tuam monemus, & hortamur attente, per Apoſtolica tibi ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandantes [a], quod in offenſa talium perſonarum ipſe Chriſtus offenditur; memorata Sedes graviter provocatur; tuæque famæ multipliciter deperit, ac decreſcit; ab ipſarum gravaminibus, & offenſis, ſicut Divinam, & noſtram, ac dictæ Sedis caram habes gratiam, omnino deſiſtas; immo potius more pii Patris ad eas dexteram tuæ charitatis, & protectionis extendas; & nihilominus in iis, & quibuſcumque aliis conceſſæ tibi dignitatis culmini factis eximiis te ſtudeas coaptare; ut ſicut illa nobilitatis titulis prælucet inſignibus, ſic & tu claris probitatis actibus eniteſcas; ita quod in te tamquam virtutum limpido ſpeculo creditus tibi grex Dominicus ſalubriter dirigatur; Noſque tuorum laudabilium operum odore percepto, multa exinde in Domino perfuſi lætitia dulcia prædictæ Sedis ubera, quæ copioſe hactenus in multorum beneficiorum perceptione ſuxiſti, tibi tuis exigentibus meritis affectuoſius porrigamus.

Hortatur Pontifex, & imperat, ut ſupra.

Datum Sublaci IV. Kal. Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

Ut interſint translationi corporis S. Claræ, populo verbum Dei proponant, & Indulgentias 2. annorum, & 2. quadragenarum in ea translatione concedant. (Ex Ms. noſtri Conventus S. Franciſci Anconæ apud Act. SS. Collect. Bolland. ad diem 12. Auguſti in vita S. Claræ §. 5., & ex ARCHIVO Aſſiſiati Monaſterii S. Claræ teſte PETRO de Alva in Indic. Bull. Seraph. n. 31. ſub an. 1259.)

DLXXVIII. Anno 1260. die 9. Septembr.

ALEXANDER &c.

B *Venerabilibus Fratribus* .. Peruſinæ [b], Spoletanæ [c], & Aſſiſiatis [d] *Diœceſum Epiſcopis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

CUM in vigilia Feſti *Beati Franciſci* proxime venturi Corpus *B. Claræ* debeat in majus Altare transferri [e]; volumus, & præſentibus vobis Apoſtolica auctoritate diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus translationi hujuſmodi C perſonaliter intereſſe curetis, proponentes humiliter verbum Dei Populo [f]. Nos enim vobis largiendo in Feſto translationis ejuſdem *indulgentiam duorum annorum*, & *duarum quadragenarum*, annuatim; quam utique indulgentiam, in quantum protenditur *indulgentia* conceſſa in prædicto Feſto ejuſdem *B. Franciſci*, protendi volumus [g]; liberam concedimus Apoſtolica auctoritate facul- D tatem.

Significat imminentem corporis S. Claræ translationem,

& mandat, ut interſint, verbumque Dei ad populum habeant.

Indulgentiam protractam concedendo.

Datum Sublaci v. Idus Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

Ut bona Hæreticorum publicata, aut publicanda, uti & fautorum, credentium &c. vendere poſſint, ac diſtrahere, pretio ad uſum Romanæ Eccleſiæ reſervato. (Ex ASSISIATI Archivo noſtri Conventus apud PRONAM E ad calcem Directorii Inquiſit., & WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc ann. n. 9., inque BULLARIO Romano tom. 1. Bul. 21. al. tom. 3. Bul. 55.)

ALE-

(a) MANDANTES: Deeſt, *quatenus conſiderans*.
(b) PERUSINÆ: *Bernardo Carſo* alias & paulo ante memorato ex Ughello tom. 1. Ital. Sac.
(c) SPOLETANÆ: *Bartholomæo*, ut alias ex eodem.
(d) ASSISIAT.: *Nicolao* multoties alibi relato.
(e) IN MAJUS ALTARE TRANSFERRI: Waddingus in Annal. Min. ad hunc annum num. 40. cum errore refert S. Claræ corpus e loco *S. Damiani* ad Eccleſiam *S. Georgii* intra mœnia Civitatis Aſſiſiatis translatum fuiſſe in vigilia quidem S. P. Franciſci, ejus tamen translationis commemorationem fieri die 3. Octobris apud ſuos ob vigiliam S. P., cum tamen recte ſcripſerit ad annum 1253. num. 11. ejuſdem corpus ſtatim ab obitu Aſſiſium deportatum eſſe ad ædem *S. Georgii*.
(f) VERBUM DEI POPULO: Vetus hic mos innuitur conciones habendi in translationibus Sanctorum, & plane ſolemniter.
(g) PROTENDI VOLUMUS: Videlicet per *octavam* ejus ex Bulla *Mirificans miſericordias* data anno 1230. die 16. Maji in 1. hujus Operis tomo.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1265.

DLXXIX.

Anno 1260. die 24. Septembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Andreæ, Gentili, *&* Bartholomæo [a] *Ordinis Minorum, & aliis* Inquisitoribus *hereticæ pravitatis in* Romana Provincia, *& administratione* B. Francisci *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

DISCRETIONI vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, vendendi, & distrahendi libere bona hæreticorum, eorumque fautorum, credentium, receptatorum, & defensorum publicata jam, seu confiscata, & imposterum publicanda, & confiscanda, prout commisso vobis *Fidei* negotio expedire videritis, ita quod eorum pretium ad opus Romanæ Ecclesiæ conservetur; necnon & Contradictores super hoc per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi plenam, & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem.

Datum Januæ [b] VIII. Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Sexto [c].

Renovat jussa, ut Monasterium S. Sixti Placentin. reformandum detur Monialibus S. Franc. ejusdem Civitatis. (Ex PETRO MARIA Campi par. 2. Hist. Eccl. Placent. Monum. 110., & ex AUTOGRAPHO Archivi Placentini Monialium S. Claræ.)

DLXXX.

Anno 1260. die 10. Novembr.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio [d] .. *Præposito Ecclesiæ Sanctæ Euphemiæ* Placentin. *Salutem, & Apostolicam Benedict.*

Occasio commissionis.

Pristinas suas litteras memorat.

INTELLECTO dudum, quod Monasterium *S. Xysti Placentin.* [e] Ordinis S. Benedicti, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, adeo erat propter negligentiam, & malitiam Abbatis, & Conventus ejusdem Monasterii, suorumque prædecessorum in spiritualibus, & temporalibus sine spe resurgendi collapsum, quod in suo non poterat Ordine reformari. Nostris igitur sub certa forma in virtute sanctæ *obedientiæ* tibi districte dedimus litteris [f] in præceptis, ut personaliter accedens ad locum, & inquirens super hoc de plano absque judicii strepitu [g] veritatem, si tibi ita esse constaret, prædictum Monasterium cum omnibus possessionibus, bonis, & pertinentiis suis .. Abbatissæ, & Conventui Monialium inclusarum Monasterii S. Francisci *Placentin.* [h] Ordinis Sancti Damiani auctoritate nostra conferre, & assignare deberes; ac eas, vel Procuratorem ipsarum in corporali possessionem prædictarum possessionum per te, vel per alium induceres, & tuearis inductos; amotis exinde Abbate, & Conventu prædictis, & per alia Ordinis sui Monasteria collocatis; Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Sed, sicut ex parte prædictarum Abbatissæ, & Conventus [i] fuit propositum coram Nobis, tu in hujusmodi negotio, pro eo quod reformatio ipsius Monasterii *S. Xysti* per Venerabilem Fratrem nostrum Archiepiscopum *Ebredunen.* [k] tunc in partibus Lombardiæ Apostolicæ Sedis Legatum alteri dicebatur esse commissa, procedere noluisti: unde prædictæ Abbatissa, & Conventus Nobis humiliter supplicarunt, ut providere in hac parte ipsis paterna diligentia curaremus. Ideoque discretioni tuæ per Apostolica scripta in virtute *obedientiæ*, & sub pœna *excommunicationis* districte præcipiendo mandamus, quatenus hujusmodi prædicti Lega-

De Monasterio S. Sixti reformando

per Moniales S. Francisci Placent.

causa non exequendi.

Iterata commissio.

Cum obstantium derogatione.

(a) ET BARTHOLOMÆO: De duobus aliis *Andrea*, & *Gentili* Inquisitoribus dictum est supra ad litteras Pontificis ad eos hoc anno die 15. Julii datas: *Gentilis* enim creditur ille, qui anno 1279. assumptus est ad Archiepiscopatum *Rheginum* in Calabria, & *Bartholomæus* Episcopus Grosseti in Tuscia anno 1278., erat autem Ametinus patria ex Bul. 115. *Volentes personas &c.* Urb. IV.

(b) JANUÆ: Reponendum *Jennæ*, quod est Oppidum Diœcesis Anagninæ Abbati Sublacensi subjectum, a quo Monasterio distat 3. mill. pass. cum dimidio; & quidem *Genna* habet Autographum Assisiense citatum, ubi dicitur natus Alexander IV., nam *Januam*, seu Genuam Alexandrum IV. nunquam se contulisse legimus. Porro de loco nativitatis Alexandri IV. legi possunt Papebrochius, & Pagius Junior in vita ejusdem Pontificis: *Genna* etiam juris Abbatiæ Sublacensis meminit Clemens III. in diplomate, seu privilegio anno 1189. die 20. Aprilis eidem Monasterio collato incip. *Quamvis universarum Ecclesiarum &c.* apud Margarinum in Bull. Cassinen., & in novo Bull. Romano tom. 3.

(c) Testatur supradictus Pegna aliud hujus Pontificis rescriptum ejusdem tenoris, & eodem tempore datum ad eosdem *Inquisitores* se authenticum vidisse.

(d) FILIO: *Joanni Gobbio*, de quo in epistola 568. *Ad nostram noveris &c.* die 10. Julii hujus anni.

(e) S. XISTI PLACENT.: Adeatur dicta epistola.

(f) LITTERIS: Quæ sunt cit. epistola *Ad nostram noveris &c.*

(g) STREPITU: Cujus formulæ significatum leges in Clement. lib. 5. tit. 11. de verb. signif. c. 2. *Sæpe contingit.*

(h) S. FRANCISCI PLACENTIN. &c.: Ut in cit. epist.

(i) ET CONVENTUS: Nempe S. Francisci Placent. in præfata epistula memorati.

(k) EBREDUNAN.: *Henricum* Secusianum, ut in epist. 521. *Satis ex devota &c.* anno præcedenti die 13. Decembris scripta.

Legati commiſsione, & quibuſcumque litteris in contrarium impetratis a Nobis, vel in poſterum impetrandis, niſi eædem impetrandæ plenam, & expreſſam fecerint de præſentibus mentionem, nequaquam obſtantibus, in eodem negotio efficaciter procedere ſtudeas juxta traditam per prædictas noſtras litteras tibi formam.

a Datum Laterani iv. Idus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Sexto [a].

Ut privilegiis, & indulgentiis Ordini Fratrum Minorum concesſis eis tamen competentibus uti poſſint. (Ex Autographo in Archivo noſtri magni Conventus *Veneti* Sanctæ Mariæ Glorioſæ.)

DLXXXI. Anno 1260. die 17. Novembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis in Chriſto filiabus.. Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii S. Mariæ Matris Domini de Coneclano [b] *Ordinis S. Damiani Ceneten. Diœceſis* [c] *ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

b
c

Devotionis veſtræ precibus inclinati, ut *privilegiis*, & indulgentiis Ordini Fratrum Minorum conceſſis, competentibus vobis, uti poſsitis, auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſsionis infringere &c. Si quis autem &c. — *Clauſula prohib. &c.*

Datum Laterani xv. Kal. Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

Fratres cum excommunicatis converſantes, ſi in cenſuram incurrant, a ſuis Prælatis abſolvi poſſunt. (Ex Autographo Archivi noſtri Conventus S. Franciſci Civitatis Ratisbonen.)

DLXXXII. Anno 1260. die 26. Novembris.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio.. Miniſtro Generali [d] *Ord. Fratrum Min. Sal., & Ap. Bened.*

d *Conceſſionis occaſio.*

Continuit interdum, ſicut accepimus, quod locorum Ordinarii, vel alii Judices in participantes cum excommunicatis ab eis *excommunicationis* ſententiam proferunt generalem [e]. Propter quod tui Ordinis *Fratres* cum talibus, quos lucrari Domino cupiunt, vel quia eorum ſubſidiis indigent, converſantes de participando cum eis habent conſcientiam remordentem; ſuper quo provideri a Nobis fuit ex parte tua humiliter ſupplicatum. Nos itaque volentes animarum ſaluti conſulere, ac hujuſmodi periculis obviare, præſentium authoritate concedimus, ut hujuſmodi *Fratres Minores*, talem in ſententiam ſi incurrant [f], poſſint juxta formam Eccleſiæ per Miniſtros, Cuſtodes, vel Guardianos ipſorum abſolvi. Nulli ergo omnino &c. noſtræ conceſſionis infringere, vel ei &c. Si quis &c.

e
Concedit ut ſupra.
f
Clauſula prohib. &c.

Datum Laterani vi. Kal. Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Sexto [g].

g

Ne Sedis Apoſtolicæ Legati niſi a latere, aut Subdelegati ſententias cenſurarum Eccleſ. in Fratres Ord. Min. ferre valeant. (Ex Autographo in Archivo noſtri Conventus Leodienſis in Belgio extante.)

DLXXXIII. Anno 1260. die 29. Novembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis... Miniſtro Generali, & Fratribus Ord. Minorum Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exigentibus veſtræ devotionis meritis, votis veſtris libenter annuimus &c. [h]

h

Datum Laterani iiI. Kal. Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

(a) Campius laudatus ſubdit, etiam die 25. hujus menſis Pontificem alias pro hac re litteras exarasse, ſed illas non protulit; forſan fuit in confirmatione loci Monialibus conceſſi: ſed nec illas Urbani IV. vidit dat. anno 1262. die 18. Aprilis *Petitionis veſtra &c.*, quas infra damus.

(b) De Coneclano: Oppido nobili Marchiæ Tarviſinæ, ac Provinciæ, ditioniſque Venetæ, in quo quis, & quando fundatum fuerit Clariſſis Monaſterium, latet adhuc; ſiletque de eo Waddingus in Annal. Min., extabat autem an. 1253. ex teſtamento Dom. Zilli Teci Oſtreducci Maroſticani, quod aſſervatur Vicentiæ in noſtri Conv. S. Franciſci Archivo eo anno die 18. Decemb. conditum ibidem, & quo inter cætera Teſtator reliquit etiam *Sororibus Minoribus de Coneglano centum Soldos*.

(c) Ceneten. Diœceſis: Urbis Epiſcopalis tunc ſub Patriarcha Aquilejenſi inter Bellunum, & Opitergium poſita 13. mil. paſ. hinc inde diſtans, 25. vero ab Urbe Tarviſii.

(d) Miniſtro Generali: S. Bonaventuræ.

(e) Generalem: Ideſt *majoris excommunic.* in omnes.

(f) Si incurrant: Cum jam Gregorius IX., & Innocentius IV. per Conſtitutionem *Vobis extremam &c.* indulſerint noſtris, ut cum *excommunicatis* verſari, & ab eis vitæ neceſſaria petere poſſent.

(g) Hanc epiſtolam, & privilegium adducit auctor antiquus Barthol. Piſanus Conform. 11. in expoſitione 7. capitis Regulæ Fratrum Minorum.

(h) Annuimus &c.: Ut in Conſtitutione Clementis IV. anno 1265. die 15. Junii edita.

Ne a Fratribus Ord. Min. de legatis ipsis pro eorum necessitatibus canonicam portionem exigant, sed potius tribuant. (Ex MSS. Exemplari nostri Anconitani Archivi Conventus S. Francisci apud Wadingum in Reges. Pontif. num. 81.)

DLXXXIV. Anno 1260. die 1. Decembris.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Presbyteris, Archidiaconis, & aliis Ecclesiarum Prælatis per Marchiam B Anconitanam *constitutis, ad quos litteræ istæ pervenerint, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

De pia, & sancta conversatione dilectorum filiorum Fratrum de Ordine Minorum &c. [a]

Datum Laterani Kalendis Decembris, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

C *Ut Clericos Parisien. ob libellos in Fratres Prædicat. & Minor. Ord. publicatos censuris Eccles. irretitos, ac pœnitentes a nexu solvas, cautione tamen præstita &c.* (Ex vetusto Cod. apud Wadingum in Annal. Min. ad hunc annum num. 10., Boulæum tom. 3. Hist. Universit. Parisien., & Bullarium Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 286. Alex. IV., Firmamentaque Trium Ordinum par. 2. tract. 1. fol. 17.)

DLXXXV. Anno 1260. die 3. Decembris.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri .. Episcopo Parisien.[b] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Episcopi Parisien. relatio;

Tua Nobis Fraternitas intimavit, quod nonnulli Clerici tuæ Civitatis, & Diœcesis incurrerunt *excommunicationis* sententiam latam auctoritate nostra in omnes illos, qui Libellos famosos [c] contra *Prædicatorum*, & *Minorum Ordinum* Fratres a Magistro *Guillelmo de Sancto Amore*, seu aliis editos E publicare præsumerent, seu etiam retinere. Quare Nobis humiliter supplicasti, ut, cum multitudo sit in causa, (atque supplicatio.) A per hoc eorum saluti providere misericorditer curaremus. De tua itaque circumspectione confisi præsentium tibi auctoritate concedimus; (Pontifex concedit, ut supra.) ut ab eisdem *excommunicatis* sufficienti cautione præstita, quod libellos hujusmodi, quos comburi facias, de cetero non tenebunt, ipsos ab hujusmodi sententia absolvas hac vice juxta formam Ecclesiæ vice nostra; ac faciens eos ab executione suorum Ordinum usque ad certum tempus, B prout videris expedire, manere *suspensos*; (suspensione tamen ab officiis mulctando.) tandem cum ipsis super *irregularitate*, si quam medio tempore celebrando Divina Officia, seu immiscendo se illis contraxerint, dispensare procures; prout secundum Deum animarum suarum saluti videris expedire.

Datum Laterani III. Nonas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Sexto [d].

C *Ut quosdam Perusinos laicos super bonis Monasterii S. Mariæ Montis Lucidi injurios citet ad comparendum, & coram se dicendam causam.* (Ex Archivi præfati Monasterii Autographo sub plumbo.)

DLXXXVI. Anno 1260. die 11. Decembris.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri .. Episcopo Perusino [e] *Salutem, & Apost. Benedictionem.*

Sua Nos dilectæ in Christo filiæ... Abbatissa, & Conventus D Monasterii Sanctæ Mariæ *de Monte Lucido* [f] Ordinis Sancti Damiani querimoniam destinarunt; (Scribendi causa.) quod Peruzolus Bonæfidantiæ, Cinallia M., & F. filii quondam Offedrucii Jacobi, Ranuccius Perij Petri, Guiscardus, Rubens de Pitignano, & quidam alii Laici *Perusin.* Civitatis, & Diœcesis sub terris, possessionibus, & rebus aliis injuriantur eisdem. (Monasterii perturbatores.) Cum igitur causam hujusmodi velimus E in nostra Curia ventilari; Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, (Mandat ut supra.) quatenus prædictum Peruzolum, & alios ex parte nostra per te, vel alium peremptorie

(a) Minorum &c.: Vide hanc ipsam hujus Pontificis *Bullam* anno 1255. die 21. Novembris, & 13. Decembris editam, & ibi relatam.

(b) Episcopo Parisien.: *Reginaldo* multoties in superioribus epistolis nominato, & in hac controversia adhibito.

(c) Libellos famosos: In Constitutione incipien. *Ex alto fuisse &c.* anno superiori die 16. Junii edita, memoratos.

(d) Tandem hoc anno terminata est longa, duraque controversia Academiæ Parisien. cum Fratribus Mendicantibus, cedentibus horum adversariis contrariis Pontificis, & Regis Franciæ, Optimatumque conatibus, & absolutionem a censuris Eccles. postulantibus, uno *Guillelmo* de Sancto Amore in exilio, & pertinacia persistente.

(e) Episcopo Perusino: *Bernardo Caro* a nobis non semel commemorato.

(f) De Monte Lucido: Prope Perusium; de quo loco alias, & sæpe dictum est.

ptorie citare procures, præfigens eis peremptorium terminum competentem, quo per se, vel procuratores idoneos nostro se conspectui repræsentent; facturi super hoc, & etiam recepturi, quod ordo dictaverit rationis. Diem vero citationis, & formam, & quid inde feceris, Nobis per tuas litteras harum seriem continentes intimare procures.

Et facti relationem exponat.

Datum Laterani III. Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ne Prælatis suorum Ordinum in his, quæ Officium Inquisitionis contra hæret. pravit. concernunt, obedire teneantur. (Ex Archivo Assisiati Conv. S. Francisci apud Pegnam ad calcem Directorii Inquisit., Bullarium Rom. tom. 1. Bul. 23. al. tom. 3. Bul. 57., & Bullarium Ordin. Prædicat. tom. 1. Bul. 288. Alex. IV.)

DLXXXVII. Anno 1260. die 11. Decembr.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis universis Fratribus Prædicatorum, *&* Minorum *Ordinum*, Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis per diversas* Italiæ *partes a Sede Apostolica deputatis, & in posterum deputandis Salutem, & Apost. Bened.*

Causa elen?z Constitutionis.

CATHOLICÆ *Fidei* negotium, quod plurimum insidet cordi nostro, in vestris prosperari manibus, ac de bono in melius procedere cupientes; ac volentes omne ab eo impedimentum, omneque obstaculum removere; præsentium vobis auctoritate mandamus, quatenus in eodem negotio de Divinu, & Apostolico favore confisi, & omni humano timore deposito constanter, & intrepide procedentes circa extirpandam hæreticam pravitatem tam de *Lombardia*, & *Tuscia*, quam de omnibus aliis *Italiæ* partibus cum omni vigilantia, omnique studio laboretis. Et si forsan Magister, & Minister Generalis, aliique Priores, & Ministri Provinciales, ac Custodes, seu Guardiani aliorum locorum vestrorum Ordinum prætextu quorumcumque Privilegiorum, seu indulgentiarum ejusdem Sedis dictis Ordini-

Mandat Inquisitoribus constanter contra hæreticos laborare

non in hac re ab obedientia suorum Prælatorum eximant,

Tom. II.

A bus concessorum, aut concedendorum, in posterum vobis, vel vestrum alicui, seu aliquibus injunxerint, seu quoquomodo præceperint, ut ad tempus, vel quoad certos articulos, certasve personas negotio supersedeatis eidem; Nos vobis universis, & singulis auctoritate Apostolica districtius inhibemus, ne ipsis obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet præsumatis. Nos enim privilegia, seu indulgentias hujusmodi

B quantum ad hunc articulum tenore præsentium revocantes, omnes *excommunicationis, interdicti, & suspensionis* sententias, si quæ in vos, vel vestrum aliquos hac occasione ferri contigerit, irritas prorsus decernimus, & inanes. Nam etsi prædicta Sedes interdum Prælatis aliquibus vestrorum Ordinum per suas sub certa forma committat litteras, ut ad exercendum *Inquisitionis* officium contra hæreticam pravitatem aliquos

revocatque privilegia, & concessiones quoad hunc articulum illis concessas.

Cur Sedes Apostolica Prælatis Ordinum copiam facit Inquisitores assumendi, & amovendi.

C suorum Ordinum *Fratres* assumere valeant; ipsosque, cum expedire viderint, amovere, ac alios subrogare; non tamen per hoc, quod ipsis ea dumtaxat de causa in hac parte committitur, quia de Fratrum suorum Ordinum idoneitate habere notitiam præsumantur, aliqua eis super hujusmodi *Inquisitionis* negotio vobis immediate a prædicta Sede commisso, vel committendo facultas, vel Jurisdictio attribuitur, seu potestas.

D Datum Laterani III. Idus Decembris [a], Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ut auxilio sint Archiepiscopo Genuen. pro restitutione pecuniæ Conventui S. Francisci Assisiati facienda. (Ex Archivo dicti Conv. apud Auctorem Collis Parad. lib. 2. p 25.)

D. LXXXVIII. Anno 1260. die 13. Decembris.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Nobilibus Viris.. Potestati, &.. Capitaneo Januen. *Salutem,*
E *& Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

IN iis, quæ sunt digna fieri, & conformia rationi, sinceritatem vestram promptam invenire credimus; si ad hoc eam nostris litteris inducamus. Sane pro par-

Fff a

(a) Ejusdem tenoris Autographum extare in Urbevetano Conventu S. Dominici *dat. III. Kal. Octembris* monet Auctor notarum Bullarii Ord. Prædicat. ad hanc Bullam; nisi ibi sit mendum scribæ *Kal.* pro *Idib.* habendis, ut alibi non semel factum, observatum est. Extat etiam dat. anno 1251. die 6. Februar. solis Inquisitoribus Ord. Minor. *Provinciæ Romanæ* ex Autographo in Archivo nostri Conventus S. Francisci Reatinæ Civitatis; & anno 1262 Inquisitoribus utriusque Ordinis die 28. Octobris ab Urbano IV., ut infra.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch.1261.

Fratrum expositio, atque supplicatio.

parte dilectorum filiorum ... *Custodis*, & Fratrum S. Francisci *Assisiat*. Ordinis Fratrum Minorum fuit propositum coram Nobis. quod nonnulli Christi fideles de *Marocchio* [a] quandam pecuniæ summam in subsidium operis Ecclesiæ ipsius Sancti Francisci miserunt intuitu pietatis; ac cum Nuntii eamdem pecuniam deferentes illam propter viarum pericula Custodiæ *Nicolai Calvi*, & *Joannis de Moniardino* Civium Januen. fiducialiter commisissent; iidem Cives eam sibi in Civitate *Januen.* restituere promiserunt. Et licet Nos postmodum eis super hoc petentibus diffugia, & promissionem suam in hac parte non curantibus adimplere per litteras nostras [b] preces direxerimus, & mandatum, ut de prædicta pecunia Nuntii ipsorum *Custodis*, & Fratrum satisfacere sine qualibet difficultate, seu dilatione curarent; quia tamen hujusmodi nostris precibus, & mandato penitus obauditis [c] id efficere non curarunt; pro parte dictorum *Custodis*, & Fratrum ad Nos denuo habitus est recursus. Ne igitur ipsi per verba inania super hoc diutius deducantur; Venerabili Fratri nostro .. Archiepiscopo *Januen.* [d] nostris damus litteris [e] districte in præceptis, ut dictos Cives moneat attentius, & inducat, quod infra quindecim dies post monitionem suam Nuntiis dictorum *Custodis*, & Fratrum de pecunia ipsa integre satisfacere non omittant. Quod si forte ipsi monitis ipsius Archiepiscopi acquiescere in hac parte neglexerint; ipse eos ad id per *excommunicationis* sententiam, appellatione remota, compellat, faciens eamdem sententiam singulis diebus Dominicis, vel Festivis, pulsatis campanis, & candelis accensis, per omnes Ecclesias prædictæ Civitatis usque ad satisfactionem condignam publicari solemniter; ac eosdem Cives ab omnibus arctius evitari, invocato conrra eos, si necesse fuerit, auxilio brachii Secularis. Quocirca Nobilitatem vestram rogamus, & hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eidem Archiepiscopo, cum ab eo requisiti fueritis, super hoc opportunum favorem, & auxilium impendatis; & si forte protervia eorum Civium exigat, vos eos ad satisfaciendum præfatis Nuntiis de pecunia ipsa, potestate vobis tradita compellatis. Ita quod eisdem Nuntiis vos sibi super hoc propositos [f] reperisse gaudentibus, Nos vobis exinde speciales gratias referemus.

Marrochiani Christi fideles, ac pro pecuniam mittunt Assisium pro fabrica Ecclesiæ S. Francisci.

Deposita pecunia Civibus a quibusdam detinetur.

Pontifex scribit pro ejusdem restitutione.

Hortatur Pontifex, & mandat, ut supra.

Datum Laterani Id. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ut consilio, & auxilio adsit Fr. Andreæ, ejusque Collegis in officio Inquisitionis contra hæreticos illarum partium constitutis. (Ex APOGRAPHO in Archivo nostri Sac. Conventus Assisiatis S. Francisci.)

DLXXXIX. Anno 1261. die 18. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilecto filio .. [g] Rectori *Patrimonii B. Petri in* Tuscia *Sal.*, *& Apost. Bened.*

Exordium.

AD expurgandum hæresis damnabile vitium tanto major Nos cura sollicitat, quanto quoslibet sanguine Crucifixi redemptos, & specialiter labe vitii tam nefandi respersos eripere de laqueo mortis, & valle miseriæ desiderabilius affectamus. Cum igitur dilecto filio *Fratri Andreæ* Ordinis Minorum, ejusque Collegis [h] officium *Inquisitionis* hæreticæ pravitatis in partibus illis [i] duxerimus committendum; volumus, & præsentium tibi auctoritate districte præcipiendo mandamus, quatenus eidem *Fratri*, & *Collegis* super hoc prudenter assistens præbeas eis, cum ab ipsis, vel eorum aliquo requisitus extiteris, favorem, consilium, & auxilium opportunum; ita quod exinde possimus sollicitudinem tuam merito commendare.

Fr. Andreas Inquisitor in Patrimonio B. Petri cum Collegis

commendatur Rectori supradicto.

Datum Laterani II. Idus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Excom-

(a) DE MAROCCHIO: Africæ notissima Metropoli, ubi Episcopus erat *Fr. Blancus* ex Ordine Minorum, de quo dicitur infra suo loco.

(b) PER LITTERAS NOSTRAS: Quæ ad nos non pervenerunt.

(c) PENITUS OBAUDITIS: Idest neglectis, & minime auditis.

(d) ARCHIEPISCOPO JANUEN.: *Valtero de Vezzano*, de quo dictum est etiam ad Bullam *Justis petentium &c.* hoc anno die 8. Februarii datam.

(e) NOSTRIS DAMUS LITTERIS: Sed hæ nunquam vulgatæ scimus.

(f) PROPOSITOS: Leg. *Propitios*.

(g) FILIO ...: *Magistro Raynerio* Viterbiensi Capellano, de quo in epist. *Dum ad studium &c.* anno superiori die 31. Martii Tuscanensibus scripta; & alia *Dilectus filius Magister &c.* anno 1258. die 31. Julii data, ibique relata.

(h) EJUSQUE COLLEGIS: Nempe Fr. *Gentili*, & *Fr. Bartholomæo*, quorum mentio in litteris *Discretioni vestra &c.* anno 1260. die 24. Septembris datis habetur.

(i) IN PARTIBUS ILLIS: Nempe Patrimonii B. Petri in Tuscia.

Excommunicati ratione hæresis, vel alia de causa, uti & complices, sociique ejusdem hæresis admittantur ad testificandam contra hæreticos, credentes, & fautores eorum. (Ex ARCHIVIS ASSISIATI, & Veneto Conventuum nostrorum apud PEGNAM ad calcem Directorii Inquisit., & WADDINGUM in Annal. Min. num. 1.)

DXC.
Anno 1261. die 23. Januarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in Provincia* Romana, *& administratione* Beati Francisci [a] *a Sede Apostolica deputatis, & in posterum deputandis Sal., & Apost. Bened.*

Inquisitorum consultatio.

CONSULUIT Nos discretio vestra, utrum illos, qui ratione criminis hæreseos, vel alia de causa *excommunicationis* sententia sunt ligati, contra Hæreticos, credentes, defensores, fautores, vel receptatores eorum ad testimonium perhibendum admittere, & stare dictis eorum, seu illorum etiam debeatis, qui complices, participes, seu socios ejusdem criminis se fatentur? Quia igitur, si iidem excommunicati non admitterentur ad perhibendum testimonium contra tales; & dictis eorum, ac sic fatentium non staretur; frequenter officium Inquisitionis vobis commissæ in dispendium *Fidei* contingeret impediri; quando præsertim vix, aut nullo modo potest nisi per sic fatentes super hoc veritas apparere: statuimus in favorem *Fidei*, ut in hujusmodi Inquisitionis negotio dicti *excommunicati* contra hæreticos, credentes, defensores, fautores, & receptatores eosdem ad testimonium admittantur; & stetur tam illorum dictis, quam eorum, qui, ut prædictum est, socios ejusdem criminis se fatentur; dum ex verisimilibus conjecturis, quæ ex numero deponentium, vel personarum tam deponentium, quam earum, contra quas deponitur, qualitate, ac aliis circumstantiis conjici poterunt, sic fatentes non falsa dicere præsumantur [b].

Respondet Pontifex statuens ut supra.

Datum Laterani x. Kal. Februarii [c], Pontificatus Nostri Anno Septimo [d].

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1261.

Præsides excommunicati, vel potestatem non habentes requisiti pro justitia contra hæreticos, & eorum fautores officium exercere justitiæ valent, & requirentes etiam sententiam excommunicationis non incurrunt. (Ex AUTOGRAPHO Assisiatis Archivi nostri Sac. Conventus S. Francisci.)

DXCI.
Anno 1261. die 23. Januarii.

ALEXANDER &c.

Eisdem.

Inquisitorum quæstio.

QUÆSIVISTIS, an alicujus Regni, Provinciæ, aut loci regimini *Præsidentes excommunicati*; vel alias Jurisdictionem aliquam, pro eo quod fortasse dumtaxat de facto [e] præsident, non habentes; & *Officiales* eorum requisiti per Ordinarios, vel delegatos eorum, aut *Inquisitores* hæreticæ pravitatis a Sede Apostolica deputatos, justitiam contra Hæreticos, credentes, & defensores, fautores, vel receptatores eorum possint, & debeant exercere; & an requirentes eosdem excommunicatos propter hoc sententiam *excommunicationis* incurrant? In favorem igitur *Fidei* duximus statuendum, ut tales [f] in suis casibus, in quibus fuerunt requisiti per Ordinarios, delegatos, vel Inquisitores eosdem, ad superiores, qui legitime in locis ipsis justitiam exercere possint, recursum habere sine moræ dispendio, vel periculo negotii [g] non valentes possint, & debeant contra Hæreticos, credentes, defensores, fautores, & receptatores eosdem suum officium exercere; cum id ad

Pontificis responsio ad a.

(a) ADMINISTRATIONE B. FRANCISCI: *Umbriæ* videlicet, ac *Romana* binis Provinciis.

(b) Gravis est resolutio, inquit supracitatus Waddingus, propterea redacta in 6. corpus juris canonici cap. 5. *In Fidei favorem* tit. 2. de Hæreticis lib. 5., cui etiam consentiunt Concilia Biterrense c. 12., & Narbonense c. 4. non dissimiliter constituentia.

(c) X. KALEND. FEBRUAR.: Etiam 5. *Idus Februar.* extat datum ad Inquisitores forsan alterius Provinciæ, vel harum duarum alteri ex Archivo nostri Ordinis Romæ apud SS. XII. Apostolos, teste Petro de Alva in Indic. Bull. Seraph. nom. a.

(d) Hoc rescriptum dederat Pontifex Inquisitoribus Ord. Prædicat. in Lombardia, & Marchia Genuen. anno 1260. die 30. Martii ex Bull. 273. tom. 1. Bullarii ejusdem Ordinis.

(e) DUMTAXAT DE FACTO: Consultum hoc habetur in 6. Decret. lib. 5. tit. 2. de Hæreticis c. 6. *Præsidentes regiminis*, sed interpolatum, & decurtatum a Collectore dicente: *Licet excommunicati, vel de facto tantum, & non de jure jurisdictionem habentes*: cum enim Pontifex ait *Dumtaxat de facto*, exclusit jurisdictionem *de jure*.

(f) UT TALES: Nempe Præsidentes, eorumque Officiales excommunicati, vel jurisdictionem de facto tantum habentes.

(g) SINE MORÆ DISPENDIO, VEL PERICULO NEGOTII: Alias concessio, & statutum præsens non subsistet; ut Auctor Glossæ notavit.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1261.

Ad 9. ... a

ad exaltationem *Fidei*, & salutem pertineat animarum: Et requirentes [a] eos propter hoc *excommunicationis* sententiam non incurrant. Non credant autem Præsidentes, & Officiales prædicti per hoc, quod pro *Fidei* vitando periculo salubriter est provisum, sibi esse in aliis casibus concessum aliquid, vel permissum [b].

b

Datum Laterani x. Kalen. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Ne Fratres Ord. Minor. ad sua sodalitia recipiant; receptos vero restituant sub pœna excommun. (EX SPECULO Minor. fol. 11. apud AUTOREM Supplem. Annal. WADDINGI n.1., ex Monumen. Ord. Min. fol. 28., & Firmamen. trium Ordinum par. 2. tra. 1. fol. 20. apud INDIC. *Bullarii* Seraph., habetur AUTOGRAPHUM AVENIONS in Archivo nostri Conventus S. Francisci lib. 1. Bul. pag. 21., Parisiis etiam, & Cadomi, Rothomagique.)

DXCII. Anno 1261. die 4. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis universis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, & Conventibus Monasteriorum Sancti Benedicti, Cisterciensium, Sancti Augustini, Præmonstratensis, Camaldulensium, & Vallis Umbrosæ *Ordinum Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

VESTRAM, & vestrorum Ordinum condecet honestatem &c. [c]

c

Datum Laterani II. Nonas Februarii, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Ut deputatis Inquisitoribus hær. prav. binos assignent socios, & cum occasio ferret, etiam plures. (EX ARCHIVO Aracælit. n.96. apud WADDINGUM in Annal. Minor. ad hunc annum num. 2.)

DXCIII. Anno 1261. die 7. Februar.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis .. Provinciali Ministro [d], *ac ceteris Custodibus* [e], *& Guardianis* [f], *eorumque Vicariis Ordinis Minorum in* Urbe, *& administratione ipsius* [g] *Sal., & Apost. Bened.* d e f g

NE Catholicæ fidei negotium dilectis filiis...... Fratribus [h] vestri Ordinis in *Urbe*, & administratione ipsius ab Apostolica Sede commissum ex personarum defectu contingat, quod absit, quomodolibet impediri; volumus, & præsentium vobis auctoritate districte præcipiendo mandamus, quatenus tu, fili Minister Provincialis, singulis ex prædictis Fratribus *duos socios Fratres* videlicet ipsius Ordinis providos, & discretos, ac eidem negotio congruentes; de quibus ii, quibus assignati fuerint, merito valeant consolari, sublata difficultate qualibet, assignare procures. Et nihilominus tam tu, quam vos alii Custodes, Guardiani, & Vicarii, quotiens ab eisdem *Fratribus*, quibus dictum est commissum negotium, fueritis requisiti; & dicto negotio fuerit opportunum; & de aliis etiam Fratribus ejusdem Ordinis præter illos, qui eis in *socios* deputati fuerint; cum omni promptitudine providere curetis; ita quod præfatum negotium nullam ex negligentia vestra dilationem capiat; sed potius ex diligentia continuum suscipiat incrementum.

Causa commissionis. h

& præcepti, de quo supra.

Datum Laterani VII. Idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Septimo [i]. i

---

Fidei Censoribus in Italia, ut in quemcumque privilegiatum procedere valeant, & Tabelliones sibi constituere, iisque non extantibus, duos viros scriptores assumere. (EX INDICULO BULLARII Seraph. PETRI DE ALVA par. 1. sub hunc ann. n. 9.)

ALE-

(a) ET REQUIRENTES: Scilicet Ordinarii, aut eorum Delegati, vel Inquisitores hæreticæ pravitatis; siquidem communicare cum excommunicatis minorem excommunicationem gignit.

(b) Idem diploma dederat Pontifex *Inquisitoribus* hæret. pravit. O. P. *in Lombardia, & Marchia Januen.* anno superiore die 28. Maii; estque *Bulla* 271. Alexandri IV. in tomo 1. Bullarii novi illius Ordinis nonnihil tamen a Librario vitiata; quam iteravit Nicolaus IV. anno 1288. die 23. Decembris.

(c) HONESTATEM &c.: Videatur Constitutio, quæ prodierat etiam anno 1257. die 5. Februarii, uti supra visum est; & Waddingus in Annal. Minor. ad hunc annum 1261. num. 23. memorat utramque, sed primam tantummodo vulgavit. Extat etiam in Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 200. data anno 1258. die 5. Martii *Eremitis S. Augustini, & S. Gulielmi* pro dicto Ordine Prædicatorum p. 359.

(d) PROVINCIALI MINISTRO: Romanæ Provinciæ.

(e) CUSTODIBUS: In VII. enim *Custodias* dividebatur Romana Provincia, ut habetur ex divisione Provinciarum, & Custodiarum Ordinis anno 1260. a S. Bonaventura facta, & ex *Provinciali Ordinis* apud Polychronicon, ac Barthol. Pisanum Conform. XI.

(f) GUARDIANIS: Conventuum, locorumque, qui apud cit. Polychronicon erant 47., apud vero posteriorem Pisanum 51.

(g) ET ADMINISTRATIONE IPSIUS: Nempe Provinciæ Romanæ.

(h) FRATRIBUS: Scilicet hæret. prav. Inquisitoribus.

(i) Idem diploma Urbanus IV. dedit Prælatis Ord. Prædicat. Lombardiæ, & Marchiæ Genuen. an. sequenti die 26. Octobr. ex to. 1. Bullarii ejusdem Ordinis B. 31. pag. 433.

DXCIV. Anno 1261. die 8. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis per diversas* Italiæ *partes* [a] *a Sede Apostolica deputatis, & in posterum deputandis Sal., & Apost. Bened.*

Concessionis causa

NE commissæ vobis contra hæreticos *Inquisitionis* officium quocunque contingat obice præpediri; vobis, & singulis vestrum præsentium auctoritate concedimus, ut non obstantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis quibuscunque personis cujusvis dignitatis, conditionis; vel gradus, Religionis, aut Ordinis, & præsertim *Cisterciensis*, *Prædicatorum*, *Minorum*, seu *Eremitarum* [b], sive Communibus, vel Universitatibus Civitatum, ac locorum specialiter, vel generaliter sub quacunque verborum expressione, vel forma ab Apostolica Sede concessis, vel amodo concedendis; etiam si dicatur in illis, quod eis per aliquas litteras totum de verbo ad verbum tenorem non continentes privilegiorum, vel indulgentiarum ipsarum nequeat derogari; maxime quod illi *excommunicari*, vel ipsorum terræ supponi non possint Ecclesiastico *Interdicto*; aut quod prædictorum, aut aliorum quotumlibet Ordinum Fratres ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, seu denunciationes sententiarum *excommunicationis*, *suspensionis*, vel *interdicti* auctoritate litterarum Apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorum Ordinibus, & privilegiis, vel indulgentiis eis super hoc a Sede Apostolica concessis habeatur in eisdem litteris mentio specialis; in eodem officio, & contra impedientes illud, vel in eo vobis juxta officium, & posse suum a vobis requisitos assistere non curantes libere juxta formam vobis per litteras nostras traditam [c] procedatis; cum ex hujusmodi, vel aliis privilegiis, & indulgentiis nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obstaculum generari. Ad hæc si super his, quæ circa idem officium, illudque contingentia in scriptis fuerint redigenda, *Tabellionum* [d] secularium copia forte defuerit opportuna; personis *Regularibus* cujuscunque Ordinis, qui tabellionatus officium in seculo habuisse noscuntur, exercendi illud in his, cum a vobis, necessitate hujusmodi suadente, fuerint requisiti, auctoritate nostra licentiam concedatis; quos ad hoc constitutione canonica, vel regulari contraria nequaquam obstante ex districto volumus jussionis nostræ præcepto teneri. Quod si nec tales habere potueritis; alios duos viros [e] idoneos Clericos, vel laicos, quoties talis incumbit necessitas, assumatis, qui simul fideliter ea, quæ fuerint a vobis, vel coram vobis ex prædicto officio generali gerenda, conscribant; quorum scripta, quantum ad hunc necessitatis articulum pertinet, ac si unius personæ publicæ manu confecta fuissent, inconcussam habere decernimus firmitatem. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante Constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali [f].

cum obstantium derogatione, & Tabellionum quorumcunque permissione, duorumque Scriptorum substitutione.

Datum Laterani VI. Idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Septimo [g].

Ut ordinationem ejus, & Gregorii IX. de bonis Monasterii S. Silvestri de Monte Subasio pro Monasteriis Sanctæ Mariæ Vallis gloriæ, & inter Angulos contra Monachos dicti S. Silvestri faciat inviolabiliter observari. (Ex Apographo Archivi præfati Monasterii Vallis gloriæ Hispellen.)

DXCV. Anno 1261. die 9. Februarii.

ALEXANDER &c.

Venerabili Fratri ... Episcopo Spoletano [h] *Sal., & Apost. Bened.*

Narratio facti.

FEL. Record. Gregorius Papa prædecessor noster Ecclesiam Sancti Silvestri *de Monte Subasio* Monachis, qui in ea fuerant, exinde suis exigentibus cul-

(a) Per diversas Italiæ partes: Nempe in Provinciis Romanæ, Tusciæ, Umbriæ, Piceni, Flaminiæ, & Venetæ, seu Marchiæ Tarvisinæ.
(b) Eremitarum: Qui tempore recentiores præ ceteris clarebant, & pluribus privilegiis fulti erant.
(c) Per nostras litteras traditam: Quæ compluries superius habentur *Ad extirpanda &c.*, *Licet ex omnibus &c.*
(d) Tabellionum: Quorum mentio fit etiam in Bulla 504. *Ne Inquisitionis negotium &c.* anno 1259. idibus Septembris edita.
(e) Duos viros: In prædicta *Bulla* 504. memoratos.
(f) In Concilio generali: Lateranensi IV. c. 37.
(g) Similem, vel eamdem Constitutionem vulgavit Pegna in fine Directorii Inquisitorum datam anno superiore idibus Octobris Inquisitoribus hær. prav. O.P., & nuper Auctor Bullarii ejusdem Ordinis to. 1. B. 279.
(h) Episcopo Spoletano: *Bartholomæo*, de quo Ughellus tom. 1. Ital. Sacræ, & nos alias egimus.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1261.

culpis amotis, fecit de Clericis sæcularibus ordinari [a] pro eo, quod nulla spes supererat, quod posset in suo Ordine reformari: Tuque, sicut nosti, certam de possessionibus ejusdem Ecclesiæ ordinationem fecisti [b] ad mandatum Prædecessoris ejusdem; quam utique ordinationem dictus Prædecessor per suas litteras confirmavit [c]; sed, sicut ad audientiam nostram non sine admiratione, & animi turbatione pervenit, prædicti Monachi tam prædicti Prædecessoris circa eamdem Ecclesiam, quam etiam hujusmodi tuam ordinationem infringere in Apostolicæ Sedis contemptum, & injuriam moliuntur [d]. Nos igitur omnino volentes, ut hujusmodi ejusdem Prædecessoris, & tua ordinatio in sua firmitate perduret; Fraternitati tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ sub pœna *excommunicationis*, quam eo ipso incurras, si præceptum super hoc nostrum non adimpleveris, districte præcipiendo mandamus; quatenus, sicut pœnam ammissionis gratiæ nostræ desideras evitare, prædictam tam ejusdem Prædecessoris, quam tuam ordinationem facias, non obstantibus quorumcumque contradictionibus, inviolabiliter observari: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, præceptum super hoc nostrum taliter impleturus, quod non opporteat Nos super hoc scribere iterato.

Abbatiæ S. Silvestri suppressio.

Monachi contra moliuntur.

Præcipit Pontifex illi, quod supra.

Datum Laterani v. Idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Septimo [e].

An testes eorum, qui sub vitæ terminum induci sibi faciebant Consolatores *hæreticor., admitti deberent ad probandum eos tunc fuisse mente alienatos.* (Ex Archivo Ordinis apud SS. XII. Apostolos de Urbe teste Petro de Alva in Indic. Bul. Seraph.)

DXCVI. Anno 1261. die 11. ut 28. Februarii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in* Urbe, *& administratione ipsius* [f] *a Sede Apostolica deputatis Sal., & Apost. Bened.*

EX parte vestra fuit propositum coram Nobis &c. [g]

Datum Laterani III. Idus Februarii [h], Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Ut se invicem ab excommunicationis sententia absolvere, & ab irregularitate dispensare valeant. (Ex Archivo Aracœlit. n. 88. apud Waddingum in Annal. Min. ad hunc annum num. 3.)

DXCVII. Anno 1261. die 5. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in* Urbe, *ac ejus Provincia* [i] *Salutem, & Apostolicam Bened.*

UT negotium *Fidei* valeatis liberius promovere, vobis auctoritate præsentium indulgemus; ut si vos *excommunicationis* sententiam, & *irregularitatem* incurrere aliquibus casibus ex humana fragilitate contingat, vel recolatis etiam incurrisse; quia propter injunctum vobis officium ad Ministros vestros de levi super hoc recurrere non potestis; mutuo vos super his absolvere juxta formam Ecclesiasticam; ac vobiscum auctoritate nostra dispensare possitis; prout in hac parte dictis Ministris dicitur ab Apostolica Sede concessum [k]. Nulli ergo &c. nostræ Concessionis infringere, vel ei ausu &c. Si quis autem &c.

Concessionis causa.

Clausula prohib. &c.

Datum Laterani III. Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Ne

(a) Ordinari: Anno 1232. per litteras *Ab Ecclesia S. Silvestri &c.* die 17. Julii datas, & supra relatas.

(b) Ordinationem fecisti: Anno 1236. die ultima Augusti litteris *Cum Ecclesiam S. Silvestri &c.* ibi legendis.

(c) Confirmavit: Habetur quidem Innocentii IV. illius ordinationis confirmatio anno 1244. die 18. Maji facta litteris *Cum Ecclesiam S. Silvestri &c.*, sed illa Gregorii IX. non apparet, neque in illa Innocentii IV. memoratur.

(d) Moliuntur: Hinc apparet, cur in hujus Pontificis *Bulla* 44. apud novum Bullarium Roman. tom. 3. incip. *Officii nostri cura &c.* an. 1258. die 23. Julii data Ordini *Camaldulensi*, qua omnia bona stabilia, Ecclesias, & possessiones ei confirmat, recensetur etiam *Monasterium S. Silvestri de Monte Subasio cum omnibus pertinentiis suis in Episcopatu Spoletano*: Illud enim recuperaverant anno 1254., vel paulo ante sine tamen possessionibus alias Monialibus concessis ex Innocentii IV. diplomate *Venerabilis Frater &c.* anno 1254. die 13. Martii edito, & supra relato.

(e) Alias hujus Pontificis litteras pro hoc Monasterio *Monasteriis, & Ecclesiis &c.* anno 1259. die 15. Martii, & *Exhibita nobis &c.* anno 1257. calend. Decembris datas videas supra.

(f) In Urbe, et Administratione ipsius: Idest in ampla Provincia Romana.

(g) Coram Nobis &c.: Vide idem rescriptum datum anno 1258. Inquisitori *Marchiæ Anconitanæ* die 24. Septembris, *Romaniolæ* 13. Decembris, & illis Provinciæ *S. Francisci* die 13. Novembris.

(h) III. Idus Februarii: II. *Kal. Martii* habet Petrus de Alva in Indiculo *Bullarii* Seraphici.

(i) Provincia: Nempe Romana.

(k) Concessum: Per Constitutionem *Licet ad hoc Fratrum &c.* a Gregorio IX., & Innoc. IV. editam.

Ne permittant Monasteria, vel domos Monialium Ord. S.Damiani construi, vel inchoata perfici sine novo Sedis Apostolicæ assensu, & Ministrorum Provincialium Ord. Minorum consensu. (Ex Archivo nostri Conventus S. Francisci Coloniæ.)

DXCVIII. Anno 1261. die 14. Martii.

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis Universis per Alemanniam *constitutis, ad quos litteræ istæ pervenerint, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Rectam Pontificis documentum pro exordio.

Licet piæ mentis sit amplectenda devotio, non tamen licentia construendi Ecclesias, & Monasteria passim est quibuslibet concedenda; maxime cum aliquibus de Religionibus approbatis exinde scandalum, aut alias producitur detrimentum. Sane Nos dudum tum propter hoc, tum etiam quia *Moniales* Ordinis Sancti Damiani a discursibus, quos earum aliquæ non sine derogatione, ac infamia ipsius Ordinis frequentabant, voluimus cohiberi; Universis Abbatissis, & Monialibus ejusdem Ordinis sub pœna *excommunicationis* duximus per litteras nostras [a] inhibendum; ne pro suis negotiis, vel quavis alia de causa Sedem Apostolicam absque ipsius speciali mandato adire præsumant. Sed, sicut percepimus, quædam Religiosæ mulieres, quæ Sorores, seu *Moniales* Ordinis præfati se asserunt, Instituta ipsius, per quæ tenentur sub *clausura* perpetua [b] Divinis laudibus immorari, infringere non timentes; immo, quod est gravius, supradictam inhibitionem nostram temere contemnentes, dimissis claustris propriis, per *Alemanniam* præsumunt discurrere; ac sub nomine prædicti Ordinis Monasteria de novo ædificare conantur, dicentes super assecutione locorum, in quibus illa erigant, a nobis litteras impetrasse; quamquam de suo discursu temerario, ac inhibitione, & contemptu hujusmodi nulla in eis mentio penitus habeatur. Quia vero hujusmodi earum præsumptiones non solum in Animarum suarum perniciem, & dispendium ipsius Ordinis, verum etiam in grave scandalum dilectorum filiorum *Fratrum Minorum* redundare noscuntur; Nos in præmissis opportunum consilium adhibere volentes Fraternitati vestræ per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, ne quovis prætextu aliquarum litterarum per hujusmodi Sorores, aut *Moniales* a nobis hactenus obtentarum de præmissis non facientium mentionem, aut aliarum, quas a Sede Apostolica impetrari contigerit, nullum Monasterium, vel habitaculum præfati Ordinis *Sancti Damiani* in vestris Civitatibus, seu Diœcesibus de cætero incohari, vel incohatum de novo construi permittatis, nisi hujusmodi litteræ plenam, & expressam de præsentibus mentionem fecerint, & contineant; quod Ministri Provinciales de Ordine *Fratrum Minorum*, in cujus Provincia hujusmodi Monasterium, vel habitaculum deberet erigi, ad id assensus accedat: Contradictores per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo [c].

Contra quarumdam Monialium S. Damiani discursus.

Litteras alias inhibitionis commemorat.

Pseudomoniales contra inhibitionem agunt.

Per Alemanniam vagantes Monasteria ædificare conantur.

quam grave ipsis, & Fratribus Minoribus detrimentum.

Contra quas mandat, ut supra.

Datum Laterani II. Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Ut diebus SS. Francisci, Antonii, & Claræ sacris, vigiliis, ac octo diebus sequentibus tempore Interdicti *generalis apertis januis cum Religiosis, & Clericis secularibus officia Divina celebrare possint.* (Ex Autographo Archivi Ord. Romæ apud SS. XII. Apostolos, & Monumen. Ord. Min. fol. 257. Habetur etiam Apographum in Archivo nostri Conventus S. Francisci Constantiæ in Suevia; & Venetiis in illo magnæ domus, Conventusve B. Mariæ Gloriosæ.)

DXCIX. Anno 1261. die 22. Martii.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis ... Generali, & Provincialibus Ministris, ac Custodibus, Guardianis, & Fratribus Universis Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

PRO reverentia *B. Francisci* &c. [d] indulgemus, ut cum generale Terræ fuerit *Interdictum*, in vigiliis, & festivita-

(a) Litteras nostras: Quæ non habentur.
(b) Sub Clausura perpetua: Unde *Pauperes inclusæ* vocabantur.
(c) Idem scripserat jam Innocentius IV. an. 1250. die 20. Aprilis ad Archiepiscopos, & Episcopos Lombardiæ, Marchiæ Tarvisinæ, & Romaniolæ; & ipsemet Alexander ad illos Vasconiæ, & Aquitaniæ anno 1257. die 8. Januarii litteris incip. *Cum earum rector Satanas &c.*, quæ suis locis publicatæ sunt; etsi, quas hoc loco Pontifex indicat, non habentur.
(d) B. Francisci &c.: Vide *Bullam* 90. an. 1255. die 30. Julii datam usque *auctoritate præsentium*.

Alexander PP. IV. An.Ch.1261.

ſtivitatibus dictorum *Sanctorum*, ac Beatæ *Claræ*, & octo diebus immediate ſequentibus &c. [a]

Datum Laterani XII. Kalend. Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Septimo [b].

Ut in cauſis Monaſterii de Monte Sancto Tudertini ejus Procurator, aut Syndicus cujuſcumque generis juramentum præſtare valeat. (Ex Autographo ſub plumbo in Archivo dicti Monaſterii.)

DC.

Anno 1261. die 11. Maji.

ALEXANDER &c.

Dilectæ in Christo filiæ . . . Abbatiſſæ Monaſterii de Monte Sancto [c] *Ordinis Sancti Damiani* Tudertinæ *Diœceſis Salutem, & Apoſt. Bened.*

Exordium.

Illa tibi libenter concedimus, per quæ materia ſubmota gravaminis ſtatus tui tranquillitas procuretur. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod ſæpe contingit, quod in cauſis Monaſterii tui exigitur a te calumniæ juramentum. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, ut hujuſmodi, & cujuſcunque generis juramentum *Procurator*, ſeu Syndicus tuus ad hoc conſtitutus *in anima tua* in cauſis hujuſmodi præſtare valeat; & ad illud aliter præſtandum a quoquam compelli non poſſis, auctoritate tibi præſentium indulgemus [d]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis &c.

Petitionem Abbatiſſæ Pontifex ſuſcipit. & concedit ut ſupra. Clauſulæ prohib. &c.

Datum Viterbii v. Idus Maji, Pontificatus Noſtri Anno Septimo [e].

Epiſtolæ, & Diplomata hujus Pontificis a nobis deſiderata.

1. Eccleſiam S. Andreæ juris Prioris S. Sepulcri *Leontini* in Sicilia Pontifex anno 1255. univit Eccleſiæ Fratrum Minorum ex P. Rodulphio lib. 2. fol. 282. & Ph. Cagliola pag. 125.
2. Fratres noſtros *Panormi* in eadem Inſula degentes a juriſdictione Prælatorum exterorum exemit, & Eccleſiæ Romanæ tantum, ſuique Ordinis Prælatis ſubjectos eſſe decrevit. *Dat. Neapoli xii. Kal. Junii*, hoc eſt *anno* 1255. *die* 21. *Maji* ex cit. Rodulphio lib. 2. fol. 281.
3. Cœnobio *Meſſanen.* Indulgentiam contulit pro fabrica Eccleſiæ *Quoniam ut ait &c.* ex cit. Cagliola pag. 60.
4. Item O. Cardinali S. Mariæ in Via lata Diac. A. S. Legato in Sicilia, & Calabria juſſit, ut de exacta pecunia 50. uncias auri pro dictæ Eccleſiæ *Meſſanen.* conſtructione præſtaret ex eodem Cagliola p. 60.
5. Fr. Rufino O. M. copiam fecit tribuendi Romanæ Eccleſiæ fidelibus de bonis ad dictam Eccleſiam ſpectantibus, ex 13. epiſt. ipſius Alexandri Papæ *Licet tibi concedendi &c.* ſuperius relata.
6. Pro Fr. Petro Epiſcopo *Hortano* O. M. ab Epiſcopo Præneſtino conſecrato, ex Juſto Fontanino in Antiquit. Hortæ lib. 2. cap. 7. n. 25., ubi eas litteras pollicitus eſt ſe daturum in Append., quo tamen loco non apparent, & litteræ dicuntur datæ x. *Kal. Maji anno* 1.
7. Ordini Ciſtercien. ſcripſit *Quo vos in Chriſto &c.* ut ad ep. 64. *dat.* 22. *Maji* 1255. Ordini Prædicat., & ex epiſt. 159. Urbani IV. *Petitio veſtra nobis &c.*
8. Miniſtro Prov. Angliæ, ut Comiti Pembraciæ concedat *Fr. Petrum de Rupe* O.M. a ſacris Confeſſionibus ex ejus 85. epiſt. *Tua & Chariſſimi &c.*
9. Monialibus *Montis Sancti* Tudert., ne reciperent ullam in Monacham, vel Sororem ſine ſpeciali S. A. licentia ſub pœna &c. ex litteris Fr. Vitalis O.M. Cardinalis S. Martini in Montibus *anno* 1314. 23. *Febr. datis.*
10. Executoribus teſtamenti M. Ziani juſſit, ut locum *Vineæ* Venetiis Fratribus O. M. traderent ex ejus 59. epiſt. *Cum nos dilecti &c.*
11. Abbati Vallis Umbroſæ præcepit, ut *Fr. Paulum* O.M. transfugam Ordini ſuo reddi curaret ex ejuſdem 63. epiſt. *Dilecti filii . . . Miniſter &c.*
12. Epiſcopo *Aſſiſiat.*, ut Hugoni Rubeo Remen. Præpoſito exhiberi faceret Præbendæ ſuæ proventus ex epiſt. 148. *Statuta, per quæ &c.*
13. Electo Toletano commendavit Epiſcopum *Marochien.* O. M., ut ſubveniretur ex 158. epiſt. *Venerab. frater noſter &c.*
14. Epiſcopo Senogallien. pro Fratribus O. M. *Recineten.* contra quaſdam Sorores Auguſt. prope illorum locum conſtruentes ex 175. epiſt. *Dilecti filii Fratres &c.*
15. Item Epiſcopo Foroſempronien. pro iiſdem de eadem re ex cit. epiſt. 175.

16. Mo-

(a) Sequentibus &c.: Ut in cit. Bulla 50. uſque *Datum &c.*

(b) Legimus hunc Pontificem anno 1255. die 30 Julii eamdem *Indulgentiam* conceſſiſſe diebus feſtis *SS. Franciſci*, & *Antonii*; hic autem addidit *S. Claram*.

(c) Monasterii de Monte Sancto: De quo pluries ſupra actum eſt.

(d) Indulgemus: Jam antea Pontifex idipſum indulſerat *Abbatiſſæ*, & *Conventui Monaſterii* ſupradicti per litteras, *Ut remota ab omnibus &c.* dat. Neapoli 15. Kalend. Februarii Pontif. anno primo, quæ authenticæ ſub plumbo ſervantur in Archivo ſupradicti Monaſterii S. Claræ Tudert. his autem litteris indulget, ut id fiat per *Procuratorem* Monaſterii.

(e) Paucis autem poſt diebus Pontifex occubuit.

16. Monachia S. Crucia Fontia Avellani pro *Clariſſis Eugubin.*, ne prope illarum Monaſterium erigatur ædificium ex 178. epiſt. *Pro parte dilectarum &c.* A

17. Vetuit per litteras *Auctoritate S.A. &c.*, ne exempti in locia non exemptis Capellaa erigerent ex Indic. Bull. Seraph. P. de Alva ſub an. 1455., & ex 6. lib. 5. tit. 7. de Priv. c. 4.

18. Confirmavit Fratribus O.M. locum *S. Facundi* in Hiſpania conceſſum ex ejua epiſt. 366. *Merita veſtræ ſacræ &c.*

19. Itidem locum *S. Edmundi* in Anglia Fratribus controverſum, ex 376. epiſt. *Veſtræ meritis Religionis &c.*

20. Monaſterium S. Bartholomæi *Faleſianum* concedit, & unit Monaſterio Clariſſarum S. Mariæ *Maſſano* ex epiſt. 396. *Cum a nobis petitur &c.* B

21. Abbati Pompoſiano, ut Eccleſiam S. Mariæ in Trivio *Arimini* concedat Fratribua noſtria ex epiſt. 509. *Solet annuere &c.*

22. Item Epiſcopo Montis Feretri, & Abbati S. Juliani Ariminen. pro eadem re, ex Clementini Hiſt. Arimin. par. 1. l. 4. ad an. 1457.

23. Confirmat translationem loci *Aquæpendentis* O. M. S. Crucis Montis Aduri ad S. Mariam Burgi juris Abbatiæ Burgi S. Sepulchri ſcribena Epiſcopo Urbevetano, ut in poſſeſſionem dicti loci Fratres induceceret, & inductos defenderet ex Bonavent. Theulo in Appar. Minor. lib. 2. cap. 6. C

24. Similiter & translationem ſecundi loci apud *Hortum* Tuſciæ, ex epiſt. 522. *Ex tenore veſtræ &c.*

25. Archiepiſcopo Cantuarien., & Decano Lincolnien. pro Cœnobio *S. Eadmundi* Fratribus noſtria attribuendo, ex epiſt. 60. Urbani IV. *Expoſuerunt nobis &c.*

26. Miniſtro Provinciæ *Angliæ* pro eodem Cœnobio, ex cit. epiſt.

27. Eidem Miniſtro, & Fratribua *Angliæ* pro præmiſſarum litterarum moderatione, ex allata epiſt. 60. D

28. Fr. Joanni *Cantiano* Anglo O.M. varia negotia commiſit ex Urbani IV. epiſt. 13. *Licet perſonæ &c.*, & 14. *Cum negotia &c.*

29. Eidem, ut Archiepiſcopum *Tuamen.* in Hibernia moneret pro ſolutione pecuniæ Cameræ Apoſtolicæ debitæ, ex epiſt. 104. ejuſdem Urbani IV. *Venerabili Fratre &c.*

30. Epiſcopo *Ferentini* pro loco intra Civitatem Fratribua noſtris permittendo, ex Nicolai III. epiſt. *Significarunt nobis &c.*

31. Epiſcopo Peruſino pro Eccleſia *S. Matthæi* Fratribus O.M. *Peruſ.* opportuna litteria *Dat. Laterani* XIII. *Kal. Aug. Pontif. anno* 2., ex Archivo noſtri Cœnobii Peruſ. E

32. Epiſcopia Aſſiſiat. & Nucerino ſuper compoſitione Epiſcopi *Camerinen.* cum quibuſdam Laicis ſuæ Diœceſis pro bonia occupatia, ac devaſtatis ab illis, ex Clementis IV. epiſt. *Significavit nobis &c.*

33. Pro Fratribus *de Pœnitentia* Conſtitutio *Intentos cultui &c. Dat. Laterani* III. *Idus Maji Pontif. anno* 2., ex Archivo noſtri Cœnobii Conſtantien. in Svevia.

34. Miniſtro Prov. Aragoniæ, Cuſtodi, & Guardiano Majoricen. commendat Monaſterium Clariſſarum *Majoricæ* Inſulæ, *Datum Laterani Kalend. April. Pontif. anno* 2., ex Monum. Mſs. Prov. Majoricen. apud authorem Supplementi Annal. Waddingi ad ann. 1256. n. 3.

35. Epiſcopo Regii Lepidi, ut Palatium Imperatoria Rom. Fratribua noſtris *Regien.* tribueret, ex epiſt. ſua 214. *Sacra Ordinis veſtri &c.*

36. Item Matthæo de Piia Canonico Mutinen. pro execut. dicti mandati, ex cit. ep. 214.

37. Firmat unionem Hoſpitalium Piſan. magno ejuſdem Civitatia Hoſpitali opera *Fr. Manſueti* O.M. facta, ex 378. epiſt. *Oblata nobis &c.*

38. Joanni Ducatus Spolet. Rectori pro commutatione Eccleſiæ S. Georgii *Aſſiſiat.* cum Monaſterio *S. Damiani* Clariſſarum, ex epiſt. 487. *Inducunt nos &c.*

39. Eidem aliam epiſtolam dedit, cujua para refertur in cit. epiſt. 487.

40. Clariſſis univerſis mandavit, ne pro quavis cauſa Sedem Apoſtolicam abſque ſuo juſſu adire præſumerent, ex epiſt. 598. *Licet piæ mentis &c.*

41. Monaſterio S. Laurentii *Urbevet.* contulit quædam bona ad Caſtrum Radicoſani attinentia, ex Urbani IV. epiſt. 39. *Olim fel. record. &c.*

42. Indulgentiam contulit Eccleſiam FF. Minor. *Limburgen.* Diœceſis Leodien. adeuntibus *anno Pontif.* 2., ex Archivo illius loci teſte Waddingo ad ann. 1464. n. 52.

43. Fratribus O. M. Pariſien., & aliia indulget, ut in Miſſis de Spiritu S., & de B. Virgine dicere queant *Hymnum Angelicum*, & *Sequentias*, ſeu *Proſas*, ex epiſt. 192. *Preſſi gravi Orbis &c.*, & ex Autographo *Dat. Laterani Pontif. anno* 2. Archivi magni Cœnobii Pariſien., teſte Gonzaga par. 1. de Conv. Pariſ.

44. Cavit, ne Fratrea O.M. ab A.S. Legatia compelli poſſint ordinariorum judicum officio fungi *Dat. nonis Auguſti Pontif. an.* 2. ex Tabulario *Coſentino* Conv. S. Franciſci apud cit. Gonzagam par. 2. Conv. 7. Prov. Calabriæ.

45. Monachis de Monte Herili, ut Balbinæ Guitti darent Eccleſiam S. Silveſtri *Biſent.* pro fundando Monaſterio Clariſſis, ex ep. 132. Urbani IV. *Ex parte veſtra &c.*

46. Ut Fr. *Roſtando* O.M. Rectoriam Lingonien. dimittente, detur illa perſonæ ab ipſo Fr. Roſtando delectæ, vel propoſitæ, ex 5. ep. ejuſdem Urbani *Dilectus filius &c.*

47. Item Epiſcopo Vaſaten., ne ſine conſilio dicti Fr. *Roſtandi* quemquam ad præfatam Rectoriam aſſumeret, ex cit. 5. epiſt.

48. Pro Inquiſitoribus Conſtitutio incip. *Ad extirpandas vulpeculas &c. Dat. Laterani* VII. *Kal. Februar. Pontif. anno tertio*, qua cavetur, ne *excommunicatus* ab Inquiſitore hæret. pravit. a quoquam abſolvi poſſit, niſi de hujuſmodi indulto plenam, & expreſſam in litteris etiam Delegationia fecerit mentionem, inquit Camillus Campegiua in Addit. ad cap. VIII. Tractatus Zanchini *de Hæreticis*.

49. Electo Archiepiscopo Pisano semel atque iterum scripsit pro Hospitali Stagnen. Clarissis *Pisanis* dando, ex ejus epist. 379. *Justis petentium &c.* A

50. Itemque Crasso Canonico Pisano pro executione prædictæ suæ commissionis, ac litterarum, ex cit. epist. 379.

51. Confirmavit Ecclesiam & locum *Proceni* in Tuscia Fratribus nostris concessum, ex epist. 489. *Dilecti filii Guardianus &c.*

52. Clarissis *Asten.* Diplomate incip. *Cum dilectæ in Christo &c. Dat.* XII. *Kal. Februar. Pontif. anno tertio*, & incluso in alio Nicolai IV. anno I. edito ex Waddingo ad ann. 1288. n. 44. indulsit, ut certam pecuniæ summam ex incognitis restitutionibus, votorumque redemtionibus percipere possent. B

53. Fr. Bartholomæo Bohemo prædicandi Crucem contra Lithuanos, & Jaczvingos provinciam committit per epist. 310. Reges. Vatic. l. 3. anno 1257. ex Raynaldo ad eum annum n. 21.

54. Monachis S. Pauli de Valle Pontis *Perusin.*, ut tractatum permutationis Molendini cum Ecclesia S. Mariæ de Presso Clarissarum *Montis Lucii* terminent, ex ejus epist. 273. *Sicut accepimus &c.* C

55. Eximit, & liberat Fratres nostros a jurisdictione Theatini Præsulis Electi, ex epist. 334. *Volentes paci &c.*

56. Legionen. & Zamoren. Episcopis, ut Abbatem S. Facundi ad ejiciendum Fr. Guilielmum Arnaldi transfugam cogant, ex 365. epist. *Quælibet sacra Religio &c.*

57. Episcopo Forosempronien., ut Moniales S. Mariæ *Begni* in possessionem Monasterii S. Silvestri Iscleten. ponat, ex epist. 399. *Ne dilectæ &c.*

58. Monachis S. Silvestri *Iscleten.* Diœcesis Urbin., ut locum cederent Clarissis Castri *Begni* exulibus, ex cit. epist. 399. D

59. Jacobo Alberici Scriptori Pontificio, ut prædictas *Begni* Clarissas in possessionem Monasterii Iscleten. inducat, censuras in Urbinates ferat, & Iscleten. Abbatem ad comparendum citet, ex epist. 423. *Per litteras nostras &c.*

60. Potestati, & Consiliariis Urbinat., ut Abbatem *Iscleten.* a quadam dicti Monasterii domo amoveant, ex cit. epist. 423.

61. Constituit *Fr. Blancum* O. M. Episcopum Marochii, & A. S. Legatum in tota Africa, ex Nicolai IV. epist. *Illius licet immeriti &c.* E

62. Tradit Regulam S. Claræ Monialibus Monasteriorum *S. Antimi*, & *S. Vincentii* Diœcesis S. Leonis Montis Feretri, quorum primum funditus excisum est, alterum vero unitum fuit Monasterio Clarissarum Terræ *S. Agathæ* ejusdem Diœcesis, ex monumentis Ecclesiæ Feretranæ.

63. Firmat commutationem Ecclesiæ S. Petri majoris cum Monasterio *Ficeclen.* inter Episcopum Lucan., & Clarissas Gattajolæ, ex Urbani IV. ep. 126. *Insinuavit nobis &c.*

64. Episcopo Lucano, ut si præfata commutatio non efficitur, Monasterium *Ficeclen.* ad Clarissas memoratas revertatur, ex cit. epist. 126.

65. Episcopo Albingaunen., ut Clarissarum *Genuen.* Monasterio uniat alterum de *Logano*, ex epist. 519 *Sua nobis dilectæ &c.*, & 532. *Justis petentium &c.*

66. Archiepiscopo Genuen. pro eodem *Genuen.* Monasterio, ac alterius Loganen. cum illo unione, ex cit. epistolis.

67. Raynaldo Canonico Theatino pro eadem re, ac Monasteriis, ex cit. epist. 519.

68. Fr. *Mansuetum* Ord. Min. legavit in Angliam pro Siciliæ Regno Edmundo Regis H. Angliæ filio deferendo, ex Raynaldo ad ann. 1258. n. 13.

69. Fratribus Equestris Ord. Avisien. scripsit *Idibus Decembr. Pontif. anno* IV., ne Cœnobii *Extremocen.* erectionem impedirent, ex Autographo Archivi Cœnobii Eboren. O.M. testante Auctore Supplementi ad Annales Waddingi sub ann. 1258. num. 1.

70. Archiepiscopis Bracaren. & Compostellano, quos dictorum Fratrum *Extremocen.* conservatores, & defensores constituit, ex cit. Auctore Supplem.

71. Fr. *Rufino* O. M. in Sicilia & Calabria Legati Apostolici Vicario pro Jo: Sacco Canonico Panormitano, ex ejus ep. 310. *Divulgatæ famæ &c.*

72. Agneti *Barcinonen.* Monasterii Clarissarum Abbatissæ officium dimittere volenti, ut patienter ferat *Dat.* VI. *Kal. Aug. Pontif. anno* IV. ex Waddingo ad ann. 1233. n. 36.

73. Ministro Prov. Aragoniæ, ut præfato Monasterio *Barcinon.* Fratres concedat inserviendi causa, ex epist. 446. *Sub certa forma &c.*, & ex cit. Waddingo.

74. Prælatis Eccles. pro *Inquisitoribus* hæret. pravit. O.M. *Ad extirpanda &c. Dat.* v. *Idus Octob. Pont. an.* IV. ex Indic. Bull. Seraph.

75. Matthæo de Piis Canonico Mutinen. pro Fratribus O. M. contra *Templarios* molestatores super legatis &c. ex epist. 403. *Felicis recordat Innocentius &c.*

76. Episcopo Assisiat., ut *Perusina* Statuta contra Fratres Ord. Prædicat. & Minorum revocare faciat, ex 420. epist. *Vehementer mirari &c.*

77. Gerardo, & Fratribus *Lucanis* epist. incip. *Vestris meritis &c. Dat.* XVII. *Kal. Martii Pontif. anno* V., ex Indic. Bull. Seraph.

78. Episcopo Sorren. in Sardinia, ut occupata restituat Monasterio Pisano Clarissarum O. SS. de Ripa Arni, ex 479. epist. *Exposita nobis dilectarum &c.*

79. Episcopis Bosan., & Castren. Sardiniæ contra præfatum Episcopum Sorren. pro dicto Monasterio, ex cit. epist. 479.

80. Abbati de Palude contra eundem pro memorato Monasterio, ex cit. epist.

81. Archiepiscopo Pisano de Hospitalis *Orticariæ* ab unione magni Hospitalis Pisis opera *Fr. Mansueti* O. M. facta revocando, ex epist. 533. *Dilecti filii Prior &c.*

82. Eidem iterum scripsit super eadem re, ex dicta epist. 533.

83. Ministro Prov. Burgundiæ pro loco *Cariloci* recipiendo, ex epist. 123. Clementis IV.

Orta

Orta dudum &c., &.. Nicolai IV. *Olim* A *ex relatione &c.*

84. Abbati Cluniacen., ut permittat Fratres O. M. in eo loco consistere, ex cit. epist.

85. Episcopo Diensi in Gallia pro eodem Cariloei Cœnobio, ex cit. epist.

86. Episcopo Matisconen. ibidem pro eodem negotio, ex cit. epist.

87. Item prædictis Episcopis denuo pro eadem re, ex cit. epist.

88. Etiam Archiepiscopo Ebredunen., & Electo Lugdunen. eadem ex causa, ex cit. epist.

89. Sanctimonialibus *Humilitatis B. M. V.* Parisien. Regulam concessit, ex 77. Diplomate Urbani IV. *Religionis augmentum &c.* B

90. Pro tempore generalis *Interdicti*, ut celebraretur &c., indulsit Diplomate *Noverit Universitas &c. Dat.* III. *Kal. Aug. Pontif. anno* VI., ex Indic. Bull. Seraph.

91. Raynerio Viterbien. Patrimonii S. Petri Rectori pro Cœnobio *Hortana* contra molestatores Fratrum nostrorum, ex epist. 539. *Sua nobis dilecti &c.*

92. Eidem pro Fr. Andrea *Inquisitore* contra hæret. pravit., & Capellum de Chia, ex epist. 549. *Dum ad studium &c.*

93. Romano Senatui pro *Inquisitoribus* Rom. Prov. & Viterbiensibus contra dictum Ca- C pellum, ex epist. 559. *Ex insinuatione &c.*

94. Archiepiscopo Ravennati, & Matthæo de Piis Canonico Mutin. pro Fratribus Ordinis Min. Prov. *Bonon.* contra quosdam Prælatos Eccl., ex epist. 555. *Dilecti filii Minister &c.*

95. Pro Cœnobio *Montis Alverniæ* epist. incip. *Dum olim adhuc &c.* al. *Olim dum &c. Dat.* V. *Kal. Novembr. Pontif. anno* VI., ex Indic. Bull. Seraph., & Gonzaga par. 2. Conv. 17. Prov. Tusciæ, atque Waddingo ad ann. 1213. n. 51., ne locus unquam a Fratribus deseratur; ne suppellex distrahatur; D & fericis indumentis in sacris uti valeant.

96. Monasterium *S. Sixti* O. B. confirmat Clarissis Placentin. *die* 25. *Novembr.* 1260., ex Petro M. Campo par. 2. Hist. Placent. l. 18.

97. Duobus Civibus Genuen. pro pecunia *Conventui Assisiat.* S. Francisci a Christianis Regni Marochii legata, & apud eos deposita, ex epist. 588. *In his quæ sunt &c.*

98. Archiepiscopo Genuen. pro eadem restituenda, ax cit. epist. 588.

99. 100. 101. 102. Epistolæ quatuor datæ dicuntur *anno* 1260. pro fundatione Monasterii Clarissarum *Scalabit.* al. *Santaren.* in Lusitania cum relaxatione a paupertate in E communi, ex auctore Orbis Seraphici to. 2. lib. 11. cap. 10. apud auctorem Supplementi ad Annales Waddingi ad eum ann. n. 12.

103. Pro Inquisitoribus contra hæret. pravit. diploma incip. *Ad extirpanda &c. Dat* II. *Kal. Martii Pontif. anno* VIII. ex Indic. Bull. Seraph. sub ann. 1261.

104. Priori Prædicat. & Guardiano Minor. FF. *Bituricen.* epist. *Dat. Laterani* XIII. *Kal. Martii Pontif. anno* VII. facultatem dedit absolvendi Canonicos illius urbis a censuris Eccl. pro electione successoris Ven. Philippi Berrier eorum Archiepiscopi defuncti ex nova Gallia Christiana Sanmarth. to. 1. num. 72.

105. Clarissis S. Jacobi *Corneti* in Tuscia concessit terras, vineas, prata, & pascua in tractu Aquæbonæ & Popparum; & Prior S. Mariæ de Castello jussus est mittere in possessionem earum rerum Procuratores Monasterii ipsarum ex monumentis Archivi Ordinis nostri Romæ apud SS. Apostolos sub ann. 1261.

106. Alphonso Hispaniæ Regi, ut Clarissas foveat, & adjuvet ad locum *Tudelæ* acquirendum ex Vaddingo ad ann. 1369. n. 21.

107. Episcopo Tirasonen. pro iisdem S. Claræ Monialibus *Tudelæ* locum inquirentibus ex laudato Vaddingo.

108. Magistratui *Tudellensi* pro eadem re, & Sanctimonialium commendatione ex cit. Vaddingo.

109. Archiepiscopo Genuen. pro *Stigmatibus S. Francisci* contra nonnullos incredulos ex S. Antonino Hist. par. 3. tit. 24. cap. 2. num. 10.

110. Archiepiscopos Jaderen. & Antibaren. constituit Conservatores Fratrum nostrorum *Provinciæ Dalmatiæ* contra quosdam ex Gonzaga par. 2. Conv. 12. Prov. Dalmat.

111. Ministris Ordinis, ut Fratribus eis subditis licentiam dare valeant acceptandi *dignitates Eccles.* extra Ordinem ex autographo Archivi Jaderen. ex cit. Gonzaga.

112. *Indulgentiam* 50. *dierum* contulit in festis Sanctorum Ordinis *Quinque prudentes &c.* ex Collect. Marci Trivisani, & Roderico post 28. Bullam Alexandri IV.

113. Item 100. *dies* pœnitentiæ venientibus ad *horas Canonicas* in nostris Ecclesiis relaxavit epist. *De Segete Evangelicæ messis &c.* ex cit. autoribus.

114. Item 40. *dies* recipientibus Fratres viatores O. M. in domos suas, alimenta præbentibus, naulum pro illis solventibus &c. *Sicut Abraham &c.* ex iisdem auctoribus.

115. Episcopis Visen. & Gerunden., ut Cœnobia cujuslibet Ordinis 300. cannis distent a nostris in *Catalaunia*, ex epist. 26. B. Gregorii X. *Sua nobis Mag. &c. anno* 1274. 13. *Aug.* Fr. Raymundo de Pennaforti data, & in To. 1. Bullarii O. Præd. vulgata p. 322.

116. Prælatis Eccles. *Tusciæ* commendat Fratres Ord. Minor. *Cum dilecti filii &c. Dat. Neapoli* XV. *Kalend. Maji Pontif. anno primo*, ex Autographo in Archivo Florentino nostri Conventus S. Crucis.

117. *Bajanen.* in Gallia Clarissis indulget, ne absque Sedis Apostolicæ facultate cogantur ad recipiendas Conversas: *Devotionis vestræ &c.* Dat. *Anagniæ* ... *Novembr. Pont. anno* II., ex autographo præfati Archivi.

118. Ut Fratres nostri *Sanctimonialibus* inservientes actibus suis legitimis fruantur: *Nimis injuste agitur &c.* Dat. *Anagniæ nonis Februarii Pontif. anno quinto*, ex autographo in cit. Florent. Archivo.

119. Super *Regula* Monialium S. Claræ: *Sol ille verus &c.* Dat. ... IV. *idus Februarii Pont. anno quinto*, ex cit. Archivi autogr.

URBA-



Urbanus PP. IV. An. Ch. 1261.

URBANUS IV.

Natione Gallus, & patria Trecensis antea Jacobus Pantaleo vocatus, ac Patriarcha Hierosolymitanus, Alexandro IV. absens anno 1261. die 29. Augusti Viterbii suffectus est, & die 4. Septembris coronatus. Rexit Rom. Petri Cathedram annos III. mensem I. & dies IV., migravitque ex hac vita Perusii anno 1264. die 2. Octobris.

Certiorem facit Sororem suam de sua ad Sedis Apostolicæ culmen assumptione, ejusque orationibus apud Deum adjuvari poposcit. (Ex Formulario Marini Ebul. lib. 2. de Elect. Rom. Pontificis apud Waddingum in Annal. Min. ad ann. 1261. n. 7., & Raynaldum in Annal. Eccles. ad eumdem annum num. 16. & 17.)

I. Anno 1261. die ...

URBANUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

a *Dilectæ filiæ* Agneti *Moniali*[a] *Monasterii*
b *S. Mariæ* Montis Lucidi[b] Perusin. *Ord. S. Damiani* Sorori *nostræ* *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*



Mirandum forte æstimas, dilecta in Christo filia, & *Soror* in carne; postquam ad istud Apostolici culminis pœnale fastigium, quod quidem animæ nostræ deliberatio non elegit, Nos voluntas Divinæ dispositionis, & utinam non indignationis assumpsit; anxiam te suspendit aliquantulum nostrarum expectatio literarum[c]. Verum alia nostram, & alia disponit, ut credimus, cogitatio mentem tuam. Nam etsi forsan de gradu nostræ promotionis exultans, quasi aliquid a nobis tibi prospere successerit, expectes animale cordis tui gaudium super hoc insinuationis nostræ relatione compleri: Nos tamen tanquam tristia passos non læta in eo, quod de nobis contigit, assequutos, nisi iis, quos nobis in adversis compati credimus, referre tam ingentem causam nostræ amaritudinis non delectat. Nempe si adhibitos nobis in hac gravi nostra mutatione sentires aculeos punctionum, quibus ad imponendam infirmis humeris gravissimam Orbis sarcinam, & ad quotidianam universalis Ecclesiæ sollicitudinem insufficientibus viribus tolerandam impellimur; judicares utique non congaudendum Nobis, sed profusis lacrymarum imbribus condolendum; & quibus præcordia nostra istius altitudinis, in quam venimus, inquietationibus quatiantur; affectares potius ignorare, quam scire. Tu ne beatitudinis alicujus gloriam esse putas, de honoris celsitudine, qua præeminere videmur, Nos interius affici nostro judicio, & exterius haberi felices judicio alieno? Potius illos felices judica, quorum Crux patet exterius, sed latiorem habent interius unctionem. Significanda tibi hæc quidem fuerant, ut afflictionem viscerum nostrorum, quæ calix iste, quem coacti sumus bibere, conturbavit, paribus nobiscum gemitibus patiaris: quæ sola ex animo tanquam proximior nobis præ cæteris in Domino, & in carne in asperitate quacumque adurente cor nostrum dolere crederis vicem nostram. Sed quando vocationis vox illa terribilis in auribus nostris intonuit, quæ Nos in hanc periculorum eminentiam supremæ speculationis invexit; tantus Nos stupor absorbuit, quod potius mirari potes, & quæ-

Significat, cur non illico scripserit ad eam de sua promotione.

Quam grave onus Pontificium.

Quare suas ei afflictiones in hac exaltatione describit.

(a) Agneti Moniali: Forsan ea, cui veluti Monialium Maximæ, vel ut ajunt *Abbatissa* scripsit Gregorius IX. anno 1229. die 15. Junii litteras incip. *Sicut manifestum est &c.*, ibique relatas.

(b) Monasterii S. Mariæ Montis Lucidi: De quo dictum est ad Bullam VII. Honorii III. *Sacrosancta Rom. Ecclesia &c.* anno 1222. die 14. Septembr. editam.

(c) Nostrarum expectatio litterarum: Tam gravi Pontifex occupatus ministerio non statim ad Sororem litteras transmisit.

& quærere, si quid Nobis remansit virium? si quid mentis, quam movere de nostra taciturnitate querelam? Adde, quod inter ipsa nostræ promotionis auspicia Nos frequens turbatio negotiorum impedit, & difficultatum undique ingruentium involvit; ita quod nulla quietis nostræ vacua curis hora relinquitur; & cordi nostro tempestuosa sunt, etiam dormientibus nobis, noctis silentia intempesta. Itaque dolere super Nos potius, quam lætari te convenit; quod supra vires opprimimur jugo; quod impositæ servitutis anxietatibus cruciamur; quod negotiorum supergredientium caput nostrum vexamur laboribus; quos nisi Divina clementia, & pia Ecclesiæ patrocinia infirmitatem nostram adjuverint, quomodo poterimus sustinere? Ergo filia, quæ tranquilla sedens ad pedes Domini extra tumultus seculi frueris optima portione; Nos tam gravi occupatos ministerio, tot injunctæ sollicitudinis turbationibus involutos adjuva quæsumus coram Deo suffragiis, quibus potes. Speramus enim, quod si ad aures Domini clamorem cordis tui affectus intensior introducat, plenius nobis Divini favoris auxilium impetrabis; & tam tibi ad meritum, quam nobis ad consolationis solatium bene erit; cum in ministerio Domini negotium nostrum tuo senserimus otio relevari [a].

Luc. 10. 39. & 42.

Se ejus orationibus apud Deum commendat.

Jubet, ut ejus subditi Fratres in Provincia desistant a recipiendo professos Carmelitas *ad suum Ordinem sine licentia Præfectorum, & ab ea opera compescantur.* (Ex Archivo Ssc. Assisiatis Conv. S. Francisci.)

II.

Anno 1261. die 22. Septembr.

URBANUS &c.

Dilecto filio.. Generali Ministro [b] *Ord. Fratrum Min. Sal., & Apost. Ben.*

Religionis Minor. encomium, & eidem commonitio.

QUANTO inter Religiones alias Ordinis tui Religio per virtutum prærogativam, & eminentiam sanctitatis conspectiori rutilat claritate; tanto magis professores ejusdem condecet honestatem; ut omnem in se justitiam adimplentes debitæ charitatis legem erga singulos observare studeant, non faciendo id aliis, quod sibi adscriberent ad offensam. Sane dilecti filii Generalis, & alii Priores, ac Fratres Ordinis Beatæ Mariæ *de Monte Carmelo* [c] gravi Nobis querela monstrarunt; quod cum nonnulli ex ipsis ad partes *Provinciæ* [d] pro animarum procuranda salute se de novo transtulerint; & diversa loca ibidem ex pia devotione Fidelium sint adepti, conantes illuc plantare Ordinem memoratum; Fratres tui Ordinis de partibus illis circa eos, qui sunt novella plantatio [e], non gerunt effectum debitæ charitatis; sed graves, ac molesti eis plurimum existentes, Fratres dicti Ordinis *de Monte Carmeli* post factam professionem in ipso, non obtenta suorum Prælatorum licentia, nec petita, ad præfatum Ordinem tuum pro sua recipiunt voluntate in grave dictorum Priorum, & Fratrum suorum scandalum, & Ordini eorum non modicum detrimentum. Quia vero pro parte ipsorum ad nostram providentiam super hoc habitus est recursus; Discretionem tuam attente rogandam duximus, & monendam, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus dictos Fratres ipsius Ordinis de *Monte Carmeli*, circa quos pro suæ sacræ Religionis, & piæ vitæ meritis affectum gerimus benevolentiæ specialis, pro Divina, & nostra reverentia efficaciter habeas commendatos; ac ita supradictos Fratres tui Ordinis a præmissis gravaminibus, & molestiis eorumdem Fratrum *de Monte Carmeli* compescas; quod inter Professores ipsorum Ordinum non ulla contentio habeatur ulterius; & Nos tuam sinceritatem exinde merito commendemus.

Fratrum Carmelitarum expostulatio.

Fratres Minores in Provincia Galliarum recipiunt FF. Carmelitas ad suum Ordinem.

Eorumdem Carmelitarum recursus ad Pontificem.

Pontifex mandat id, quod supra.

Datum Viterbii x. Kalend. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Primo [f].

Ut

(a) Relevari: Deest locus, annus, & dies, quibus litteræ datæ sunt; uti sunt fere omnes in cit. Formulario Marini; nihilominus conjicere possumus datas esse litteras intra annum 1261., quo Viterbii morabatur; additque Waddingus loco supra citato, scripsisse eum eodem tenore ad Abbatissam, ceterasque Sorores dicti Monasterii. Sed & Raynaldus laudatus dubitat, an sint litteræ Urbani, vel potius *Clementis IV.*, nam inquit, in cit. Marini Formulario extant inter Clementis IV. litteras, & stilus innuere videtur: verumtamen Pagius junior evincit litteras Urbani esse, non Clementis; cum Pontifex scripserit: *Sola ex animo tamquam proximior nobis præ ceteris in Domino, & in carne Soror &c.*: quod Clemens *Sorori* non scripsisset, cui geminæ filiæ fuerant; & Marini epistol. collectio parum ordinata scitur.

(b) Generali Ministro: S. Bonaventuræ.

(c) B. Mariæ de Monte Carmelo: Paucis ante annis in Europam a S. Ludovico Franciæ Rege ex Oriente traductos.

(d) Ad partes Provinciæ: Gallice vulgo *Provence*.

(e) Novella plantatio: Saltem in Europa.

(f) Hanc epistolam non novit Auctor *Bullarii* Carmelitani.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1261.

Ut intersit solutioni pecuniæ Dentajuvæ Senen. faciendæ jussu Fr. Raynaldi de Tocco O. M., residuum pecuniæ conservari ad opus dicti Fratris faciat, & præfato Dentajuvæ assistat. (Ex Archivo Vatic. in Regest. Pontif. pag. 5. tom. 2. an. 1.)

III. Anno 1261. die 22. Octobris.

URBANUS &c.

Venerabili Fratri . . [a] *Episcopo Anagnino* [b] *Salutem, & Apostol. Bened.*

Occasio scribendi.

ECce mittimus dilectum filium *Dentavivam* [c] de Senis latorem præsentium familiarem nostrum ad recipiendum mille sexcentas librarum denariorum Senatus [d], quas sibi *Frater Raynaldus de Tocco* [e] mandat per litteras suas apud Anagn. nomine nostro persolvi. Volumus igitur, & mandamus, quatenus personaliter intersis solutioni hujusmodi pecuniæ quantitatis; qua integre persoluta, totum residuum, quod ultra dictam quantitatem inveneris superesse, facias caute deponi, & ad opus ejusdem *Fratris* fideliter conservari; ita tamen quod nihil inde dicto Fratri, vel cuiquam alii de hujusmodi deposito impendatur, nisi secundum quod per nostras tibi duxerimus litteras intimandum [f]. Quantitatem autem ipsius residui [g], & quod super hoc ex solutione prædicta factum fuerit, Nos reddere studeas per tuas litteras quantocius certiores, præfato familiari super receptione, ac translatione ipsius pecuniæ impensurus pro nostra, & Apostolicæ Sedis reverentia consilium, & auxilium opportunum.

Mandat ea, quæ supra exposita, relationem factorum expectens.

Datum Viterbii XI. Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut detentoribus Prioratus S. Andreæ Platiensis amotis, illum conferat Fr. Adamo Capellano, collatumque eidem tueatur; oppositores vero citet ad comparendum. (Ex Regesto Pontif. in Archivo Vatic. epist. 17. tom. 1. anno 1.)

IV. Anno 1261. die 25. Octobr.

URBANUS &c.

Dilecto filio . . Guardiano *Fratrum Min.* de Placza [h] *Cathanien. Diœcesis* [i] *Sal. & Apostol. Benedict.*

Causa committendi.

SPeciali gratia, & favore dilectum filium *Fratrem Adam* [k] Capellanum nostrum Canonicum Ecclesiæ Dominici Sepulchri Jerosolymitani [l] Ordinis S. Augustini [m] illa de causa dignum potissimum reputamus, quia toto cordis affectu ad hoc semper intendit, ut Nobis per grata devotionis obsequia valeat complacere. Proinde siquidem *Johannem Provincialem* [n], qui pro Canonico Ecclesiæ Dominici Sepulchri Jerosolymitani Ordinis S. Augustini se gerit, & Rogerum Fratrem ipsius Ecclesiæ, & quemvis alium pro eodem Johanne de mandato, vel auctoritate Capituli dictæ Ecclesiæ obtinentes, & possidentes Prioratum Ecclesiæ *S. Andreæ* [o] de Placza ejusdem Ordinis Cathanien. Diœcesis ad eamdem Ecclesiam Dominici Sepulchri

Jo. Provincialis occupat Prioratum Sancti Andreæ Platien.

(a) Ven. Fratri . . . : Joanni Compatri, de quo egimus in not. (b) ad epist. 487. *Inducunt nos &c.* Alexandri IV. anno 1259. scriptam die 10. Maji.

(b) Anagnino: Latii olim, nunc Campaniæ Romanæ Civitatis notissimæ, de qua præ ceteris Ughellus tractat tom. 1. Ital. Sac.

(c) Dentavivam: Al. *Dentajuvam*, & forsan melius, & in epist. 21. *Dentavivam Guidi*.

(d) 1600. Librarum denariorum Senatus: Scilicet Romani; *denarius* autem Romanus 24. siliquas pendebat ex Pitisco, ut notavimus etiam ad epist. 346. Innocentii IV. *Cum Devotis &c.* in primo tomo hujus Operis vulgatam p. 557.

(e) Fr. Raynaldus de Tocco: Ordinis FF. Minorum *Capellanus*, & *Pœnitentiarius* Alexandri IV. dicitur in epist. 396. ejusdem Alexandri superius relata; quibus titulis *Urbani* tamen *IV.* enunciatur infra in epistola 5. hujus Pontificis *Cum de pecunia &c.*

(f) Litteras intimandum: Quæ litteræ Incip. *Cum de pecunia &c.* datæ sunt hoc anno die 23. Novembris, ut infra.

(g) Ipsius residui: Quod fuit 1100. librarum, vel circa ejusdem monetæ ex prædictis litteris *Cum de pecunia &c.*

(h) De Placza: Al. *Platia* vulgo *Piazza*, & *Piazza* Siciliæ Oppido nobili, & populo referto, ubi ab initio Ordinis nostri locum obtinuerunt, qui erat 4. al. 2. *Custodia Agrigent.* in veteri *Provinciali* Ordinis apud Auctorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. 11., nunc 4. locum retinet; non autem *Custodia Messanen.*, ut cum Rodulphio habet Waddingus ad ann. 1318. n. 33., ubi ex *Bulla* Joannis XXII. *Clara Ordinis vestri &c.* statuit eo anno Conventum hunc erectum fuisse, ut & Pyrrus in Not. Catan., qua *Bulla* conjicimus hunc locum dirutum fuisse, cum *Platia* a Manfredi Tyranni militibus fœde vastata est ex Anonymo de Reb. Siculis, vel paulo post aliquo illorum temporum infortunio: Hinc corrigendus est & Philippus Cagliola in Hist. Prov. Sicilien. p. 115. ex quodam Ms. conditum fuisse Cœnobium anno 1292. asserens, cum potius inversis numerorum notis reponi possit 1229.

(i) Cathanien. Diœcesis: Siciliæ Civitatis, ut in Bulla 182. hujus tomi p. 127. (f)

(k) Fr. Adam: Natione Gallicum, uti conjicitur.

(l) Dominici Sepulchri Jerosolymitani: A Saracenis, & Choerasminis anno 1244. capta, vastataque Hierusalem magna Christianorum cæde profanari.

(m) Ordinis S. Augustini: Postea sub initium Seculi XIV. recuperatum a Sultano Ægypti traditum est Franciscanis, a quibus hucusque incolitur, & custoditur, ut legitur apud Waddingum ad ann. 1342. n. 24.

(n) Johannem Provincialem: Cognomento, vel natione ita vocatum.

(o) Ecclesiæ S. Andreæ: De qua consuli poterit Pyrrus in Not. Catanen.

& a Pontifice amoveatur, & qua de causa.

chri spectantem; vel in eo asserentes, se jus habere ab eodem Prioratu, quo ipsos carere volumus; præsertim cum Nos olim, dum *Jerosolymitanæ* præessemus Ecclesiæ [a], in dictum Johannem pro eo, quod infra tempus probationis absque nostra licentia, vel mandato habitum *Canonicorum* assumpserat, seque pro Canonico ejusdem Ecclesiæ Dominici Sepulchri gerebat, *excommunicationis* sententiam duxerimus promulgandam; penitus amovemus, & Prioratum ipsum cum omnibus juribus, & pertinentiis suis ad prædictum *Fr. Adam*, quoad vixerit, retinendum sibi, cui gratiam intendimus facere specialem, conferimus; eique providemus de illo; & nihilominus devotioni suæ concedimus, ut ab eodem Prioratu, seu prædicta Ecclesia *S. Andreæ* per Patriarcham, sive Capitulum Jerosolymitan., vel per quoscumque alios nequeat amoveri; quibus amovendi illum ab Ecclesia *S. Andreæ*, ac Prioratu prædictis absque speciali mandato Sedis Apostolicæ faciente plenam, & expressam de persona ipsius, & de indulto hujusmodi mentionem, auctoritate Apostolica adimimus potestatem; decernentes irritum, & inane, si quid contra tenorem præsentium a quoquam contigerit attentari. Quocirca mandamus, quatenus dictis Johanne, & Rogerio, & quibuslibet aliis detentoribus a præfato Prioratu prorsus amotis, dilectum filium Robertum de *Venafro* [b] Clericum Procuratorem ejusdem Capellani ejus nomine in ipsius Prioratus corporalem possessionem inducas per te, vel per alium, & defendas inductum; ac ab omnibus Canonicis, & Fratribus ejusdem Ecclesiæ *S. Andreæ* facias dicto Capellano [c] tamquam Priori suo, & eidem Procuratori pro eo exhiberi obedientiam, & reverentiam; nec non de redditibus, proventibus, & juribus ipsius Prioratus integre responderi; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Si vero Johannes, vel Rogerius prædicti, aut quicumque alii super aliis se duxerint opponendos; ipsos ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra duorum mensium spatium post citationem tuam compareant personaliter coram Nobis, nostris super hoc beneplacitis pariturі. Diem vero citationis, & formam, & quicquid inde duxeris faciendum, Nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare. Non obstante indulgentia [d], qua tibi, & Fratribus tui Ordinis fore dicitur ab Apostolica Sede concessum; ut de negotiis vos intromittere non teneamini, quæ vobis a Sede committuntur eadem.

Prioratus confertur Fr. Adæ Capellano Pontif.

ut a nemine amoveri possit sine Apostolico mandato.

Mandat Pontifex, ut supra.

Facultas diem dicendi oppositoribus.

Clausula derogatoria.

Datum Viterbii VIII. Kal. Novembr. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Collationem Ecclesiæ Lingonien. contra consilium Fr. Rostandi O. M., & litteras Apostolicas factam revocari jubet, & Ecclesiam attribuit Petro Ayquelini ex dicti Fr. Rostandi voto. (REGES. Pontif. in Archivo Vatic. epist. 23. tom. 1. anno 1.)

URBANUS &c. V.

Anno 1261. die 25. Octobris.

Venerabili Fratri .. [e] Episcopo, & dilectis filiis ... Archidiacono Agennen.[f], ac Raymundo Abbatis Canonico Ecclesiæ de Manso Agennen. Diœcesis Capellano nostro Sal., & Apost. Bened.

Narratio facti.

DILECTUS filius *Petrus* Ayquelini de S. Macario [g] Clericus Nobis exposuit, quod cum quondam *Frater Rostandus* [h] Ordinis Fratrum Minorum Sedis

(a) JEROSOLYMITANÆ PRÆESSEMUS ECCLESIÆ: Ab anno 1255. usque ad hunc annum 1261., quo Summus Pontifex conclamatus est, fuit Patriarcha Hierosolymit.

(b) DE VENAFRO: Urbe in finibus Campaniæ, & Samnii Episcopali sub Capuano Archiepiscopo.

(c) CAPELLANO: Fr. Adamo supra memorato.

(d) INDULGENTIA: *Quieti vestræ &c.*, & *Qui postposita vanitate &c.* a Gregorio IX., & Innocentio IV. concessa.

(e) VEN. FRATRI ...: *Guillelmo* Santonen., qui sequenti anno translatus est ad Patriarchalem Sedem Hierosolymitanam.

(f) AGENNEN.: Urbis Aquitaniæ sub Archiepiscopo Burdegalensi prope Garumnam flumen.

(g) DE S. MACARIO: Oppido illius Regionis, & Diœcesis Burdegalen.

(h) FR. ROSTANDUS: Ille fortasse, qui dicitur Rostennus, & cum esset *Magister, Subdiaconus, & Capellanus* Alex. IV. ab eo missus est in Angliam ad discordias illius Regni componendas, & pro negotio *Terræ Sanctæ* cum pleno legationis officio ex lib. 2. ep. 460. Reges. Pont. apud Raynaldum ad ann. 1256. n. 47., qui ad annum sequentem n. 42., eum ait abjectis opibus paupertatem Evangelicam in *Franciscana* familia sectatum esse, quod repetundarum apud Pontificem postulatum, in administrando munere improbe se gessisse, initaque apud Regem, & Principes gratia ad cumulandas in Anglia opes per summam avaritiam abusum esse, atque ideo a Pontifice omni dignitate exutum referat Parisius; cujus in his rebus quanta sit auctoritas, satis & abunde Catholicis viris innotescit.

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1261.

Fr. Rostandi O. M. tionis protestatio.

dis Apostolicæ Capellanus, qui tempore, quo habitum Fratrum Ordinis ipsius assumpsit, protestatus fuit, quod usque ad unum annum omnia beneficia sua Ecclesiastica retinebat; nec intendebat illa dimittere, antequam hujusmodi terminus laberetur; Ecclesiam de *Lingonio* Vasaten. Diœcesis [a], quam obtinebat; cujusque Rectoris electio ad Venerabilem Fratrem nostrum . . [b] Episcopum Vasaten., & Canonicos ipsius Ecclesiæ communiter noscitur pertinere; esset libere resignare paratus; fel. record. ALEXANDER PAPA prædecessor noster voluit, & per litteras suas [c] inter alia mandavit; ut postquam idem *Frater Rostandus*, vel Procurator suus ejus nomine habens ab eo speciale mandatum *Rectoriam* ejusdem Ecclesiæ [d] libere resignasset; iidem Episcopus, & Canonici personam idoneam, de qua dictus *Frater Rostandus* eis duceret consulendum, ad ipsius Ecclesiæ regimen, Deum habendo præ oculis, per electionem, prout ad eos spectabat, assumere procurarent; ac decrevit nihilominus irritum, & inane, quicquid contra tenorem hujusmodi litterarum de Rectoria ipsa, postquam dictus *Frater Rostandus* prædictum assumpsit habitum, attentatum esset, vel contingeret attentari. Per alias quoque litteras suas [e] præfatus Prædecessor voluit, & dicto Episcopo [f] duxit districtius inhibendum, ne si contingeret, prædictos Canonicos per electionem assumere nolle Rectorem in Ecclesia supradicta, ita quod ex hoc ad eumdem Episcopum prædictæ Ecclesiæ devolveretur provisio, ad providendum eidem Ecclesiæ sine consilio, & assensu prædicti *Fratris Rostandi* procedere quoquomodo præsumeret; & si secus præsumptum foret, decrevit irritum, & inane. Et licet prædictus *Frater Rostandus* per Procuratorem resignans Rectoriam eamdem prædictis Episcopo, & Canonicis consuluerit, ut ad illam *Petrum* eligerent supradictum; tamen quia prædictæ Apostolicæ, ac super resignatione, & consilio hujusmodi confectæ litteræ post obitum prædicti *Fratris Rostandi* [g] ad eosdem Episcopum, & Canonicos pervenerunt; ipsi prædicto spreto consilio Magistrum *Gantelmum* Officialem Vasaten. ad dictam Rectoriam contra hujusmodi mandatum, & decretum Apostolicum elegerunt pro suæ libito voluntatis; qui talis electionis prætextu eam detinet occupatam. Quare prædictus *Petrus* Nobis humiliter supplicavit, ut cum appareat manifeste, quod idem *Frater* consuluit, quod ipse *Petrus* assumeretur ad regimen Ecclesiæ supradictæ; quodque præfati Episcopus, & Canonici post intellectum hujusmodi consilium eumdem Magistrum *Gantelmum*, spreto prædicto mandato, & decreto Apostolico, ad eamdem Rectoriam eligere præsumpserunt, providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca mandamus, quatenus, si vobis de plano, & absque judicii strepitu constiterit ita esse; ab eadem Rectoria prædictum Magistrum *Gantelmum* per vos, vel alium, aut alios amoventes, eam prædicto *Petro*; dummodo vita, & litteratura existat idoneus, & velit in dicta Ecclesia personaliter residere; ac ad Ordines, quos ipsius Rectoriæ onus exigit, se facere statutis temporibus promoveri; auctoritate nostra conferre curetis, ipsum in illius corporalem possessionem inducentes, & defendentes inductum. Non obstante aliqua confirmatione super hujusmodi electione dicti *Gantelmi* in communi forma a Sede Apostolica impetrata; seu si Episcopo, & Canonicis prædictis communiter, vel divisim a Sede sit indultum eadem, quod ad provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli; quodque interdici, suspendi, vel excommunicari non possint; & quod de beneficiis ad eorum collationem, seu electionem spectantibus nulli valeat provideri per litteras Apostolicas, quæ de indulto hujusmodi plenam, & expressam non fecerint mentionem; sive qualibet alia indulgentia dictæ Sedis, de qua, cujusque tenore opor-

Margin notes: Ecclesiæque Lingonien. dimissio. — Alexandri PP. ea de re determinatio, — atque inhibitio pro Fr. Rostando, — qui ad dictam Ecclesiam consulit promovendum Petrum Aquilini; — sed Episcopus, & Canonici Vasaten. alium eligunt, — & Petrus memoratus ad Sedem Apostolicam recurrit. — Pontifex præcipit id, quod supra, — Conditione apposita — obstantibus derogando,

(a) VASATEN. DIŒCESIS: Vulgo *Bazas* in Aquitania sub Archiepiscopo Auscensi; quæ Civitas forsan patria fuerat Fr. Rostandi, vel Rostanni.
(b) VEN. FRATREM NOSTRUM: N.
(c) PER LITTERAS SUAS: Quæ non extare creduntur.
(d) RECTORIAM EJUSDEM ECCLESIÆ: Nempe officium Rectoris Ecclesiæ de *Lingonio* superius memoratæ.
(e) PER ALIAS LITTERAS SUAS: Quæ quoque non apparent.
(f) DICTO EPISCOPO: Nimirum Vasatensi.
(g) POST OBITUM PRÆDICTI FR. ROSTANDI: Adhuc Alexandro IV. vivente eventum, ideoque ante diem 25. Maji hujus anni.

oporteat in nostris litteris plenam, & expressam mentionem fieri; & per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri; Contradictores auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis; tu, Frater Episcope, cum eorum altero ea nihilominus exequaris.

& mandatum temperando.

Datum Viterbii iv. Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Pecuniam Avenionen. Episcopi defuncti apud Mercatores quosdam Bononien. extantem jubet ad usum suum custodiri, quantitatem ejus, & exitum etiam exposcens. (Ex Reges. Pontif. in Archivo Vatic. pag. 4. tom. 2. anno 1.)

VI.

Anno 1261. die 5. Novembris.

a b

URBANUS &c.

Venerabili fratri... [a] *Episcopo Bononien.* [b] *Sal., & Apostol. Bened.*

Relationis tenor:

c d e f

SIGNIFICANTIBUS dilectis filiis T. Præposito S.Michaelis de Bosco [c], Fratre *Peregrino* Guardiano Minorum [d], & Fratre *Peregrino* Prædicatorum Ordinum Bononien. [e] Executoribus testamenti bonæ memoriæ *Zoennæ* Episcopi Avenionen. [f], ad audientiam nostram pervenit, quod cum Jacobinus de Recorecto, Amadorus de Pizegotis, Nicolaus Bongirardi, & eorum socii Cives, & Mercatores Bononien. eidem Episcopo, dum viveret, in quadam tenerentur pecuniæ quantitate; Episcopus ipse dictam pecuniam in ultima voluntate prædictis mandavit Executoribus assignari per eorum manus certis personis, & locis pluribus erogandam. Sed Mercatores ipsi proponentes testamentum ipsius Episcopi ex eo esse invalidum, quod de bonis Ecclesiæ Avenionen. absque licentia Summi Pontificis, de qua non constat [g], testandi non habuit potestatem, pecuniam ipsam eis denegant exhibere. Cum igitur hujusmodi pecunia, de prædicta non constante licentia, sine qua hujusmodi non tenuit testamentum, Romanæ, vel Avinionen. Ecclesiæ cedere dinoscatur; Fraternitati tuæ [h] per Apostolica scripta mandamus, quatenus totam ipsius pecuniæ quantitatem tibi nomine ipsius Ecclesiæ faciens ab eisdem Mercatoribus exhiberi; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; Invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis; illam ad mandatum nostrum studeas conservare fideliter; ac quantitatem ipsius, & quicquid inde feceris, per tuas Nobis litteras quantocius intimare.

Episcopus Avenionen. pecuniæ summam habuit Bononiæ apud quosdam;

moriturus mandat varie, & pie erogandam:

Pecuniæ detentores negant id ei integrum fuisse licere.

g h

Pontifex vero mandat id, quod supra.

Datum Viterbii Nonis Novembris, Pontificatus Nostri Anno Primo [i].

i

Indulgentias impertitur, quotiescumque sacris concionibus interfuerit, & iis etiam ob ejus gratiam, qui eisdem concionibus interessent contigerit. (Ex ep.22. Reges. Vatic. apud Raynaldum Annal. ad hunc ann. n. 20.)

VII.

Anno 1261. die 30. Novembr.

k

URBANUS &c.

Charissimo in Christo filio.. [k] *Regi Francorum Illustri Sal., & Apost. Ben.*

Exordium;

ETSI firmi propositi nostri sit Reges, & Principes pro singulorum excellentiis, quantum cum Deo poterimus, hono-

(a) Vener. Fratri...: Error est Librarii, cum sit legendum *Dilecto filio....*, nondum enim consecratus erat hoc anno, sed tantum anno 1263. id consequitur est ex Fr. Bartholomeo Pusiolen. veteri Scriptore Bononien., hinc Pontifex in epistolis *Sua nobis dilecti &c.* anno sequenti, sc. 1262., & *Exposuit nobis &c.* anno 1264. datis vocatur *tunc Electus*, non Episcopus.

(b) Episcopo Bononien.: Reponendum *Electo Bononien.*, ut supra; *Octavianus* enim Ubaldinus junior Florentinus promotus est ad Ecclesiam Bononien. anno 1260. ex Ughello tom.2. Ital. Sac., sed non nisi anno 1263. consecratus est ex dictis; cum illius prædecessor *Fr. Jacobus* O. P. occubuerit anno 1260. mense Octobris ex eodem.

(c) S. Michaelis de Bosco: Clarissimi Monasterii extra portam *S. Mammolis* Bononiæ nunc a Monachis Olivetanis inhabitati.

(d) Fr. Peregrino Guardiano Minorum: Qui fuerat socius Fr. Aymonis Ministri Generalis, ut est apud Waddingum ad ann. 1239. n.9., & qui anno 1273. extitit unus a tribus Auctoribus pacis inter Venetos, & Bononienses ex Gherardaccio Hist. Bonon. par.1., cum diutissime vixisset, ad mandatum Gondisalvi Ministri Generalis scripsit anno 1305. *Breve Chronicon*, seu Catalogum Ministrorum Generalium cum Excerptis, recollectisque Ordinis nostri, quod sæpe citat Waddingus.

(e) Fr. Peregrino Prædicatorum Ordinum Bononien.: De quo consuli possunt Annales illius Ordinis.

(f) Zoennæ Episcopi Avenionen.: Leg. *Zoeni*, qui Latinis est *Vitalis*, & qui extiterat *Canonicus* majoris Ecclesiæ Bononien. ex diplomate Henrici Episcopi Bononien. pro Monasterio *S. Francisci* Ordinis S. Damiani an. 1232. edito, & in *Bulla* Alexandri IV. incip. *Religiosam vitam &c.* anno 1255. 28. Augusti relato; annoque 1242. jam erat *Electus Avenionen.* die 4. nonas Aprilis, quo adhærentes Friderico Imp. II Ecclesiastica communione privavit ex monumentis Vatic. Tabularii.

(g) Non constat: Nec Mercatores falsum exposuisse, videbitur infra ex epist. *Sua nobis dilecti* superius citata.

(h) Fraternitati tuæ: Cum visum sit superius, hunc *Electum* fuisse tantum hoc anno, non *Episcopum*; reponendum est *Discretioni tuæ*.

(i) Habentur aliæ hac de causa litteræ *Sua nobis dilecti &c.* anno sequenti, *Cum sicut &c.* anno 1263., & *Exposuit nobis &c.* anno 1264. datæ, quæ infra legi possunt; & ex quibus emendatur P. Dion. Sammarthanus in to. 1. novæ Galliæ Christianæ de Episc. Avenion. n 31. asserens *Zoenum* ab anno 1242. usque ad 1263. sedisse; & Collector Concil Labb., qui sub annum 1270. collocat Concilium Avenionen., cui *Zoen* interfuerit.

(k) Regi: S. Ludovico IX., de quo paulo ante.

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1261.

Encomium Litterarum Regis.

honorare, te tamen, quem Deus præ aliis, utpote singularem in Orbe dotavit virtutibus, ornavit militia, & opulentia stabilivit, quibusdam specialibus, immo spiritualibus gratiis proponimus insignire. Nec est mirum, si Principem illum, quem sic Dominus noster Jesus Christus exaltavit in Terris, Romanus Pontifex ejus, cujus est Vicarius, se voluntati confirmans extollat diversorum insigniis titulorum. Ut igitur in ipsis gratiarum Apostolicæ Sedis primordiis cognoscas evidentius nostræ intentionis affectum; eoque sit tibi primordialis gratia gratior, quo plures ipsam obtentu tui participaverint una tecum; Nos supplicationibus tuis inclinati, quotiescumque te ad audiendam verbi Dei *prædicationem* ire, vel in ea intervenire contigerit, tibi, & ob tui gratiam omnibus aliis [a] vere pœnitentibus, & confessis, qui prædicationi eidem interfuerint, de omnipotentis Dei misericordia, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus authoritate confisi *centum dies* de injuncta eis pœnitentia misericorditer relaxamus.

Ad ejus preces indulget Pontifex ut supra.

Datum Viterbii xii. Kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo [b].

Ut residuum pecuniæ Dentajuvæ Senensi solutæ Fr. Raynaldo de Tocco, vel ejus nuncio assignet; & si quid aliud reperierit, conservet, & referat. (Ex Vatic. secr. Archivo in Regest. Pontif. pag. 5. to. 2. ann. 1.)

VIII.

Anno 1261. die 23. Novembris.

URBANUS &c.

Venerabili Fratri ... [c] *Episcopo* Anagnino *Salutem, & Apost. Bened.*

Relatio de pecunia a Fr. Raynaldo Ord. Min. deposita,

CUM de pecunia, quam dilectus filius *Frater Raynaldus de Tocco* [d] Cappellanus, & pœnitentiarius noster apud Ecclesiam *Sancti Petri de Vineis* [e] Anagniæ depositam habuit, mille sexcentæ libræ denariorum Senatus *Dentajuvæ* [f] socio dilectorum filiorum Bonaventuræ Bernardini, & Raynerii Jacobi Civium, & Mercatorum Senen. nostro fint nomine assignatæ; præsentium tibi auctoritate mandamus; quatenus mille centum libras, vel circa ejusdem monetæ [g], quæ de dicto deposito sub tua custodia remanserunt, eidem Fratri [h], vel ejus ad hoc certo nuntio cum integritate assignes, vel facias assignari, procuratorium ipsius Nuntii [i], & litteras tuas super hoc patentes Nobis per fidelem Nuntium quantocius transmissurus. Proviso, quod si Fratrem ipsum habere inveneris, vel intellexeris apud dictam Ecclesiam [k], vel alibi ultra prædicti residui quantitatem; totum illud ad manus tuas nomine nostro recipias, & conserves quantitatem ipsius; & quidquid inde feceris, Nobis per tuas litteras rescripturus.

& quibus assignata,

& cui residuum dandum.

Si quid vero aliud exter, asservetur.

Datum Viterbii ix. Kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Pecuniam & alias res apud infrascriptos depositas mandat nemini dari, sed integre custodiri ad novum suum imperium rerum interim indicem exposcens. (Ex Vatic. Tabulario Regest. Pontif. pag. 5. tom. 2.)

IX.

Anno 1261. die 23. Novembris.

URBANUS &c.

Dilectis filiis ... *Guardiano, & Conventui Fratrum Minorum* de Urbe [l] *Sal., & Apost. Benedict.*

Mandati causa.

CUM, sicut Nobis est pro certo relatum, *Frater Jacobus* [m] quondam Re-

(a) Omnibus aliis: Ut in no. (f) ad sequentem epistolam *Personam tuam &c.* die 26. Novembris.

(b) Paulo post nempe die 26. Novembr. *Indulgentias* Pontifica concessit Regi, quoties adesset *consecrationi* alicujus Ecclesiæ, aut Sacelli, sive Altaris; nunc autem quoties adesset *prædicationi* verbi Dei: antea vero, nempe anno 1255. die 30. Septembris per litteras, quas tetert idem Raynaldus ad eum annum num. 46. ex Regest. Vatic. epist. 656. lib. 1., Alexander IV. indulserat Regi, ut si ad loca Ecclesiastico supposita *Interdicto* declinare eum contingeret, liceret ei audire Divina, etiamsi alta voce celebrarentur, salvis tamen juris communis conditionibus.

(c) Ven. Fratri ...: *Joanni*, ad quem datam vidimus de hac re epistolam 3.

(d) Fr. Raynaldus de Tocco: De quo in dicta 3. epistola, sed ibi minime fert titulum *Capellani*, & *Pœnitentiarii* Pontificii, ut in ista; forsan nondum tunc eo donatus fuerat honore; licet sub hujus Papæ prædecessore illum haberet.

(e) S. Petri de Vineis: Erat hæc Ecclesia cum Monasterio *Clarissarum* Monialium ex ep. Nicolai IV. *Cum a nobis petitur &c.* an. 1290. 4. Aug. data apud Waddingum, 500. circiter pas. extra Civitatem ad occidentem solem; quam ædem nunc incolunt Patres Capuccini, Monialibus intra Civitatem translatis.

(f) Dentajuvæ: In cit. epistola 3 dicitur *Dentaviva*, sed forsitan mendose, in al. vero *Dentaviva Guidi*.

(g) Ejusdem monetæ: Nempe denariorum Senatus, ut supra.

(h) Eidem Fratri: Videlicet Raynaldo de Tocco.

(i) Procuratorium ipsius Nuncii: Hoc est quod vulgo dicitur *mandatum procura*, sive commissionis.

(k) Apud dictam Ecclesiam: S. Petri de Vineis.

(l) Fratrum Minorum de Urbe: Cum duos Conventus, tunc haberent Fratres Minores in Urbe Roma, antiquiorem S. Blasii al. S. *Francisci* trans Tyberim ad Ripam, & recentiorem *S. Mariæ Arecœli* in Capitolio; posset quis ambigere, de quo loquatur Pontifex; sed de Aracælitano sermonem esse judicatur, utpote præcipuo, & cujus alterum veluti pars & membrum censebatur.

(m) Fr. Jacobus: Forsan Ordinis Minorum, qui anno 1234. a Gregorio IX. factus fuerat *Oeconomus* Monasterii

Rector Hospitalis *Sancti Thomæ* de Urbe [a] quandam pecuniæ quantitatem, & res alias in Domo vestra duxerit deponeodas [b]; præsentium vobis auctoritate in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus; quatenus, sicut gratiam nostram caram habetis, & indignationem cupitis Apostolicam evitare, nihil de prædicto deposito Fratrem ipsum, vel quemquam alium quomodolibet recipere permittatis; nec præsumatis inde sibi, vel alii aliquid exhibere; sed illud sine diminutione reservetis, quo usque a Nobis aliud super hoc receperitis in mandatis [c], quantitatem ipsius pecuniæ, & quæ, & quot sint res aliæ depositi antedicti, per vestras nobis litteras quantocius intimetis.

Jubet id, quod supra.

Datum, *ut supra*.

Accedenti Regi ad alicujus Ecclesiæ, Sacelli, aut Altaris consecrationem Indulgentias elargitur, & ejus gratia omnibus illis, qui eò accesserint. (Ex Epist. 21. Regest. Vatic. apud Raynaldum Annal. Eccles. ad hunc annum num. 18.)

X.

Anno 1261. die 26. Novembris.

URBANUS &c.

Charissimo in Christo filio . . [d] *Regi Franciæ Illustri Sal., & Apost. Ben.*

Pontifices in S. Regem affectus, & existimationis declaratio.

PERSONAM tuam, fili charissime, quam præ cunctis Orbis Regibus & Principibus chariorem nimium Apostolica Sedes habet, intimæ affectionis brachiis velut Pater filium dulcius amplexantes; ac cupientes præ nimia dilectione, quam ad te gerimus, tua desideria plus executione prævenire, quam exauditione complere; gaudemus quamplurimum, quoties a nobis aliqua quantumcumque ardua tua Celsitudo requirit &c. . . . Quia cum omnes Prædecessores nostri Romani Pontifices inclytos Reges *Franciæ* progenitores tuos speciali quodam privilegio, utpote speciales Defensores Fidei & libertatis Ecclesiasticæ, fuerint prosecuti; Nos, qui natalis soli non immemores [e] quadam naturali necessitudine, plus cæteris Prædecessoribus nostris tenemur, & volumus tuum solium, quod Deus adaugeat, honorare diligentius; favorabilibus, & efficacius implere propoimus universa, & singula etiam non requisiti, quæ tuæ noverimus magnificentiæ complacere.

Singularis inter Rom. Pontifices, & Francæ Reges necessitudo.

Ut igitur ex novo Romano Pontifice nova gratia potiaris; eoque sit tibi gratior, quod ipsam plures obtentu tui participaverint una tecum; Nos supplicationibus regiis inclinati, quotiescumque te ad alicujus *Ecclesiæ*, vel *Cappellæ*, seu *Altaris* dedicationem, vel consecrationem ire, vel interesse ibidem contigerit, tibi, & ob tui gratiam omnibus aliis [f] vere pœnitentibus, & confessis, qui ad eamdem Ecclesiam, vel Capellam, seu Altare accesserint, illa die de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus authoritate confisi *annum unum*, & *quadraginta dies* de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus.

S. Regis precibus annuit Pontifex, & indulget id, quod supra.

Datum Viterbii VI. Kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut denarium B. Petri Romanæ Ecclesiæ debitum colligat, & Campsoribus Cameræ Apostolicæ illum assignet. (Ex Vatic. Archivi Regest. Pontif. epist. 10. to. 2. an. 1.)

XI.

Anno 1261. die 5. Decembris.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Johanni *de* Cancia [g] *Ordini Fratrum Minorum Sal., & Apostolicam Benedictionem.*

Fr. Joanni Canciano commendato,

DE sinceritate fidei, ac discretionis tuæ industria, de quibus nobis laudabile perhibetur testimonium, confiden-

nasterii S. Cosmæ trans Tyberim ex epist. 143. ejusdem Pontificis in tomo 2. hujus *Bullarii* relata: an autem idem sit, qui in hujus Pontificis epist. 126. to. 4. Archivi Vatic. dat. anno Pontif. 3. dicitur *Fr. Jacobus Capellanus noster*, non ausim definire.

(a) S. Thomæ de Urbe: Num quæ nunc Parœcia est sub titulo *S. Thomæ* ad Cencios in regione Regulæ, vel *S. Thomæ* in Regione Parionis?

(b) Deponendas: *Custodiam vero pecuniæ propter occasiones malorum, & turpes pro casuum varietate infamias periculosissimam in Fratribus plures, & miserabiles nostri temporis, quas ex depositis Ordo incurrit, confessiones ostendunt*: inquit B. Hugo Dignensis in cap. 4. Regulæ FF. Minorum subjungens: *Et quidem vile est, propria contemptorem pecuniæ custodem, vel dispensatorem se facere alienæ: Qui sua propter pericula repulit, stulte se rursum propter aliena exponit.*

(c) In mandatis: Quæ quando sint data, non apparet.

(d) Filio . .: S. Ludovico IX.

(e) Natalis soli non immemores: Utpote natione Gallus.

(f) Omnibus aliis: Atque adeo etiam *Fratribus* Ord. Prædicat., & Minorum, quos quum diligeret, secumque vellet, ex ejus Vitæ Scriptoribus, & ex Waddingo ad annum 1270. num. 10. apparet.

(g) Fr. Joannis de Cancia: Regione Angliæ in ora Orientali ex adverso Galliæ Belgicæ; cujus caput est

Urbanus PP. IV. An.Ch.1261.

a Exactionem denarii B. Petri in Anglia committit.

fidentes *denarium Beati Petri* [a] Ecclesiæ Romanæ in Anglia debitum sollicitudini tuæ auctoritate præsentium committimus colligendum, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus *denarium* ipsum pro anno præsenti exigas, & facias tibi nomine nostro & Ecclesiæ memoratæ persolvi: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quidquid autem inde receperis, Deutavivæ Guidi [b], & Raynerio Bonaccursi sociis dilectorum filiorum Rolandi Bonsignoris, Bonaventuræ Bernardini, & Raynerii Jacobi Civium & Mercatorum Senen. Campsorum Cameræ nostræ, vel eorum alteri præsentes tibi litteras deferenti nostro & Fratrum nostrorum nomine assignare procures. Diem assignatioois, & quod, & quantum eis inde assignandum duxeris, nobis per tuas litteras rescripturus.

b Nomine Campsorum Cameræ Apostolicæ & pecuniæ receptorum.

Datum Viterbii Nonis Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Angliæ Regi scribit, ut annuum censum ab eo Romanæ Ecclesiæ pro 2. annis debitum Fr. Joanni Canciano O. M. persolvat. (Ex Archivo Vatic.Reg.Pon. p.10.to.2.an.1.)

XII. Anno 1261. die 13. Decembr.

URBANUS &c.

Carissimo in Christo filio .. [c] *Illustri* Regi Angliæ *Sal.*, *& Apost. Bened.*

c Exordium e decentia, & profectu.

HONOREM tuum, fili Carissime, decere credimus; ac tuis, & Regni tui profectibus expedire; ut quod juste debes Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Matri tuæ, sic promptus exsolvas; quod gratiam acquiras ex debito, & commendari mereatur celsitudo Regia ex affectu.

A Cum igitur *census annuus* [d] mille marcharum sterlingorum [e] a te Ecclesiæ Romanæ debitus pro duobus annis transactis usque ad festum Beati Michaelis præterito proximo [f] computandis non fuerit persolutus; excellentiam tuam requirendam duximus, & affectione paterna rogandam, quatenus censum ipsum pro eisdem annis dilecto filio *Fratri Joanni* de Cancia [g] Ordinis Fratrum Minorum has tibi litteras præsentanti nomine nostro, & B Ecclesiæ ob reverentiam Apostolicæ Sedis, & nostram sublato dilationis, & difficultatis obstaculo prompta voluntate persolvas; ita quod, te matris justitiæ debitum hilariter exsolvente, Regiæ devotionis commendetur sinceritas; & gratia nostra tibi, Fratrumque nostrorum dilectio semper accrescat.

d e Census annuus ab Angliæ Regibus Rom. Ecclesiæ solvendus. f

g Per Fr. Joannem Cancianum O. M.

Datum Viterbii Idibus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

C

Censum annuum ab Angliæ Rege Romanæ Ecclesiæ pro 2. annis debitum jubet requiri, exigique, & Campsoribus Cameræ Apostolicæ assignari. (Ex Archivi Vatic. Regesto Pontif. to.2. pag. 10. an. 1.)

XIII. Anno 1261. die 13. Decembr.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Johanni *de Cancia Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apost. Benedictionem.*

D LICET personæ tuæ non habeamus notitiam per aspectum præsentiæ corporalis; prudentiam tamen tuam notam nobis reddentibus fama, & testimonio plurimorum; cum temporibus fel. record. ALEXANDRI [h], & INNOCENTII [i] prædecessorum nostrorum Pontificum Roma-

Pontif. encomium de Fr. Joanne. h i

est Cantuaria vulgo *Canterbery*, & ex qua fuit *Fr. Joannes*, qui cum esset Canonicus Andegavensis in Aquitania, rerum humanarum pertæsus Ordinem Fratrum Minorum ingressus est, & cum *Adamo Marisco* ejusdem Instituti viro doctissimo in Angliam ab Innocentio IV. legatus, nonnullaque scripsit a Waddingo in lib. *De Scriptor. Ord. Min.* recensita: quorum meminere Lelandus, & Pitseus *de Scriptor. Angl.*, & ante omnes Thomas Eccleston *de adventu Minorum in Angliam*.

(a) DENARIUM B. PETRI: *Romescot* Anglis ab Ina Occidentalium Saxonum in Anglis Rege constitutum anno 726., quo Regnum deposuit, cum antea illud Pontifici Romano vectigale fecisset *singulis argenteis nummis, quos denarios vocant, in singulas domos impositis*, inquit Polydorus Virgilius lib. 5. apud Baronium; sed dum sit factum id anno circiter 740., corrigitur a Pagio ad eum ann. n. 2. Hujus *Denarii* summam annuam, ad quam redactus fuerat ex distributione facta, leges apud Cencium Camer. in to. 5. Antiquit. Italic.

(b) DEUTAVIVÆ GUIDI: In superiori epistula 3. dicitur *Dentavivus de Senis* familiaris Pontificis; at in 8. *Dentajuva*.

(c) FILIO ..: *Henrico III.*, qui ab anno 1216. regnare cœpit, annisque 56. Anglis imperavit.

(d) CENSUS ANNUUS: Ab Henrici patre Joanne an. 1213. positus, cum Angliæ Regnum Sedi Apostolicæ vectigalem constituit, de qua re conquesti sunt Angli anno 1245. in Concilio Lugdunen., quod ipsis invitis id factum assererent; & Eduardus Rex anno 1275. flagitavit, ut census ille a quibusdam Abbatiis, & Monasteriis Angliæ ditissimis penderetur, sed non obtinuit.

(e) MILLE MARCHARUM STERLINGORUM; Quarum qualibet Marcha 5. *Florenos* æquivalebat initio seculi XIV., etsi more nummorum modo pluris, modo minoris penderetur.

(f) PRÆTERITO PROXIMO: Die 29. Septembris.

(g) FR. JOHANNI DE CANCIA: De quo in epistola superiore no. (g) pag. 429.

(h) ALEXANDRI: Hujus nominis IV., & hoc anno defuncti.

(i) ET INNOCENTII: Etiam hujus nominis IV., sub quo plura Sedis Apostolicæ negotia obivit *Fr. Joannes*, ut videre est in primo hujus Operis tomo.

manorum probata dicatur in agendis Sedis Apostolicæ fides tua; confidenter tibi committimus nostra, & Apostolicæ Sedis negotia, illa præcipue, quæ requirit necessitas fidei, & discretionis officio expediri. Cum igitur Carissimo in Christo filio nostro *Henrico Regi* Anglorum [a] illustri preces nostras, & litteras dirigamus [b], ut cum *census annuus* [c] mille marcharum ab eo Ecclesiæ Romanæ debitus pro duobus annis transactis usque ad festum Beati Michaelis proximo præteritum computandis non fuerit persolutus; *censum* ipsum pro tempore prædicto tibi nostras sibi super hoc litteras præsentandi nomine nostro, & Ecclesiæ ob reverentiam præfatæ Sedis & nostram sublato dilationis, & difficultatis impedimento, prompta voluntate persolvat. Quocirca discretioni tuæ præsentium auctoritate mandamus, quatenus, receptis litteris nostris, quas super hoc Regi dirigimus memorato, ac per te præsentatis eidem, *censum* hujusmodi requiras ab eo humiliter & prudenter. Quidquid autem inde receperis, Deutavivæ Guidi [d] & Raynerio Bonaccursi sociis dilectorum filiorum Rolandi Bonsignoris, Bonaventuræ Bernardini, & Raynerii Jacobi Civium, & mercatorum Senensium, Campsorum Cameræ nostræ, vel eorum alteri præsentes tibi litteras deferenti nostrorum nomine assignare procures; diem assignationis, & quicquid, & quantum eis inde assignandum duxeris, Nobis per tuas litteras rescripturus.

(Margin: cui injungit id, quod supra. — Argentarii Cameræ Apostol.)

Datum Viterbii Idibus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Negotiorum quamplurium tempore Alexandri PP. IV. Fr. Joanni Canciano O. M. commissorum cognitionem & statum, consiliumque postulat. (Ex Vatic. Archivi Regesto Pontif. pag. 10. to. 2. sn. 1.)

A

URBANUS &c.

XIV. Anno 1261. die 13. Decembris.

Dilecto filio Fratri Johanni de Cancia [e] *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apost. Bened.*

CUM negotia Ecclesiæ Romanæ quamplura tempore fel. recod. Alexandri Papæ [f] Prædecessoris nostri prudentiæ tuæ commissa fuerint [g], quorum aliqua per obitum Prædecessoris ejusdem [h] remanserunt, sicut intelleximus, imperfecta; B præsentium tibi auctoritate mandamus, quatenus quæ, & qualia tibi commissa fuerunt ab Apostolica Sede tempore prædicto negotia, statum quoque, ac processum negotiorum ipsorum, nec non consilium tuum super iis, & aliis, quæ ad nostram & Ecclesiæ prædictæ utilitatem pertinere conspexeris, nobis studeas per tuas litteras fideliter intimare; ut per insinuationem tuam instructi providere possimus, quod C pro necessitate, ac utilitate prædictorum negotiorum videbimus expedire.

(Margin: Negotia prædecessoris sui Fr. Joanni O. M. commissa commemorat, — eaque ab eo scire cupit, — & jubet sibi per litteras manifestari.)

Datum, *ut supra*.

Ut in earum Monasterio liberam pro omnibus sepulturam habeant. (Ex Autographo nostri Conventus S. Francisci urbis Nuceriæ in Umbria.)

URBANUS &c.

XV. Anno 1261. die 13. Decembris.

D *Dilectis in Christo filiabus .. Abbatissæ, & Conventui Monialium inclusarum Monasterii* Sanctæ *Mariæ Nucerin.* [i] *Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Salutem, & Apostolicam Bened.*

CUM a Nobis petitur, quod justum est, & honestum; tam vigor æquitatis, quam Ordo exigit rationis, ut id E per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu *sepul-*

(Margin: Exordium a petitionis æquitate. — Postulationibus Monialium annuit Pontifex, ut supra.)

(a) Henrico Regi Anglorum: Hujus nominis III. anno 1272. pie vita functo.
(b) Litteras dirigamus: Quæ superius vulgatæ sunt.
(c) Census annuus: In superiori epist. descriptus.
(d) Deutavivæ Guidi: Ita vocatur, & in epistola XI., etsi in S. *Deutajuva* appelletur.
(e) Fr. Johannis de Cantia: Vide præcedentes epistolas.
(f) Alexandri Papæ: Hujus nominis *Quarti*.
(g) Commissa fuerint: Quæ autem essent, nos latent, cum desint de illis litteræ Pontificis; unum duntaxat habetur ex hujus Pontificis epist. 104. *Venerabile Fratre &c.* infra legenda.
(h) Per obitum Prædecessoris ejusdem: Hoc anno die 25. Maii secutum.
(i) S. Mariæ Nucerin.: De quo Monasterio dictum est ad Bullam Alexandri IV. *Cum sicut ex tenore &c.* dat. die 15. Maii anno 1256., ubi dicitur *S. Mariæ Vallis Flogis*; & ad aliam *Cum a nobis petitur &c.* die 19. Martii anno 1257. editam.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1261.

sepulturam Monasterii vestri liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati, vel nominatim interdicti, aut etiam publici usurarii fuerint, nullus obsistat: salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Exceptiones adjectæ. Clausula prohib. &c.

Datum, *ut supra*.

Approbatio Ordinis Militiæ B. Mariæ Virginis *Gloriosæ ejusque Regulæ sub observantia regulari S. Augustini*. (Ex Reges. Vatic. Pontif. ep. 118. to. 1. an. 1., & novo Bullario Rom. to. 3. Bul. 2. Urbani IV.)

XVI. Anno 1261. die 23. Decembris.

URBANUS &c.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

SOL ille verus perpetuo fulgore coruscans, lux quidem clarissima summæ lucis, & fons luminis defectum, vel immutationem penitus nescientis Fidelium corda in hac ima, & caliginosa valle sub carnis mole degentium infusione invisibili suæ admirabilis claritatis illustrat; & sæpe Nobiles, & potentes micanrioribus contingens radiis in eorum mentes lucem ingerit potiorem &c. [a] Hac siquidem luce perfusi nobiles Viri Loddevengus de *Andalo*, Gruamons de *Cazanimicis* Cives Bononienses, *Sclanca* Civis Mutinensis, & alii plures [b] de Civitatibus eorumdem, qui hujus seculi spretis vanitatibus in otio dulcis contemplationis Divinis perseveranter vacare laudibus ferventi spiritu appetunt; Nobis devote ac humiliter supplicarunt, ut eis & omnibus inclytum Christo cum ipsis cupientibus impendere famulatum aliquam certam *Regulam*, seu vivendi regulariter formulam specialem, sub cujus observantia salubri virtutum Domino magis placere valeant, statuere, ac condere curaremus. Nos itaque piis eorum supplicationibus, & salubribus desideriis favorabiliter annuentes infrascriptam *Regulam* studiose compositam præfatis Nobilibus, omnibusque illam profiteri, & sub ipsa Divinis omnino se beneplacitis dedicare volentibus concedimus de fratrum nostrorum consilio perpetuis temporibus observandam: quam utique *Regulam* appellari volumus Ordinem *Militiæ B. Mariæ Virginis gloriosæ*, ut qui professi fuerint hanc *Regulam*, tamquam speciali & perpetuo designato Ordine taliter nuncupentur, videlicet *Fratres Ordinis Militiæ Beatæ Mariæ Virginis gloriosæ* [c].

a Ordinis hujus institutores. b a Pontifice vivendi Regulam expetunt. & abstinent.

Regula prædicti Ordinis.

Regula vero talis est: Fratres Milites Clerici & Laici, qui in Conventibus seu Conventualibus Ecclesiis dicti Ordinis fuerint, professionem regularem faciant secundum Regulam *B. Augustini*, prout in forma inferius adnotata expressum esse dignoscitur: vivant sub *obedientia* Prælati sui in omnimoda *castitate*, & in habitu honesto, & in aliis etiam honestatibus eis competentibus: infrascriptum modum jejunandi, & cibariorum usum observent; & *proprium* a se studeant abdicare. Non vadat aliquis sine socio Fratre, vel Religiosa persona videlicet ipsius Ordinis de loco ad locum, neque septa Monasterii sui absque licentia sui Prioris egredi quoquo modo præsumat. Omnes simul in communi Dormitorio jaceant, & in communi Refectorio commedant, infirmis, & hospitibus, ac etiam laborantibus dumtaxat exceptis, qui remaneant in provisione Prioris, sive eorum Prælati. Possint etiam Clerici Fratres præter Mantellum, & Guascapum habere Cappam [d] clausam de Camelino, vel de alio panno *grisei* coloris [e], illaque uti, quando voluerint. Clerici autem Camisia de panno lineo, aut Guarnello [f] albo

Eorum Clericorum vestes.

(a) Potiorem &c.: Ut in cit. Bullario Rom.

(b) Alii plures: Fr. Salimbene Parmensis eo tempore vivens, & 40. annum agens 8. Fratres hujus Ordinis enumerat institutores; inter quos Catellanus *Malavolta*, & Hugolinus *Lambertinus* Bononienses, Sclanca vero Regiensis dicitur cognomine *Lazarinus*: at *Lodevengus* fuit primus *Magister* hujus Ordinis multis nominibus laudandus ex Sigonio.

(c) Militiæ B. Mariæ Virginis Gloriosæ: Hoc anno *composita, & ordinata fuit Regula Militum Beatæ Mariæ Virginis mediante Fr. Rufino Gurgone de Placentia, qui multis annis fuerat Minister Provinciæ Bononiæ, & tunc erat Pœnitentiarius in Curia Domini Papæ, & erat Bononiæ pro negotiis Curiæ*: inquit laudatus Salimbene in suo Chronico Ms. Romanæ Bibliothecæ Ducis Poli, seu de Comitibus Princip. Rom., quod mihi humanitate D. Abbatis Ursini ejusdem Bibliothecæ Custodis legere licuit, pag. 405. sub hunc annum 1261.

(d) Guascapum &c.: Sigonius de Regno Italiæ, lib. 19. interpretatur tunicam, *Cappam* vero Togam.

(e) Grisei coloris: Idest *Subcinericii* ex citato Sigonio.

(f) Guarnello: Quod aliqui dicunt antiquorum *Galbanum* a colore albo, ac sublucido nullos habens pilos.

albo, vel ſuperpelliciis, & Cappa clauſa utantur, quibus etiam liceat prn locn, & tempore uti ſuperpelliciis ſine Cappa &c. Nullus recipiatur in Ordine de hæret. prav. ſuſpectus, aut ære alieno gravatus.

Modus, & fnrma circa receptionem *Conventualium* Fratrum, Clericorum, & Laicorum firmiter nbſervetur: recipiendus vero probationis habeat annum unum, quo finitn ſecundum ſubſcriptam fnrmam prnfeſſionem faciat, & ad nbedientiam admittatur. Fnrma autem talis

Formula profeſſionis Regul.

B eſt: *Ego Frater N. promitto Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini in manibus N. Prioris, vel Prælati, & tibi N. modo Priori, ſive Prælato, tuiſque ſucceſſoribus canonice intrantibus obedientiam ſecundum Regulam B. Auguſtini, ſervata tamen forma inſtitutionis vitæ Fratrum Ordinis Militiæ B. Virginis glorioſæ eiſdem Ordini, ac Fratribus a SS. Patre Domino Urbano Papa Quarto*

C *tradita, & conceſſa*. Nulli autem liceat ab hujuſmodi Ordine, ſeu Religinne exire, niſi forſitan ad arctiorem &c. Fratres Milites, qui in Conventibus commorantur, habeant tunicam interiorem de panno laneo albo, vel pignnlato, ſuper qua uti poſſint Guarnatia [a] ſimilis coloris, aut de camelino, ſeu alio pannn coloris *griſci*. Habeant etiam de panno hujuſmndi *griſci* coloris, vel de camelino, vel albo colnre Mantellum; & hi, qui vnluerint

Fratrum Militum habitus,

a

D uti caputiis, habeant illa, dummodo ſint de pannn albo, aut de pannn *griſci* coloris, ſeu de camelino: quandn vero equitant, Guaſcapis griſci cnlnris uti valeant; Manicas &c. Habeant qunque Corrigias de corin non manubriatas; & pellibus tantum agninis utantur. Habeant inſuper ſcuta, & galeas, ſellas, & alia inſignia militaria albi coloris cum *Cruce rubea*, & *duabus Stellis* ſimiliter *rubeis*: utraque

& arma, & inſignia;

E vero *Stella* ſit ſuper utrumque brachium Crucis, una videlicet a dextro latere, & alia a ſiniſtrn. Frena Equorum ſuorum non ſint deaurata, vel argentata, ſed ſimplicia tantum; & habeant calcaria nullatenus deaurata, vel deargentata. Liceat autem eis *arma* portare pro defenſione Catholicæ Fidei, & Eccleſiaſticæ

Armorum uſus quando, & propter quid.

A libertatis, cum eis per Romanam Eccleſiam fuerit ſpecialiter demandatum: pro ſedandis etiam tumultibus Civitatum *arma* protegentia tantum de ſui Diœceſani licentia portare valeant, & in mann virgam ligneam ſine ferro &c. Jejunent Fratres in omnibus jejuniis ab Eccleſia inſtitutis &c. Nulln vero tempore die Lunæ, aut die Mercurii *carnes* cnmedantur a Fratribus in Conventu, niſi &c. Caveant omnes Fratres ne vadant ad con-

Quæ vetita ſunt illis

B vivia Militum, ſeu &c. Non recipiant *officia* publica ſcilicet Poteſtarias Civitatum, vel Caſtrnrum, aliorumque locorum; aut aliud officium, quod pertineat ad Commune: nec aſſncient aliquos aliorum locorum regimina exercentes: non ſint de conſilio Civitatum, ſeu &c. Nullum Poteſtatibus, ſeu Rectoribus Civitatum, ſeu locorum quorumcumque aliorum exhibeant *juramentum*; & a quocunque alio juramento, quantum cum

C Den poterunt, ſtudeant abſtinere &c. Singulis annis fiat Capitulum generale &c.

Fratres prædicti Ordinis *conjugati*, & alii [b], qui in dnmibus prnpriis vnluerint commorari, prnmiſſionem faciant ſecundum fnrmam inferius adnotatam: vivant ſub nbedientia Prælatnrum ſuorum, ſalvn jure matrimonii contracti, aut etiam contrahendi; & in conjugali, vel perpetua caſtitate, ſi non habentes uxnres ſine uxoribus voluerint permanere &c.

De Fratribus prædicti Ordinis conjugatis, & domi degentibus,

b

D Pnſſint hujuſmodi Fratres præter Mantellum, & Guaſcapum Ordinis habere Cappam clauſam de pannn *griſci* cnlnris, aut etiam de Camelino (*parum diverſo*).

eorum habitus qualis,

Semel vel bis in menſe ſecundum beneplacitum ſui Prælati cnnveniant hujuſmodi Fratres cum *Conventualibus* in domo Conventuali &c. ad audiendum verbum Dei, & ad tractandum de his, quæ ad hnneſtatem ſtatus ſui viderint expe-

eorumque acceſſus, & tranſitus ad Conventuales;

E dire &c. Si qui hujuſmodi Fratrum, qui in domibus ſuis vivunt, voluerint Conventuales effici, & profeſſionem facere Regularem juxta formam *B. Auguſtini* ſuperius adnntatam, ſine contradictione aliqua recipiantur in aliquo Conventu ſecundum beneplacitum Generalis Prælati. Hnc autem in uxoratis locum ha-

 beat,

(a) GUARNATIA: *Bernacida* a nonnullis appellata pro Mantelli ſpecie.

(b) CONJUGATI, ET ALII &c.: Hujus Ordinis Fratres alii *Conventuales* erant in Conventibus vita communi viventes; alii *Domeſtici* in domibus ſuis qua conjugati, & qua cælibes morabantur, illi ſub regimine ſuorum Prælatorum, iſti ſub cura Epiſcoporum, ſuorumque Parochorum.

Urbanus PP. IV. An.Ch. 1261.

Uxorum vestes quæ.

beat, postquam uxores eorum mortuæ fuerint, aut Religionem intraverint, seu fuerint in tali ætate constitutæ, quod de ipsis, si in seculo remanserint, aliqua non possit haberi suspicio &c. Uxores hujusmodi Fratrum induantur vestibus de Camelino, vel de aliquo panno *grisei*, vel albi coloris &c. Hujusmodi autem Fratres uxorati, & alii, qui in suis Domibus morabuntur, in omnibus, & per omnia subsint propriis Episcopis, & aliis Prælatis Ecclesiast., sicut prius &c. Singulis annis visitentur Fratres omnes tam Conventuales, quam alii in singulis locis eorum per Generalem Prælatum, vel per aliquem alium &c. Ne Prælati, vel Majores dicti Ordinis voluntate pro lege utantur in corripiendis excessibus subditorum &c.[a] Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Fratres subduntur propriis Episcopis.

Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii decimo Kal. Januarii, Pontificatus Nostri Anno Primo[b].

Pecuniam de bonis hæreticorum ab Inquisitore O. M. condemnatorum exactam, & apud infrascriptos depositam exposcit. (Ex Vatic. Archivi Reges. Pontif. pag.6. to.2. an.1.)

URBANUS &c.

XVII. Anno 1261. die 29. Decembris.

Dilectis filiis Transerieo Magalotti, *& Spoletano* Mercatori Spoletanis *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

CUM dilectus filius *Frater Andreas de Tuderto*[c] Ordinis Fratrum Minorum Inquisitor Hæreticæ pravitatis[d], sicut ipse nobis exposuit, trecentas viginti libras Lucen.[e] minutorum de bonis receptatorum, fautorum, & defunctorum hæreticorum, qui per eumdem Inquisitorem condemnati fuerunt, penes vos tamquam Depositarios Romanæ Ecclesiæ duxerit deponendas; devotioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus pecuniam ipsam Lortherio Bonafii Civi Urbevetano latori præsentium, sublato dilationis & difficultatis obstaculo, nostro & ejusdem Ecclesiæ nomine assignetis. Nos enim eidem Civi faciendi vobis refutationem, & quietationem[f] plenariam pro nobis, & eadem Ecclesia de prædicta pecunia, cum fuerit persoluta, præsentium auctoritate plenam concedimus facultatem.

Pecuniam supradictam ab Inquisitore depositam

mandat assignari cuidam Civi Urbevet.

Datum Viterbii iv. Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

In

(a) Et quoniam suis quisque in ædibus cum uxoribus, & filiis vitam agebant, vulgo *Fratres Gaudentes* vocati sunt ex cit. Salimbene, & Jo: Villano apud cit. Sigonium. At de Fratribus conjugatis intelligas, non de Conventualibus; nisi decursu temporis omnes conjugati fuerint.

(b) Hic vero elidendus est error multorum hunc Ordinem cum illo *Militia Jesu Christi Parmen.* confundentium; de quo cit. Salimbene scribit: *Recordor quod Ordo iste factus fuit in Parma.. Anno Domini* MCCXXXIII. *tempore Papæ Gregorii Noni, & fuit factus mediante Fratre Bartholomæo de Vicentia de Ordine Fratrum Prædicatorum, qui tunc temporis magnum locum habebat in Parma; & fuit bonus homo; & postea fuit Episcopus terræ suæ, unde fuerat oriundus*, nempe Vicentiæ: & de illius *Ordinis Militibus* subjungit *perseveraverunt autem illi, & duraverunt usque ad multos annos, & postea defecerunt; quia principium eorum, & finem vidi; & pauci Ordinem eorum sunt ingressi*. Quibus subrogati fuerunt hoc anno 1261. *Milites B. Virginis Mariæ Gloriosæ* fere eodem instituto, iisdemque muneribus: illis *Regulam* dedit Gregorius IX. anno 1235. die 24. Maji incip. *Quæ omnium conditores &c.* in 7. tomo *Bullaris* Ord. Prædicat. vulgatam num.216., istis vero Urbanus IV. publici juris factam primo a Raynaldo Annal. Eccles. tom.3. ad hunc annum num. 36., sed mutilam, integram vero ab auctore novi Bullarii Romani, ut supra. Illorum habitus color erat albus, & niger; istorum vero albus, & *griseus*, seu subcinericius: illi *Parmæ* tantum; isti vero *Bononiæ*, *Mutinæ*, *Regii*, & alibi degebant: illi in domibus tantummodo; isti etiam in Conventibus: horum Milites *insignias* decorabantur; illorum vero nequaquam: illi parum perseveraverunt, isti extantes anno 1292. erant apud Urbemveterem ex quodam instrumento vulgato nuper in Append. to.1. Annalium Ord. Prædicat. col.135., quinimo P. Beloyus præcedenti seculo scribens cap.18. ait hos Fratres in domibus adhuc florere Bononiæ, Mutinæ, & alibi in Italia sub tit. *S. Mariæ Matris Domini*: illi tandem nacti sunt auctorem Fr. *Bartholomæum* Vicentinum Ord. Prædicat. at isti Fr. *Rufinum* Placentinum Ord. Minor.

Anno 1266. Clemens IV. litteras dedit *Lotharingo, & Cathalano Ordinis Militiæ Virginis Gloriosæ*, & Communi *Florent.* super negotiis Ecclesiæ. quæ leguntur in tomo 2. Anecdot. Martene, & Durandi col.361. ep.322. *Catalanus* vero *vir nobilis Bononien.* electus fuerat *Potestas*, seu Prætor a Placentinis ex epistola Alexandri IV. anno 1261. 3. Non. Februarii scripta apud P. M. Campum par. 2. Hist. Eccles. Placent. in Reges. Privil., & Bull. n. CXI. Eodemque an. 1266. Pontifex hunc Ordinem privilegiis munivit diplomate *Desideriis vestris &c.* 3. Idus Martii dato.

(c) Fr. Andreas de Tuderto: In Umbria, cujus est prima mentio in Alexandri IV. epistola 489. *Cordi nobis est &c.* anno 1259. die 12. Junii data, & postea sæpe.

(d) Inquisitor hæreticæ pravitatis: In Umbria, ac S. Francisci Provincia, & Spoleti Sedem tenuisse videtur.

(e) 320. libras Lucen.: Cum 20. *Solidi libram* plerumque componant, vidimus autem in 1. hujus Operis tomo p.201. in no. (b) 10. solidos Lucenses valuisse unum *Florenum* auri ex Hier. Rubeo in Hist. Raven., igitur tot libras Lucen., tot Florenos fuisse dicemus eo præsertim tempore, quo Florentina, & Lucensis moneta ejusdem valoris censebatur ex monumentis Archivi Viterbien., sed cum addatur *minutorum*, nempe quos nunc dicimus Bononien. vulgo *Bolognini*, aut *Bajocchi*; eas libras longe minus valuisse liquet.

(f) Quietationem: Italis *Quietanza*, Latinis *Acceptilationem*.

XVIII. In eumdem modum scriptum est *dilectis filiis Johanni Siveri, Angelo Nicolæ Beatricis, & Angelo Vassallini Civibus Narniensibus* a. *Cum dilectus filius* &c. usque *exposuit, ducentas octoginta libras Lucen. minutorum* &c., ut supra usque in finem.)

a

Quæ dicebantur de Raynaldo Sermoneten. Canonico Anagnino facinora, mandat inquiri, sibique per litteras referri. (Ex VATICANO TABULARIO in Regest. Pontif. pag. 13. tom. 2. ann. 1.)

XIX. Anno 1262. die 13. Januarii.

URBANUS &c.

Dilecto filio.. Guardiano Fratrum Minorum Anagnin. b *Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

b

Narratio factorum, c d

AD audientiam nostram pervenit, quod Raynaldus de *Sermineto* c Canonicus Anagninus jamdudum cum.. puella nata Petri de *Acuto* d Civis Anagnin. per verba de præsenti, adhibita Testium solemnitate, contraxit; ac matrimonio inter eos per subsecutam carnalem copulam consumato, Beneficia Ecclesiastica postmodum plura recepit animarum curam habentia; quæ detinet in propriæ salutis dispendium, & scandalum plurimorum. Quia vero hæc, si vera sunt, non possumus, nec debemus conniventibus oculis præterire; discretioni tuæ in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus super hoc inquiras plene, & sollicite veritatem; & quod inveneris, nobis studeas per tuas litteras clausas sub sigillo tuo fideliter intimare.

Et commissio, ut fiat...

Datum Viterbii Idibus Januarii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Tom. II.

(a) NARNIENSIBUS: Etiam in Umbria; de traductis autem, & suspectis de hæresi Spoleti, & Narniæ legenda est Alexandri IV. epistola 540. *Inquisitionis negotium &c.* anno 1260. die 8. Martii scripta.

(b) ANAGNIN.: De quo loco verba fecimus ad Alexandri IV. epistolam 122. *Paupertati dilectarum filiarum &c.*

(c) DE SERMINETO: Al. *Sermoneta*, quam quidam volunt esse *Sulmonem* Latii a Plinio memoratum uti dirutum, ex cujus tamen ruinis potuit surrexisse Oppidum, quod nunc in monte, vel montis declivio cernitur inter Velitras, & Setiam; inde 12. milliar. in ortum, hinc 6. in occasum non longe a paludibus Pontinis *Ducatus* titulo insignitum gentis *Cajetana* in ditione Pontificia, & Campania Romana.

(d) DE ACUTO: Oppidum in Colle prope montes Diœcesis Anagninæ, a qua Civitate 5. mill. distat in Boream, subestque dominio temporali Episcopi Anagnini, qui illud emit anno 1198. ex Innocentii III. epistola 74. lib. 1.

Censum Regis Angliæ, & denarium B. Petri committi vult quibusdam mercatoribus Senen., sed de consensu Leonardi Capellani sui. (Ex ARCHIVO VATIC. & Regest. Pontif. pag. 33. tom. 2. ann. 1.)

XX. Anno 1262. die 4. Februarii.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Johanni de Cantia e *Ord. FF. Min. Sal., & Apost. Ben.*

e

Nova & iterata commissio

PRÆSENTIUM tibi auctoritate mandamus, quatenus quicquid receperis, seu etiam recepisti de *Censu* Carissimi in Christo filii nostri.. f Regis Anglorum illustris, seu *denario Beati Petri*, quem tibi per alias litteras nostras g commisimus obligandum, Deuteavivæ Guidi, & Bonaccurso Raynerii Mercatoribus Senen., sicut per easdem litteras tibi mandavimus; de conscientia tamen dilecti filii Magistri *Leonardi* Cantoris Messanen. Cappellani nostri h, quem pro quibusdam negotiis in Angliam destinamus, cum cauthela debita assignare procures.

f

g

de pecunia in Anglia recepta, & assignanda.

h

Datum Viterbii II. Nonas Februarii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut ab Electo Treviren. certa pecuniæ summa exigatur, alias reluctantem tam ipsum, quam ejus Archidiaconum negligentem pœnis Ecclesiasticis subjiciant. (Ex ARCHIVO VATIC., Regestoque Pontif. pag. 6. tom. 2. an. 1.)

XXI. Anno 1262. die 18. Martii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis Fratri Rorico *de Wernesperg* i *de Ordine Fratrum Minorum in Conventu Treveren.*, Boemundo *Canonico Treveren., & Magistro* Alberto *de Parma Scriptori, & Nuntio nostro Sal., & Apost. Benedict.*

i

Relatio de Treviren. Electi promotione

INTELLECTO, quod Henricus *Treveren. Electus* k tempore fel. record- k

Iiii 2 ALE-

(e) FR. JOHANNI DE CANTIA: Ut in præcedentibus litteris.

(f) FILII NOSTRI..: *Henrici III.*, de quo in 12., & 21. epistol. actum est.

(g) PER ALIAS LITTERAS NOSTRAS: Paulo ante datas nempe dieb. 5. & 13. Decembris anni superioris.

(h) CAPELLANI NOSTRI: In supradictis epistolis jusserat Pontifex pecuniam exactam Mercatoribus Senen. assignandam, nunc vero de conscientia sui *Capellani*; qui insequenti anno revocatus fuit ad Sedem Apostolicam ex epist. 67. *Cum dilectum filium &c.* die 18. Junii data; & 68. *Præsentium tibi &c.* die 22. ejusdem mensis.

(i) FR. RORICO DE WERNESPERG: Ita vere appellabatur, non autem *Robertus*, ut mendose in epist. 46. *Per exigentiam &c.* hoc anno die 30. Novembris edita; *Roricus* enim dicitur in pluribus aliis epistolis, ut in dat. *Venerabilibus Fratribus &c.* hoc anno die 6. Aprilis.

(k) TREVEREN. ELECTUS: *Henricus de Fistinga* Decanus Ecclesiæ Metensis anno 1260. Kalendis Decembribus Romæ promotus;

a b

non observata.

ALEXANDRI PAPÆ [a] prædecessoris nostri, se promisisset Petro Benencasæ, ac Dino Perini Mercatoribus Florentinis duo milia Marcarum sterlingorum [b] nomine Cameræ Apostolicæ soluturum; nec inde postmodum Mercatoribus ipsis, vel prædecessori, aut Nobis fuisset aliquid persolutum; dilecto filio Henrico de Bollandia [c] Archidiacono Treveren. nostris

c

Pontificis decernimatio ad Treviren. Archidiaconum,

dedimus litteris in mandatis, ut *Electum* moneret eumdem, quatenus usque ad Dominicam Palmarum proximo præteritam, tunc futuram Andreæ Jacobi, Fatio Junctæ, & Bonsignori Raynerii sociis dilectorum filiorum Orlandi Bonsignoris, Bonaventuræ Bernardi, & Rayoerii Jacobi Civium, & Mercatorum Senensium in Francia commorantibus, vel eorum uni, præfatam Marcarum quantitatem nomine nostro, cessante qualibet occasione, solvere procuraret. Alioquin ex tunc in personam ipsius, auctoritate nostra, sublato apppellationis obstaculo, *excommunicationis* sententiam proferens eum tamdiu singulis diebus Dominicis, & festivis, pulsatis campanis, & candelis accensis, excommunicatum publice nuntiaret; & faceret per loca, in quibus expedire videret, similiter nuntiari, & ab omnibus evitari arctius; donec de præfata Marcarum quantitate foret Cameræ nostræ integre satisfactum. Quod si forte dictus *Electus* hujusmodi *excommunicationis* sententiam per duos menses præsumeret sustinere; idem Archidiaconus ex tunc ministeriales [d] Ecclesiæ Treveren. a juramento fidelitatis, quo *Electo* tenentur eidem, auctoritate prædicta fretus absolveret; ac eis sub pœna *excommunicationis* districtius inhiberet, ne dicto *Electo* in hujusmodi contumacia perduranti aliquatenus intenderent, vel etiam obedirent. Sed idem Archidiaconus tanquam minus obediens, & remissus in executionem hujusmodi mandati nostri procedere, sicut intelleximus, prætermisit. Quocirca discretioni

d

qui non obtemperat.

A vestræ in virtute obedientiæ sub pœna *suspensionis* per Apostolica scripta præcipiendo mandamus; quatenus, si forte prædictus Archidiaconus nondum est mandatum in hac parte Apostolicum executus; nec ab *Electo* ipso de præfata pecunia satisfactum; Vos omnes, aut duo, vel unus vestrum per vos, vel alios, seu alium dictum *Electum* ex parte nostra monere sine dilatione curetis, ut præfatam Marcarum quantitatem infra B Octavas Beati Johannis Baptistæ proximo venturas prædictis Mercatoribus Senen. juxta præscriptam formam solvere non postponat: Alioquin ex tunc contra præfatum *Electum* procedatis per vos, vel alium ad *excommunicationem*, & alia juxta prædictarum litterarum continentiam ad eumdem Archidiaconum directarum; & tam *Electum*, quam Archidiaconum memoratos ex parte nostra citantes, præfigatis eis terminum perC emptorium competentem, infra quem compareant personaliter coram Nobis, hic pro contumacia, ille vero pro inobedientiæ, seu negligentiæ culpa mandatum Apostolicum recepturi; non obstante, quod Ordini Fratrum Minorum a Sede Apostolica est indultum [e], ut ipsius personæ de causis cognoscere, vel mandata exequi minime teneantur, quæ ipsis a Sede committuntur eadem. Diem autem citationis, & formam, & quicquid D inde feceritis, Nobis per vestras patentes litteras intimetis totam præsentium seriem continentes.

Quare Pontifex mandat id, quod infra.

Obstanti derogando

e

& vel exitum proferendo.

Datum Viterbii xv. Kaleod. Aprilis, Pontificatus Nostri Aono Primo.

E *Plurimas, amplasque facultates tribuit Inquisitoribus Provinciæ* S. Francisci *contra hæreticos, & quæstuarios prædicatores modum etiam procedendi contra dictos præscribens.*
(EX APOGRAPHO in Assisiati nostri Conventus S. Francisci Archivo; & PETRO DE ALVA in Indic. Bullarii Seraph.)

URBA-

(a) ALEXANDRI PAPÆ: Hujus nominis IV.
(b) MARCARUM STERLINGORUM: Nempe taxam, quam quilibet Trevirensi Ecclesiæ promotus solvere tenetur Fisco Apostol.; nam juxta veteres Ecclesiarum taxas *Trevirensis* notata legitur pro x. M. Florenis; porro *marca* Sterlingorum id temporis v Florenis pendebatur; ut observavit etiam Cl. V. Comes Garampus in not. ad dissertat. vii. pro illustratione Vitæ *B. Claræ* Ariminensis n.7., vel paulo minus, ut in not. ad epist.97. infra.

(c) HENRICO DE BOLLANDIA: Altero ex Electis, & contendentibus pro Trevirensi Archiepiscopatu, sed ab Alexandro IV. excluso.
(d) MINISTERIALES: Videlicet feudatarios, & emphiteutas, ut alias adnotavimus in 1. hujus Operis tomo.
(e) EST INDULTUM: Diplomatibus *Quieti vestræ &c.*, & *Quæ postposita &c.* a Gregorio IX., & Innocentio IV. collatis.

XXII.

Anno 1261. die 11. Martii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis in administratione* B. Francisci *deputatis auctoritate Apostolica, & in posterum deputandis Sal., & Ap. Ben.*

a LICET ex omnibus Mundi partibus &c. [a]

b Datum Viterbii XII. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo [b].

Jubet, ut pro tuitione, ac restitutione bonorum Monasterii S. Mariæ Matris Christi Venetiarum *Apostolica interposita auctoritate raptores, & malefactores censuris Eccles. mulctent.* (Ex AUTOGRAPHO Archivi præfati Monasterii apud V. C. FLAMINIUM CORNELIUM tom. 6. Hist. Ecclef. Venet.)

XXIII.

Anno 1262. die 27. Martii.

URBANUS &c.

c d *Venerabili Fratri* ... [c] *Episcopo* Castellano [d], *& dilectis filiis Abbatibus*, C *Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpositis, Plebanis, & aliis Ecclesiarum Prælatis per* Castellanam Civitatem [e], *& Diœcesim constitutis Salutem, & Apostolicam Bened.*

e

Exordium a turbatione ob injurias personis Religiosis illatas.

NON absque dolore cordis, & plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque partibus Ecclesiastica censura dissolvitur; & Canonicæ sententiæ severitas enervatur; ut viri Religiosi ex hiis maxime, qui per Sedis Apostolicæ privilegia majori donati sunt libertate, passim a malefactoribus suis injurias sustineant, & rapinas; dum vix invenitur, qui congrua illis protectione subveniat; & pro fovenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat.

Sanctimonialium conquestus, atque petitio.

Specialiter autem dilectæ in Christo filiæ .. Ab- A batissa, & Conventus Monialium inclusarum Monasterii *Sanctæ Mariæ Mater Christi* [f] *de Venetiis* Castellanæ diœcesis Ordinis Sancti Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis tam de frequentibus injuriis, quam de ipso quotidiano defectu justitiæ conquerentes Universitatem vestram litteris petierunt Apostolicis excitari; ut ita videlicet eis in tribulationibus suis contra Malefactores earum prompta debeatis magnanimi- B tate consurgere; quod ab angustiis, quas sustinent, & pressuris vestro possint præsidio respirare. f

Mandat Pontifex id quod supra.

Ideo Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus illos, qui possessiones, res, seu domos prædictarum *Sororum* irreverenter invaserint, aut ea injuste detinuerint, quæ prædictis *Sororibus* ex testamento decedentium relinquantur; seu in ipsas Sorores, vel ipsarum aliquam contra Sedis Apostolicæ C indulta sententiam *excommunicationis*, aut *interdicti* &c. [g] g

Datum Viterbii VI. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ut inquirant super diversis criminibus Electo Trevirensi impositis. (Ex GESTIS Archiepiscoporum *Treviren.* in to. 4. Vet. script. & Monum. amplifs. Collect. MARTENE, & DURANDI col. 261., & seq. num. 198.)

XXIV.

Anno 1262. die 6. Aprilis.

D URBANUS &c.

Dilectis filiis Willelmo *de* Waltmanshuse *Guardiano FF. Min. in* Wesel [h] *Treveren. Diœc., & Fr. Rorico de* Warnesberch *de Ord. Min. FF. in Conventu* Treveren. [i] *Salut., & Apostol. Ben.* h i

VENERABILIBUS Fratribus nostris *Wormacien.*, & *Spiren.* [k] Episcopis, & dile- k

(a) PARTIBUS &c.: Vide *Bullam* Clementis IV. an. 1265. 17., & 24. Septembr., aut Alexandri IV. 452. anno 1258. 14. Novembris editam.

(b) Hoc ipso anno, ac mense die 20. eamdem *Bullam* Pontifex misit Inquisitoribus *Ord. Prædicat. in Lombardia, & Marchia Januen.*, quam vulgavit Pegna in fine Directorii Inquisit.

(c) FRATRI ..: *Thoma Franco* Veneto anno 1260. assumpto ex Ughello to. 5. Ital. Sac. in Episc. Venetis.

(d) EPISCOPO CASTELLANO: Nempe Venetiarum, ut ex ipsa litterarum lectione ducitur.

(e) CASTELLANAM CIVITATEM: Etsi *Civitas Castellana* diceretur, & hucusque dicatur in Hetruria, Patrimonioque S. Petri sita sub uno Romano Pontifice; hanc autem esse, quæ postea dicta est, & etiam nunc dicitur *Venetiarum*, & *Patriarchatus* honore fulgat, elicitur ex ipsa epistola, aliisque de ea, & Monasterio circumstantiis.

(f) S. MARIÆ MATRIS CHRISTI: De quo Monasterio pluries dictum est ad complures epistolas Rom. Pontificum Gregorii IX. anno 1238. die 28. Junii, & 1241. die 5. Martii, Innocentii IV. anno 1247. die 18. Maji, & Alexandri IV. anno 1255. die 7. Junii &c.

(g) INTERDICTI &c.: Reliqua vide in simili *Bulla* hoc eodem anno die 28. Novembris edita pro Monialibus S. Agathæ *Papien.*, qua etiam supplevimus plurimas lacunas, & verba, quæ in hoc Veneto monumento apud cit. Cornelium cernuntur.

(h) IN WESAL.: *Vesalia* Oppidulo Germaniæ ad Rhenum in ditione Electoris Trevirensis dicta etiam Vosavia, & vulgo *Ober Wesel* ad discrimen *Vesaliæ* inferioris trans Rhenum in Ducatu Clivensi positæ. In ea Fratres Minores locum habuerunt ab initio Ordinis, qui 5. est Custodiæ Treviren. in veteri *Provinciali Ordinis* apud Polychronicon, & Pisanum Conf. XI.

(i) IN CONVENTU TREVIREN.: Qui caput est Custodiæ sui nominis in Provincia Coloniæ apud cit. *Provinciale Ordinis*; Fr. vero *Rorico* extat 21. epistola supra relata.

(k) WORMACIEN., ET SPIREN.: *Eberhardo* I., & *Henrico* II., de quibus agitur in Gallia Christiana Patrum Mauriu. tom. 5. num. 42., & 49.

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1262.

Narratio facti, atque commissio.

dilecto filio Abbati Monasterii de Rodinkirchen Præmonstraten. Ordinis Moguntinen. diœcesis inquisitionem contra Henricum *Treviren. Electum* [a] super Simonia, sacrilegio, perjurio, homicidio, & aliis diversis criminibus, quibus irretitus esse dicitur; & quod occasione cujusdam pedagii [b], seu thelonei [c], quod in flumine Rheni proprio motu de novo constituit, procederent contra eum, habito Fratrum nostrorum consilio, per nostras litteras [d] Nos meminimus commisisse. Sed quibusdam, ut intelleximus, eisdem Episcopis, & Abbati falso suggerentibus, quod inquisitio ipsa præhabito eorumdem Fratrum nostrorum consilio non processit; ipsi prætextu hujusmodi non procedunt ea, qua decet, diligentia in eadem. Unde ipsis in virtute obedientiæ nostris dedimus litteris districtius in præceptis, ut in negotio inquisitionis hujus sine difficultate, ac dilatione qualibet procedere studeant juxta priorum continentiam [e] litterarum. Verum quia, sicut accepimus, dictus *Electus* cum Episcopis, & Abbate prædictis tam per se, quam per suos tanquam male sibi conscius, & processum inquisitionis formidans de novo est propter hoc amicitiæ fœdere copulatus: Nos affectantes, ut sine suspicione cum effectu in prædicto inquisitionis negotio procedatur; discretioni vestræ in virtute obedientiæ, ac sub pœna *excommunicationis* per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus facientes vobis prædictas litteras exhiberi, detentores ad exhibitionem earum, si opus fuerit, monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compellendo, & processu legitimo, si quis per eos est habitus, observato; in negotio ipso sollicite procedatis juxta continentiam earumdem, omisso dumtaxat articulo de *pedagio*, seu theloneo, quem dilecto filio Plebano Ecclesiæ S. Mariæ in Confluentia [f] Treviren. diœcesis per litteras nostras specialiter duximus committendum. Volumus tamen, quod etiam in negotio hujusmodi quoad articulum ipsum de eodem *pedagio* procedatis, si Plebanus ipse infra mensem post monitionem nostram non processerit in eodem; non obstante, quod Ordini vestro a Sede Apostolica sit indultum [g], ut ipsius personæ de causis cognoscere, vel mandata exequi minime teneantur, quæ ipsis a Sede committuntur eadem.

Agentium negligentia, & dolus.

Committit Pontifex, ut supra.

conditione adjecta.

Derogatio indulto Apostolico.

Datum Viterbii VIII. Idus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo [h].

Concessionem Monasterii S. Sixti Placent. O. B. ab Alexandro IV. Monialibus Damianitis factam revocat, & Monasterium reddi Monachis injungit. (Ex Reges. Pontif. in Archivo Vatic. epist. 96. tom. 1. anno 1.)

URBANUS &c. XXV.

Anno 1262. die 18. Aprilis.

Dilectis filiis .. Abbati, & Conventui Monasterii S. Sixti *Placentin.* [i] *ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Monachorum S. Sixti expositio

PETITIONIS vestræ series continebat, quod suggesto dudum fel. recordat. ALEXANDRO PAPÆ [k] prædecessori nostro, quod Monasterium vestrum, quod non modica consueverat florere spiritualium, & temporalium ubertate bonorum, adeo erat per negligentiam, & malitiam vestram in utrisque sine spe resurgendi collapsum,

de statu sui Monasterii a quibusdam traducto,

(a) TREVIREN. ELECTUM: De quo in epist. 21. proxime relata.
(b) PEDAGII: Vectigalis genus quoddam, ut in primo hujus Operis tomo p. 65.
(c) THELONEI: *Telonium* mensa publicanorum est, ubi vectigal exigitur, & ipsum etiam vectigal.
(d) PER NOSTRAS LITTERAS: Incip. *Ad audientiam nostram &c.* anno 1261. die 22. Novemb. datas.
(e) CONTINENTIAM: Idest argumentum, illudque in eis contentum.
(f) IN CONFLUENTIA: Vulgo *Coblentz* urbe ad Mosellæ cum Rheno confluentiam, unde nomen accepit.
(g) INDULTUM: Ut in cit. epist. 21. (g)
(h) Iterum Pontifex scripsit ad eosdem super eadem re hoc etiam anno die 30. Novembris; deinde anno sequenti, ut infra: Vacante enim Ecclesia Trevirensi anno 1259. per mortem *Arnoldi II*, in contentione duo eligerunt *Arnoldum* de Sleida, & *Henricum* de Bolandia Archidiaconi Ecclesiæ Treviren.; neutroque prævalente, eorum electionem irritam declaravit *Alexander IV.*, promovitque *Henricum* de Fistinga Decanum Ecclesiæ Meten.; qui ad Sedem Apostolicam interim se contulerat; ac arte, ut eligeretur Archiepiscopus, obtinuerat anno 1260. Kalendis Decembris. Quo peracto Treverim profectus brevi tempore plura ferunt patrasse scelera, & pluribus vim intulisse; ob quæ Urbanus Pontifex scripsit *Wormacien.*, & *Spiren.* Episcopis, ac Abbati de Rodinkirche cit. *Ad audientiam nostram &c.*, sed illis cum memorato Electo amicitia se se copulantibus, Pontifex inquisitionis negotium committit supradictis *Fratribus* his litteris: ut refert Auctor Synchronus Vitæ *Henrici* de Fistinga Archiepisc. Treviren. inter *Gesta Archiepiscop. Treviren.* supracit. num. 190. & seqq.
(i) MONASTERII S. SIXTI: Adeas notas nostras ad epistolam 570. Alexandri IV. *Ad nostram noveris &c.* anno 1260. die 10. Julii datam.
(k) ALEXANDRI PAPÆ: *Quarti* hujus nominis.

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1262.

lapsum, quod non poterat in suo aliquatenus Ordine reformari; dictus Prædecessor ... Præposito Ecclesiæ S. Euphemiæ [a] Placentin. primo per litteras suas in virtute *obedientiæ* [b], ac postmodum per alias diversas litteras in eadem virtute, ac sub pœna *excommunicationis* [c] dedit districtius in præceptis, ut personaliter accedens ad locum, & inquirens super hoc de plano, & sine judiciorum strepitu veritatem, si constaret ei sic esse, prædictum Monasterium cum omnibus suis possessionibus, & pertinentiis, & ornamentis ipsius ... Abbatissæ, & Conventui Monasterii *S. Francisci* [d] Placentin. Ordinis S. Damiani ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis auctoritate Apostolica conferens, & assignans, ipsas, vel Procuratorem earum in corporalem possessionem prædictorum induceret, & tueretur inductas, vobis amotis ab eodem Monasterio S. Sixti, & per alia vestri Ordinis Monasteria congrue collocatis: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Idem vero Præpositus præfatum Monasterium *S. Sixti* cum suis possessionibus, & pertinentiis, ac etiam ornamentis eisdem Abbatissæ, & Conventui contulit auctoritate hujusmodi litterarum; dictusque Prædecessor processum ipsius Præpositi ratum habens, & firmum, ac etiam approbans; supplensque defectum, si quis in eo circa Juris solemnitatem fuit, de Apostolicæ plenitudine potestatis, processum ipsum auctoritate Apostolica confirmavit [e]; Venerabili Fratri nostro ... Episcopo Placentino [f] dictis Abbatissæ, & Conventui super hoc executore concesso. Quare Nobis humiliter supplicastis, ut cum prænominatum Monasterium vestrum, considerata malitia temporis, & habito respectu ad alia Monasteria Placentinæ Civitatis, & Diœcesis, in spiritualibus floreat, & abundet in temporalibus, providere vobis in hac parte paterna sollicitudine curaremus, processum hujusmodi revocando. Nos itaque attendentes, quod Prælati Ecclesiarum ejusdem Civitatis Nobis super hoc per suas litteras testimonium perhibent, processum jam dicti Præpositi super hoc habitum, & quicquid ex eo secutum est, vel ob ipsum, non obstante tali confirmatione dicti Prædecessoris, auctoritate Apostolica cassamus, & irritamus, & decernimus nullius existere firmitatis; & imponimus perpetuum silentium super ipso Monasterio *S. Sixti*, & pertinentiis ejus Abbatissæ, & Conventui memoratis. Nulli ergo &c. nostræ cassationis, irritationis, & constitutionis infringere &c. Si quis &c.

Datum Viterbii xiv. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo.

& Alexandri IV. ob id ordinatione

de eodem Monasterio aliis tribuendo,

ejusque collatione,

& Pontificia confirmatione,

quam Monachi subreptitiam dicunt, & revocari flagitant.

Itaque Pontifex præstat, & imperat ut supra.

Clausula prohib. &c.

In eumdem modum infrascripto injungit, ut Conventum Damianitarum Placent. compellat Abbati, & Monasterio S. Sixti reddere Alexandri IV. litteras, confirmationem, ac processum pro dicto Monasterio editum. (Ex Reges. Præd. ep. 97. to. 1. an. 1.)

XXVI.

Anno 1262. die 18. Aprilis.

URBANUS &c.

Dilecto filio .. Abbati Monasterii S. Savini Placentin. [g] *Sal., & Ap. Ben.*

PEtitio dilectorum filiorum .. Abbatis, & Conventus *S. Sixti* Placentin. [h] ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti nobis exhibita continebat, quod suggesto &c. [i] Verum prædicti Abbas, & Conventus dubitantes, ne occasione hujusmodi litterarum prædecessoris ipsius, & processuum per eas habitorum, & confirmationis prædictæ possit eis in posterum quæstionis materia suscitari; super hoc adhiberi per Nos salubre remedium postularunt. Volentes igitur paci, & tranquillitati prædictorum Abbatis, & Conventus super hoc paterna sollicitudine provi-

Conventus S. Sixti petitio,

& nova postulatio.

(a) S. Euphemiæ: Cujus nomen videre licet in notis ad cit. epist. Alexandri Papæ.

(b) In virtute obedientiæ: Quæ litteræ sunt, quas supra citavimus *Ad nostram noveris &c.*

(c) Sub pœna excommunicationis: At istæ num. 580. datæ fuerunt die 10. Novembris eodem anno, ut ibi *Intellecto dudum &c.*

(d) Monasterii S. Francisci: Cujus non semel mentio facta est inter epistolas Innocentii IV., & alias Alexandri etiam IV.

(e) Confirmavit: Anno 1260. die 25. Novemb. ut videtur erui ex P. Maria Campi Hist. Placent. par. 2.

(f) Episcopo Placentino: *Philippo Fulgoso* anno 1255. evecto ex Ital. Sac. Ughelli tom. 2.

(g) Monasterii S. Savini Placent.: In Italia, de cujus incerta fundatione agit Cl. Mabillonius lib. 21. Annal. Bened. ad annum 737. num. 41.. sed certiorem exhibet lib. 41. ad ann. 903. num. 23., ubi & monet nunc Romano Anglorum Collegio unitum inveniri.

(h) Monasterii S. Sixti Placent.: De quo in superiori epistola.

(i) Suggesto &c.: Ut in præcedenti diplomate usque ad illa *& Conventui memoratis*: mutatis tamen convenienter mutandis.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1262.

Pontifex annuit, & mandat ut supra

providere; discretioni tuæ mandamus, quatenus prædictas Abbatissam, & Conventum, quod litteras, confirmationem, & processus prædictos eisdem Abbati, & Conventui, sublato cujuslibet dilationis, & difficultatis obstaculo exhibeant [a], monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellas; non obstante, si eis a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, quæ de Indulto hujusmodi plenam, & expressam non fecerint mentionem; sive qualibet alia indulgentia Sedis ejusdem, de qua, cujusque tenore oporteat in nostris litteris plenam, & expressam mentionem fieri, & per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri.

cum obstantium derogatione.

Datum, *ut supra*.

Ut Episcopi Avenionen. pecuniæ detentores compellat pecuniam executoribus testamentariis assignare, & Canonicos Avenionen. instrumenta ea de re iisdem exhibere. (Ex Reges. Pontif. in Archivo Vatic. pag. 3. tom. 2. anno 1.)

XXVII.

Anno 1263. die 19. Aprilis.

URBANUS &c.

Venerabili Fratri G. [b] *Episcopo Mutinen.* [c] *Sal., & Apostol. Benedict.*

Executorum testament. delatio.

SUA Nobis dilecti filii [d].. Fratrum Ordinis Prædicatorum, & .. S. Michaelis de Busco Priores, ac .. Guardianus Fratrum Minorum *Bononien.* executores Testamenti bonæ memoriæ Zoeni [e] *Avinionen.* Episcopi [f] petitione monstrarunt; quod idem Episcopus a fel. record. ALEXANDRO PAPA [g] prædecessore nostro testandi de iis, quæ sibi superfuerunt ex parsimoniis reddituum Ecclesiasticorum, quos canonice in Lombardia, Ungaria, Francia, & *Provincia* [h], & specialiter de *Avinionen.* Episcopatu perceperat, habens plenariam potestatem [i] in ultima voluntate sua Testamentum condidit; & inter alia quamdam pecuniæ summam, quæ de præmissis jamdudum penes Jacobinum de Racorgeto [k], Amatorem de Pizecottis, Nicolaum Bongerardi, & quosdam alios Cives, & Mercatores Bononien. fiducialiter deposuerat, per manus dictorum executorum in pios usus erogari mandavit; *mille libris Bononien.* de hujusmodi pecunia, quæ summam earum longe magis excedit, Nobis, & Ecclesiæ Romanæ legatis. Porro dicti Mercatores super hoc ab eisdem executoribus requisiti eis pecuniam ipsam pro eo exhibere recusant, quia Nos olim ignorantes dictum Episcopum testandi licentiam habuisse dilecto filio .. [l] *Electo* Bononien. [m] dedimus sub certa forma per litteras Apostolicas in mandatis [n], ut totam prædictam pecuniam nomine Romanæ, vel Avinionensis Ecclesiæ sibi faceret assignari; & etiam quia instrumenta confecta super hujusmodi deposito penes quosdam Canonicos Avinionenses adhuc haberi noscuntur. Quare pro parte dictorum executorum humiliter petebatur a Nobis, ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque considerantes attente, quod nil magis rebus humanis deberi dinoscitur, quam quod ultimæ voluntates Fidelium firmiter observentur; ac propter hoc hujusmodi mandatum nostrum eidem *Electo* directum [o] auctoritate præsentium revocantes, Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus; quatenus, si est ita, dictos Mercatores, quod pecuniam ipsam eisdem

Episcopus Avenionen facultatem obtinet testandi.

dispositque de quadam pecunia summa Bononiæ deposita.

Bononien. depositarii pecuniam exhibere recusant, & quare.

Executores testamenti recurrunt ad Pontificem.

qui mandatum, quod superius dictum fuit.

(a) EXHIBEANT: Quod tamen minime executioni tunc mandatum fuit, sed diu locum illum Sanctimoniales retinuerunt.

(b) G.: Leg. P. nempe *Philippo Boschetti* Patritio Mutinensi, qui ab anno 1234. usque ad ann. 1264. sedit.

(c) EPISCOPO MUTINEN.: In Æmilia tunc Ravennati, nunc vero Bononiensi Archiepiscopo subjecto ex Ughelli Italia Sac. tom. 2.

(d) DILECTI FILII: Quorum nomina habes in epistola vi. *Significantibus dilectis &c.* anno superiore data.

(e) ZOENI: De quo in dicta epist. *Significantibus &c.*

(f) AVENIONEN. EPISCOPI: In Gallia Narbonensi, nunc Provincia, tunc sub Arelaten. Archiepiscopo, postea Metropolitana dignitate donati.

(g) ALEXANDRO PAPA: Hujus nominis IV.

(h) ET PROVINCIA: Gallica vulgo *Provenza*, ubi annn 1243., & 1244. Sedis Apostolicæ legatus fuerat ex Innocentii PP. IV. litteris, quod fugit Annalium Eccl. continuatorem Raynaldum, sicut quoque latuit, quid officii, negotiique ei inerit in *Hungaria*, *Francia &c.*

(i) POTESTATEM: Quam ei denegabant Mercatores Bononien. infra relati; ut in cit. epistula vi.

(k) DE RACORGETO: *De Recorecto* dicitur in memorata epistola vi., & *de Racorgatis* in alia *Exposuit nobis* anno 1264. infra referenda.

(l) DILECTO FILIO: *Octaviano Ubaldino* juniori Florentino.

(m) ELECTO BONONIEN.: Hinc patet error Librarii in supracit. ep.. vi., in qua hic enunciatur *Episcopus*, cum esset *Electus* solummodo, ut etiam ibi not. (a) admonui.

(n) IN MANDATIS: Incip. *Significantibus dilectis &c.* anno superiore die 5. Novembris.

(o) EIDEM ELECTO DIRECTUM: Nempe supradictam epistolam vi. *Significantibus dilectis &c.*

eisdem executoribus integre, ac sine dilatione assignent; præfatos vero Canonicos, quod instrumenta prædicta nuntio executorum ipsorum eorum nomine absque dilationis obstaculo exhibeant per eosdem Executores dictis Mercatoribus resignanda, per te, vel alium monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellas: invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii sæcularis.

a Datum Viterbii xiiI. Kalend. Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo [a].

Censum Regis Angliæ, aliamque Romanæ Ecclesiæ debitam pecuniam scribit quibus assignanda, & quomodo. (Ex REGES. PONTIF. Archivi Vatic. pag. 10. to. 2. ann. 1.)

XXVIII.

Anno 1262. die 5. Maji.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Johanni de Cancia *Ordinis Fratrum Minorum Salutem, & Apostol. Benedict.*

DISCRETIONI tuæ præsentium auctoritate mandamus, quatenus quicquid *de Censu* a Carissimo in Christo filio nostro.. Rege Anglorum illustri Ecclesiæ Romanæ debito, vel etiam aliunde *de pecunia* Romanæ Ecclesiæ recepisti, aut ad manus tuas pervenire continget; Deutavivæ Guidi, & Raynerio Bonaccursi sociis dilectorum filiorum Rollandi Bonsignoris, Bonaventuræ Bernardini, & Raynerii Jacobi Civium, & Mercatorum Senen., vel eorum alteri præsentes tibi litteras deferenti in præsentia dilecti filii Magistri *Leonardi* Cantoris Messanen.

b Cappellani, & Nuntii nostri [b] in Anglia nostro, & Ecclesiæ nomine assignare procures, Nobis assignationis diem, & quid, & quantum eisdem Mercatoribus exinde duxeris assignandum [c].

c

d Datum Viterbii iiI. Nonas Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo [d].

Quomodo pecunia de bonis cujusdam hæretici ad manus Inquisitoris hæret. pravit. perventa disponenda. (Ex REGES. PONTIF. in Archivo Vatic. tom. 2. pag. 5. anno 1.)

XXIX.

Anno 1262. die 6. Maji.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Andreæ de Tuderto [e] *Ord. FF. Min. Inquisitori hæreticæ pravitatis* [f] *Sal., & Ap. Ben.*

e

f

Inquisitoris litteras commemorat,

CUM, sicut ex litteris, quas dilecto filio nostro J. [g] S. Nicolai in carcere Tulliano Diacono Cardinali nuper mittere curavisti [h], Nobis innotuit; ducentas quadraginta libras novorum Senen. minutorum [i], quæ ad manus tuas de bonis Leonardi *Vinigiani* hæretici pervenerunt, apud Somavum Johannis Mercatorem Narnien. duxeris Ecclesiæ Romanæ nomine deponendas; præsentium tibi tenore mandamus, quatenus de prædicta pecuniæ quantitate ducentas libras dilecto filio Marco *Magalotti* Civi Urbevetan. latori præsentium nomine nostro assignare procures; residuas quadraginta libras pro expensis tuis, & necessitatibus commissi tibi negotii [k] retenturus; quod si forte pro ipsius negotii opportunitatibus, tuisque necessariis majori egeris quantitate, tuam Nobis super hoc significes voluntatem; quia cum idem sit Nobis cordi negotium, pro defectu pecuniæ nolumus, etiamsi oportteret expensas pro dicto negotio de nostra Camera ministrari, quod de iis aliquid omittatur, quæ ad prosecutionem ipsius necessaria dinoscuntur.

g

h

i

& pecuniam ex bonis hæretici detractam,

cujus majorem partem uni assignandam edicit,

k

residuum ipsi Inquisitori relinquit:

si plus indigeret, significet.

Datum Viterbii iI. Nonas Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Mandat, ut per se, & alios ejusdem Instituti in Provincia Bononien. prædicet Verbum Crucis pro Terræ Sanctæ subsidio. (Ex AUTOGRAPHO Archivi nostri Conven. Sancti Francisci Bonon., & ex Indic. Bullarii Seraph. PETRI de Alva.)

Tom. II. Kkk URBA-

(a) Extat & epistola ad executores testamenti Zoeni supra memorati *Exposuit nobis &c.* an. 1264. scripta.

(b) NUNCII NOSTRI: Quæ legatio latuit conditorem Annalium Eccles., nisi sit ille, quem ad ann. 1263. num. 21. dicit Pontificium *Notarium*.

(c) ASSIGNANDUM: Deest *fideliter rescripturus*. Consule superiores epistolas præsertim 20. *Præsentium tibi &c.* hoc an. die 4. Feb. scripta, nam ferme eadem est.

(d) Insequenti anno die 25. Julii nondum quidquam de censu solutum fuerat ex epist. 76. *Cum Carissimus &c.* eo tempore data.

(e) FR. ANDREÆ DE TUDERTO: De quo & in 17. epistola superius allata dictum est.

(f) INQUISITORI HÆRETICÆ PRAVITATIS: In Umbria; Sanctique Francisci Provincia:

(g) J.: *Joanni* Cajetano *Ursino*, qui insequenti anno postulatus est, & obtentus Ordinis *Protector*.

(h) MITTERE CURAVISTI: Id autem respicere videtur epistolam *Cupientes, ut negotium &c.* hoc anno die 2. Novembris de negotiis *Inquisitorum* hæret. prav. huic Cardinali referendis.

(i) NOVORUM SENEN. MINUTORUM: Ad discrimen veterum, & *grossorum*; in quodam instrumento Archivi secreti Viterbien. anno isto 1262. confecto habetur, eo anno monetam, denariosque Senenses ejusdem valoris fuisse cum Florentinis, & Lucensibus; num etiam novos & *minutos*, dubitari poterit.

(k) NEGOTII: Nimirum Inquisitionis in hæreticos.

Ussanus PP. IV. Ao.Ch. 1262.

XXX.

Anno 1262. die 15. Maji.

URBANUS &c.

Dilecto filio .. Ministro Provinciali Fratrum Minorum Bononien. [a] *Salutem, & Apostol. Benedict.*

a Causa commissionis.

b Hierosolyma, Terraque Sancta a Saracenis oppressa.

CLamat instanter ad Nos festino succursu misera illa *Jerosolymitana* regio in angustiis vehementibus posita [b]; clamat, inquam, tribulationibus afflicta, continuis, durisque attrita flagellis; & ignominiosæ nimis subjectionis jugo depressa secundum dolorum suorum multitudinem amarius vocis suæ lamentationis replicat, & exaltat: Ecce angustiatur, anxieque suspirat regio ipsa, tristis languet hostili captivata vinculo, & ejulat incessanter; & ubi non sentiuntur ejus suspiria, & singultus? ubi ululatus, & gemitus non auditur? Innotuit siquidem omnibus dolor suus, ac totius Orbis auditum percutit validius dolor ejus. Quis ergo Fidelis ad vocem illius tam tristem, & flebilem claudere potest aures? quis unquam potest non compati ejus passionibus tam acerbis? cujus animum ad subveniendum non commovet tantarum illius effusio lacrymarum? cujus nostrum tam evidens ejus necessitas non compungit? Cætero miserabiles ipsius *Terræ* voces patulis auribus suscipit Mater Ecclesia; & Nos etiam, qui dudum Ecclesiæ *Jerosolymitanæ* regimini præsidentes, suarum vulnera læsionum propriis palpavimus manibus [c]; ejusque oculata fide afflictiones cognovimus, & pressuras; dolendum illius statum amara consideratione clementer attendimus; condolemus taotis ejus miseriis pio corde; sibique celeriter, quibus possumus, studemus remediis subvenire: dumque plurima eidem *Terræ* hactenus subsidia ministrata recolimus; illaque fructum sperati effectus minime pertulisse: dumque sumptus, & labores innumeros Christifidelium in illius defensionem inutiliter quasi abiisse consideramos, tanto vehementius ad ejus inardescimus auxilium, quanto ex hoc vires hostium fortius invalescere perspicimus contra eam. Populus insuper Christianus suum dirigit animum armare potentiæ suæ brachium; & cunctos suos debet explicare conatus ad defensionem Terræ prædictæ, hoc præsertim tempore, quo *Tartarorum* gens perfida, & crudelis de abditis Terræ repente prosiliens, & io robore grandis exercitus Terras ante faciem suam depopulans universas, prædictæ *Terræ Sanctæ* finibus ad hoc propinquasse dicitur, ut illam diutius jam Saracenorum impugnationibus laceratam, & Christianorum inibi reliquias existentium sub suis conculcet pedibus; suæque subjiciat servituti in Crucifixi opprobrium, & confusionem perpetuam nominis Christiani. Accendatur igitur devotionis zelo mens cujuslibet Orthodoxi, & lorica constantiæ muniatur. Expedit enim, ut Gentis illius potentiæ potenter, & celeriter resistatur; ne miserabilem *Terræ* prædictæ statum, in quo ad præsens, sævieote in illam Tartarica immo verius tartarea feritate, consistit [d]; Christifidelibus per *Bononiam*, nec non per alia loca, per quæ tua administratio se extendit [e], per te, ac alios Fratres tui Ordinis, quos ad boc idoneos esse cognoveris, diligenter exponens, eisque proponens efficaciter verbum Crucis ipsos juxta datam tibi a Domino gratiam attentis inducas monitis, & sedulis prædicationibus exhorteris; ut cogitantes prudenter, quantum nunc ipsorum iodigeat præfata *Terra* succursu, ad subventionem ejus promptis inteodant animis, & viribus totis exurgant; ac *Crucis* suscepto signaculo, illuc spiritualibus armis, & materialibus præmuniti de Divina quoque sperantes potencia cum festinatione procedant. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pau-

A B C D E

Succurr Fideles ad illius auxilium.

c Testatur se oculis propriis afflictiones cognovisse.

Timor magnus etiam de Tartaris proponitur.

Instar verbis tendere orthodoxos.

d Et jubet prædicari verbum Crucis, ut supra innuitur.

e

(a) Fratrum Minorum Bononien.: Nempe totius Flaminiæ, & Æmiliæ, quarum caput *Bononia* est juxta divisionem Provinciarum Ordinis anno 1260. a S. Bonaventura factam in Comitiis Generalibus Narbonæ celebratis; eique hoc tempore præsidebat Fr. *Bonagratia* ex Salimbena Parmensi in Chronico Ms. pag. 178.

(b) Posita: De Hierosolymitanæ regionis calamitatibus hujus temporis legi potest Sanutus apud Raynaldum Annal. Eccles. ad annum 1263. num. 1. & seqq. Babiloniæ Sultano Bendocdario in Syria, & Palæstina Christianos armis vehementer exercente; & inde nos expellere funditus agente.

(c) Propriis palpavimus manibus: Fuerat enim ante Summum Pontificatum *Patriarcha Hierosolymitanus*, & in *Terra Sancta*.

(d) Consistit: Hic multa desunt v. g. *funditus evertat. Tua igitur Discretioni per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus eisdem*

(e) Tua administratio se extendit: Nempe ab Arimino usque Placentiam, & Cremonam ex antiquo alias & sæpe cit. *Provinciali* Ordinis nostri.

& Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa, quam Nobis licet indignis Deus ligandi, atque solvendi contulit, potestate, omnibus in personis, vel rebus suis succurrentibus dictæ *Terræ* illam suorum peccaminum veniam indulgemus, ipsosque illo privilegio, eaque volumus immunitate gaudere, quæ prædictæ *Terræ* subvenientibus in generali Concilio [a] sunt concessa. Ut autem commissum tibi ministerium facilius, & utilius exequi valeas, tibi, & *Fratribus* ejusdem Ordinis, quos in hoc cooperatores elegeris, convocandi ob id quotiescumque, & ubicumque videbitis expedire, Cleros, & Populos locorum, in quibus vos hujusmodi Verbum *Crucis* proponere contigerit, ut processionaliter vestris prædicationibus intersint; concedendi quoque omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad hujusmodi convocationes, & prædicationes vestras accesserint, *quadraginta*, vel *centum* dierum Indulgentiam plenam concedimus auctoritate præsentium potestatem. Taliter igitur tu, dictique *Fratres* præceptum super hoc Apostolicum exequi procuretis; non obstante Sedis Apostolicæ indulgentia [b], qua Fratribus dicti Ordinis dicitur esse concessum, ut de causis, quæ per litteras Apostolicas committuntur eisdem, cognoscere minime teneantur, nisi de indulgentia hujusmodi expressam faciant mentionem; ut vos de zelo promptæ devotionis, & fidei possimus non immerito commendare.

Datum Viterbii Idibus Maji, Pontificatus Nostri Anno Primo [c].

Succurrentibus indulgentiam, & privilegium confert.

Proponentibus vero verbum Crucis facultatem tribuit indulgentias dandi.

Derogatque Apostol. indultis.

Pro prædicatione Crucis in subsidium Terræ Sanctæ *et amplas, & plures tribuit facultates absolvendi, & dispensandi &c.* (Ex AUTOGRAPHO Assisiati in Archivo nostri Conventus S. Francisci.)

Tom.II.

URBANUS &c.

XXXI. Anno 1262. die 21. Maji.

Dilecto filio... Ministro Generali [d] *Ordinis Fratrum Minorum Salut., & Apostolicam Benedict.*

Concessionis causa.

CUM prædicationem *Crucis* pro subsidio *Terræ Sanctæ* per omnia Christianorum Regna per nostras tibi sub certa forma litteras [e] duxerimus committendam; Nos volentes aliqua tibi concedere, per quæ salubri consulere valeas animarum, discretioni tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, absolvendi hac vice per te, vel per alium, seu alios idoneos juxta formam Ecclesiæ omnes illos de omnibus Regnis prædictis, qui pro violenta injectione manuum in viros Religiosos, & Clericos sæculares [f] inciderunt in Canonem sententiæ promulgatæ, & qui incendendo Ecclesias [g], nec non & alia loca Religiosa vinculo sunt *excommunicationis* astricti; dummodo injurias, & damna passis satisfaciant competenter; & non sit adeo gravis, & enormis excessus, quod propter hoc sit ad Sedem Apostolicam recurrendum: Dispensandi quoque cum Clericis Sæcularibus, & Regularibus, qui hujusmodi ligati sententiis facti immemores, aut juris ignari se immiscere Divinis, super *irregularitate* [h], quam propter hoc incurrisse noscuntur; ac injungendo eis pœnitentiam salutarem plenam, & liberam concedimus auctoritatem præsentium facultatem. Proviso, ut quæ forent expensuri veniendo ad Sedem Apostolicam, morando ibi, & redeundo ab ipsa, tibi juxta tuæ discretionis arbitrium ab eis pro dictæ *Terræ* subsidio facias assignari.

Facultas absolvendi percussores Clericorum, & incendiarios Ecclesiarum ab excommunicatione, & subrogandi.

Addita conditione.

Et dispensandi ab irregularitate ex delicto.

Conditio subjecta.

Datum Viterbii XII. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Kkk 2 *Hospi-*

(a) IN GENERALI CONCILIO Lateranensi IV. anno 1215. ab Innocentio III celebrato.

(b) SEDIS APOSTOLICÆ INDULGENTIA: *Qui postposita vanitate &c.*, & *Quieti vestra &c.* a Gregorio IX., & Innocentio IV. concessa.

(c) Non autem hujus *Provinciæ* Ministrum dumtaxat scripsisse Pontificem credendum est, sed & aliis; tametsi litteræ non appareant, ut eruitur ex litteris *Cum nos universis &c.* anno sequenti die 13. Junii Regi Franciæ scriptis, & aliis *Etsi ad universas Mundi Provincias &c.* dat. an. 1264. die 26. Januarii ad universos Eccles. Prælatos, & infra relatis. In Gallia Christiana P. Dionysii Sammarthani to. 1. de Episc. Massilien. num. 34. refertur, anno 1264. 8. Kalendis Julii *Alexandrum IV.* anno Pontificatus sui VI. (ad reponendum *Urbanum IV* anno III.) litteras dedisse Episcopo illius urbis, ut ad sacrum bellum pro *Terra Sancta* subsidio Christianos hortaretur; Episcopum vero id munus *Priori* Fratrum Prædicatorum, & *Guardiano* Fratrum Minorum eodem anno Kal. Augusti injunxisse ex Tabulario Narbonen. Cœnobii Fratrum Prædicatorum.

(d) MINISTRO GENERALI: *S. Bonaventura*.

(e) PER NOSTRAS TIBI SUB CERTA FORMA LITTERAS: Quæ vel adhuc latent, vel amissæ sunt.

(f) IN VIROS RELIGIOSOS, ET CLERICOS SECULARES: est enim casus Summo Pontifici extra Urbem, & intra Italiæ fines reservatus.

(g) INCENDENDO ECCLESIAS: Casus alius, quem sibi Romanus Pontifex reservavit.

(h) SUPER IRREGULARITATE: Hæc etiam *ex delicto*, utpote ex violatione censuræ Eccles. dicitur Pontifici reservata.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1262.

Hospitale Leprosorum de Valle collis *Spoletanæ diœc. sub protectione Sedis Apostolicæ suscipit, & a decimarum solutione eximit.* (Ex AUTOGRAPHO nostri Conventus Sancti Francisci Nursiæ.)

XXXII. Anno 1262. die 23. Maji.

URBANUS &c.

a b *Dilectis filiis.. Magistro, & Fratribus Domus Leprosorum*[a] *de* Vallem collis[b] *Spoletanæ Diœcesis Sal., & Ap. Ben.*

Exordium. c

CUM a nobis petitur &c.[c] Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu ad instar fel. record. INNOCENTII PAPÆ IV.[d] prædecessoris nostri personas vestras, & Domum de *Valle collis*, in qua sub Communitate[e] degitis, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis præstante Domino poterit adipisci, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus: specialiter autem Terras, possessiones, Vineas, & alia bona vestra, sicut ea omnia juste & pacifice possidetis; vobis, & per vos eidem Domui auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Districtius inhibentes, ne quis de hortis, & virgultis vestris, seu de vestrorum animalium nutrimentis *decimas* exigere a vobis, vel extorquere præsumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Concessionis, & Confirmationis infringere &c. Si quis autem &c.

(Fratrum postulationes. — Pontifex excipit, & suscipit sub S. A. protectione. — Inhibendo ut supra. — Clausula prohib. &c.)

Datum apud Urbem Veterem x. Kal. Junii, Pontificatus Nostri Anno Primo[f]. f

Ut, quos possit, per se, vel per alios sui Ordinis Fratres ad sacrum bellum excitet contra schismaticum Palæologum Imperii Constantinopolitani occupatorem. (Ex REGES. VATIC. num. 129. lib. 1. apud WADDINGUM in Annal. Minor. ad annum 1261. num. 18., & RAYNALDUM Annal. Eccles. ad annum 1262. num. 34.)

XXXIII. Anno 1262. die ... Maji.

URBANUS &c.

Dilecto filio.. Ministro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum in Regno Franciæ[g] *Sal., & Apost. Ben.* g

ORTA est Nobis de partibus *Romaniæ*[h] multæ turbationis materia; & exinde prosilierunt jacula, quæ diris puncturis affecerunt, & afficiunt intima cordis Nostri. Ecce siquidem in Regione illa contra Fidelem populum Schismaticorum exsertus est gladius; undique ad subvertendum Catholicorum statum gravis persecutionis turbo prorupit; propter quod cultores Fidei orthodoxæ hostibus inibi quatiuntur insultibus; & Christiana Religio variis, & diversis adversionibus impugnatur[i]. *Palæologus* namque schismaticus, qui Græcorum Imperatorem vocari se facit, postquam illius perfidæ gentis obtinuit Principatum,

(Scribendi, & committendi causa. h — Graeis in Grecia contra Latinos exertus Schismaticorum turbo. — i Palæologus occupato Constantinopolitano Imperio Latinos vexare cœpit.)

(a) MAGISTRO, ET FRATRIBUS DOMUS LEPROSORUM: Ordo Militum Leprosorum S. Lazari Hierosolymitani, quem aliqui seculo Ecclesiæ IV. institutum autumant, nobis primum innotescit sub *Innocentio IV.*, & ex hac epistola, & ex aliis Clementis IV., quæ 4. ast illius Pontificis in novissimo Bullario Romano tom. 3., cui Ordini Alexander IV. confirmavit Regulam S. Augustini ep. 10. in citato Bullario, ubi & 7. epistola Clementis IV. legitur pro eodem Militari Ordine, qui temporis decursu rum obsolevisset, ac cum aliis confusus iret; excitatus est sub Pio IV., & a Gregorio XIII. confirmatus, præscriptaque ei Cisterciensium Regula, unitus fuit Ordini *S. Mauritii*, ejusque Magisterium, & Principatum Ducibus Sabaudiæ collatum probante Clemente VIII. ex dictorum Pontificum Rom. diplomatibus in cit. Bullario Romano legendis.

(b) DE VALLEMCOLLIS: Ita etiam alias, sed leg. *de Vallecollis*.

(c) PETITUR &c.: Vide *Bullam* pro Monasterio Nucerino anno superiori die 13. Decembris emissam.

(d) INNOCENTII PAPÆ IV.: Cujus diploma non habetur; simile tamen hujus fuisse dubio erit.

(e) SUB COMMUNITATE: Al. *sub communi vita*.

(f) Hanc Constitutionem confirmavit Nicolaus IV. anno 1290. Idibus Novembris, forsan & Clemens IV., ut ibi notatum est.

(g) IN REGNO FRANCIÆ: In quo erant quinque Provinciæ *Aquitania*, *Francia*, *Turonia*, *Burgundia*, & *Provincia*, seu Galliæ Narbonensis juxta distributionem Provinciarum Ordinis anno 1260. a S. Bonaventura in comitiis generalibus factam: num autem ad omnes Provinciarum dictarum Ministros, an ad præcipuum Provinciæ *Francia* solummodo litteræ fuerint directæ, incertum.

(h) ROMANIÆ: Nempe Thraciæ utriusque cis, & trans Rhodopen, vulgo *Romelia* usque ad mare Jonium, & Peloponnesum, Cretæque Insulam extensæ ex citata Provinciarum Ordinis distributione.

(i) Postquam anno 1259., inquit Waddingus memoratus, Michael Palæologus vi, & arte Constantinopolim obtinuit; fugeruntque in Orientem Balduinus II. *Imperator*, & Pantaleo Justinianus novæ Romæ *Patriarcha*; res Latinorum Orientis in malo se habebant statu: & Imperator, Venetusque Dux cogitarunt de resarciendis suis in Oriente jacturis, ac iterum recuperando Imperio, quod per 50. annorum spatium obtinuerant. Interim Palæologus Latinos exagitabat, sævitiam in plures exercebat, Imperium tyrannice stabiliebat: Quare Pontifex Urbanus de adjuvandis Gallis, & Venetis exercitum copiosum pro subveniendis Latinis, & locis Sanctis anxius cœpit cogitare. Dedit itaque gravissimam epistolam hanc ad Ministrum Provinciæ Regni Franciæ Ord. Minorum. At Raynaldus supracitatus ad annum 1261. num. 28. ex Georgio Logotheta ostendit *Constantinopolim* captam fuisse a *Palæologo* anno 1261. die 25. Julii: sed Waddingus videtur sumere initium Imperii *Michaelis Palæologi*, quod fuit anno 1259. circa mens. Decemb., pro occupatione urbis Constantinop.

rum, contra populum *Latinorum*, qui in illis partibus commoratur, cœpit in eum furoris tyrannidem inhumaniter exercere; sicque adversus eum una cum subjectis sibi *Græcis* nationibus conspiravit, quod ad illius exterminium, & subversionem tota suæ malignitatis coovertit studia, direxit intentionem, & animum præparavir, improbe sperans se posse de facili *Latinis* ejectis exinde Constantinopolitani Imperii dominium integre obtinere. Congregato igitur post debellarionem, & caprionem dilecti filii nobilis viri Guillelmi de Willarduin. Principis *Achayæ* [a] exercitu copioso, & Civitatis Constantinopolitanæ finibus appropinquans Civitatem eamdem, cum non posset illam violenter capere, proditionaliter occupavir, collocans in ea superbiæ suæ Sedem in sempiternum opprobrium *Latinorum*. O quantos concepit dolores! O quot suspiria protulit! O quam acerbas effudit lacrymas Romana Mater Ecclesia, cum audivit, quod prætactam Civitatem, quæ in ejus permanens unirate in suo gremio alrius relucebat, amisit! Recolens etenim quod multo tempore anxius vigilavit laboriosa studia intentis vigiliis annectendo, ut Civitatem tam inclitam, & famosam, ramque insignem, & amabilem obtineret; memor etiam sollicitudinum, suspiriorum, & laborum, quibus fel. record. INNOCENTIUS PAPA III. prædecessor noster illam Imperialem Urbem ad unitatem Catholicam conquisivit [b]; & audiens eam sic probrose deperditam, & ab ejus obedientia, & devotione subtractam acuti doloris gladio sua præsensit viscera perforata. Verum tamen quantumcumque immensum ex hoc flebili casu Civitatis ejusdem dolorem concepit & mœrorem, nequaquam ob hoc cecidit spes ipsius; nec fuit animo consternata, quin de ipsius Civitatis, & per consequens dicti *Imperii* recuperatione sollicite cogitaret; confidens in illo, qui est in se sperantium fortitudo, quod post hujus percussionis dolorem consolationis opportunæ medelam misericorditer adhibebit. In hoc enim claret excellentia Fidei, super cujus petram eadem Ecclesia fundata consistit; quia quanto gravius Ecclesia ipsa impetitur, tanto persistit constantior; quoniam immobile accepit in Christo, qui est veriras, fundamentum. Nam licet antiquis temporibus eadem Ecclesia memoratum *Imperium* amare planxerit ab ejus unitate subtractum; licet diutinas, & innumeras amaritudines, & afflictiones pertulerit de suorum inibi dimicanrium oppressionibus filiorum; semper tamen animo fortis stetit; nec unquam, quæ potuit, illuc subsidia destinare cessavit; quia sibi continuè Divina potentia in tanti prosecutione negotii necessariæ subventionis largitione providit corda Fidelium, ad præbendum ei super hoc adjutorium, assidue accendendo, ex quibus innumeri jam effuso in pugna tam salutifera sanguine cursum vitæ præsentis sub glorioso triumpho martyrii feliciter consumarunt. Verum quia dicti *Palæologi* nequitia faventis temporis tumefacta suffragio, prædicta Urbe, quæ memorati *Imperii* caput existit, taliter occupata, ad occupationem residui ejusdem Imperii, videlicet Principatus *Achayæ*, ac *Moreæ* [c] ferventer anhelat; Nos attendentes, quod Ecclesiæ corpus ex membri tam cari, scilicet Imperii prætacti carentia, si prætactum residuum, quod absit, occuparetur ab eo, notam probrosæ deformitatis incurreret, & sustineret debilitatis dolendæ jacturam: Considerantes etiam, quod carissimus in Christo filius noster *Balduinus* Illustris Imperator Constantinopolitanus [d], & nobilis vir ... Dux *Venetorum* [e]; sicut ejusdem Imperatoris [f], & ejusdem Ducis Nuntii Nobis in nostra constituti præsentia

Princeps Achajæ ab illo debellatus & captus.

Ob id Romanæ Ecclesiæ afflictio.

Maxime de amissa Constantinopoli,

quam Innocent. III. ad unitatem Catholicam adduxerat labore.

Spem tamen nisi illam recuperandi.

Fidei Catholicæ excellentia in quo claret.

Ecclesia Romana semper Græciæ subsidia destinavit.

Palæologus reliquam Imperii C.P. partem occupare anhelat.

Balduinus Imp. C.P. Latinorum & Dux Venetorum belli apparatum contra Palæologum disponunt.

(a) PRINCIPIS ACHAJÆ: De Guillelmo Villarduino Principis Achajo, & Peloponnesi, & modo, quo anno 1261. captus fuit, agitur apud cit. Raynaldum.

(b) CONQUISIVIT: Anno 1204., quo per Gallos, & Venetos captum est, atreptumque Græcis Imperium Constantinopolytanum, & post 55. al. 57. annos amissum.

(c) ACHAIÆ, ET MOREÆ: Hoc antiquis Peloponnesus erat; *Achaja* vero inter Moream, & Thessaliam habetur; & nunc *Livadia* nuncupatur; etsi in Peloponneso quoque *Achaja* minor extet dicta cursu temporis Ducatus *Clarentia* inter Corinthum, & Patras.

(d) IMPERATOR CONSTANTINOPOLITANUS: *Balduinus II.* an. 1229. Patri *Roberto* successor datus, annoque 1272. defunctus; cujus infortunium ei prædixarat *B. Benedictus* Aretinus Minister Provinciæ Romaniæ, sive Græciæ ex Chronico Anonymi scripto Florentiæ anno 1278., & in Bibliotheca nostra S. Crucis ejusdem Civitatis Ms. cod. 624., & 626. asservato prope finem.

(e) DUX VENETORUM: *Raynerius Zenus*, de quo Pontifex in epist. *Si Mater Ecclesia &c.* ad Regem Franciæ hoc anno 1262. die 5. Junii data.

(f) EIUSDEM IMPERATORIS: Epistola hæc apud Bullarium O. P. habet: *Idem Imperator*: atque ita legendum censet annotator dicti Bullarii; utrumque tamen retineri potest; cum potuerit primum Imp. *Balduinus* per Nuncios, postea per se Pontifici factum exposuisse.

URBANUS PP.IV. An.Ch.1262

sentia retulerunt; una cum Prælatis, & Baron.bus Principatus jam dicti magnificum tam per mare, quam per terram pro succursu ejusdem *Imperii* jam dispofuerunt facere apparatum; ac volentes eos in hoc Fidelium Christi præsidiis adjuvari, digne providimus fore ab eisdem Fidelibus opportunum propter hoc suffragium postulandum. Tuæ igitur discretioni per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus tam per te, quam per alios *Fratres* tui Ordinis, quos ad hoc idoneos esse cognoveris, proponens eisdem Fidelibus per Regnum *Franciæ*, nec non per alia loca, per quæ tua administratio se extendit [a], juxta datam tibi a Deo prudentiam verbum *Crucis*, eos attentis, & sedulis exhortationibus inducere non omittas, ut pensantes provide, quam sit necessaria nunc *Imperio* prætacto festina subventio. Advertentes etiam, quod per Imperii prætacti succursum Catholicæ Fidei, & Ecclesiasticæ libertatis augmentum, nec non & *Terræ Sanctæ* liberatio specialiter procurantur; ad succurrendum eidem *Imperio*, ac Latinis morantibus in eodem, quinimo ad Imperium ipsum eripiendum de manibus adversariorum contra prædictum Palæologum, & fautores ipsius, assumpto *Crucis* signaculo, viriliter, & festinanter exurgant. Prædicto quoque Fidelibus ipsis, quod dictus Dux *Venetorum* omnes Cruce signatos hujusmodi suo potenti navali stolio [b] illuc deferri faciet sine naulo. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa, quam Nobis licet indignis Deus ligandi, atque solvendi contulit, potestate, omnibus eidem *Imperio*, ac Latinis in personis, vel bonis eorum succurrentibus illam suorum peccaminum veniam indulgemus, ipsosque illo privilegio, eaque volumus immunitate gaudere, quæ prædictæ *Terræ Sanctæ* subvenientibus in generali Concilio [c] sunt concessa: non obstante Sedis Apostolicæ *indulgentia* [d], qua Fratribus tui Ordinis dicitur esse concessum, ne de causis, vel negotiis, quæ per litteras Apostolicas committuntur, eisdem se intromittere teneantur, nisi de indulgentia hujusmodi expressam faciant mentionem. Ut igitur utilius, & facilius commissum tibi hujusmodi ministerium exequi valeas, tibi, & Fratribus ejusdem Ordinis, quos ad hoc cooperatores elegeris, convocandi ob id Cleros, & Populos locorum, in quibus hujusmodi verbum *Crucis* proponere vos contingerit, quotiescumque, & ubicumque videris expedire; ut processionaliter prædicationibus vestris cum devotione intersint; nec non largiendi omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad hujusmodi convocationes vestras accesserint, *quadraginta*, vel *centum* dierum indulgentiam juxta tuæ discretionis arbitrium moderandam plenam concedimus auctoritate præsentium potestatem &c. [e]

Mandat Pontifex, ut Classium sacrum contra Palæologum inducat.

Quem referat Imperii L.P. successus.

Venetorum Ducis pro ea re liberalitas.

Succurrentes ostendit gaudere Indulgentia, & privilegio.

Verbum Crucis prædicatoribus facultas datur Indulgentiam elargiendi.

Confirmatio omnium Privilegiorum Ordinis.
(EX VETERI REGESTO Ord. fol. 56. apud WADDINGUM in Regesto Pontif. ad hunc annum num. 1., extat AUTOGRAPHUM in Tabulario nostri Conventus Avenionen. lib. 1. Bull. pag. 19.)

URBANUS &c.

XXXIV.

Anno 1262. die 29. Maji.

Dilectis filiis.. Generali Ministro [f], *& Fratribus Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Bened.*

CUM a Nobis petitur &c. [g] Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates, & immunitates a Romanis Pontificibus [h] prædecessoribus nostris sive per *privilegia*, seu alias

(a) PER ALIA LOCA, PER QUÆ TUA ADMINISTRATIO SE EXTENDIT: Nempe quæ Angliæ, ut *Normandia*, & Flandris, ut Custodia *Flandriæ* parebant, aliis vero *Lotharingia*, *Leodium &c.*

(b) NAVALI STOLIO: Idest Classe maritima:

(c) IN GENERALI CONCILIO: Lateranensi IV. anno 1215. ab Innocentio III. celebrato.

(d) INDULGENTIA: A *Gregorio IX.* anno 1240. die 22. April. data per litteras *Qui postposita vanitate &c.*, & ab Innocentio IV. confirmata.

(e) POTESTATEM &c.: Etsi epistola careat anno, die, & loco, quo data fuerit; tamen eit. Raynaldus existimat scriptam esse ineunte mense Junio anni 1262., quo die 5. Junii scripsit Pontifex etiam ad Regem Franciæ de eadem re epistolam proxime citatam. Et sane in *Bullario* Ord. Prædicat. tom. 1. leguntur *Bullæ* 12. & 13. Urbani IV. eodem exemplo directæ hoc anno 1262. die 21. & 28. Maii ad Priores Ord. Prædicat. Provinciarum Poloniæ, & Aragoniæ pro eadem re.

(f) GENERALI MINISTRO: *S. Bonaventura*.

(g) PETITUR &c.: Ut in præcedenti epistola 32.

(h) A ROMANIS PONTIFICIBUS: Præsertim Alexandro IV., qui litteris amplissimis incip. *Virtute conspicuos &c.* die 4. nonas Augusti anno 1258. omnia Ordinis privilegia confirmavit.

alias indulgentias Vobis, aut Ordini vestro concessas; sicut eas juste, & pacifice obtinetis; vobis, & per vos eidem Ordini auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit &c.

Clausula prohib. &c.

a Datum....... a tv. Kalendas Junii,
b Pontificatus Nostri Anno Primo b.

Præcipit, ut domum Monasterio de Panzo Ord. S. Damiani legatam, & ab ipsis detentam, vel detinere conantibus dimittant. (Ex Apographo Archivi Ordinis Romæ apud SS. XII. Apostolos, & authentico sub plumbo Assisiati in Archivn Monasterii Sanctæ Claræ.)

XXXV. Anno 1262. die 1. Junii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis ... Potestati, & communi Assisinatibus *Sal., & Apost. Ben.*

Exordium cum Pontificis admonitione.

AVESTRA sollicite vitari debet industria, quod indecens, & injustum esse dignoscitur, & in offensam Dei, ac injuriam personarum ejus adscriptarum laudibus redundare videtis. Sane dilectæ in Christo filiæ ... Abbatissa, & Conventus Monialium inclusarum Monasterii *de Panzo* c Ordinis Sancti Damiani *Assisin.* Diœcesis transmissa nobis petitione monstrarunt, quod licet quondam *Philippus de Assisio* Cappellanus Apostolicæ Sedis quamdam *Domum* ad se in Civitate vestra ratione suæ personæ spectantem eis in ultima voluntate sua legaverit intuitu pietatis; vos tamen, sicut a quibusdam asseritur, dictis Abbatissæ, & Conventui Domum auferre proponitis memoratam. Cum autem pro parte ipsarum ad Nos propter hoc habitus sit recursus; Universitatem vestram attente rogandam duximus, & monendam per

Expositio facti, & Sanctimonialium.

c

Legatum Philippi Assisinat. Monasterio de Panzo factum.

Mandat Pontifex id, quod supra,

A Apostolica vobis scripta mandantes; quatenus considerantes provide, quod de tali ablatione ipsius *domus* vestræ salutis non modicum deperiret; & quod Nos eidem Abbatissæ, & Conventui non possumus ipsarum deesse, cum simus omnibus in justitia debitores; dictam *domum* eis non præsumatis auferre; nec super ipsam quidquam moleste inferatis; sed eas potius pro Divina, & nostra reverentia sic habeatis efficaciter commendatas,
B quod ipsis de hujusmodi nostris precibus & mandatis fructum optatum reportasse gaudentibus Nos vobis exinde speciales gratias referamus.

& Moniales Civibus Assisiat. commendat.

Datum Viterbii Kalendis Junii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Prædicatoribus verbi Crucis pro subsidio Terræ Sanctæ, & executoribus ejusdem Crucis Indulgentia tribuitur. (Bullarium Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 15. Urbani IV.)

C

XXXVI. Anno 1262. die 5. Junii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis Universis prædicatoribus verbi Crucis *pro* Terræ Sanctæ *subsidio, ac Executoribus ejusdem Crucis* d *Sal., & Apost. Bened.*

d

VOLENTES labores vestros, quos pro *Terræ Sanctæ* subsidio prompta voluntate subitis, spiritualibus præmiis
D compensare; vobis universis, & singulis propter hoc laborantibus, illam vestrorum, de quibus fueritis corde contriti, & ore confessi, concedimus veniam peccatorum; illoque volumus privilegio, eaque immunitate gaudere, quæ dictæ *Terræ* succurrentibus in Generali Concilio e sunt concessa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc
E attentare præsumpserit &c.

Causa concessionis.

e

Clausula prohib. &c.

Datum Viterbii Nonis Junii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ali-

(a) Dat.... Supple *Viterbii* ex aliis hujus Pontificis litteris.
(b) Idem privilegium eodem exemplo Pontifex attribuit Ordini Prædicatorum anno sequenti die 9. Februarii; estque 35. Constitutio hujus Pontificis tom. 1. Bullarii ejusdem Ordinis.
(c) Monasterii de Panzo: De quo v. epist 517. Alexandri IV. (I) 367.. Waddingus in *Apparatu* ad Annales Minorum §. 3. num. 3. asserit ex vetusta *S. Francisci* genealogia *Claram* filiam Ciccoli ejusdem *Sancti* pronepotis evasisse *S. Angeli in Pantio Abbatissam*, quod est circa annum 1300., & ad annum 1318, num. 39. profert litteras Joannis XXII. Monialibus *de Pansio de Assisio Ordinis S. Claræ* permutationem loci concedentis.
(d) Executoribus ejusdem Crucis: Ut ex Bulla *Clamat instanter &c.* edita hoc anno die 25. Maji, & paulo superius evulgata.
(e) In Generali Concilio: Lateranensi IV. anno 1215. sub Innocentio III. celebrato; non Lugdunensi I. c. 17., ut quidam perperam exponunt; etsi ibi quoque *Indulgentia* fuerit concessa; verum nomine *Generalis Concilii* venit solum *Lateranense IV.*, ut jam docuimus tom. 1. hujus Bullarii pag. 156. ex Prospero Fagnano.

Urbanus PP. IV. An.Ch. 1262.

Aliquas pecuniarum summas promittendi, & dandi quibusdam cum consilio duorum Antistitum Imp. Constantinopolitano concedit. (Ex Vatic. Archivo, ac Reges. Pontif. epist. 134. to. 1. teste etiam Raynaldo ad hunc ann. num. 43.)

XXXVII. Anno 1262. die 20. Junii.

URBANUS &c.

Carissimo in Christo filio nostro . . [a] Imperatori Constantinopolitano *illustri Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Concessionis causa.

CUM Nos necessitatibus *Imperii* Constantinopolitani pio animo condolentes nonnullas eidem Imperio pro subventione ipsius [b] gratias per omnia Christiana Regna Mundi duxerimus faciendas; excellentiæ tuæ promittendi, & dandi cum consilio Venerabilium Fratrum nostrorum . . . [c] Archiepiscopi *Rothomagen.*, & . . . [d] *Agennen.* Episcopi aliquas pecuniarum summas de obventionibus, quas in Regno *Franciæ* [e] de hujusmodi gratiis colligi contigerit, Principibus, Ducibus, Comitibus, & Baronibus ejusdem Regni volentibus Imperio prædicto succurrere; prout utilitati, & promotioni negotii dicti *Imperii* expedire videris; plenam & liberam concedimus auctoritate præsentium potestatem.

permittit supradicta.

Datum Viterbii xII. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Bona hæreticorum, credentium, fautorum, & receptatorum ab Inquisitore Romanæ Ecclesiæ collata, & per ipsos credentes, fautores &c. a Communi Reatino redempta mandat revocari, & pro Romana Ecclesia conservari. (Ex Regesto Pontif. in Archivo Vatic. to. 2. p. 21. an. 1.)

URBANUS &c.

XXXVIII. Anno 1262. die 21. Julii.

Venerabili Fratri . . . . [f] *Episcopo* Reatin. [g] *Sal., & Apost. Bened.*

Relatio rei gestæ per Inquisitorem hæret. pravit.

AD nostram noveris audientiam pervenisse, quod dilectus filius Frater G. [h] Ordinis Minorum Inquisitor hæreticæ pravitatis in *Romana* Provincia contra nonnullos Cives *Reatin.* hæreticorum credentes [i], fautores, & receptatores Apostolica auctoritate procedens, tertiam partem bonorum mobilium, & immobilium credentium, fautorum, & receptatorum ipsorum Romanæ Ecclesiæ, seu nostræ Cameræ sententialiter applicavit. Sed dicti credentes, fautores, & receptatores consuetis eorum versutiis inhærentes bona hujusmodi a dilectis filiis . . Potestate [k], & Communi *Reatin.* per se, vel per alios pro certo pretio licet modico emere in Ecclesiæ prædictæ præjudicium procurarunt. Ideoque Fraternitati tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus; quatenus hujusmodi emptiones, & venditiones auctoritate nostra penitus revocans, & rescindens, ac decernens nullius existere firmitatis, tertiam partem bonorum ipsorum tam mobilium, quam immobilium, ubicumque, & apud quoscumque illa inveneris, nostro, & prædictæ Ecclesiæ nomine recipere, ac fideliter conservare procures; invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii sæcularis; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

qui partem bonorum hæreticorum credentium &c. Rom. Ecclesiæ applicat.

Hæret. vero credentes & fautores a Communi ea bona emunt.

At Pontifex mandat id, quod supra.

Datum Viterbii xII. Kalen. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Concessionem bonorum Castri Radicophani ab Alexan. IV. infrascripto Monasterio factam revocat, & bona restitui mandat. (Ex Reges. Pontif. in Archivo Vatic. to. 2. p. 19. an. 1.)

URBA-

(a) Filio nostro: *Balduino II.* anno præcedenti Imperio exuto.
(b) Pro subventione ipsius: Anno enim superiori *Constantinopolis* capta fuerat a Græcis, & Imperator ejus Latinus aufugerat in Italiam, & in Gallias subsidia petiturus.
(c) Fratrum nostrorum . .: *Odonis Rigaldi* multoties commemorati ex Ord. Min. in 1. to. hujus Operis.
(d) Et . .: *Gulielmi* Santonen., de quo in epist. 5. hujus Pontificis egimus.
(e) In Regno Franciæ: Eo enim potissime scripserat Pontifex pro *Balduino* juvando, & Imperio C.P. recuperando, ut liquet ex Annal. Eccles. Raynaldi ad hunc annum num. 34., & seqq.
(f) Ven. Fratri . .: *Thoma*, qui ab anno 1252. usque ad annum 1265. Cathedram Reatinam moderatus est ex Italia Sac. Ughelli to. 1.
(g) Episcopo Reatino: Olim Sabinorum, nunc Umbriæ Civitatis in ditione Pontificia ad lacum Valinum, ac in finibus Regni Neapolitani, inter Narniam, & Aquilam fere mediæ, 15. mill. pas. utrinque distantia, ab urbe vero Roma 40. mill.
(h) Frater G.: Forsan *Gentilis* ex epist. 571. Alexandri IV. *Litteras vestras &c.*
(i) Credentes: De his, qui fuerint, dictum est in primo hujus Operis tomo.
(k) Potestate: Seu Prætore, atque Rectore, qui erat *Offreducius* de Miranda excommunicationis sententia percussus ex epist. 54. *Dilectus filius nobilis &c.* anno sequenti die 21. Aprilis data.

XXXIX.
Anno 1262. die 24. Julii.

URBANUS &c.

Dilectis in Christo filiabus.. Abbatissæ, & Conventui Monasterii S. Laurentii Urbevetan. [a] *Ordinis S. Damiani Salutem, & Apostolicam Benedict.*

Alexandri IV. concessionem refert.

OLim fel. record. Alexander Papa [b] prædecessor noster quædam bona pertinentia ad Castrum *Radicophani* [c], quod juris est Romanæ Ecclesiæ specialė [d], vobis dicitur concessisse [e]; ex quo ipsi Castro, & Castellano ejusdem Castri circa illius custodiam grave imminere dinoscitur detrimentum. Quia vero non est verisimile, intentionis præfati Prædecessoris aliquatenus extitisse supradictæ jura, & bona Ecclesiæ alienare, vel distrahere in tantum prædicti Castri, & ipsius Ecclesiæ præjudicium voluisse; Nos, qui ex debito Pastoralis officii jura & bona ejusdem Ecclesiæ illæsa servare tenemur; attendentes, quod nominatus prædecessor ad alienationem hujusmodi nonnisi per circumventionis induci astutiam, sicut creditur, potuisset; Universitatem vestram rogamus attentius, & hortamur per Apostolica vobis scripta in virtute obedientiæ, ac sub *excommunicationis* pœna, quam vos... Abbatissa, & Priorissa eo ipso incurrere volumus, si mandatum nostrum in hac parte neglexeritis adimplere, districte præcipiendo mandamus, quatenus, concessione hujusmodi nequaquam obstante, supradicta bona, quæ prætextu concessionis præfatæ dicimini detinere, nominato Castellano absque alicujus difficultatis, contradictionis, vel dilationis obstaculo libere dimittatis; nec impediatis eumdem, aut impediri aliquatenus faciatis, quo minus bona ipsa pacifice possideat & quiete, nullam prorsus ei, vel Communitati, seu hominibus Castri *Præceni* [f] occasione prædictorum bonorum per vos, vel per alias personas molestiam, vel injuriam inferentes, præceptum nostrum in hac parte taliter impleturæ, quod notari de contemptu aliquo, vel inobedientia redargui non possitis; sed de obedientiæ bono debeatis potius merito commendari. Nos enim concessionem ipsam carere viribus decernentes illam, quatenus de facto processit, penitus revocamus.

(Margin notes: de bonis Monasterio Urbevet. collatis, quam ait fieri non debuisse, ut subreptitiam fuisse. Ideoque negat, eaque præcipit sub pœna cens. Eccl. prædicta bona dimitti sine impedimento, ac molestia, concessionem Pontif. revocans.)

Datum apud Montem Flasconem IX. Kal. Augusti Pontificatus Nostri An. I. [g]

Lætanter se ejus Nuncios recepisse, moxque suos etiam se missurum Apocrisarios unionis Ecclesiarum tractandæ causa rescribit. (Ex Formulario Marini Ebulen. apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1262. n. 2.)

XL.
Anno 1262. die..

URBANUS &c.

Palæologo Imperatori Græcorum *Illustri Divini timorem Nominis, & amorem.*

Imperatoris Græcorum litteras commemorat, & Nuncios.

TAntæ sinceritatis affectum, & reverentiæ studium in te virtutum Dominus suscitavit; quod Sanctam Romanam Ecclesiam Matrem cunctorum Fidelium divinitus institutam per speciales tuæ celsitudinis Nuncios, ac etiam solemnes litteras [h] caritatis, ac virtutis continentes insignia visitasti. Nos quidem seriem litterarum ipsarum, ac illa omnia, quæ jam dicti Nuncii prudenter, ac provide in nostra, & Fratrum nostrorum præsentia retulerunt, cum quadam exultatione spiritus annotavimus diligenter, firma concepta fiducia de Conditoris omnium ineffabili pietate; quod tu circa Nos, & prædictam Ecclesiam super iis, quæ sunt devotionis, & reverentiæ filialis suscepturus argumentum vocabis ad illa mente vigili, per quæ inter eamdem Romanam, & *Græcorum* Ecclesiam fœdus unitatis perpetuæ valeat reformari, Nobis per consequens ad hoc dirigentibus nostri cordis affe-

(a) Monasterii S. Laurentii Urbevet.: *Inter Vineas* appellati, pro quo consuli poterit diploma 177. Gregorii IX. *Religiosam vitam &c.* anno 1231. die 23. Julii editum in primo hujus Operis tomo.
(b) Alexander Papa: Hujus nominis *IV.*
(c) Castrum Radicophani: In Monte excelso agri Senensis, ac via, quæ Romam ducit, 7. mill. pas. a confinio ditionis Pontificiæ inter Campiliam, & S. Cassiani Oppida prope fontes fluminis Paleæ, al. Pelliæ.
(d) Rom. Eccl. speciale: Nunc ab Hetruriæ Duce tenetur annuum canonem eidem Ecclesiæ solvendo.
(e) Concessisse: Cujus concessionis diploma non habetur; hinc quæ bona fuerint, ignorantur!
(f) Castri Præceni: Diœcesis Soanensis vulgo *Proceno* non longe ab Urbevetari, sed propinquius Aquæpendenti, & fluvio Paleæ.
(g) Extat & Clementis IV. diploma alterius concessionis incip. *Speciali gratia &c.* an. 1267. die 9. Decembris editum pro hoc Monasterio.
(h) Solemnes litteras: Eas nimirum, ut puto, quas Pontifex memorat in suo ad eum responso an. 1263. die 28. Julii edito incip. *Imperialis Excellentiæ Nuncios &c.*, in quo scribit: *licet statim capta Constantinopolitana urbe alias nobis epistolares litteras miseris &c.*

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1262.

affectum, ut quam cito locus affuerit, illa cum omni diligentia faciamus, quæ & ipsi Ecclesiæ Romanæ accomoda, & tuis etiam desideriis sint accepta; de hujusmodi siquidem affectione nostra putissima, & universali Christifidelibus, Deo propitio, multiplicitet profutura plena infotmatio tibi ex tenote litterarum nostratum ptoveniet [a], quas tuæ Magnitudini, quam citius potetimus, per nostros speciales Nuncios transmittemus [b]. Intetim autem Tuæ sublimitatis industria sibi constituat pto te delectabili, & jucunda, ut se in illis intentam teddat, & vigilem, pet quæ tu in conspectu Majestatis Divinæ laudsbilis, & in oculis hominum cariot habearis, sub ills credulitate firmissima, quod Nos, qui obtentu Divini Nominis te getimus in paternæ viscetibus catitatis; quandocumque Nobis de dono cœlesti gratiæ facultas occurretit, etimus ad illa solliciti, & efficacitet studiosi, pet quæ tibi fit in gaudium etga Nos, & prædictam Romanam Ecclesiam affectionis matetnæ suscipere incrementum &c. [c]

Litterae, & Nuncios se quoque missurum Pontifex pollicetur.

Ut quatuor personas ex suo cœtu deligant, qui hospitii pauperum ex testamento Cardinalis Capocii Romæ construendi curam suscipiant, Summique Pontificis conspectum subeant. (Ex Regesto Vatic. epist. 12. apud Petrum de Alva in Indic. Bull. Seraph., & Bzovium in Bullario Ord. Prædic. to. 1. Bul. 30. Urbani IV.)

URBANUS &c.

XLI.

Anno 1262. die 15. Octobris.

Dilectis filiis Rectoribus Romanæ *Fraternitatis* [d], *Prioribus Prædicatorum, & Eremitarum* S. Augustini, *ac Guardiano* Minorum *Fratrum* de Urbe [e] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

SIGNIFICASUNT Nobis Venet. Fratet O... [f] Tusculanus Episcopus, ac dilectus filius noster J... [g] Sancti Nicolai in Carcete Tulliano Diaconus Cardinales, quod bo. mem. P... [h] Sancti Georgii ad Velum Aureum *Diaconus Cardinalis* eos sui testmenti executores constituens nonnulla de bonis suis quampluribus Ecclesiis [i], & familiæ suæ in ultima voluntste legavit otdinans, quod de omnibus aliis suis bonis mobilibus, sesequemoventibus, dettactis ex eisdem omnibus debitis, & cetetis, ad quorum satisfactionem de jute quomodolibet teneretur; necnon & satisfacto de bonis ipsis mobilibus illis, quibus bona mobilia legaverat; in cetto loco Urbis fieret *Hospitale* [k], ac de prædictis bonis mobilibus dotaretur. Unde ipsi Executores (attendentes), quod pietati paratur obsequium, cum voluntas ultima defunctorum impletur; dictum cœperunt exequi testamentum. Cum autem in cameta dicti Testatoris nullam pecuniam invenissent; citca metcatores, penes quos pecunia dicti Testatoris temanserat, exigendo hujusmodi pecuniam ab eis non modicum laborarunt; de qua satisfecerunt, postquam hsbuerunt eandem, legatatiis memoratis, & nonnullis aliis, qui

Testamenti Card. Petri Capocii legatis, & executores.

Hospitalis edificium in Urbe præscribitur.

(a) Ex tenore litterarum nostrarum proveniet: Quas nimirum anno sequenti scripsit incipientes: *Imperialis Excellentiæ Nuntios &c.*

(b) Per nostros speciales Nuncios transmittemus: 4. Fratres *Ordinis Minorum*, quos idem Pontifex in dictis, aliisque litteris suis commemorat infra referendis.

(c) Incrementum &c.: Caret quidem epistola die, anno, & loco, quibus data fuerit; sed eam hoc anno post medium certe mensem Junium editam eficimus ex epistola Pontificis *Si Mater Ecclesia* die 5. Junii hoc anno ad *Galliæ Regem* scripta contra *Palæologi* invasionem, & in Latinos acerbitatem; qui interim contra se commotos persentiens Romanum Pontificem, Imperatorem Balduinum, Venetos, Bulgaros, Comanos, aliosque Principes tam Occidentales, quam Orientales per *Crucis* prædicationem cœpit, vel finxit resipiscere, ac velle Rom. Pontificis gratiam inire per unionem utriusque Ecclesiæ.

(d) Rectoribus Romanæ Fraternitatis: De qua vide *Bullam* Alexandri IV. *Jurgia litium &c.* anno 1260. die 20. Aprilis editam, & ibi relatam.

(e) Fratrum de Urbe: In *Bullario* Ord. Prædicat. legimus datam uni *Priori Ordinis Prædic. de Urbe*, sed restituimus ex ipso Epistolæ statu, & Bzovio, Petro de Alva cit.; & ipsomet editore notarum ad memoratum *Bullarium*.

(f) Frater O...: *Otho* Gallus de Castro Rodulphi, cujus cum laude scripsit Ciacconius de Cardinal. Innocentii IV. num. 3., & Ughellus tom. 1. Ital. Sac. in Episcop. Tusculan.

(g) J.: *Joannes Cajetanus* Ursinus Romanus, qui postea fuit *Nicolaus III.*, de quo idem Ciacconius ibi num. 22.

(h) P...: *Petrus Capotius* Romanus pluribus legationibus pro Sede Apostolica functus obiit in patria anno 1259. die 13. calendas Julii ex cit. Ciacconio de Cardinal. Innocentii IV. num. 2.

(i) Quampluribus Ecclesiis: Præsertim illis *S. Georgii* ad velum aureum, *S. Praxedis*, & *SS. Silvestri*, ac *Martini*, in quibus inscriptiones adhuc existunt a cit. Ciacconio relatæ.

(k) Fieret Hospitale: Quod & factum est prope Ædem S. Mariæ Majoris sub tit. *S. Andreæ*, al. *S. Antonii*, cujus primus Rector fuit Fr. *Sanguineus*, ad quem sunt litteræ Clementis IV. anno 1266. datæ, teste Raynaldo Annal. Eccles. ad eum annum num. 76.

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1262.

qui ostendere potuerunt per legitima documenta Testatorem eundem sibi fuisse in aliquo debitorem. Demum vero procedens ad executionem residui testamenti prædicti per dilectos filios Magistros P... dictum Boniom Cancellarium
a b Coronen.[a], & Bernardum Ambianen.[b] Canonicum viros utique fideles, indu-
c strios, & discretos Capellanos eorum[c] illa, quæ de bonis ipsius Testatoris tempore sui obitus in Urbe ad manus eorum non absque multæ diligentiæ studio pervenerunt; & illa, quæ habebantur *Anagniæ*, diligenter vendi fecerunt, exceptis paucis ex rationabili cura retentis, quæ vendita non fuere; ac per varios processus per Apostolicam Sedem ad eorum instantiam diversis temporibus habitos contra illos, qui nonnulla de bonis prælibati defuncti nequiter occuparant, aliqua recuperaverunt; quorum quædam jam sunt vendita per Capellanos eosdem; quædam vero adhuc vendenda supersunt: ipsi quoque in exigendo pecuniam a debitoribus dicti Testatoris, & a mercatoribus nominatis, quæ remanserat apud eos; & in recipiendo quamplurium rationem, sive computum ab eisdem; & cum eorum aliquibus, & quampluribus aliis dictum defunctum sibi debitorem esse asserentibus litigando non modicos pertulere labores, facientes olim, priusquam fel. rec. ALEXANDER PAPA[d] prædecessor noster ultima vice[e] ad dictam pervenisset Urbem, pecuniam ipsam, quam de prædictis bonis venditis per Capellanos jam dictos, & aliam, quam habere ab eisdem mercatoribus, & debitoribus potuerunt eorum, consignatam sigillis in quodam scrinio, cujus claves penes se retinerent, in Æde sacra deponi; ut de ipsa eisdem in Urbe præsentibus præfatum posset *Hospitale* construi, & dotari. Verum licet iidem Executores postmodum in eadem morantes Urbe tam per se, quam per alios diligentem circa id solicitudinem adbibere curaverint;

Difficultates, & labores in executione recensentur.

d
e

Tm.II.

tamen propter seditionem, quæ tunc supervenit ibidem[f], quod intendebant super hoc, efficere nequiverunt; præsertim quia, cum ipsi Executores circa idem negotium volentes uti ministerio Fratrum Hospitalis *S. Antonii Viennen.*, per quos idem Testator *Hospitali* prædicto statuit deserviri[g], Magistrum Hospitalis ejusdem, ut aliquos ex Fratribus suis ad eorum præsentiam destinaret, pluries duxerint requirendum, ipse eos destinare neglexit. Ceterum cum ipsi pro expediendo ipsius executionis negotio suum ad Urbem reditum expectarent; tandem attendentes, quod hujusmodi reditus de facili in brevi provenire non potest; & quod idem negotium posset multipliciter deperire, si differetur ejus executio, donec contigerit eorum inibi præsentiam interesse; necnon pensantes, quod si etiam præsentes essent ibidem, eidem negotio libere, sicut opportunum foret, per se vacare non possent; maxime cum assidue circa diversa, & ardua Sedis Apostolicæ negotia necessario distrahantur; Nobis cum instantia supplicarunt, ut tam eis, quam dicto negocio providere salubriter curaremus, quod in eodem restat agendum negotio, personis idoneis committendo, quibus eorum consilium, & auxilium in his, quæ ad expeditionem ipsius viderint opportuna, subtrahere non intendunt. Nos itaque nolentes, ut amplius ipsius negotii executio differatur, dictorum Executorum supplicationibus inclinati de eorum consilio sic duximus providendum, ut quatuor personis fide dignis in Urbe commorantibus supradicta per vos idem negotium committatur ita, quod tres ex ipsis in eo procedere minime valeant sine quarta: quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus vos filii Rectores[h] de discretorum Clericorum unum Clericum, vosque filii Priores[i], & Guardiane[k], singuli ve-

Seditio in Urbe excitata. f

g

Executores postulant coadjutores sibi dari.

Pontifex annuit, & concedit ut supra.

h

i k

(a) CORONEN.: In Peloponneso. hodie *Morea*.
(b) AMBIANEN.: Vulgo *Amiens* Picardiæ caput in Gallia Belgica.
(c) CAPELLANOS EORUM: Cardinalium testamenti executorum.
(d) ALEXANDER PAPA: Hujus nominis *IV*.
(e) ULTIMA VICE: Post diem 21. Martii an. 1261., quo adhuc Romæ erat, se denuo *Anagniam* contulit, & inde non multo post *Viterbium*, ubi mense Junio exeunte ex hac vita migravit Pontifex.

(f) PROPTER SEDITIONEM, QUÆ TUNC SUPERVENIT IBIDEM: De hac Urbana seditione non meminit Raynaldus in Annal. Eccles.
(g) STATUIT DESERVIRI: Et hodie etiam regimen hujus *Hospitalis* ædificii perseverat apud eos.
(h) RECTORES: Romanæ Fraternitatis, ut supra.
(i) PRIORES: Ordinum Prædicatorum, & Eremitarum S. Augustini.
(k) GUARDIANE: Fratrum Minorum Aracælitani Cœnobii.

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1262.

strum videlicet Conventuum vestrorum A consilio Fratres vestrorum Ordinum viros fideles, idoneos, industrios, & circumspectos dicto negotio deputandos infra octo dies a receptione præsentium assumere procuretis; sic autem assumptis statim auctoritate nostra sub obedientiæ debito districtius injungatis, quod ipsi infra totidem alios dies immediate sequentes nostro se conspectui præsentent super præmissis commissionem a Nobis sub forma, quam eis duxerimus præscribendam; & a prædictis Executoribus tam pecuniam memoratam, quam deponi fecerunt, quam alia, quæ remanserunt penes eosdem; ut superius est expressum; nec non & institutionem ab eis, & dictis Capellanis eorum super rationibus, & computis jam habitis cum mercatoribus prælibatis, ac aliis, quæ in eodem negotio sunt peracta; ut ex ipsis scire valeant, quæ recipienda, & agenda supersunt, præsentialiter recepturi; quibus pro expensis, quas in veniendo ad Nos duxerint faciendas, de bonis Testatoris ejusdem satisfieri faciemus omnino: namque nostræ, & dictorum Executorum intentionis existit, ut ulterius ad constructionem *Hospitalis* prædicti absque dilatione qualibet procedatur. Volumus insuper, & mandamus, quod si quam ex illis quatuor personis, quas, ut dictum est, duxeritis assumendas; in prosecutione dicti negotii decedere, vel aliter impediri contigerit; alia æque idonea, & fidelis secundum formam præmissam auctoritate præsentium subrogetur.

Coadjutores ad Curiam evocantur.

Facultas subrogandi alios.

Datum apud Urbem veterem VIII. Kal. Novembris Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ne Prælatis suis morem gerere teneantur in iis, quæ ad Officium Inquisitionis contra hæreticos concernunt. (Ex Autographo Conventus S. Eustorgii Mediolanen. apud Bullarium Ord. Prædicat. tom. 1. Bul. 32. Urbani IV.)

URBANUS &c. XLII.

Anno 1262. die 28. Octobris.

Dilectis filiis Universis Fratribus Prædicatorum, *&* Minorum *Ordinum* Inquisitoribus *hæreticæ pravitatis per diversas* Italiæ *partes auctoritate Sedis Apostolicæ deputatis, & in posterum deputandis Sal., & Apost. Bened.* B

Catholicæ Fidei negotium, quod plurimum insidet cordi nostro &c.[a] Datum apud Urbem veterem V. Kal. Novembris Pontificatus Nostri Anno Secundo.

C *Fidei Censoribus, ut quæ munus S. Officii spectant, ad Cardinalem S. Nicolai in Carcere Tulliano deferant.* (Ex Archivo Bononien.[b], Mediolanen. S. Eustorgii, & Cremon. Ord. Prædicat., atque Bullario ejusdem Ord. to. 1. p. 434. Bul. 33. Urb. IV.)

URBANUS &c. XLIII.

Anno 1262. die 2. Novembris.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Prædicatorum Inquisitoribus[c] *hæreticæ pravitatis in Lombardia, & Marchia Januensi deputatis*[d] *auctoritate Apostolica, & in posterum deputandis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.* D

Cupientes, ut negotium Catholicæ *Fidei* vobis Sedis Apostolicæ auctoritate commissum, & in posterum committendum feliciter in vestris manibus prosperetur; volumus, & præsentium vobis auctoritate districte præcipiendo mandamus; quatenus in negotio eodem

Causa hujus mandati.

(a) Cordi nostro &c.: Vide supra; nam hoc idem privilegium concessum jam fuerat ab Alexandro IV. anno 1256. die 13. Decembris, & innovavit Clemens IV. anno incerto: nisi quod ubi Alexander ait *Si forsan Magister, vel Minister Generalis*: Urbanus, & Clement habent: *Si forsan Magistri, vel Ministri Generales*.

(b) Ex Archivo Bononien.: Teste Franc. Pegna par. 3. Directorii Inquisit. Comment. 21.

(c) Ordinis Prædicatorum Inquisitoribus: Et in eumdem modum credimus dedisse litteras Pontificem etiam *Ordinis Minorum Inquisitoribus*; etsi illæ litteræ non extent, aut adhuc lateant; quando hæ non fuerint utriusque Ordinis Inquisitoribus directæ; cum diplomatum illius Ordinis Collectos consueverit dumtaxat nomina, & res ad suum Ordinem attinentes exscribere; ut alias visum est: neque enim verisimile videtur, Pontificem uni concessisse, alteri vero, quod utrisque commune erat, ac pene necessarium, denegasse; præsertim cum Oldoinus infra laudandus asserat, id factum, *ne Inquisitoribus Italiæ aliarumque Provinciarum opus esset gravibus difficultatibus occurrentibus Summum* Pontificem adire: viderat igitur ille Pontificias litteras universis hæret. pravit. Inquisitoribus transmissas, vel certe ab aliis relatas.

(d) In Lombardia, et Marchia Januensi deputatis: Secundum novam Innocentii IV. dispositionem Provinciarum Italiæ pro dictis Fidei Censoribus anno 1254. 4. Kalend. Junii factam per litteras incip. *Licet ex omnibus &c.* in *Bullario* prædicti Ordinis Prædicator. tom. 1. Bul. 331., vel alias incipien. *Cum super Inquisitione &c.* datas eodem anno IV. Nonas Junias ibidem Bulla 335. pag. 246. & 248.

eodem de Divino, & Apostolico favore A confisi diligenter juxta formas super eo vobis traditas procedentes periculosa, & gravia impedimenta, quæ in prædicto negotio vobis emerserint, dilecto filio nostro Tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano *Diacono Cardinali* [a], quem eidem præfecimus negotio [b], significare curetis; super aliis vero impedimentis quibuslibet, quæ sive ex defectu sociorum, sive alias ex quacunque causa vobis in ipso negotio emergere forte contigerit, & B personaliter, si opus fuerit, ad Cardinalem recurraris eundem; & per litteras vestras, seu Nuncios secure ipsi *Cardinali* omnia intimare curetis [c]; ut Nos per eum sufficienter super præmissis instructi contra impedimenta hujusmodi provideamus de remediis opportunis: nostræ namque firmæ, ac stabilis intentionis existit, ut quibuslibet obstaculis, ac impedimentis omnino submotis dictum negotium, quod plurimum insidet cordi C nostro, felicem habeat Domino auctore progressum ad laudem & gloriam Divini Nominis, & Christianæ Religionis augmentum.

Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tull. fit Præfectus Inquisitionis hær. prav.

a b

c

qui Pontificem de iis rebus instruat.

Datum apud Urbem veterem IV. Nonas Novembr. Pontific. Nostri Anno II. [d]

d

Notificat, se Manfredum olim Tarentinorum Principem super quibusdam articulis citasse ad comparendum; eique temerarie procedenti misisse Fr. Walafsum O. M., & Jacobum Præpositum Ebredunen. (Ex Reges. Vatic. epist. 13. apud Raynaldum Annal. Eccles. ad annum 1263. num. 65.)

URBANUS &c.

Universis nostris, & Eccl. Rom., cæterisque Christifidelibus Sal., & Ap. Ben.

XLIV.

Anno 1262. die 12. Novembr.

Facti significatio.

OLIM in die Cœnæ Domini proximo præterito [e], quo videlicet die aonis singulis apud Sedem Apostolicam de Universis Mundi partibus innumerabilis Fidelium convenit multitudo [f], *Manfredum* quondam Principem Tarentinum [g] super certis articulis præsente B ipsa multitudine manifeste citavimus, ut in Kalendis Augusti proximo præteritis coram nobis per se, vel per solemnes Procuratores cum sufficienti mandato comparere curaret, facturus & recepturus super illis, quod justitia suaderet: videlicet super destructione Civitatis *Ariamensis* [h], quam per Saracenos fecit funditus dissipari; & super interfectione turpissima Thomasii de *Oria* [i], & Thomasii de *Salice*; ac super crudeli, & proditiosa occisione Petri de *Calabria* Comitis C Catanzarii [k]; & horrenda effusione sanguinis multorum Fidelium; nec non super eo, quod in derogationem auctoritatis Ecclesiasticæ, vel censuræ, quæ fulcimentum est Fidei, atque robur; & in ipsius detractionem Fidei pluribus jam annis sibi fecit, & facit adhuc publice celebrari; vel quantum in eo est, potius profanari Divina; quod non caret scrupulo hæreticæ pravitatis: Et citatus pro- D pter hoc a fel. record. Alexandro Papa prædecessore nostro, quia in præfixo ei termino, nec post etiam comparere curavit,

e

f

g

& Manfredi Tyranni facinorum recensio.

h

i

k

ob quæ etiam ab Alexandro IV citatus, & excommunicatus fuerat.

(a) Diacono Cardinali: Nempe *Joanni Cajetano Ursino*; quem Pontifex, (inquit Oldoinus in Addit. ad Opus Ciaccon. tom. 2. in Vita *Urbani IV.* sub an. 1261. pag. 115.) Inquisitorum omnium caput, & quasi patronum constituit, *ne Inquisitoribus Italiæ, aliarumque Provinciarum* opus esset gravibus occurrentibus difficultatibus Summum Pontificem adire, sed per litteras Cardinalem consulerent, qui graviora quæque cum ipso Pontifice consultaret. Hic autem Cardinalis anno sequenti factus est Ordinis Minorum *Protector*, & tandem Summus Pontifex *Nicolaus III.* appellatus.

(b) Eidem præfecimus negotio: Sed litteræ hujus præfecturæ desiderantur, ex quibus plane liqueret, an istis tantum, vel omnibus Inquisitoribus præesse deberet.

(c) Ipsi Cardinali omnia intimare curetis: Consuli poterit epistola 29. *Cum sicut ex litteris &c.* hoc anno die 6. Maji *Fr. Andreæ* Tolentino O. M. *Inquisitori* in Umbria scripta; & *Petitio vestra &c.* Nicolai III. anno 1278. 20 Junii data.

(d) Omnium primus Franc. Pegna par. 3. Directorii Inquisit. Comment. 21. testatus est, se diploma hoc authenticum vidisse in Bononiensi Inquisitorum Tabulario, & Ludovicus Parama de Orig. Inquisit. tit. 2. cap. 1. num. 11 adjecit Clementem IV. loco Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano instituisse Cardinalem *Guilelmum* Tolosanum, & Nicolaum III. Cardinalem *Latinum* Ursinum suum Nepotem; de quibus tamen non proferuntur diplomata; sed Parama decipitur, uti solet; cum ex cit. Nicolai III. epist. constet, anno 1270. post obitum Clementis IV. adhuc Card. *Jo. Ursinum* fuisse Inquisitioni hæret. pravit. Præfectum.

(e) In die Cœnæ Domini: Idest d. Aprilis, cum eo anno 1262. Pascha in diem 9. Aprilis inciderit, litt. Dom. A. currente.

(f) Convenit multitudo: De qua re etsi antiquorum aut nemo, aut perpauci egerint; tantarum tamen, sanctarumque functionum ratio cum majestatis luci, ac personarum consideratione conjuncta statuisse suad. r.

(g) Principem Tarentinum: Qui utpote filius, etsi nothus, Friderici II. Imp. jura patris, & dominium usurpare armis, ac violentia conabatur.

(h) Destructione Civitatis Arianensis: Regni Neapolitani in Principatu ulteriori, colleque difficili sub Archiepiscopo Beneventano, a qua Metropoli 12. mill. pas. distare dicitur; hujus tamen destructionis veteres non meminere, neque recentes Scriptores.

(i) Thomasii de Oria: Al. *Uria* Japigiæ, seu Salentinorum urbe nunc Terræ Hydruntinæ Episcopali sub Tarentino Archiepiscopo in colle ad radices Montis Apennini olim ampla, nunc autem parva fere media inter Brundusium, & Tarentum.

(k) Comitis Catanzarii: Latinis *Catacii* Calabriæ ulterioris urbis Episcopalis sub Archiepiscopo Rhegino mediæ inter Scillaceum, & Bellicastrum.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1262.

ravit, fuit per Prædecessorem eumdem excommunicationis vinculo hac de causa specialiter innodatus [a]. Super eo etiam quod ipse Saracenorum Ritus, illosque in suis quotidianis obsequiis notabiliter secum tenens & præferens Christianis in opprobrium Fidei orthodoxæ Regnum ipsum *Siciliæ* [b] ad servilem, & ignominiosum statum redegit; ejus incolis, & habitatoribus propter acerbas, & intolerabiles exactiones vix valentibus respirare; ac super dira nece proximis sibi sanguine illata per ipsum. Super eo insuper, quod Conradum *Buffarii* Nuncium, & Vassallum *Conradi* pueri [c] nati quondam Conradi filii quondam Friderici olim Romanorum Imperatoris fecit proditionaliter trucidari; & super enormibus, & fœdis ejus excessibus, de quibus manifesta infamia denotatur; & pluribus aliis, quæ in hujusmodi nostræ citationis forma plenius continentur. Sed idem *Manfredus* quondam Princeps Tarentinus suos Nuncios tunc ad præsentiam nostram misit, qui aliqua pro eo in nostro Consistorio proponentes nisi sunt eumdem multipliciter excusare. Nos autem auditis, & intellectis, quæ iidem proposuere Nuncii, duximus fore in negotio per viam inquisitionis in iis, in quibus opportunum foret, & alias etiam procedendum, prout videremus secundum justitiam expedire. Verumtamen quia quidam ex Fratribus nostris absentes erant; & plures ex iis, qui tunc aderant, non erant moram continuaturi nobiscum; hujusmodi nostrum Processum usque ad octavas festivitatis B. Martini proximo futuræ duximus suspendendum, prædicentes, quod ex tunc in præfato negotio, prout suaderet justitia, procedere curaremus. Eodem igitur appropinquante termino, idem *Manfredus* Judicem Aitardum de Venusio, & Joannem de Brundusio Notarium familiares suos ad Sedem Apostolicam destinavit; quia nobis, & prædictis Fratribus cum instantia petierunt, ut cum idem *Manfredus* tam arduum, tamque grave, ac

Alia ejusdem Manfredi crimina.

De quibus tentavit se purgare per Nuncios.

Provisio Pontificis super hac re.

Albes misit Manfredus Nuncios ad Pontificem.

A grande negotium aliquibus committere Nunciis, seu Procuratoribus non intendat; sed velit pro illo personaliter nostro se conspectui præsentare; & securitatem ei plenariam, & licentiam veniendi ad nos tute per Terram, & districtum Ecclesiæ largiremur. Nos autem volentes super iis, præsertim cum Fidei negotium agatur, specialiter in hac parte cum ea maturitate, ac gravitate procedere, ut processus noster nequeat aliquorum detractorum

B morsibus, vel obloquiis subjacere; petitam securitatem eidem *Manfredo* de Fratrum nostrorum consilio sub certa forma inferius annotata in veniendo hac vice pro eodem negotio, ac morando, ac per octo dies, in quibus exire possit, Terram Ecclesiæ, postquam a nobis licentiam redeundi habuerit, tenore præsentium elargimur; dantes ei licentiam, & liberam facultatem ingrediendi propter hoc Terram, & districtum Ecclesiæ, ac tute ad

C Nos per Terram, & districtum hujusmodi veniendi; & universis nostris, & ipsius Ecclesiæ Fidelibus firmiter inhibentes, ne ipsum cum infrascripto armatorum, ac personarum, & evectionum numero ad nostram præsentiam accedentem in persona, vel rebus turbare, vel offendere, seu quomodolibet molestare, aut impedire præsumant. Verum, quia ipse tamquam temerarius ad Terram Ecclesiæ,

D sicut evidenter apparet de Marchia Anconitana, & nonnullis aliis Terris ad Ecclesiam ipsam spectantibus, violentas manus extendit; volumus ad præsens hoc saltem modo nobis, & eidem Ecclesiæ ab hujusmodi suis temeritatibus præcavere, quod non in occulto, sed in dilecti filii *Fratris Gualasci* [d] de Ordine Fratrum Minorum Pœnitentiarii, & *Jacobi Præpositi* Ebredunensis Capellani nostrorum has litteras deferentium, & plurium

E aliorum præsentia corporale juramentum exhibeat, vel per alium in *animam suam* faciat exhiberi; quod nullos armatos, nullasque personas, vel evectiones ducet; nec patietur venire secum ultra numerum infrascriptum; & quod sic

per quos petit securitatem veniendi personaliter ad Sedem Apostolicam.

Quam ei Pontifex concedit quibusdam clausulis conceptam.

Has Manfredus non observat, sed violenter agit.

Pontifex per nuncios has litteras mittit, ut juret &c.

(a) SPECIALITER INNODATUS: Anno 1259. 3 ut apud Raynaldum est in Annal. Eccles. ad eum an. n. 13.

(b) REGNUM IPSUM SICILIÆ: Nempe cis, & ultra Pharum.

(c) CONRADI PUERI: Vulgo *Corradini*, qui anno 1268. victus a Carolo Andegavensi Siciliæ Rege capite multatus est.

(d) FRATRIS GUALASCI: Qui optime de Ecclesia meritus multis apud fere universos Europæ Principes perfunctus gravibus legationibus demum in Episcopum primo *Famaugustanum*, deinde *Ægitaniens.* evasit; ut apud Waddingum in Annal. Min. variis sub annis, & ultimo ad annum 1267. num. 8.

A ſic venieodo, vel moraodo, aot redcundo Eccleſiam, vel Terram, ſeu fideles ipſius non offendet; nec per ſuos offeodi faciet, nec permittet; ncque operabitur, vel machioabitur aliquid in diſpendium Eccleſiæ, Terræ, aut Fidelium prædictorum: quodque moram oiſi tantum in prædictis octo dicbus io Terra ejuſdem Eccleſiæ noo faciet plus, quam ei fuerit de licentia noſtra permiſſum. Cæterum, quia ubi de negotio Fidei agitur, omnis ſiniſtræ ſuſpicioois, violentiæ, vel impreſſioois cujuslibet eſt prorſus amovenda materia; ne labores, & ſtudia, quæ pro laude Dei, & proſpero ſtatu ſuorum Fidelium impenduntur, in eorum, quod abſit, diſpeodium convertantur, propter quod ſic intendentes eidem *Manfredo* in hujuſmodi ſuo adveotu ad Nos de opportuna ſecuritate cooſulere, quod in turbationem ipſius oegotii non reduodet, ac tranquillus ſtatus terrarum ejuſdem Eccleſiæ non turbetur; ipſi *Manfredo* auctoritate Apoſtolica diſtrictius prohibemus, ne ultra octingentarum perſonarum, de quibus poſſint eſſe centum tantom armatæ, & ſeptingentarum evectiooum numerum, quem eis auctoritate prædicta taxamus, ad Sedem Apoſtolicam ſecum ducar: imo quod cootra formam prohibitionis hujuſmodi Terram ipſius Eccleſiæ aliquatenus iogredi non attentet; ſi eoim contra hujuſmodi taxationem noſtram Terram ingrederetur eamdem, tunc manifeſtum eſſet, & liquidum, quod ipſe non ad ſubeuodum Ecclcſiæ judicium, ut pacificus, & quietus accederet; ſcd potius tanquam hoſtis ad impedimentum, & confuſiooem negotii Fidei orthodoxæ, quod agitur, ne in eo debitus poſſit haberi Proceſſus; & ad turbationem ſtatus ipſius Terræ, ac eorumdem Fidelium proſiliret: propter quod ſi id fieri contingeret, liquidius, & evidentius de pravitate hæretica ſuſpectus, & ootabilis redderetur; Noſque liberius, & rationabilius poſſemus ſuper hoc procedere contra eum; cum impedire, vel confuodere dictum oegotium, eſſet evidentcr fovere hujuſmodi hæreticam pravitatem. Quod ſi forte iogredi

taxatque ei numerum armatorum, & evectionum.

Terram eamdem hujuſmodi, non præſtito, ut dictum eſt, juramento; vel plures armatos, perſonas, & evectiones duxerit, vel ſecum venire pcrmiſerit, quam taxatio prædicta cootioeat; ſpreta prohibitione prædicta, aut longiorem moram, niſi ſolum in præſatis octo diebus, traxerit in eadem Terra, poſtquam a nobis babuerit licentiam redeundi; vel io venieodo, aut morando, ſeu redeuodo Eccleſiam, aut Terram, vel Fideles ipſios offenderit; vel fecerit, ſeu per ſuos B permiſerit offcndi; aut operatus, vel machinatus fuerit aliquid io diſpendium Eccleſiæ, Terræ, ſeu Fidelium prædictorum; eo ipſo ſit *anathematis* vinculo innodatus; & nihilominus hujuſmodi noſtræ ſecuritatis litteræ vacuæ ſint penitus & inanes, nullam ei ſecuritatem quomodolibet tribuentes. Prædictos autem *Pœnitentiarium*, & *Cappellanum* viros C utique providos & diſcretos, & nobis, ac Fratribus noſtris acceptos ad eumdem *Manfredum* duximus deſtinandos, ut ei litteras eaſdem aſſigoeot, & referant ſibi nihilominus ex parte noſtra præmiſſa omnia viva voce: quodque prædictum juramentum in eorum præſtetur præſeotia, ſicut ſuperius eſt expreſſum.

Pœna tranſgredientis conditiones, & taxationem.

Nunciorum eorum...

Datum apud Urbem Veterem 11I. Idus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno II.

D *Vt pro defenſione, & recuperatione bonorum Moaaſterii S. Agatbæ* Papien. *Apoſtolicam interpoaant auctoritatem; & invaſores, detentoreſque cenſuris Eccleſ., aliiſque pœnis coerceant.* (Ex Mss. monum. Provinciæ S. Dionyſii apud AUTOREM Supplem. Annal. WADDINGI ad hunc annum num.2.)

XLV.

Anno 1261. die 28. Novembr.

URBANUS &c.

Venerabilibus Fratribus.... Papieo.[a] *&...* Placentin. *Epiſcopis*[b], *& dilectis filiis Abbatibus, Prioribus,* E *Decanis, Archidiaconis, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per* Papien. *&* Placentineo. *Civitates, & Diœceſes conſtitutis Sal., & Ap. Ben.*

a b

NON abſque dolore cordis, & plurima animi turbatione didicimus, quod ita in pleriſque partibus Eccleſiaſtica

Exordium ab Eccleſ. cenſura diſſolutione.

(a) PAPIEN.: *Guillelmo Caneto* Papienſi, qui ab anno 1256. uſque ad 1272. ſedit ex tom.1. Italiæ Sacræ Ughelli num.75. Epiſc. Papien.

(b) PLACENTIN. EPISC.: *Philippo Fulgoſo* Placentino, qui Cathedram eam rexit ab anno 1258. uſque ad 1294. ex cit. Ital. Sac. edit.2. num. 55. Epiſc. Placentin. Hi duo Antiſtites biennio poſt Eccleſ. cenſura conſtricti leguntur in epiſt.124., & 155. hujus Pontificis.

ca censura dissolvitur; & Canonicæ sententiæ severitas enervatur; ut viri Religiosi, ii maxime, qui per Sedis Apostolicæ privilegia majori donati sunt libertate, passim a malefactoribus suis injurias sustineant, & rapinas; dum vix invenitur, qui congrua illis protectione subveniat, & pro fovenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilectæ in Christo filiæ.. Abbatissa, & sorores Monialium inclusarum Monasterii *Sanctæ Agathæ* [a] *Papien.* Ordinis Sancti Damiani tam de frequentibus injuriis, quam de ipso quotidiano defectu justitiæ conquerentes Universitatem vestram litteris petierunt Apostolicis excitari; ut ita videlicet eis in tribulationibus suis contra malefactores earum, prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustiis, quas sustinent, & pressuris vestro possint præsidio respirare. Ideoque Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus illos, qui possessiones, vel res, seu domos prædictarum *Sororum* irreverenter invaserint, aut ea injuste detinuerint, quæ prædictis *Sororibus* ex decedentium testamento relinquuntur, seu in ipsas Sorores, vel ipsarum aliquam contra Apostolicæ Sedis indulta sententiam *excommunicationis*, aut *interdicti* præsumpserint promulgare; vel *Decimas* de nutrimentis animalium suorum, spretis ejusdem Sedis privilegiis, extorquere; si de his vobis manifeste constiterit, canonica monitione præmissa, si laici fuerint, publice candelis accensis, singuli vestrum in Diœcesibus, & Ecclesiis vestris *excommunicationis* sententia percellatis; si vero Clerici, vel Canonici, Regulares, seu Monachi extiterint, eos appellatione remota ab officio, & beneficio *suspendatis* neutram relaxaturi sententiam, donec prædictis Sororibus plenarie satisfaciant; & tam Laici, quam Clerici seculares, qui pro violenta manuum injectione in Sorores easdem, vel ipsarum aliquam *anathematis* vinculo fuerint innodati, cum Diœcesani Episcopi litteris ad Sedem Apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi.

Monasterii S. Agathæ Papien. expoliatio.

Mandat Pontifex, & præcipit ut supra.

Pœna protervis infligenda.

Datum apud Urbem Veterem IV. Kal. Decembris, Pontificatus Nostri An. II. [b]

Præcipit districte, ut inquirant de quibusdam contra Electum Treviren. *articulis*. (Ex REGES. VATIC. epist. 28. lib. 2. apud WADDINGUM in Reges. Pontif. n. 2., & in Gestis Treviren. Archiepiscop. apud MARTENE tom. 4. num. 204. Veterum script. & Monumen. ampliss. Collect.)

XLVI.

Anno 1262. die 30. Novembr.

URBANUS &c.

Dilectis filiis Guillelmo de Waltmanhuse Fratrum Minorum de Wezele [c] *Treveren. Diœcesis, & Fratri Roberto* [d] *de Warnesperg. de Ordine Fratrum Minor. in Conventu* Treveren. *Sal., & Apostolicam Benedictionem.*

PER exigentiam sollicitudinis pastoralis, quam Nobis dispensatio Divina commisit, contra Henricum *Treveren. Electum* super diversis articulis volentes inquiri, certas ad hoc personas providimus assumendas [e], de quarum industria, & constantia firmam fiduciam habebamus. Quia vero personæ ipsæ minus studiosæ præter spem nostram negotium prosequebantur injunctum; ipsius executionem vobis in virtute obedientiæ, ac sub pœna *excommunicationis* sub certa forma duximus injungendam [f], non dubitantes, illud in vestris manibus debere proficere, quod apud dictas personas deficere miserabiliter videbamus; constantia, quam vestri natales conspicui [g], Sacra Religio, & zelus Divini nominis pollicebantur, Apostolicæ Sedi de vobis super hoc nobis firmam certitudinem inducente. Sed ecce quod sicut apud illos, sic

Commissionem a se datam commemorat.

Ob assumptorum negligentiam executio injungitur Fratribus supradictis.

(a) MONASTERII S. AGATHÆ: De quo loco actum est supra ad litteras Alexandri IV. *Lecta coram nobis &c.* dat. anno 1256. die 20. Januarii.

(b) Pro hoc Monasterio extant & Joannis XXIII. litteræ *Rationi congruit &c.* anno 1410. die 25. Maji datæ, ut ibi videbitur.

(c) FRATRUM MINORUM DE WEZELE: Legendum *Guardiano Fratrum Minorum de Wesele*; ut apud Martene in alia etiam epistola hoc anno eisdem data die 6. Aprilis.

(d) FRATRI ROBERTO: *Fratri Rorico*, ut apud cit. Martene, & ut alias notavimus pag. 435. (i)

(e) PROVIDIMUS ASSUMENDAS: Nempe Wormacien., & Spiren. Episcopos, & Abbatem de Rodinkirchen, de quibus mentio est in supracitatis litteris *Venerabilibus Fratribus &c.* die 6. Aprilis emanatis, & supra relatis.

(f) DUXIMUS INJUNGENDUM: Nempe hoc anno die 6. Aprilis per memoratas litteras *Venerabilibus Fratribus &c.*

(g) VESTRI NATALES CONSPICUI: Quorum tamen illustres familiæ nobis non innotescunt.

Hi quoque negligentia laborant.

sic apud vos nostra videtur fiducia defraudata; dum prout intelleximus, sicut illi, sic & vos ipsum negotium non memoriæ, sed neglectui commendastis. Hinc est, quod Nos discretioni vestræ per iterata scripta in virtute obedientiæ, ac sub pœna prætacta, quam ex tunc vos incurrere volumus, si mandatum nostrum in hac parte neglexeritis adimplere; districte præcipiendo mandamus, quatenus in negotio ipso saltem nunc tanta sollicitudine procedatis juxta traditam vobis formam, quod præcedentem inobedientiam purgasse probemini per obedientiam subsequentem; & Nos vobis super hoc aliter scribere non cogamur. Quod si non ambo &c., alter vestrum &c.

Iterum jubentur in negotio inquisitionis procedere judices.

Commissionis moderatio.

a Datum apud Urbem Veterem II. Kal. Decembris, Pontificatus Nostri An. II. [a]

Mandat, ut si expedire cognorit, potestatem faciat Episcopo Sirmiensi *ad Ordinem FF. Minorum transeundi*. (Ex Reges. Vatic. epist. 33. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 3.)

XLVII.

Anno 1262. die 13. Decembris.

URBANUS &c.

b *Venerabili Fratri .. Archiepiscopo* Colocen. [b] *Salutem, & Apost. Bened.*

Commissionis causa narratur.

Significavit Nobis Venerabilis Frater noster Oliverius *Sirmien. Episcopus* [c] suffraganeus tuus, quod gravi corporis languore gravatus Pastorale, ut expedit, officium exercere non potest; quodque apud se mente recogitans invenit, quod commissam curæ suæ *Sirmien.* Ecclesiam salva nequit conscientia retinere. Unde volens suæ conscientiæ, & saluti consulere, ac eidem Ecclesiæ, ne sub umbra sui nominis in spiritualibus, & temporalibus irreparabiliter corruat, præcavere a Nobis per litteras [d], & dilectum filium Magistrum *Thomam* Thesauratium, & *Petrum* Canonicum ejusdem Ecclesiæ Nuncios suos ad hoc specialiter destinatos humiliter postulavit, ut cessionem ipsius per te Metropolitanum suum recipi, & transeundi ad *Fratrum Minorum* Ordinem sibi dari licentiam mandaremus. Nos itaque de tua circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus consideratis diligenter circumstantiis universis, quæ circa hoc fuerint attendendæ, si expedire videris, recipias a prætacto Episcopo, cum ab eo requisitus fueris, cessionem hujusmodi vice nostra; & cum a vinculo, quo tenetur Ecclesiæ supradictæ, absolutus fuerit, licentiam sibi tribuas ad dictum *Ordinem* transeundi [e].

Episcopi Sirmien. petitio.

Mandat id, quod supra &c.

Datum apud Urbem Veterem Idibus Decembris, Pontificatus Nostri An. II.

Fr. Henricum O. M. de Curonien. *transfert ad* Kimen. *Ecclesiam, eumque Clero ejusdem Civitatis commendat*. (Ex Regesto Vatic. epist. 62. apud Waddingum in Regesto Pontif. num. 4.)

XLVIII.

Anno 1263. die 13. Februarii.

URBANUS &c.

f *Dilectis filiis Universo Clero Civitatis, & Diœcesis* Kimen. [f] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

Divinæ Sapientiæ inscrutabilis altitudo, quæ Sacrosanctam *Romanam* Ecclesiam in hujus Mundi latitudinem stabilivit, ita regimen, & gubernationem ipsius mirabili provisione disposuit, ut ad eam salubriter gubernandam plures assumerentur in partem sollicitudinis; quamvis pro firmamento unitatis Ecclesiæ unus obtineat plenitudinem potestatis. Voluit enim, ut pro ejus patribus filii nascerentur, qui super omnes Principes constituti essent, memores sui nominis, & præcones Evangelicæ veritatis. Propter quod Nos, qui, licet insufficientibus meritis, in sublimi sumus ejusdem Ecclesiæ specula constituti, sic intendimus Divino adjutorio injunctum No-

Romani Pontificis de provisione Ecclesiarum solicitudo.

(a) Alias eisdem litteras dedit Pontifex anno sequenti die 17. Aprilis hac quidem in causa, quæ ibi dantur; ut & aliæ die 29. Martii eodem anno 1263.

(b) Archiepiscopo Colocen.: Vulgo *Colocz*, antiquitus *ad statuas Colossas* dicta urbs Hungariæ inferioris ad Danubium fluvium, cui 8. Episcopi subsunt.

(c) Sirmien. Episcopus: Urbs olim Illyrici caput, & Metropolis a Barbaris nationibus excisa, nunc *Sermisch* Germanis, Hungaris vero *Szrem* in Hungaria non longe a fluvio Savo ad amnem Bosvetham, & ad radices Arpatari montis in vicum redacta paucis constat incolis.

(d) Per litteras: Quæ forsan amplius non extant, & frustra desiderantur.

(e) Transeundi: Quid postea factum fuerit; & an Episcopus facultatem dimittendi suam Ecclesiam obtinuerit, incompertum.

(f) Kimen.: Al. Chismen. Urbis Norici, seu Bavariæ superioris Episcopalis sub Salisburgen. Archiepiscopo anno 1214. ab Eberardo Archiepiscopo constitutæ.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1263.

Chiemensis Ecclesia diu Pastore destituta.

Nobis ministerium circa proximas Ecclesias gerere, ut in illis etiam, a quibus locorum positione distamus, opportuna debeat Sedis Apostolicæ providentia non deesse. Cum igitur *Kimen.* Ecclesiæ, quæ diutius Pastore vacaverat[a], fuisset ad Nos provisio legitime devoluta; Nos volentes ipsi Ecclesiæ, ne damna gravia ex longa vacatione incurreret, salubriter providere, Venerabilem Fratrem nostrum *Henricum*[b] de Ordine Fratrum Minorum quondam Episcopum *Curonien.*[c] virum utique providum, & discretum, vita, & honestate decorum, litterarum scientia præditum, & consilii maturitate præclarum a vinculo, quo tenebatur Curonien. Ecclesiæ, primitus absolutum eidem *Kimen.* Ecclesiæ de Fratrum nostrorum consilio præfecimus in Episcopum, & Pastorem; ei licentia transeundi ad eamdem *Kimen.* Ecclesiam, ac plena ejus tam in spiritualibus, quam in temporalibus administratione concessis; sperantes firmiter, quod ipsa Ecclesia sub ejus regimine grata in Domino suscipiet incrementa. Quocirca Universitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus eidem *Episcopo* tamquam Patri, & Pastori animarum vestrarum plene, ac humiliter intendentes exhibeatis ei obedientiam, ac reverentiam debitam; ejusque salubria monita, & mandata suscipiendo devote, & inviolabiliter observando. Alioquin sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus; & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Ei præficitur F. Henricus O. M.

quem Pontifex Clero Civitatis commendat.

Sub pœna &c.

Datum apud Urbem veterem Idibus Februarii, Pontificatus Nostri Anno II.[d]

Item Episcopo Ratisponen., ut prædictum Episcopum Chimen. tueatur, obedientiam ei a subditis exhiberi, & de proventibus ipsius Ecclesiæ provideri faciens. (EX VATICANO REGES. PONTIF. epist. 63. tom. 1. anno 2.)

URBANUS &c.

XLIX.

Anno 1263. die 13. Februarii.

Venerabili Fratri ...[e] *Episcopo* Ratisponen. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

CUM olim *Chimen.* Ecclesiæ[f], quæ diu Pastore vacaverat, &c.[g] Quocirca Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Episcopo exhiberi facias per te, vel per alium, seu alios a suis subditis obedientiam & reverentiam debitam & devotam; ac de ipsius Ecclesiæ juribus, & proventibus integre responderi: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante aliqua Sedis Apostolicæ indulgentia quibuscumque concessa, per quam non expressam præsentibus, vel totaliter non insertam effectus earumdem præsentium impediri valeat, vel differri.

Mandat Pontifex, ut supra.

obstantibus derogando.

Datum apud Urbem veterem Idibus Februarii, Pontificatus Nostri Anno Secundo[h].

Prædicationem Crucis pro Terra Sancta infrascripto injungit, eamque ut ex consilio quondam Episcopi Ratisponen. exequatur. (EX REGESTO PONTIF. in Archivo Vatic. pag. 89. tomo 2. anno 2.)

URBA-

(a) DIUTIUS PASTORE VACAVERAT: Ob dissensiones inter Rom. Pontifices cum Friderico II., ejusque Successoribus: hæc enim anno 1246. die 30. Martii commendata fuit administrationi Alberti Archiepiscopi Prussiæ, Livoniæ, & Estoniæ per litteras *Cum operosi &c.*: sed cum forsan eam obtinere non posset, anno sequenti die 7. Septembris eidem concessa est Ecclesia *Lubecensis* in Holsatia, inferiorique Saxonia per litteras *Exigentibus tuæ devotionis &c.*, quæ habentur in Bull. Ord. Præd.

(b) HENRICUM: Ex Comitibus e *Monteforte*, ut alias ostensum est ad annum 1256. die 21. Augusti.

(c) CURONIEN.: In Livonia nunc vulgo *Curlandia*; ubi tunc ob incursiones Barbarorum, Tartarorum, aliorumq; Infidelium a Christianis ægre habitari poterat.

(d) Admonet Wadingus ad hunc annum in Annal. Min. num. 27. Pontificem similes litteras dedisse etiam ad ipsum *Episcopum*, ut collatam Ecclesiam admitteret; ad universum *Populum* Civitatis, & Diœcesis *Chiemensis*, & ad Episcopum *Ratisponensem*, ut eidem reverentiam exhiberi, & ex fructibus redditnum provideri curaret; & illas ad Ratisponen. Episcopum damus, ceteris vero caremus.

(e) VEN. FRATRI ...: *Leoni* ex illius Ecclesiæ Antistitum Catalogo, & ex Auctore æquali Stetone ad annum 1261.; ubi ait eo anno successisse *Alberto* O. P., qui dignitate se abdicaverat.

(f) CHIMENSIS ECCLESIÆ: De qua in superiori epistola.

(g) VACAVERAT &c.: Ut in præcedenti epistola usque ad illa verba *Suscipiet incrementa*.

(h) Eodem anno die 3. Nonas Martii Pontifex litteras dedit *Episcopo Warmien. Apostolicæ Sedis Legato* incip. *In nostra solicite mente &c.* extantes in Vatic. Regesto Pontif. epist. 76. tom. 1. an. 2., quibus ei mandat, ut, translato Fr. *Henrico de Luxemburg* e Curonen. Sede ad regimen Episcopatus *Kimen.* intuitu A. Magistri Hospitalis S. Mariæ Theutonicorum, ac quorumdam aliorum Curoniensi Ecclesiæ præficiat vel *Edmundum de Werd* fratrem ejusdem Hospitalis, seu aliquem alium de Fratribus Theutonicis sine præjudicio Ecclesiæ *Rigensis* loci Metropolitanæ.

L.

Anno 1263. die 31. Martii.

Dilecto filio Fratri Berth†oldo [a] *de Ordine Minorum Sal., & Apost. Bened.*

Exordium a laude ejus, a quo depoleit.

TESTIMONIUM famæ laudabilis, quæ te prædicat virum in Dei timore devotum, dono scientiæ, ac aliis multiplici virtutibus præditum; Nobis efficaciter suggerit, & certæ fiduciæ argumenta ministrat, ut gratanter, quæ Deo placeant, exequaris; & mandatis nostris promptus adhæreas illa efficaci- B bus studiis prosequendo. Cupientes igitur, ut *Crucis* negotium, quod Venerabili Fratri nostro *A.*[b] Episcopo quondam *Ratisponen.*[c] in Alemania, Boemia, & aliis locis, ad quæ lingua Theutonica se extendit, pro *Terra Sancta* subsidio duximus per nostras litteras committendum, feliciter Divina clementia cooperante procedat; ac de tua circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, devotionem tuam rogamus, & hortamur C attente, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eidem *Episcopo* super hoc diligenter assistens; & juxta ipsius Episcopi consilium prudenter intendens negotium ipsum sic operosa promptitudine secundum traditam tibi a Domino gratiam prosequi studeas, ut speratum pariat in hac parte tua sollicitudo profectum [d]; & exinde retributionis æternæ præmium consequi merearis [e].

Prædicatio Crucis pro Terra Sancta Episcopo Ratisponen. commissa.

quam & Fr. Bertoldo O. M. injungit, ut supra.

Datum apud Urbem veterem XII. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Constitutionem Innocentii III. *de Crucesignatis pro* Terra Sancta *subventione transmittit observandam*. (Ex AUTOGRAPHO in Archivo nostri Conventus S. Firmi majoris Veronensis asservato.)

LI.

Anno 1263. die 29. Martii.

Venerabilibus Fratribus universis Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Fratribus Prædicatorum, & Mi*norum Ordinum, cæterisque Executoribus per diversa Christiana Regna Mundi ad Crucis negotium pro Terræ Sanctæ subventione a Sede Apostolica deputatis, & in posterum deputandis Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

CUM negotium *Crucis* pro *Terræ Sanctæ* subsidio vobis per diversas nostras sub certis formis litteras per diversa Christiana Regna Mundi duxerimus committendum; faciendi observari per vos, vel per alium, seu alios circa *Crucesignatos*, & Crucesignandos privilegia, indulgentias, & immunitates, quæ ipsis in Generali Concilio [f] sunt concessa, & Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi; plenam vobis auctoritate præsentium concedimus facultatem. Tenorem autem hujusmodi privilegiorum, indulgentiarum, & immunitatum sumptum ex Regesto fel. record. INNOCENTII PAPÆ III. prædecessoris Nostri præsentibus inseri fecimus, qui talis est [g].

Causa scribendi, & commissio.

" Ad liberandam *Terram Sanctam* " de manibus impiorum ardenti deside- D " rio aspirantes &c. [h]

Constitutio Innocentii III. pro Crucesignatis.

Datum apud Urbem veterem IV. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Secundo [i].

Commendat eos de inquisitione in Trevirensi. Electum assumpto; hortaturque, ut ad exitum rem perducant. (Ex GESTIS Treviren. Archiepiscoporum apud MARTENE, & DURAND. to.4. Vet.Scrip.amp.Collect.n.204.)

(a) FRATRI BERTHOLDO: Ratisponensi, cujus & vitæ sanctitatem, & in Verbi Dei prædicatione virtutem ei cælitus inditam ex Auctoribus coævis, & suppatibus descripsit Waddingus in Annal. ad annum 1272., quo obiit, n.16 & seqq., & in lib. de Scriptor. Ord. Min.

(b) FRATRI NOSTRO A.: *Alberto*, de quo O. P. egit Auctor coævus Stero apud Raynaldum ad an. 1260. n.15., inquiens assumptum eo anno 1260. dignitate abiisse anno sequente, sique successisse *Leonem*.

(c) EPISCOPO QUONDAM RATISPONEN.: Nunc'um enim remiserat, seque dignitate abdicaverat an. 1261., ex Sterone, ut supra, non anno circiter 1263., ut in tomo 1. Scriptor. Ord. Prædicat.

(d) PROFECTUM: Tanta porro vi, atque dicendi copia in audientes ferebatur, ut ad eum audiendum modo sexaginta, & modo etiam centum millia hominum varii generis accessisse legamus.

(e) MEREARIS: Apud veteres quidem *Beati* titulum accepit, & etiamnum in patria cultum obtinere fertur.

(f) IN GENERALI CONCILIO: Anno 1215. *Laterani* celebrato sub Innocentio III.

(g) QUI TALIS EST: Hæc Constitutio legitur, & in *Bullario* Romano Cherubini tom. 1. Bul. 2., & in novissimo Cocquelinam tom. 3. Bul. 107.

(h) ASPIRANTES &c.: Ut in cit. Constitutione usque in finem, ac Datum *Laterani* XIX. *Kalend. Januarii Pontificatus nostri Anno Decimo octavo*.

(i) Hoc ipso anno Pontifex epistolam dedit S. Ludovico Franciæ Regi incip. *Vocem terroris audivimus, formido, & non erat pax &c.* dat. apud Urbem veterem XIII Kalend. Septembris Pont. an. 2. apud Raynaldum Annal. Eccles. ad hunc annum n.1., & seqq. legendam de Sultani Saracenorum in Palæstinam irruptione, vastatione, Castrorum expugnatione, ac miseranda desolatione, eumque ad auxilium præstandum magnopere sollicitat.

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1263.

URBANUS &c.

LII.

Anno 1263. die 29. Martii.

Dilectis filiis Fratribus Willelmo, *&* Rorico *Ordinis Fratrum Minorum*[a] *in Conventu* Trevirensi *Sal.*, *& Ap. Ben.*

Commissionem de vos de reb:s, & inchoatam collaudat.

a SOLLICITUDINEM, & devotionem vestram plenis laudibus extollentes, vosque prosequentes plenis actibus gratiarum super eo quod negotium inquisitionis, quam contra *Henricum*, qui pro Treviren. Electo se gerit, per vos fieri

B

b mandavimus[b]; nunc demum in spiritu
c promptitudinis assumentes incœpistis[c]; sicut intelleximus; & utique acceptamus juxta formam vobis traditam procedere in eodem: discretionem vestram rogamus, & hortamur attente per Apostolica scripta vobis mandantes, quatenus in negotio ipso, sicut laudabiliter incœpistis, usque ad felicem exitum procedentes, frivolæ appellationis objectu non obstante, quæ inveneritis, & quæ feceritis, Nobis per vestras litteras quantocius nuncietis. Nos enim manus mundas esse volentes, quæ sordes diluunt aliorum, gratum habebimus plurimum, & acceptum, si per vestrum studium obtineri poterit, quod idem *Henricus* a suis insolentiis corrigatur; idque vobis apud Deum proficiat ad meritorum cumulum; & apud Nos, & Sedem Apostolicam ad plenitudinem gratiarum.

prosecutionem hortatur, & urget.

C

d Datum, *ut supra*.[d]

Ut impedientes inquisitionem in Electum Treviren. aliis commissam a[i] desistendum compellant; ipsiusque inquisitionis negotium promoveant. (Ex Gestis Archiepiscoporum Treviren. num. 200. apud tom. 4. Vet. Script. & Monum. Martene & Durano.)

A

URBANUS &c.

LIII.

Anno 1263. die .. Aprilis.

Dilectis filiis Guardianis, *&* .. Custodi *Ordinis Fratrum Minorum*[e] *Provinciæ* Treviren.[f] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

e
f

IMPLACIDA de actibus quorumdam Fratrum vestri Ordinis relatio nuper nostrum turbavit auditum; videlicet quod cum iidem teneantur dare opem, & operam efficacem, ut de vinea Domini, in qua prædecessores[g] ipsius Ordinis sunt cultores ab ipso Domino constituti, extirpentur vitia, & ibidem plantentur virtutes; quominus quidam Fratres[h] de Ordine Minorum auctoritate Apostolica contra *Henricum*, qui pro *Electo* Treviris se gerit, super vitio simoniacæ pravitatis ad inquisitionem procedant, nitimini[i] multipliciter impedire. Quia vero id, si verum est, redundat in Divinæ Majestatis offensam, ac injuriam, & contemptum Apostolicæ Sedis, quæ prædictum vestrum Ordinem dilatavit plurimum; ac ipsum, ac personas ejusdem prosequitur speciali gratia, & favore; Universitatem vestram rogamus, & monemus, & hortamur attente per Apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus universi, & singuli Fratres prædicti Ordinis vestri eis subjectos, quod desistant ab impedimento hujusmodi, districtione, qua convenit, compellentes; quod inquisitio hujusmodi debitum, & optatum consequatur effectum, impendatis consilium salutare, preces, & præceptum nostrum taliter impleturi, quod zelari videamini profectum animarum, qui ex eo provenire spe-

Pontifex de quibusdam Fratribus expostulat.

g
h
i

Hortatur, & una præcipit ad, quod supra.

D

(a) Vilhelmo, et Rorico Ordinis Fratrum Minorum: Ad quos sunt aliæ hujus Pontificis litteræ *Venerabilibus Fratribus &c.* die 6. Aprilis, & *Per exigentiam &c.* 30. Novembris anni superioris datæ, ibique relatæ.

(b) Mandavimus: Anno, diebusque, ac litteris commemoratis.

(c) Assumentes incœpistis: Cum etiam Fratres prædicti juxta Pontificis jussa in Henricum Electum inquirere vellent; Custos, & Guardiani O. M. una cum Prioribus O. P. Provinciæ *Treviren.* eidem Electo faventes prohibuerunt sub pœna carceris; egeruntque tam acriter, ut illi Treviris secedere, & Metim extra Ordinis locum tamquam peregrini se recipere coacti fuerint. Quibus ad Summum Pontificem delatis, sequentes is litteras dedit ad Superiores utriusque Ordinis ex supra citatis Gestis Archiepiscoporum Treviren. num. 199., etsi non Guardianos, Custodem, & Priores, sed alios Fratres reos epistolæ declarent.

(d) Eisdem alias Pontifex litteras paulo post nimirum die 17. Aprilis *Sæpe sollicitant &c.* dedit, ut infra.

(e) Guardianis, et Custodi Ordinis Fratrum Minorum: *Custodia Trevirensis* Fratrum Minorum erat Provinciæ Coloniensis, seu Germaniæ inferioris; & octo loca, seu Fratrum Cœnobia continebat ex veteri *Provinciali Ordinis* apud Auctorem Polychronici, & Barthol. Pisanum conform. xi.

(f) Provinciæ Treviren.: Sumpta hoc loco *Provincia* late pro parte Provinciæ Colonien., quæ juxta Ordinis Minoritici statutum in vii. partes, seu *Custodias* dividebatur.

(g) Prædecessores: Legendum *Professores*, ut in eadem epistola *Prioribus Ord. Prædicat.* eodem tempore scripta, ac de re eadem.

(h) Quidam Fratres: Nempe *Wilhelmus*, & *Roricus* ex præcedenti epistola, aliisque ibi memoratis.

(i) Nitimini: *Nitantur* habet epistola eodem die, eademque de re data *Prioribus Ord. Prædicat. Treviren.* In cit. Gestis Archiepiscoporum Treviren. num. 261. a atque ita legi debet ex contextu litterarum.

ſperatur; Noſque devotionem veſtram poſſimus exinde merito commendare.

a Datum Idus Aprilis [a], Pontificatus Noſtri Anno ſecundo.

Fr. G. O. M. ſuum Capellanum uſe in Anteraden. *Epiſcopum promotum, & conſecratum commendat Capitulo illius Civitatis.* (Ex Vatic. Regeſ. Pont. ep. 82. to. 1. ſn. 2.)

LIV. Anno 1263. die 9. Aprilis.

URBANUS &c.

b *Dilectis filiis Capitulo, & Clero Civitatis, & Diœceſis* Anteraden. [b] *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Exordium ab Eccleſiarum Apoſtol. ſollicitudine

INter primas ſollicitudinis Apoſtolicæ curas hæc debet eſſe propenſior, ut ad paſcendas Chriſti oves providentibus Nobis tales perſonæ procedant, in quibus per meritum vitæ, ac prærogativam ſcientiæ fidelis commiſſorum diſpenſatio commendetur. Ubique ſiquidem in populo Chriſtiano exercent hujuſmodi ſtudia curam noſtram; ſed in Ultramarinis partibus tanto magis, quanto illarum conditio non permittit per Nos negligi, vel omitti, quicquid poteſt per noſtram diligentiam procurari.

maxime in tranmarinis partibus.

Antaraden. Eccleſia vacante,

c *Anteraden.* quidem Eccleſia Paſtoris ſolatio deſtituta [c], venerunt in noſtram memoriam clara probatæ devotionis obſequia, per quæ Venerabilis Frater noſter Prater G. [d] Nobis, & Fratribus noſtris hactenus placuit multipliciter; vitæ quoque munditia, ſcientia litterarum, & ſtudium obſervantiæ Regularis, necnon prudentia ſibi circa ſpiritualia, & temporalia ex donis infuſa cæleſtibus; a quibus ipſum accepiſſe cognovimus, ut aliis poſſit, & ſciat præeſſe pariter, & prodeſſe. Debitum igitur, ad quod benemeritis, & Eccleſiis viduatis Nos obligat onus Apoſtolicæ ſervitutis, in ipſo,

d

occurrunt merita Fr. G. O. M., quem a variis collaudat,

A & Eccleſia ſupradicta ſollicita meditatione penſantes, ipſum tunc *Capellanum*, & familiarem noſtrum [e] dictæ Eccleſiæ de Fratrum noſtrorum conſilio in Epiſcopum præfecimus & Paſtorem, plenam ſibi curam ejuſdem Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus committentes; *conſecrationis* munus eidem noſtris manibus impendendo, firma ſpe, fiduciaque concepta, quod auctore illo, qui dans virtutes præmia elargitur; & gra-B tiæ gratiam ſuperaddit; eadem Eccleſia per diligentiæ ſuæ ſtudium gratum in utriſque ſuſcipiet incrementum. Quocirca Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus gratiam, quam vobis in hac parte fecimus, attendentes Nobis perſonam tam utilem ſubtrahendo, ut vobis concederemus eamdem, prædictum Epiſcopum tanquam Patrem & Paſtorem animarum veſtrarum ſuſcipiatis humiliter & devote; & Pro-C curatorem ſuum pro ipſo, ſi quem ad vos miſerit, promptitudine, qua convenit, admittentes eidem Epiſcopo debitam obedientiam & reverentiam impendatis, ejus ſalubribus monitis & mandatis humiliter intendendo. Alioquin ſententiam, quam ipſe propter hoc rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

e eumdem illi Eccleſiæ præficit, & conſecrat,

ac ſupradictis valde commendat.

Cum clauſula comminatoria.

D Datum apud Urbem veterem v. Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

LV.

In eumdem modum Venerabili Fratri G. Anteraden. Epiſc. Inter primas &c. *ut in ſuperiori epiſtola verbis competenter mutatis.* (Ex citato Vaticano Reges. Pontif.) *uſque* ſuſcipiet incrementum. Cum itaque vocationi Divinæ merito ſit ab obedientiæ filiis obſequendum; Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur

(a) Idus Aprilis: Ita etiam legimus in dicta ad Priores Ord. Prædicat. epiſtola; vel igitur legendum *Idibus Aprilis*, vel deeſt certa iduum dies. Sed ut error eſt Librarii locum, & certum diem omittentis; ita eum erraſſe puto & in menſe, forſan & in anno: Nam cum in epiſtola ſcribat Pontifex Fratrum Præfectis, ut Fratres non impediantur ab inquiſitione; & in præcedenti gratuletur, laudetque Fratres jam negotium inquiſitionis inchoaſſe; igitur hæc epiſtola illam præcedere debet; uti re ipſa ponitur in relatis Geſtis Archiepiſcop. Treviren.; ideoque ſcripta fuit non menſe Aprilis anni 1263., ſed ante diem 29. Martii, & verius ſub initium anni.

(b) Anteradan.: In Phœnicia, al. *Orthoſia*, & vulgo *Tortoſa* juxta quoſdam perperam tamen nuncupata, e regione Inſulæ parvæ *Aradi*, quæ ponte jungitur continenti; Epiſcopalis Civitas olim Tyrenſi Metropolitano, poſtea Nicoſienſi Cypri ſubjecta nunc e plurimis annis in ruinis ferme deſerta jacet ob bella Turcas inter & Saracenos.

(c) Destituta: Per obitum alterius *Fr. Gulielmi* Ord. Prædicator. ex 110. *Bulla* hujus Pontificis *Dudum inter &c.*

(d) Frater G.: *Gulielmus* Ordinis Minorum ex Cod. diplom. Equitum S. Joannis Hieroſolym. vulgo Meliten. nuper publicato tom. 1 num. 143. & ex Bulla 131. *Lecta coram nobis &c.* anno ſeq. Idibus Martii date..

(e) Capellanum, et familiarem nostrum: Forſan & natione Gallum, cujus in Annal. Minor. nulla mentio hactenus occurrit.

Jubet, impofito oneri collum fubmittere,

curamque Ecclefiæ fideliter & utiliter gerere

favorem pollicitus.

A mur attente per Apoftolica tibi fcripta mandantes, quatenus, quod a Nobis, immo a Domino in hac parte factum eft, amplectens humiliter & devote; ac impofito tibi oneri fubmittens fiducialiter fortitudinis tuæ collum agas curam ipfius Ecclefiæ tam fideliter & prudenter, quod dignam Deo exinde reddere valeas rationem; Nofque non immerito gratulemur evocaffe talem in partem follicitudinis, qui honoret in Nobis prædictæ plenitudinem poteftatis. Nos enim perfonam tuam fincera diligentes in Domino charitate in omni oportunitate tibi adeffe proponimus, te ac ipfam Ecclefiam favore continuo confovendo.

a Datum, *ut fupra* [a].

Poteftatem tribuit Reatino *Epifcopo abfolvendi nonnullos Cives ab excommunicatione; nonnullos vero fuis officiis reftituendi, cautione accepta, & quibufdam exceptis.* (Ex Vatic. Regef. Pontif. pag. 20. to. 2. an. 2.) C

LVI.

Anno 1263. die 11. Aprilis.

URBANUS &c.

b *Venerabili Fratri* ... [b] *Epifcopo* Reatino *Salutem, & Apoftolicam Bened.*

Novi Prætoris Reatinæ Civitatis fupplicatio.

De relaxanda civium Reat. cenfura Eccles.

per Fr. Florafium O. M. juffu Pontificis lata.

Dilectus filius nobilis vir *Citadinus* Civis Urbevetanus Civitatis Reatinæ *Poteftas* [c] nuper, cum vocatus fuit ad ipfius Regimen Civitatis, Nobis humiliter fupplicavit; ut cum nonnulli Cives Reatini, pro eo quod *Offreducium* [d] de Miranda, qui fe pro ipfius Civitatis Poteftate gerebat, contra mandatum noftrum in ejufdem Civitatis regimine confovere, eique tanquam Reatinæ Poteftati obedire, ac intendere præfumpferunt, *excommunicationis*; quidam vero Judices, & Tabelliones Civitatis ejufdem privationis a fuis officiis fententias latas in tales auctoritate Apoftolica per dilectum filium *Fratrem Florafium* de Vicentia [e] Ordinis Minorum, qui noftra in hac parte mandata in eadem Civitate diligenter extitit executus [f], incurriffe nofcantur; providere in hac parte ipfis mandando relaxari fententias hujufmodi; præfertim cum poftmodum dictum *Offreducium* ab eodem Regimine juxta mandatum noftrum expulerint; & alias de parendo mandatis noftris fuper iis idoneam præftiterint cautionem, de benignitate folita curaremus. Nos igitur ejufdem devotionem Nobilis [g] diligentius attendentes; ac volentes, ut prædicti Cives in ejus ad eamdem Civitatem adventu fpecialem gratiam fibi gaudeant provenire; ipfius Nobilis fupplicationibus inclinati Fraternitati tuæ per Apoftolica fcripta mandamus, quatenus receptis ab eifdem Civibus juramento, & alia cautione idonea, quod præcife parebunt mandatis noftris, quæ ipfis propter hoc femel, & pluries per Nos, vel alios duxerimus facienda illis, qui excommunicati hac occafione fuerunt, juxta formam Ecclefiæ auctoritate noftra beneficium abfolutionis impendas; eis dumtaxat exceptis, qui in prædictum *Fratrem Florafium* infultum præfumptuofe fecerunt; & qui *Curforem* noftrum [h] percuffiffe, fibique noftras litteras abftuliffe nofcuntur; cum ipfos tandiu præ dicta *excommunicationis* fententia ligatos manere velimus, donec propter hoc ad Sedem Apoftolicam perfonaliter accefferint abfolvendi. Illos vero Judices, & Tabelliones, qui fuis fuerint officiis eadem occafione privati, ad eadem officia reftituas, & reducas; prædictis omnibus aperte denuntians, quod ideo ad præfens procedere differimus ad infligendum eis pœnas propter hoc debitas; quia omnino volumus experiri, qualiter deinceps fe gefferint circa mandata Sedis Apoftolicæ adimplenda; & qualiter etiam ad honorem & fidelitatem Romanæ Ecclefiæ pacem, & bonum ftatum ejufdem procuraverint Civitatis; ut fecundum quod eorum exegerint merita, vel ad inferendas eis pœnas condignas,

cum jam refipuerint.

Cui Pontifex annuit, & mandat id quod fupra.

quinam excipiantur.

& cur nonnulli eximantur a debitis pœnis.

(a) Hoc anno die 26 Augufti per Conftitutionem *In eminenti &c.* Pontifex amplo Anteraden. Ecclefiam ornavit privilegio, eique *Raphanaen.* Epifcopatum univit, ut infra.

(b) Ven. Fratri ...: *Thoma*, ut in no. (a) ad epiftulam 38. *Ad noftram noveritis &c.* anno fuperiori die 21 Julii datam.

(c) Poteftas: Sive Prætor, ac Gubernator.

(d) Offreducium: In dicta epiftula memoratum.

(e) Fr. Florasium de Vicentia: Nunc primo noftris innotefcentem, qui paulo poft factus eft Sacellanus Pontificius ex epift 104. *Olim intellecto &c.*, & *Quia omnes &c.* 93.

(f) Extitit executus: Sed hujus Pontificis ad eum mandata ad nos non pervenerunt.

(g) Nobilis: Nempe *Cittadini* Poteftatis, feu Prætoris novi; de quo etiam in cit. ep. 93. *Quia omnes &c.*

(h) Cursorem nostrum: Apoftolici namque *Curfores* pluribus fruuntur privilegiis, ut apparet ex variis Conftit. Rom Pontificum in Bullario Romano relatis.

a dignas, vel ad faciendum ipsis super hoc gratiam liberius, & cautius auctore Domino procedamus [a].

Datum apud Urbem veterem III. Idua Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Artes Electi Trevirensis ad eludendum inquisitionis contra se cursum Pontifex detexit; hortaturque inquisitionis actores, ne ob illis circumveniri se sinant, sed felicitius procedant. (Ex iisdem Archiepiscoporum Treviren. Gestis num. 224.)

LVII. Anno 1263. die 17. Aprilis.

URBANUS &c.

b *Dilectis filiis* Wilhelmo, *&* Rorico *Fratribus Ordinis Minorum* [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium. Psal. 63. 5.

SÆps sagittant in occultis immaculatum dolosa labia detractorum: sæpe venenum aspidum damnabili calliditate diffundunt, ut lædant calumniosis flatibus innocentem. Hi sunt, quos propria vexat iniquitas, ut in agro bonarum mentium semina detractionis effundant. Ab horum inviis profecto non deviant, sed eorum annumerari numero promerentur, qui obloqui, & scribere detrahendo præsumunt, quod *Henricum*, qui se gerit pro *Treviren. Electo*, ab inquisitionis examine commisso vobis per litteras Apostolicas contra eum liberare proponimus, si pecuniam, in qua Ecclesiæ Romanæ tenetur, duxerit persolvendam [c]; qui etiam, ut audivimus, ad hujusmodi mendacii promotionem adjiciunt, dictum *Henricum* pecuniam ipsam habere paratam; ut verum esse, quod iidem asserunt, alii suspicantes credant liberationem ipsius esse vicinam; & per hoc circa negotium inquisitionis ejusdem, quod laudabiliter incœpisse dicimini [d], prosecutio vestra tepescat. Porro si non intendimus ipsi *Henrico* debitum Ecclesiæ prædictæ dimittere; non est præsumendum, quod ob id in ipso velimus offendere Deum altionum, eundem *Henricum* liberando talem ab his, in quibus ipsum habere credit idem Dominus debitorem. Novimus etenim, quod Nos liberatio hujusmodi arctius obligaret, dum ipsius peccata Nobis imponeret contra Nos; quod summopere, quantum Nobis ex alto permittitur, vitare intendimus in judicio deferenda; colloque nostro ejus culpas avertere, quas nostras per hoc procul dubio faceremus. Nec oportet Nos in negotio præfato tepescere prætextu debiti memorati; præsertim cum qualiscunque de ipso exitus habeatur, nihilominus tamen ad hujusmodi debitum Nobis eidem Ecclesiæ Romanæ Treviren. Ecclesia tenetur. Propter quod non est verisimile, quod inchoatam contra eum intendamus prosecutionem justitiæ præterire; immo si plenam domum argenti, & auri Nobis idem *Henricus* liberaliter expansis manibus largiretur, non pateretur nostra conscientia Nos ipsius, qui taliter disfamatur, dissimulare delictum: cum vitium simoniæ, quo publice dicitur irretitus, in ipso tanto amplius detestemur, quanto ampliori eum benevolentia prosequi solebamus [e]. Ideoque devotionem vestram rogamus, & hortamur attente per Apostolica scripta vobis in virtute obedientiæ præcipiendo mandantes, quatenus aures ab hujusmodi mendaciis avertentes in prædicto negotio juxta formam vobis traditam cum debita diligentia celeriter procedatis ita, quod non contingat ipsius peccata de vestris requiri manibus; sed exinde sollicitudo vestra meritum sibi comparet apud Deum, Nosque illam commendare merito valeamus.

Quorundam mendacium, quo ob Electo Treviren. inquisitionem averterent,

a Pontifice detegitur, & confutatur.

Hortantur simul, & jubentur inquirentes, ne illis aures præbeant, sed negotium celeriter prosequantur.

Datum apud Urbem veterem xv. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Secundo [f].

Archie-

(a) Procedamus: Quomodo autem Episcopus absolverit, legenda est epist. 102. *Olim dilectus &c.*

(b) Fratribus Ordinis Minorum: Ad quos sunt aliæ litteræ hujus Pontificis *Sollicitudinem, & devotionem &c.* hoc anno die 29. Martii scriptæ; aliæque anno superiori, ut ibi adnotatum est.

(c) Duxerit persolvendam: Quæ tamen pecunia debita potius ab ipsa Treviren. Ecclesia, quam ab ipso Electo persolvenda erat, ut infra Pontifex exponit.

(d) Incœpisse dicimini: Quemadmodum habetur ex supra cit. epist. *Sollicitudinem, & devotionem &c.*

(e) Benevolentia prosequi solebamus: Nimirum cum sub Alexandro IV. Pontificatus fine *Henricus* ad Sedem Apostolicam se contulit, ibique anno 1260. arte mirifica sibi Antistitum, & Purpuratorum animos captivavit, obtinuitque in contentione *Treviren.* Ecclesiam ex Gestis supra laudatis.

(f) Post hæc Pontifex scripsit etiam Abbati S. *Martini* Glandarien., & Cantori Treviren. Ecclesiæ *Inquisitionem faciendam &c.* 2. Kalend. Junii anno secundo in dictis Gestis Treviren. Archiepisc. n.225., & *Quam sit Mundus positus &c.* III. Non. Septembr. eodem anno ibidem num.227., quibus litteris commemorat prædictorum *Fratrum* in Electum Treviren. Inquisitionem, & *Electi* alusionem, ac impedimentum interjectum: atque contra S. *Mariæ* ad Martyres, & S. *Matthiæ* Abbates alte-

URBANUS PP.IV. An.Ch. 1263.

Archiepiscopo Tyren. datur posse cum Fratribus Ord. Prædicat. & Minor. dispensare super defectu natalium pro Ordinibus Ecclesi., quibusdam exceptis. (Ex VATIC. Regest. Pontif. epist.238. to.2. an.2.)

LVIII.
Anno 1263. die 28. Aprilis.

URBANUS &c.

Venerabili Fratri Egidio Archiepiscopo Tyren. [a] *Sal., & Apost. Benedict.* a

Concessionis occasio

PERSONAM tuam honorare volentes, ac per honorem tibi exhibitum aliis B providere, cum Religiosis *Prædicatoribus*, & *Minoribus Fratribus* [b] super defectu Natalium [c] dispensandi, quod in susceptis *Ordinibus* ministrare licite valeant, & ad superiores etiam promoveri; dummodo de adulterio, vel de religiosis personis nati non fuerint, vel incestu [d]; auctoritate tibi præsentium concedimus facultatem.

b c — cum exceptione. — d

Datum apud Urbem Veterem IV. Kal. Maji Pontificatus Nostri Anno Secundo. C

Ut censum a Barensi Monasterio Ord. S. Benedicti Romanæ Ecclesiæ debitum exigat, & referat. (Ex VATIC. Regest.Pontif.pag.53. tom. 2. ann. 2.)

LIX.
Anno 1263. die 10. Maji.

URBANUS &c.

Venerabili Fratri .. [e] *Archiepiscopo* Baren. *Salutem, & Apost. Bened.* e

Causa commissionis

CUM Monasterium Sancti Benedicti de *Baro* [f] Ordinis Sancti Benedicti Romanæ sit Ecclesiæ Censuale; ac *Census* [g], in quo Monasterium ipsum tenetur, non fuerit, sicut accepimus, a multis retroactis temporibus persolutus [h]; Nos quia jura ipsius Ecclesiæ negligere non debemus; Fraternitati Tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Abbatem, & Conventum præfati Monasterii, ut *Censum* hujusmodi pro tempore præterito debitum ab eisdem tibi nostro, & Ecclesiæ prædictæ nomine cum integritate persolvant, monitione præmissa, per Censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compellas, rescripturus Nobis, quantum receperis ab eisdem, & quicquid inde duxeris faciendum.

f — A — g — Census non solutus. — h — Mandat Pontifex ut supra.

Datum apud Urbem Veterem v. Idus Maji Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Concessionem loci Sancti Edmundi *ab Alexandro IV. Fratribus Minor. factam revocat, & incæpta ibi ædificia amoveri mandat.* (Ex VATIC.Regest.Pontif. p.84.to.2.an.2.)

LX.
Anno 1263. die 28. Maji.

URBANUS &c.

Venerabili Fratri.. Episcopo Karleonen. [i]; *& Dilecto filio .... Abbati Sancti Augustini* Cantuarien. [k] *Sal., & Apostol. Benedict.* i k

Monachorum S.Edmundi expositionis tenor.

EXPOSUERUNT nobis dilecti filii .. Abbas & Conventus Monasterii *Sancti Eadmundi* [l] ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Norvicen. [m] Diœcesis; quod..Ministro Fratrum Minorum in Anglia significante fel.record. ALEXANDRO PAPÆ [n] prædecessori nostro, quod in Villa Sancti Eadmun-

D — l — m — n — Ministri Prov. Angliæ suggestio PP.Alexandro de loco apud S.Eadmundum.

alterius inquisitorum *Fratrum* consanguineos *Electus* se convertens sententiam excommunicationis promulgaverit etiam ex epist. *Dilecti filii Theodoricus &c.* dat. XIV. Kalend. Julii Pontif. anno tertio ibidem num. 250. relata. Tandem *Electus* prius a Clemente IV. per litteras *A via rectitudinis &c.* ibi num. 253. legendas suspensus fuit ab officio, & beneficio anno 1267. die 29. Decembris, nec nisi sub B. *Gregorio X.* absolutus fuit, dissensione inter partes composita, dignitatemque recuperavit; ut discimus ex citatis Treviren. Archiepisc. Gestis, quæ utpote fusissima consuli possunt; & litteræ Gregorii X. ipsi *Henrico Electo* datæ 8.Cal. Novembris Pontificatus anno 1. incipiunt: *Felicis recordationis &c.*, suntque epist.88. Regest. Pontif. in Tabulario Vatic.

(a) ARCHIEPISCOPO TYREN. : Urbis Phœniciæ in ora Maris Mediterranei olim celeberrimæ, nunc vulgo *Sur* pene in ruinis jacet: triduo ante huic Archiepiscopo Pontifex commisit munus contrahendi *Crucesignatorum* copias in Franciæ Regno, & Belgio, ut apud Raynaldum ad hunc annum num.13.

(b) FRATRIBUS: Qui etiam in Syria, Terraque Sancta morabantur. est enim *Phœnicia* Syriæ Maritimæ pars; hoc tempore Archiep. Tyren. in Europa degebat.

(c) SUPER DEFECTU NATALIUM : Ex quo oritur *Irregularitas*.

(d) VEL INCESTU: Dispensatio itaque datur pro natis illegitimis, seu naturalibus, at non pro spuriis.

(e) VEN. FRATRI ...: *Joanni Saraceno* ex Ord. Min. anno 1259. promoto ex Bulla 496. Alexandri IV. *Cum nos Venerabilem &c.*

(f) DE BARO: Al. *Bario* in Apulia, de quo Monasterio Cl. Mabillon. in Annal. Benedict. lib.48. ad ann.978. n.8., & alibi verba facit.

(g) CENSUS: Quem quisque legere poterit apud Cencium Camerarium *de Censibus Rom. Ecclesiæ*.

(h) NON FUERIT .. PERSOLUTUS: Eo quod Apulia diu occupata fuerat a Friderico II. Imp., ejusque filiis Successoribus, & vectigalibus perpetuis maxime in Monasteriis, & Ecclesiis oppressa.

(i) EPISCOPO KARLEOLEN.: Vulgo *Carllie* in Cumbria Provincia Angliæ prope limites Scotiæ, nec longe a mari sub Eboracen. Archiepiscopo, cui tunc præerat *Robertus Chause* Cancellarius Reginæ ab an. 1258. usque ad an.1278. ex Catalogo Antistitum illius Ecclesiæ.

(k) CANTUARIEN.: Vulgo *Canturbery*, ubi S. Augustini *Abbatia* vetustissima a S. Gregorio Magno fundata fuerat ex Annal. Bened.

(l) MONASTERII S. EADMUNDI: A Cnuto Angliæ Rege anno 1020. fundati in loco *Burr* ex Mabillon. Annal. Benedict. lib.54. ad eum ann. num.91., hic autem dicitur *Bery* mendose.

(m) NORVICEN. DIŒCESIS, Vulgo *Nordwich* sub Archiepiscopo Cantuarien.

(n) ALEXANDRO PAPÆ: Hujus nominis *Quarto*.

a Eadmundi Regis & Martyris, quæ *Bery*[a] dicitur; & in qua iidem Abbas & Conventus omnimodam jurisdictionem spiritualem & temporalem obtinent dictæ Diœcesis; consideratis iis, quæ salutem animarum respiciunt, domus, in qua possent habitare aliqui de Ordine *Fratrum Minorum*, erat plurimum opportuna; idem prædecessor dicto Ministro

b per litteras suas concessit[b], ut si ei devotione Fidelium, vel alio quocumque justo modo locus in dicta Villa ad hoc utilis concederetur; posset inibi domum ipsam construere, ac habere ibidem Oratorium, vel Cimiterium juxta Indulta eidem Ordini ab Apostolica Sede concessa; non obstante, quod dicti Abbas & Conventus spiritualem & temporalem jurisdictionem in Villa obtinent supradictam;

Pontifex annuit, & indulget

obstantibus derogando.

c quodque ipsis[c] ab eadem Sede indultum fore dicebatur, ut nullis omnino Religiosis infra suæ libertatis terminos Ecclesiam, vel Cappellam construere, vel Cimiterium habere liceat absque eorum beneplacito, & mandato; seu quacumque alia indulgentia quibuscumque concessa, per quam impediri valeret hujusmodi gratia, vel differri; & de qua plenam & expressam, seu de verbo ad verbum in dictis litteris oporteret fieri mentionem. Cumque dicto Ministro quidam locus ad hoc datus in eadem Villa fuisset; dicti Abbas & Conventus, quibus a Sede prædicta indultum existit, ut nullus infra limites ipsius Monasterii ab *Altari* ejusdem per unum miliare Romanum distantes, infra quos locus consistit, qui dictis *Fratribus* concessus extiterat, Cappellam, vel Oratorium ipsis invitis construere audeat; attendentes, quod si Fratres dicti Ordinis habitarent infra dictos terminos, posset eis, & dicto Monasterio grave præjudicium generari; super hoc pro jure suo prædicto Ministro & *Fratribus* sui Ordinis se opponere curaverunt; propter quod prædictus Minister & Fratres prædicti Ordinis in Auglia super hoc ad

Fratribus Minor. datur ibi locus sed intra limites Abbatiæ,

cujus privilegium obstabat.

Ideo Monachi se se opponunt;

d certos executores[d] sub certa forma ipsius prædecessoris litteras impetrarunt[e]; coram quibus, hujusmodi pendente negotio, præfati Minister & Fratres a jamdicto prædecessore quasdam alias litteras impetrarunt[f], per quas prædecessor ipse quicquid contra litteras privilegia, seu indulgentias eis super recipiendo & obtinendo hujusmodi loco in Villa prædicta ab eodem prædecessore concessa per quascumque alias litteras, vel indulgentias, seu privilegia non facientia de præmissis mentionem expressam attemptatum erat, vel contingeret attemptari; ex tunc decrevit irritum & inane; statuens nihilominus, ut hujusmodi litteræ, vel indulgentiæ, seu privilegia a prædicta Sede impetrata, vel impetranda, nullis personis Religiosis, vel sæcularibus communiter, vel divisim contra dictos Ministrum, & *Fratres*, & concessionem præfati loci, ac decretum, & statutum ipsius prædecessoris possent aliquatenus suffragari. Postmodum vero prædictus prædecessor eisdem Ministro & *Fratribus* suas direxit litteras[g], in quibus continebatur inter cætera, quod licet prædecessor ipse circa concessionem præfati loci favoris Apostolici sinum dictis Ministro & Fratribus duxisset manu munifica explicandum; intentionis tamen suæ erat, & fuerat sic ad eorum commodum hujusmodi exhibere favorem, quod nequaquam converteretur in præjudicium aliorum; & per easdem litteras nominatos Ministrum, & *Fratres* idem prædecessor monuit, eisque mandavit, ut ab ipsius Monasterii[h] molestiis, & injuriis penitus abstinentes nihil contra privilegia, indulta, libertates, vel immunitates, ac jura ipsius Monasterii attemptarent. Prædicti vero Minister & *Fratres* attendentes, quod in hoc intentionem suam consequi non valebant; prædicto loco dimisso, in possessionem cujusdam alterius loci infra limites supradictos, qui, sicut iidem Minister, & *Fratres* dicebant, eis pro habitatione sua medio tempore concessus fuerat primo per quosdam subde-

e *Fratres vero alias a sede Apost. litteras impetrant.*

f

g *Post hæc Pontifex Alexander alias litteras fadam temperavit,*

& jussit nihil contra Monachos tentandum.

h

Fratres alium locum consequuntur sed intra eosdem limites,

(a) BERY: Non *Beri*, ut in epist. 376. Alexandri IV. anno 1257. Kalend. Novembr. edita, & incip. *Vestra meritis &c.*, *Bure* vero apud cit. Mabillon. *Villa Faustini* Oppidum fuit Icenorum, nunc Suffolciæ Provinciæ vulgo *S. Edmundus Bury*.

(b) LITTERAS SUAS CONCESSIT: At hæ non apparuerunt adhuc.

(c) IPSIS: Nempe Abbati, & Conventui Sancti Eadmundi.

(d) CERTOS EXECUTORES: Videlicet Archiepiscopum Cantuarien., & Decanum Lincolnien., ut infra.

(e) LITTERAS IMPETRARUNT: Quæ itidem non apparent.

(f) ALIAS LITTERAS IMPETRARUNT: Incip. *Vestra meritis Religionis &c.*, ut supra.

(g) SUAS DIREXIT LITTERAS: Quæ pariter non habentur.

(h) IPSIUS MONASTERII: S. Eadmundi.

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1263.

a b c

fubdelegatos a Venerabili Fratre noftro.. A Archiepifcopo Cantuarien.[a], & dilecto filio Decano *Lincolnien.*[b], qui fe dicebant fore executores ad hoc a Sede Apoftolica deputatos[c]; & poftmodum per fæcularem fe intrudi potentiam procurarunt, ipfumque fimili fulti potentia detinent; ac in eo quamdam Ecclefiam, & domos conftruere inceperunt in dictorum Abbatis & Conventus, ac ejufdem Monafterii præjudicium & gravamen.

ubi Ecclefiam, & domus conftruere incipiunt.

Monachi reclamant ad Sedem Apoft.

Quare dicti Abbas & Conventus Nobis B humiliter fupplicarunt; ut providere fuper hoc indempnitati ejufdem Monafterii paterna diligentia curaremus. Nos itaque attendentes, quod circa defenfionem jurium ipfius Monafterii ex eo potiffime Nos convenit follicitos inveniri, quia Sedi Apoftolicæ nullo medio eft fubjectum; ac pati nolentes, ut in præmiffis fui Juris difpendium patiatur; cum id non folum in ejufdem Monafterii, verum etiam Ecclefiæ Romanæ præjudicium C redundaret: confiderantes infuper, quod non fuit dicti prædecefforis intentio; prout ex tenore prædictarum litterarum eifdem Miniftro, & *Fratribus* ultimo directarum[d] colligitur; ficut nec effe debuit, per aliqua privilegia, vel gratias ipfis Fratribus Minoribus conceffa, privilegiis, indulgentiis, & immunitatibus, quibus dictum Monafterium eft munitum, aliquatenus derogare; vel quod ipfi occafione privilegiorum & gratiarum hujufmodi aliquid facerent, per quod præjudicium ipfi Monafterio pararetur; Difcretioni veftræ per Apoftolica fcripta in virtute obedientiæ diftricte præcipiendo mandamus, quatenus vos, vel alter veftrum, prædictos.... Miniftrum & *Fratres*, quod præfatum locum fitum in Villa prædicta, in quo quidem loco eædem Ecclefia & domus, ut prædicitur, funt inceptæ, infra certum tempus[e] a vobis præfigendum eifdem, omnino dimittant, ac ab ipfarum Ecclefiæ & domorum ædificatione defiftant; monitione præmiffa per cenfuram Ecclefiafticam remoto appellationis obftaculo compellentes, opus, quod pro dictarum domorum & Ecclefiæ ædificatione inceptum eft, amoveri per vos vel alios faciatis: Invocato ad hoc, fi opus fuerit, auxilio brachii fæcularis; Contradictores per cenfuram Ecclefiafticam appellatione poftpofita compefcendo; non obftantibus prædictis litteris, ftatutis, ac decretis cujufcumque tenoris exiftant, ac quibuslibet aliis privilegiis, feu indulgentiis, vel litteris prædictis Miniftro & *Fratribus*, vel quibuslibet aliis contra tenorem privilegiorum, libertatum, & immunitatum Monafterii memorati a præfata Sede fub quacumque verborum forma, vel expreffione conceffis, & quibufcumque proceffibus fuper hoc habitis, etiamfi de ipfis, & ipforum totis tenoribus plenam, & expreffam, ac fpecialem, & de verbo ad verbum oporteret in præfentibus litteris fieri mentionem; feu quod ipfi Miniftro & Fratribus, ac quibufcumque aliis, quod excommunicari, fufpendi, vel interdici non poffint a Sede Apoftolica fit indultum.

mandat id, quod fupra dictum eft,

Pontifex variis ex caufis, quas refert,

d

e

cum obftantium derogatione.

Datum apud Urbem Veterem v. Kal. Junii, Pontificatus Noftri Anno II.

Eodem modo infrafcriptis de eadem re, mutatis quæ conveniunt perfonis aliis. (Ex EODEM VATIC. Regef. Pontif. pag.83. to.a. an.a.)

D URBANUS &c. LXI.

Anno 1263. die 28. Maji.

Dilectis filiis...[f] *Miniftro Provinciali & Fratribus Ordinis Minorum in Anglia Sal., & Apoft. Ben.*

f

EXPOSUERUNT Nobis dilecti filii.. Abbas & Conventus Monafterii Sancti Eadmundi &c.[g] Univerfitatem veftram monemus, rogamus, & hortamur attente per Apoftolica vobis fcripta in virtute obedientiæ diftricte præcipiendo E mandantes, quatenus infra menfem a receptione præfentium computandum dictum locum[h] pro noftra & Apoftolicæ Sedis reverentia penitus dimittentes ab ædi-

Expofita re,

g

Mandat locum dimitti, & incepta ædificia amoveri,

h

(a) ARCHIEPISCOPO CANTUARIEN.: *Bonifacio Sabaudo* Alionoræ Reginæ Angliæ avunculo anno 1270. defuncto.

(b) DECANO LINCOLNIEN.: Urbis Epifcop. fub Cantuarien. Metropolitano.

(c) A SEDE APOSTOLICA DEPUTATOS; Nimirum ab Alexandro IV. ex nu. (d) fuperius confulenda.

(d) ULTIMO DIRECTARUM: Sub no (g) indicatarum.

(e) INFRA CERTUM TEMPUS: *Infra menfem a receptione præfentium computandum*, inquit Pontifex in fequenti epiftola Fratribus Minor. fcripta.

(f) FILIIS...: *Joanni Stamfordien.*, de quo dixi in no. (a) ad epift.376. *Veftra meritis &c.* Alexandri IV. anno 1257. die 1. Novembris emiffam.

(g) S. EADMUNDI &c.: Ut in præcedenti epiftola ufque ad illa verba *Monafterio pararetur*.

(h) DICTUM LOCUM: Nempe fecundum, de quo in prædicta epiftola præcedenti.

ædificatione dictarum domorum, & Ecclesiæ desistatis; ac faciatis opus, quod circa eas inceptum fore dinoscitur, penitus amoveri[a]. Non obstantibus prædictis litteris, statutis, & decretis, ac quibuscumque aliis privilegiis, seu indulgentiis, vel litteris vobis, vel quibuscumque aliis contra tenorem privilegiorum & immunitatum Monasterii memorati a præfata Sede sub quacumque verborum forma, vel expressione concessis, etiamsi de ipsis, & ipsorum totis tenoribus plenam & expressam, ac specialem, & de verbo ad verbum oporteret in nostris litteris fieri mentionem; Preces, & præceptum nostrum taliter impleturi, quod dicti Abbas & Conventus assequi ex eis se gaudeant, quod intendunt; Nosque devotionem vestram exinde commendantes providere super hoc aliter non cogamur.

a — obstantibus derogando.

& præceptum inculcando.

Datum, *ut supra*.

Constituit eum Protectorem Ordinis Fratrum Minorum (Ex Veteri Regesto hujus Pontificis apud tom. 2. Vet. Script. & Monum. ampl. Collect. Martene, et Durand col. 1261. epist. xi. Urbani IV.)

LXII.

Anno 1263 die ... Maji, vel Junii. b

URBANUS &c.

Dilecto filio J.[b] *S. Nicolai in carcere Tulliano Diacono Cardinali Sal., & Apost. Benedictionem.*

Exordium, & Ordinis Minorum commendatio.

AGrum virtutum, cui Dominus benedixit, *Ordinem Minorum* videlicet in præcelsæ sublimitatis speculum prælucentem sollicitudinis intentæ studio colimus; ut soliti salutis fructus populo Christianæ professionis de illius ubertate proveniant; & de ipsius splendore quasi solari radio suscipiant singuli claritatem. Ad illius namque munimen, & protectionis opportunæ præsidium talem desideramus deputari personam, per quam Deo propitio præservetur a noxiis, & proficiat jugiter felicibus incrementis. Cum itaque Generalis[c], & quidam alii Ministri ejusdem Ordinis, qui ex forma Regulæ suæ[d] teneri per obedientiam dicebantur, ut a Nobis aliquem de Fratribus nostris in *Protectorem* dicti Ordinis postularent, ad Sedem Apostolicam accedentes nobis humiliter supplicarint, ut tibi[e] specialiter protectionem hujusmodi committere curaremus: Nos de tuæ circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes; & præcipuo desidetantes affectu, quod idem Ordo, & Fratres ipsius stabiles in fide Catholica persistentes paupertatem, & humilitatem, ac Sanctum Evangelium Domini nostri Jesu Christi, prout firmiter promiserunt, observent[f]; gubernationem, & correctionem dicti Ordinis, & totius Fraternitatis ejusdem auctoritate tibi præsentium duximus committendas. Quocirca mandamus, quatenus onus hujus commissionis devote suscipiens circa salubrem curam præfati Ordinis vigilanter intendas; ut in ipso perenniter vigeat gratia solitæ caritatis; eodemque fructus salutiferos ad honorem Divini nominis, & animarum commoda producente, condigna tuis laboribus præmia superna providentia compenset; ordinandi nihilominus, statuendi, & faciendi omnia per te, vel alium, seu alios tam in spiritualibus, quam temporalibus, quæ ad salubrem statum memorati Ordinis generaliter, & specialiter expedire videris, prudentiæ tuæ facultatem liberam concedentes. Ceterum statuimus, & volumus, ut in *Monasteriis*, & locis eisdem[g] per Fra-

c — Ministri postulant a Pontifice Protectorem. d

e — Pontifex concedit, ut supra.

f — & facultatibus Protectorem munit.

g

(a) Amoveri: Tamen cum locus *S. Edmundi* Fratrum Minorum sit 3. al. 4 *Custodia Cantabrigen.* in Provincia Angliæ ex veteri *Provinciali Ordinis* apud Chronicon Ms. Jordani circa ann. 1334. exaratum, & apud Barthol. Pisanum Conform. xi., appatet, aut Monachos tandem convenisse cum Fratribus; aut Fratres locum alibi sibi acquisisse.

(b) J...: *Bulla* quidem apud cit. Martene &c. non habet, cui data fuerit; sed reposuimus ex alia ejusdem Pontificis Bulla *Inter personas &c.* anno sequenti die 29. Augusti data, ex litteris S. Bonaventuræ *Dignum est, & consonum &c.* Fr. Laurentio eodem anno scriptis, & aliis monumentis apud Waddingum ad hunc annum 1263. num. 15., & 16. videndis, quibus apparet *Joannem Cajetanum Ursinum* R. E. Diac. Card'n., qui postea fuit *Nicolaus III.*, datum esse Protectorem.

(c) Generalis: *S. Bonaventura*, qui hoc anno die 20. Maji in festo Pentecostes habitis Pisis generalibus Comitiis contulit se cum nonnullis Provinciarum Ministris ad Pontificem Ordinis Protectorem inter alia petitum ex cit. Waddingo.

(d) Ex forma Regulæ suæ: Nempe ex cap. 12., seu ultimo ipsius Regulæ Minorum.

(e) Ut tibi: Obtulerat enim Pontifex *Ancherum Pantaleonem* tit. S. Praxedis Cardinalem Presbyt. suum ex fratre nepotem; sed instante Bonaventura, ut juxta Patrum omnium in Comitiis congregatorum vota concederetur *Joannes Cajetanus Ursinus*; cui adhuc puerulo non sine mysterio S. Franciscus suum Institutum commendaverat; annuit Pontifex teste cit. Waddingo.

(f) Observent: Ex cap. 12., & ultimo Regulæ Fratrum Minorum.

(g) In Monasteriis, et locis eisdem: Hoc loco desunt aliqua, & epistola in multis truncata est; tractat enim hic *de Monialibus Clarissis*, quibus & hunc Protectorem assignavit die 14. Julii; ut ex sequentibus.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1263.

tres Ordinis Minorum Divina celebrari officia; & personis inibi degentibus ministrari facias Ecclesiastica Sacramenta, & alia exerceri, quæ dicti Fratres eorumdem prædecessorum [a] tempore tunc ipsam curam exercentium gerebant. Contra &c. [b] Ideoque volumus mandantes, quatenus onus ejusmodi prompta devotione suscipiens, & curam tibi commissam eamdem vigilanter intendens dictum Ordinem *S. Damiani* protegere, ac fovere, defendere, ac manutenere procures &c. [c]

(Margin: a — eique commendat & [illegible] protectionem. b — c)

Ut quamdam pecuniæ summam a debitoribus Civium Senensium exactam, vel exigendam coram Præsulibus Fratrum Prædicat. & Minor., ac Officiali Parisien. tribuat Procuratori Civitatis Lucanæ. (Ex Vaticano Reges. Pontif. epist. 116. to. 1. an. 2.)

LXIII. Anno 1263. die 4. Junii.

URBANUS &c.

Dilecto filio Magistro Miloni [d] *Scriptori, & Nuntio nostro in* Franciæ, *&* Angliæ *Regnis Sal., & Apost. Bened.*

(Margin: e — In Senenses malorum imprecatio.)

EXIGENTE perfidia Civium *Senen.* [e], qui Civitatem Senen. hoc tempore detinent, pro eo quod profundo malorum immersi, dum perire potius eligunt, quam parere, ad Ecclesiæ mandata redire contemnunt, Sedes Apostolica manum suam apponere studuit contra eos. Et quia charitativis monitis, & asperis comminationibus invitati redire ad ipsius Ecclesiæ gremium non curarunt, spirituales propter hoc latas in eos sententias contemnendo; Nos expedire videntes suorum delictorum vulnera debere ferro pœnæ temporalis abscindi, quæ oleum misericordiæ respuerunt; tibi dedimus inter alia nostris litteris in mandatis; ut de Civium ipsorum debitoribus Franciæ, Angliæ, Alemanniæ, vel circumjacentium Provinciarum, prout expedire videres, Ecclesiasticis, vel Sæcularibus, cujuscumque dignitatis essent, vel Ordinis, etiamsi *Cistercienses*, *Præmonstratenses*, ac *Cluniacenses*, seu *Templarii*, vel *Hospitalarii* existerent; & præcipue de illis, qui facultatibus, & facultate conveniendi, ac fide magis essent idonei; & a quibus facilius, & commodius ea, quæ deberent, possent exigi, & haberi, per te, vel per alium, seu alios diligenter inquireres, & iis, quos tales invenires, ex parte nostra districte præciperes, ut de hujusmodi debitis *sex milia marcarum* argenti [f] detinerent; & præfatis Civibus *Senen.* nequaquam restituere absque speciali mandato nostro præsumerent; injungendo singulis debitorum eorumdem certæ quantitatis detentionem de dicta summa *sex milium marcarum*, sicut expedire videres; ita quod, si forte dicti debitores secus attemptare præsumerent, eo ipso *excommunicationis* sententiæ, quam auctoritate nostra in ipsos proferres, se cognoscerent subjacere; ac nihilominus debitoribus ipsis denuntiares, vel denuntiari faceres, quod nostræ intentionis erat facere moneri dictos *Senenses*; eisque dari districtius in præceptis, ut ad Ecclesiæ mandata redirent; & denuntiari, quod si monitis hujusmodi acquiescere spiritu nequitiæ ducti contemnerent; Nos bona publicaremus ipsorum, & tam ipsa, quam ipsorum personas, ubicumque inveniri possent, mandaremus detineri; ac nihilominus contra eos alias spiritualiter, & temporaliter, sicut videremus expedire, procedere curaremus. Et quia ipsi tanquam iniquitatis filii, ut ad viam salutis redirent, declinare a perditionis invio moniti non curarunt; Nos, qui non debemus, nec volumus eorum pertinaciam & nequitiam tolerare, universis & singulis eorum Civium debitoribus, & omnibus de bonis ipsorum habentibus; undecumque forent, aucto-

(Margin: Alias litteras suas commemorat. — & pecuniam Senensibus detrahendam. f — Redire ad Ecclesiam renuentes monitos mulctari in debitoribus.)

(a) EORUMDEM PRÆDECESSORUM: Nempe Protectorum Card. *Hugolini*, & *Raynaldi* de Comitibus, de quibus locutus est; sed, ut diximus, epistola mutilata est, quod vel ex uno hoc loco fit manifestum.

(b) CONTRA &c.: Idest *Contradictores*, & rebelles per censuras Ecclesiasticas appellatione postposita compescendo.

(c) PROCURES &c.: Epistula hæc legitur sine loco, & die, annoque, quibus est scripta, sed ex proxime dictis eruitur, datam esse apud Urbemveterem mense Majo exeunte, vel ineunte Junio hoc an. 1263., quo die 14. Julii eumdem Cardinalem constituit *Protectorem* Ord. S. Claræ diplomate incip. *Licet ex injuncto &c.*, ut infra.

(d) MILONI: Cujus legationis, & muneris nulla in Annal. Eccles. mentio occurrit.

(e) SENENSIUM: Quos constat *Gibellinorum* partes mordicus secutos diu ab Ecclesiæ devotione abfuisse; hinc Auctor Gestorum Friderici II., ejusque notorum de *Manfredo* ad ann. 1259. disserens ait: *pars Gibellinorum, & Civitas Senarum præcipue, quæ Gibellinitatis fervescens in fide tunc temporis.. devota manebat*.

(f) SEX MILLIA MARCARUM ARGENTI: De quarum valore consule no. (h) ad Constitutionem 549. Innocentii IV. *Ad exstirpanda &c.* anno 1254. die 20. Maji editam in hujus Bullarii tomo primo pag. 745.

auctoritate Apostolica sub pœna *excommunicationis* in die Cœnæ Domini proximo præterito districtius duximus inhibendum, ne ipsis aliqua de debitis, & bonis hujusmodi in parte, vel in toto restituerent sine mandato nostro, vel licentia speciali; denunciantes publice, ac peremptorie, astante tunc multitudine Fidelium copiosa, quod nisi dicti Cives infra Festum Ascensionis Dominicæ proximo tunc futurum ad Ecclesiæ mandata redirent; & captivos, quos habent de *Lucanis*[a], super quo fuerant a Nobis moniti[b], diligentius restituerent pristinæ libertati; ex tunc bona eorum, ubicumque invenirentur, sicut expedire videremus, exponeremus Fidelibus occupanda. Ipsi vero *Senenses*, quorum corda dormiunt, nec clamantis vocibus in vigilias excitantur, spretis paternis monitis, & comminationibus Apostolicis vilipensis, nedum, quod in eodem termino non curaverunt ad ipsius Ecclesiæ redire mandata; verum etiam *Manfredo*[c] quondam Principi Tarentino persecutori Ecclesiæ manifesto adhuc patenter adhærere præsumunt, quasi præfatam Ecclesiam Christi Sponsam, cunctorum Fidelium Matrem sub cœcitatis errore miserabiliter abnegarint. Ut igitur comminationes hujusmodi transeant in effectum; memoratis *Senensibus* juxta suorum enormium & detestabilium reatuum exigentiam parituræ dolorem; Nos super iis cum Fratribus nostris diligenti deliberatione præhabita, bona dictorum Civium *Senen.* usque ad *decem milia marcarum sterlingorum*[d] de ipsorum Fratrum consilio sententialiter publicamus distribuenda, exhibenda, tradenda, & assignanda juxta nostrum arbitrium & mandatum. Sane dignum reputamus & congruum, ut Commune *Lucan.*, qui Sedem Apostolicam filiali subjectione tanquam Matrem, & Dominam recognoscunt; & quod stare contra publicum hostem pro libertate communi, & legitimæ defensionis justitia, exponendo eorum bona dispendiis, & personas periculis non pavescunt; apud Sedem ipsam favorem & gratiam consequantur. Volentes igitur in hujusmodi negotio prædictarum *sex milium marcarum* cum tanta cautela procedi, quod contra fraudem quamcumque omnem adhibuisse diligentiam commendemur, discretioni tuæ mandamus, quatenus mandatum Apostolicum super præmissis in eo, in quo illud non es forsitan executus, diligenter exequens juxta traditam tibi formam prædicta *sex milia marcarum*, quæ juxta præfati mandati tenorem fecisti, vel feceris detineri, facias ab ipsis debitoribus in præsentia, & sub testimonio dilectorum filiorum ... *Prioris Prædicatorum*, & ... *Guardiani Minorum Fratrum, ac Officialis Parisien.*[e] in tuis manibus assignari. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Cum autem pecunia ipsa tibi fuerit assignata, illam integraliter ... Procuratori dicti Communis *Lucan.* sine difficultatis obstaculo in præsentia, & sub testimonio eorumdem[f] tribuas, & assignes in utilitatem ipsius Communis, prout sibi expedire viderint, convertendam. Eosdem vero singulos debitores ab hujusmodi debitis pro quantitatibus, quas tibi duxerint exhibendas, perpetuo auctoritate nostra, similiter in præsentia, & testimonio prædictorum prorsus absolvas; ita quod ad aliam restitutionem memoratis Civibus *Senen.*, aut hæredibus, vel successoribus eorumdem, seu aliis, quibus jus suum dederint, aut concesserint, faciendo nullo unquam tempore teneantur; nec propter hoc valeant aliquatenus conveniri; sed exinde tam ipsi, quam eorum hæredes, & successores remaneant penitus absoluti. Non obstantibus quibuscumque instrumentis, vel litteris super eisdem debitis sub quacunque verborum forma confectis, seu juramentis interpositis, a quibus debitores eosdem quoad dictas quantitates eadem auctoritate in

Eorumque bona cuncta publicanda:

At illi obdurati Manfredo etiam Ecclesiæ hosti adhærent.

Quorum dictorum bonorum publicatam fecerit,

& quorum ex illis Ecclesiæ devotis Lucanis collatum.

Quorumve in præsentia, ac testimonio.

Debitoribus a solvendo in posterum absolutis.

Cum obstantium derogatione.

(a) DE LUCANIS: Nempe *quatuor millia*, ut quidam scriptis tradidarunt.
(b) A NOBIS MONITI: Per litteras, quas vulgavit Raynaldus ad hunc annum num.75.
(c) MANFREDO: Ab Alexandro IV. omnibus spoliato, & anathematis vinculo constricto; cujus facinora exposuit hic Pontifex Aragonio Regi superiori anno per litteras apud Raynaldum ad eum annum n.9., & seqq.

(d) X. MILLIA MARCARUM STERLING.: Hoc est quinquaginta millia *Florenorum* secundum aa, quæ in no. (d) ad epist. 23 *Intellecto quod &c.* anno superiori die 18. Martii datam diximus.
(e) OFFICIALIS PARISIAN.: Quibus sequentem epistolam pro hac re direxit.
(f) EORUMDEM: Prioris Prædicat., Guardiani Minorum Fratrum, ac Officialis Parisien.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1263.

in præsentia, & sub testimonio prædictorum absolvere non postponas; & quibuslibet pœnis, obligationibus, renunciationibus, pactis, conventionibus interjectis, etiamsi hæc omnia, vel eorum aliqua sint auctoritate Sedis Apostolicæ confirmata; quæ præfatis Civibus *Senen.* quoad easdem quantitates nolumus in aliquo suffragari. Proviso, quod in litteris, quæ super assignatione hujusmodi pecuniæ tibi facienda, & quam tu de illa facies prædictis *Lucan.*, necnon absolutione debitorum ipsorum ab hujusmodi debitis conficientur, tuum & eorumdem *Prioris*, *Guardiani*, & *Officialis* sigilla facias ad firmitatem eorum, quæ gerentur, appendi una cum ipsis; Nobis, quod, quantum, quando, & a quibus de hujusmodi debitis assignatum fuerit, & quibus, quid, & quando collatum, & qui absolventur ab hujusmodi debitis, & in quanto, per litteras patentes, tuo & illorum sigillis sigillatas quantocius intimando. Nos enim omnes *interdicti*, *suspensionis*, & *excommunicationis* sententias latas, vel ferendas occasione prædictorum debitorum in eosdem debitores, & quaslibet litteras Apostolicas ad quoscumque Judices, vel Executores super debitis ipsis obtentas, vel etiam obtinendas, necnon & quoslibet processus per eas habitos, & quos haberi contigerit, de Apostolicæ potestatis plenitudine decernimus nullius existere firmitatis.

Sigillorum oppositione.

& censurarum Eccles. nullas vabet declaratione.

Datum apud Urbem veterem II. Nonas Junii, Pontificatus Nostri Anno II.

Ut assistant Nuncio Apostolico super exactione quarumdam pecuniæ summarum, ac distributione; de quibus sibi rescribendum edicit. (Ex Bullario Ordin. Prædicat. tom. I. Bul. 36. Urbani IV.)

URBANUS &c. LXIV.

Anno 1263. die 5. Junii.

Dilectis filiis ... Priori Prædicatorum, & Guardiano Minorum Fratrum, & Officiali Parisien. [a] *Salutem, & Apost. Benedictionem.*

SUper exigendis certæ pecuniæ summis [b] a personis Ecclesiasticis, & Sæcularibus Regni Franciæ [c], Alemaniæ, & aliarum vicinarum partium, in quibus Civibus *Senen.* indevotis Ecclesiæ Romanæ [d] tenentur; & quadam parte de summis ipsis dilectis filiis Civibus *Lucan.* multa personarum, & rerum dispendia pro ejusdem Ecclesiæ devotione perpensis [e], in vestra præsentia, & sub vestro testimonio assignanda; & aliis articulis dilecto filio Magistro *Miloni* Scriptori, & Nuncio nostro [f], foris Decano Brivacen. [g] sub certa forma dirigimus scripta nostra [h]. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus hujusmodi negotio, quoties opus fuerit, vestram præsentiam commodetis, a quibus debitoribus pecuniam ipsam, & quantam, ac quo tempore contigerit exigi; & a solutione absolvantur ipsius; quibus quoque, ac quando eadem conferetur per patentes litteras vestris, & prædicti Nuncii sigillis signatas quantocius intimando, attentius provisuri, ne aliquem contractum super absolutione alterius pecuniæ, quam dictarum sex millium marcarum [i] nullatenus sigilletis: non obstantibus aliquibus indulgentiis [k] Ordinibus vestris, filii Prior, & Guardiane, ab Apostolica Sede concessis, continentibus, quod ipsorum Fratres exequi negotia, quæ ipsis a Sede committuntur eadem, minime teneantur; & quacumque indulgentia ipsius Se-

Commissionis occasio.

Præcipit, & mandat ut supra.

Derogando indulgentiis Apostol. Ordinibus concessis.

(a) Officiali Parisien. : Vide infra similem Bullam *Super exigenda &c.* hoc anno die 23. Octob. eisdem data, & etiam præcedentem.

(b) Pecuniæ summis: In cit. Bullis exprimuntur pecuniæ summæ.

(c) Franciæ: *Angliæ* etiam additur in dicta Bul. *Super exigenda &c.*, & in præcedenti *Exigente perfidia &c.*

(d) Civibus Senen. indevotis Ecclesiæ Rom. : Sequebantur enim Manfredum olim Principem Tarentinorum, & Romanæ Ecclesiæ hostem ab anno 1260.

(e) Civibus Lucan. multa ... Perpensis: Anno 126-. Florentini cum Lucensibus spe Senatum urbis expugnandæ castra moverunt in illam, sed ad flumen Arbiam victi. Lucenses ad 4. millia captivorum ex suis numerarunt, qui gravi ære illos redimere sunt coacti ex Riccordano, & Jo: Villano apud Raynaldum Annal. Eccles. ad annum 1260. num. 3., & 4., & 1263. num 73. Videtur itaque Pontifex, ut damnum compensaret, pecuniam Senensium ad Lucensium commoda convertendam ordinasse.

(f) Nuncio nostro: *In Francia, & Anglia Regnis* subditur in prædictis Bullis.

(g) Foris Decano Brivacen. : Hæc desunt in memoratis *Bullis*: est autem duplex *Briva* Galliarum altera in Lemovicis, altera in Arvernis utraque in Aquitania.

(h) Dirigimus scripta nostra: Quæ præcedunt.

(i) Dictarum sex milia marcarum: Non in ista, sed in præcedenti de eadem re epistola commemoratarum.

(k) Aliquibus Indulgentiis: *Qui postposita vanitate &c.*, & *Quieti vestræ &c.* a Gregorio X., & Innocentio IV. concessis.

Sedis, per quam effectus præsentium impediri possit, vel quomodolibet retardari.

Datum apud Urbem veterem Nonis Junii, Pontificatus Nostri Anno II.

Rogat, & hortatur, ut a constructione novi pontis super flumen Velinum ob incommodum, detrimentumque Fratrum Minorum desistant. (Ex Autographo in Archivo nostri Conventus S. Francisci urbis Reatinæ.)

LXV.

Anno 1263. die 10. Junii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis Nobili Viro . . . Potestati, & Consilio Reatino *Sal., & Apost. Ben.*

Exordium.

ILLAM gerimus de sinceritate vestra fiduciam, ut ea, quæ a vobis æquitate suadente deposcimus, promptis studeatis animis adimplere. Ex parte siquidem dilectorum filiorum *Guardiani*, & Fratrum Minorum *Reatinorum* [a] fuit propositum coram Nobis, quod vos juramento præstito statuistis super fluvium Velini [b] juxta locum ipsorum de novo construere quemdam Pontem, ex cujus constructione præter discrimina, quæ dictis Guardiano, & Fratribus per inundationes aquarum in loco ipso propter hoc hyemali præsertim tempore exerescentium imminerent, alia eis pararentur incommoda, quæ in eorum præjudicium, & dehonestatem ipsorum Ordinis, ut dicitur, redundarent. Nos igitur volentes indemnitati eorumdem Guardiani, & Fratrum super hoc opportuno remedio præcavere, Universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus pro Apostolicæ Sedis, & nostra reverentia a concepto in hac parte proposito, statuto, & juramento prædictis nequaquam obstantibus, desistentes ad constructionem jamdicti Pontis nullatenus procedatis. Taliter autem preces, & mandatum nostrum super hoc adimplere curetis, quod nominati Guardianus, & Fratres speratum ex eis commodum consequantur; Nosque devotionem vestram exinde commendare non immerito valeamus.

FF. Min. Reatin. delatio.

Rogat Pontifex, & jubet in supra.

Datum apud Urbem veterem IV. Idus Junii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Copiam facit S. Regi mutandi, & subrogandi receptores pecuniæ, rerumque collectarum pro subsidio Terræ Sanctæ. (Ex Vaticano Reges. Pontif. epist. 255. to. 1. an. 2.)

LXVI.

Anno 1263. die 23. Junii.

URBANUS &c.

Charissimo in Christo filio Ludovico [c] *Illustri Regi* Francorum *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Monuit prædicandi Crucem, & colligendi pecuniam pro Terra Sancta.

CUM Nos universis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, necnon Prioribus *Prædicatorum*, & Ministris, Custodibus, seu Guardianis *Minorum Ordinum*, ceterisque personis Ecclesiasticis Sæcularibus, & Religiosis per Regnum Franciæ, & per Cameracen., Tullen., Leodien., Meten., & Virduneo. Civitates, & Diœceses ad *Crucis* negotium, & ad colligenda pecuniaria subsidia pro *Terra Sancta* subventione a Sede Apostolica deputatis, & in posterum deputandis per nostras sub certa forma litteras injungamus [d], ut omnem pecuniam, cunctaque alia collecta jam per eosdem hujusmodi subsidiis, & colligenda deinceps Venerabili Fratri nostro E. [e] Archiepiscopo *Tyren.*, & dilecto filio nostro nobili viro Johanni de *Valencenis* [f] Domino Cayphæ [g] ejusdem *Terræ* [h] Nuntiis: & illi, vel illis, quem, vel quos ad hoc tu eisdem Archiepiscopo, & Nobili, vel eorum alteri subrogabis; aut eorum certis Nuntiis, seu procuratoribus integre ac fideliter assignare procurent, per eos in utilitatem dictæ *Terræ* cum tuo consilio, & as-

quibus, & ubi injunctum.

Pecunia, aliaque a I Id collecta quibus assignanda.

(a) Fratrum Minorum Reatinorum: De quorum loco actum est ad litteras Innocentii IV. anno 1245. die 29. Septembris datas.

(b) Super fluvium Velini: Oritur hoc flumen in ulteriori Aprutio, ubi Civitates Ducalem, & Regalem, Interdociumque rigat; inde Umbriam ingrediens Reate abluta per lacus Reatinum, Velinumque labitur; ac postea super Interamniam in fluvium Narem se exonerat, hic vero in Tyberim.

(c) Ludovico: Hujus nominis IX. Sanctorum fastis adscripto.

(d) Litteras injungamus: Quæ litteræ in Annalibus Ecclef. non leguntur: nisi quod ad hunc annum num. 23. dicitur munus a Pontifice impositum Archiepiscopo Tyrensi, ut in Franciæ Regno, dictisque Provinciis Fidelibus Religiosam Militiam professuris symbolum Crucis conieret. Videas tamen epistolam *Clamat instanter &c.* anno superiore idibus Maii datam.

(e) E.: *Ægidio*, ad quem sunt litteræ *Personam tuam &c.* paulo ante vulgatæ.

(f) Johanni de Valencenis: De quo diximus in notis ad epist. 320. Gregorii IX. *Cum dilectus filius &c.*

(g) Cayphæ: In Phœnicia, Syriaque Castri anno 1265. e Soldano Babyloniæ funditus destructi ex epist. Clementis IV. *Expansis in Cruce &c.*

(h) Ejusdem Terræ: *Sanctæ* nimirum, pro cujus subsidio *Centesimam* Eccles. ad quinquennium indixerat, & plurimas Pontifex dederat epistolas.

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1263.

& assensu totaliter convertenda. Nos de zelo devotionis laudabilis, quam gerit ad *Terram* ipsam tua Sublimitas, ac etiam de sollicitudine, quam ipsius *Terræ* profectibus cupis incessanter impendere, pleniorem certitudinem obtinentes, Serenitati tuæ mutandi, substituendi, subrogandi, vel adjungendi, quotiens expedire videris, alium, vel alios loco Archiepiscopi, & Nobilis prædictorum, vel alterius eorumdem ad recipiendum ab ipsis Executoribus hujusmodi pecuniaria subsidia plenam & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem.

Sancto Regi datur potestas ut supra.

Datum apud Urbem veterem Idibus Junii, Pontificatus Nostri Anno II. [a]

Leonardo in Anglia Nuncio Apostolico inde revocato subrogatur Fr. Joannes Cantianus O. M. (Ex VATICANO Regest. Pontif. pag. 51. tom. 2. an. 2.)

LXVII.

Anno 1263. die 18. Junii.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Johanni de Cancia [b] *Ord. FF. Min. Sal., & Apost. Bened.*

CUM dilectum filium Magistrum *Leonardum* [c] Cantorem Messanen. Capellanum, & Nuntium nostrum in Anglia duxerimus ad nostram præsentiam revocandum [d]; ne pro defectu personæ commissa sibi Ecclesiæ Romanæ, ac *Terræ Sanctæ* negotia inexpedita remanere contingat; Te, de cujus experta fide, ac discretionis industria sinceram in Domino fiduciam obtinemus, in executione negotiorum ipsorum subrogandum duximus loco ejus; per Apostolica tibi scripta in virtute obedientiæ præcipiendo mandantes, quatenus receptis ab eodem Capellano litteris Apostolicis hujusmodi negotia continentibus, ac processibus habitis per easdem, negotia ipsa juxta formam litterarum ipsarum prudenter & fideliter exequaris; transcripta litterarum omnium & processuum, quas, & quos Capellanus ipse super iis tibi duxerit assignandos, Nobis per fidelem Nuntium sub sigillo tuo clausa, quamcito poteris, transmissurus, ac rescripturus Nobis quicquid de prædictis negotiis duxeris faciendum.

Causa revocationis ex Anglia Nuncii.

Substituto Fr. Joanni commendatur exsecutio negotiorum illius,

eorumdemque notitia, & consilium de illis.

Datum apud Urbem veterem XIV. Kal. Julii, Pontificatus Nostri Anno II.

Nuntium suum ex Anglia revocat ad se, eique substituit Fratr. Joannem Cantianum O. M. (Ex VATIC. Regest. Pontif. pag. 51. tom. 2. ann. 2.)

LXVIII.

Anno 1263. die 20. Junii.

URBANUS &c.

Dilecto filio Magistro Leonardo [e] *Cantori Messanen. Cappellano nostro Sal., & Apost. Bened.*

PRÆSENTIUM tibi auctoritate mandamus; quatenus, receptis præsentibus, & expeditis infra mensem post receptionem litterarum ipsarum, quæ per te de commissis tibi negotiis poterunt expediri, litteras Apostolicas omnes, quas super negotiis ipsis habes, & processus habitos per easdem, litteris provisionis dilecti filii nostri *Ancheri* [f] tituli Sanctæ Praxedis Presbyteri Cardinalis duntaxat exceptis; retentis penes te transcriptis litterarum omnium, & processuum prædictorum, quæ tecum ad Nos deferes; dilecto filio Fratri *Johanni de Cancia* [g] Ordinis Fratrum Minorum, quem in executione prædictorum negotiorum per alias litteras [h] subrogavimus loco tui, assiguare procures, ad nostram statim postmodum præsentiam reversurus.

Expeditis negotiis Nuncius suo mandat omnes litteras Apostolicas, & processus,

quibusdam exceptis,

Fr. Joanni Cantiano subrogato assignari, & reverti.

Datum apud Urbem Veterem XII. Kal. Julii, Pontificatus Nostri An. Secundo.

Ut de Capella S. Georgii in Claustro Assisiatæ. Monasterii S. Claræ, ad deceat alio transferri, videat, & provideat. (Ex AUTOGRAPHO sub plumbo in Archivo dicti Monasterii asservato.)

URBA-

(a) Hujus epistolæ meminit Pontifex in litteris anno sequenti eidem *S. Regi*, & Archiepiscopo *Tyrensi*, Dominoque *Cayphæ* die 7. Januarii datis, quæ in Vatic. Regest. Pontif. sunt num. 76., & 77. tom. 3. anno 3.
(b) FR. JOHANNI DE CANTIA: Ad quem sunt plures Pontif. litteræ superius relatæ 11. 13. &c.
(c) LEONARDUM: De quo in epistolis *Præsentium tibi &c.* die 4. Febr., & *Discretioni tuæ &c.* die 5. Maji superiori anno scriptis, ibique relatis; nec non in subseq. (d) REVOCANDUM: Per litteras biduo post datas, quæ hic subduntur.
(e) LEONARDO: De quo in præcedenti, aliisque epistolis supra relatis. Meminit hujus Matthæus Westmonaster. apud Raynaldum ad hunc annum n.31., vocatque Notarium Apostolicum.
(f) ANCHERI: Ipsius Pontificis nepotis, de quo Vitarum S. R. E. Cardinalium Scriptores.
(g) FR. JOHANNI DE CANCIA: Pluries, & in superiori epistola nominati.
(h) NOSTRAS LITTERAS: Videlicet præcedentes.

URBANUS PP. IV. An Ch. 1263.

LXIX. Anno 1263. die 22. Junii.

URBANUS &c.

a

Dilecto filio . . . Guardiano [a] *Fratrum de Ordine Minorum S. Francisci* Assisinat. *Sal.*, *& Apost. Ben.*

Ad Monialium supplicationes

EX parte dilectarum in Christo filiarum . . . Abbatissæ, & Conventus Monialium inclusarum Monasterii *Sanctæ Claræ* de *Assisio* Ordinis S. Damiani fuit nobis humiliter supplicatum, ut *Capellam Sancti Georgii* [b], quæ infra claustrum ipsius Monasterii, antequam idem Monasterium inceptum fuisset, constructa extitit; eisque non modicum parit incommodum, dirui, & transferri ad certum locum præfati Claustri, ut in ea *Missarum* solemnia sibi facere celebrari valeant, faceremus. Quia vero tu de iis habere poteris notitiam pleniorem, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus super hoc provideas auctoritate nostra, pro ut secundum Deum videris expedire.

b

mandet, quod sapit.

Datum apud Urbem Veterem x. Kal. Julii, Pontificatus Nostri An. Secundo.

Testamentum Zoeni Avenionen. Episcopi, quod non constabat cum Rom. Pontificis facultate conditam, approbat, & confirmat mandans executoribus juxta illud procedere, & M. libras Bonon. Rom. Ecclesiæ legatas cuidam assignare. (Ex Reges. Pontif. Archivi Vatic. pag. 37. tom. 2. ann. 2.)

LXX. Anno 1263. die 25. Junii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis Fratribus P. Ordinis Prædicatorum, & T. Sancti Michaelis de Bosco Prioribus, & Fratri P. Guardiano Ordinis Minorum Bononien. [c] *Salutem, & Apostol. Bened.*

c

Narratio ex aliorum relatione

d

CUM, sicut jamdudum ex litteris vestris [d] Nobis innotuit, bonæ memoriæ Z. [e] *Avenionen.* Episcopus de iis, quæ de proventibus suis Ecclesiasticis ad manus pervenerunt ipsius, in voluntate ultima ordinarit; vosque sui Executores constituerit testamenti [f]; licet Episcopus ipse de bonis ipsis testari nequiverit absque Pontificis Romani licentia, cujus defectus invalidum redderet hujusmodi testamentum; nec de hac vobis facta fuerit plena fides [g]; respectum tamen habentes, ut convenit, ad ipsius Episcopi merita probitatis, ac devotionis obsequia, quibus, dum viveret, apud Sedem Apostolicam dignum se reddidisse dicitur prærogativa favoris, & gratiæ plenioris; ac piam ejusdem Episcopi in prædictorum ordinationem bonorum, providentiam, & intentionem discretam & providam attendentes testamentum ratificamus prædictum; & non obstante prædictæ defectu licentiæ firmitatis robur obtinere volumus de gratia speciali, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus *mille libris* Bononinorum [h], quas dictus Episcopus Ecclesiæ Romanæ eodem testamento legavit, dilecto filio Thomæ Jacobi dicto *Maso* Civi & Mercatori Florentino Socio dilecti filii Mainetti *Rambertini* [i] concivis ipsius nostro, & ejusdem Ecclesiæ nomine persolutis, in executione ipsius testamenti juxta ordinationem testatoris fideliter, & libere procedatis; non obstantibus aliis litteris nostris [k] contrariis super prædictis bonis, seu testamento ipso ad quoscumque sub quavis forma directis, aut processibus habitis per easdem. Alioquin Venerabili Fratri nostro . . . [l] Episcopo Bononiensi per litteras nostras [m] injungimus, ut vos ad id per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compellat.

e f

de Avenionen. Episc. copi testamento,

eiusque validitate dubitante,

g

quod Pontifex ratum declarat, & confirmat;

h

Legatum Ecclesiæ Rom. mandans persolvi,

i

& ad cetera testamenti procedere executores,

k

obstantibus derogando,

l

m

& non exequentes compellendo.

Datum apud Urbem Veterem vI. Kal. Julii, Pontificatus Nostri An. Secundo [n].

n

(a) Guardiano: Alias *Custodi*, ut habet epistola 317. Gregorii IX. *Cupientes nobis &c.* anno 1240. Idibus Decembr. in 1. tomo hujus Bullarii relata p. 288. (f), & plures aliæ hujus Bullarii litteræ.

(b) Capellam S. Georgii: Al. *Ecclesiam* dictam, ubi & Corpus *S. P. Francisci* depositum fuerat, & illud *S. Claræ* tumulatum fuit; post cujus obitum dicta Ecclesia, seu Capella cum Hospitali contiguo assignata est Monialibus dictæ S. Claræ via commutationis; ibique Ecclesia nova, ac Monasterio excitatis, ann. 1260. Moniales a loco S. Damiani eo translatæ sunt ex dictis superius.

(c) Bononien.: Horum nomina clarius innotescunt ex hujus Pontificis epist. vi. *Significantibus dilectis &c.* anno 1261. die 3. Novembris scripta.

(d) Litteris vestris: Quæ quidem non habentur, citantur tamen in dicta epist. *Significantibus &c.*, & in altera *Sua nobis dilecti &c.* an. 1261. die 19. Apr. data.

(e) Z.: *Zoen*, al. *Zoenus*, ut in dictis epistolis.

(f) Executores constituerit testamenti: Ita dicunt in memoratis epistolis.

(g) Plena fides: Cum negarent Mercatores Bononien., assererent executores testamenti in cit. epistolis.

(h) Bononinorum: Vulgo *Bolognini*, quorum xx. vulgo nunc duo Julii *libram* constituunt ibidem.

(i) Rambertini: Al. *Rimbertini* veteri familia Florentina.

(k) Aliis litteris nostris: Aut proxime commemoratis, aut aliis non apparentibus.

(l) Fratri nostro . . .: *Octaviano Ubaldino* juniori, de quo in supra relatis epistolis.

(m) Per litteras nostras: Quæ mox subsequuntur.

(n) Anno sequenti etiam super hujus Antistitis testamento Pontifex litteras dedit die 30. Julii.

Urbanus PP. IV. An.Ch. 1263.

Si executores testamenti Z. Episcopi Avenionen. mandatum suum adimplere neglexerint, jubet, ut eos ad id Eccles. censura compellat. (Ex Reges. Pontif. Archivi Vatic. pag. 37. tom. 2. anni 2.)

LXXI. Anno 1263. die 25. Junii.

URBANUS &c.

Venerabili Fratri .... [a] *Episcopo* Bononien. *Sal.*, *& Apostol. Benedict.*

Narratio facti.

CUM, sicut ex litteris dilectorum filiorum Fratrum P. Ordinis Prædicatorum, & T. Sancti Michaelis de Bosco Priorum, & Fratris P. Guardiani Ordinis Minorum Bononien. [b] nobis jamdudum innotuit, &c. [c] quocirca mandamus, quatenus, si dicti Priores, & Guardianus mandarum nostrum super hoc neglexerint adimplere, tu eos ad id per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compellas.

Praedfiez mandat, ut supra,

Datum *ut supra* [d].

Joannem Cajetanum Ursinum Diac. Cardinalem constituit Protectorem Ordinis S. Damiani, sive S. Claræ. (Ex Vaticano Regest. Pontif. epist. 151. tom. 1. an. 2.)

LXXII. Anno 1263. die 14. Julii.

URBANUS &c.

Dilecto filio Johanni [e] Sancti Nicolai *in Carcere Tulliano Diacono Cardinali* [f] *Salutem*, *& Apostol. Benedict.*

Exordium a cura omnium Fidelium,

LIcet ex injuncto Nobis Apostolatus officio de universis Christifidelibus curam sollicitam gerere, ac ad proximos communiter, & remotos vigilantiæ nostræ aciem extendere teneamur; ad Ordinem tamen *Sancti Damiani* [g], quem almus Christi Confessor Beatus Franciscus, & fel. record. Gregorius Papa IX. prædecessor noster in agro Ecclesiæ plantaverunt [h], solertiæ nexu astringimur arctioris, & potioris circa ipsum diligentiæ studium adhibemus; Fidelibus quippe aliis in iis, quæ salutem, & bonum ipsorum respiciunt, nostra non deest,

potissime vero Ordinis S. Damiani,

A nec cessat instantia; sed eidem Ordini co diligentius & ferventius spirituales, & temporales profectus, in quantum cum Deo possumus, procuramus; quo personæ ipsius Ordinis, quas reddit sexus fragilitas imbecilles, uberioribus favoris auxiliis, & promptioris sustentaculi fulcimentis indigere noscuntur [i]. Cupientes igitur Ordinem ipsum tali personæ committere, per cujus providentiam præservari a noxiis, ad salubria

& qua de causa.

B dirigi, & spiritualiter, & temporaliter ad laudem & gloriam Divini Nominis valeat ampliari; rorum eumdem Ordinem, ipsiusque personas, nec non Capellanos, Conversos, ac Familias Monasteriorum ejusdem Ordinis, & ram ipsius Ordinis, quam hujusmodi personarum, Capellanorum, Conversorum, ac Familiarum curam, & regimen in spiritualibus & temporalibus prudentiæ tuæ præsentium auctoritate plene com-

Constituit Protectorem Ordinis ut supra

C mittimus; concessa tibi visitandi, ac reformandi Monasteria, & qualibet alia loca ipsius Ordinis; & corrigendi tam in capite, quam in membris, quæ correctionis officio noveris indigere. Instituendi quoque, ac destituendi Abbatissas, & personas alias Monasteriorum, & locorum ipsorum; ordinandi etiam, statuendi, disponendi, præcipiendi, & faciendi quicquid salubri & prospero statui

cum amplis facultatibus.

D prædicti Ordinis, & personarum ipsius expedire videris; dandi insuper licentiam *Fratribus Minoribus*, quibus volueris, ingrediendi hujusmodi Monasteria; prohibitione contraria Regulæ sui Ordinis non obstante [k]; ac contradictores & rebelles per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, plena, & libera facultate. Ideoque discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus tantæ sollicitudinis sar-

Mandat itaque, ut tantum onus suscipiat,

E cinam de Divino & Apostolico favore confisus prompta mente suscipiens, hujusmodi curam & regimen, ac præmissa omnia per te, vel per alios geras salubri-

(a) Ven. Fratri ..: *Octaviano* juniori Ubaldino, ut in præcedenti epistola no. (l)
(b) Bononien.: De quibus in no. (c) ad prædictam epistolam.
(c) Innotuit &c.: Adeas superiorem epistolam usque ad illa: *habetis per easdem*; mutatis ad rem, & alia verbis.
(d) Anno sequenti alias pro hac re litteras executoribus testamentariis dedit incip. *Exposuit nobis &c.* die 30. Julii.

(e) Johanni: Cajetano de Ursinis Romano.
(f) Diacono Cardinali: Et anno 1277. ad summum Pontificatum sub nomine *Nicolas III.* evecto.
(g) S. Damiani: Alias S. *Claræ*.
(h) Plantaverunt: Ut & Waddingus asseverat ad annum 1219. num. 46., & ad annum 1224. num. 2.
(i) Noscuntur: Et quia in eo germanam sororem *Agnetem* habebat ex ejus litteris ad ipsam *Mirandum forte &c.* datis sub initium sui Pontificatus.
(k) Non obstante: Nempe cap. XI. Regulæ.

britet, & efficaciter exequaris; ita quod Ordo prædictus opportuno tuæ circumspectionis rore complures fructus salutis Deo, & Nobis germinet, ac votivis concrescat commodis, & optatis cooperante Domino consurgat augmentis; tuque præter Divinæ retributionis præmium, quod cælestis exinde tibi dispensatio compensabit, Apostolicæ benedictionis plenitudinem uberius propter hoc consequi merearis [a].

& fructuose regat.

Datum apud Urbem veterem II. Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno II.

Quo Pisanos a schismate, & sequela Manfredi tyranni retrahat, scribit se mittere ad ipsos suum Capellanum, ac Pœnitentiarium, suumque Marescallum. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist. 147. an. 2. tom. 1., quam citat & Raynaldus num. 75.)

LXXIII. Anno 1263. die 14. Julii.

URBANUS &c.

...Potestati, ... Capitaneo, Antianis, Consilio, & Communi Pisan. [b] *Spiritum consilii sanioris.*

POSTQUAM Omnipotens Dominus humilitatem nostram ex alto prospiciens Nos licet immeritos ad Summi Apostolatus apicem sublimavit; nostrisque cervicibus jugum Apostolicæ servitutis imposuit; Nos ad memoriam revocantes sinceræ dilectionis affectum, quem ad vos & Civitatem vestram, dum essemus in *Patriarchatus* [c] officio constituti; & in Ultramarinis, & in Cismarinis partibus constanter habuimus; disposuimus firmiter in animo nostro vestrum & Civitatis ejusdem statum congruis auctore Domino fulcire favoribus; & condignis gratiarum titulis ampliare; eoque affectuosius & studiosius ad omne bonum vestrum & ipsius Civitatis intendere, quo majorem Nobis Altissimus contulerit potestatem. Sperabamus etenim, quod illa vestra devotio, quam ad personam nostram tunc temporis [d] vos prætendebatis habere, sic continua incrementa susciperet, & solidæ charitatis cumulis augeretur; ut eo plenius Nobis per illam redderentur jura reverentiæ filialis, quo altiorem locum gerendo Christi vices tenemus in terris; & quo pleniora & uberiora fluenta beneficiorum de fonte gratiatum Sedis Apostolicæ ad vos per nostrum ministerium poterant derivari. Vos autem, quod dolentes referimus, nostræ benevolentiæ, nostrique amoris quasi prorsus obliti pro dilectione odium, pro devotione indevotionem, & pro gratitudine ingratitudinem Nobis videmini compensasse; cum graviora & deteriora contra Sedem Apostolicam tam nostris, quam prædecessorum nostrorum temporibus circumscripta excessus enormitate commissi a vobis in captione Cardinalium [e] Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & aliorum Prælatorum per vos fuerint attemptata; nullamque apud vos exhortationes paternæ, vel Apostolica monita, & mandata vobis iterata frequentius efficaciam habuerint vel profectum; quinimmo illis penitus vilipensis evidentia Nobis inobedientiæ signa contra id, quod de vobis speravimus, & in verbis, & in operibus non dubitaveritis demonstrare [f]. Verum quia tenera Patris affectio de duris etiam filiis eam cogitare compellit; licet contra Nos, & eamdem Ecclesiam ubi fueritis hactenus, & adhuc utamini duritia privignorum; volentes tamen adhuc clementius experiri, utrum aliqua in vobis devotionis sciotilla remanserit, quæ reiteratis excitata monitis vestri affectus pristini circa Nos resumat ardorem; ecce dilectos filios *Fratrem Mansuetum* [g] Ordinis Minorum Capellanum & Pœnitentiarium, ac nobilem virum *Sigerum de Saxeta* [h] Marescallum nostros, vestri bonoris ac prosperi

Summus Pontifex factus Urbanus

meminit affectus in Pisanos antea concepti,

animique eis benefaciendi

spe, ut eorum in eum benevolentia augeretur.

Ipsi vero amoris obliti mala pro bonis tribuunt.

ut antea etiam fecisse noscuntur.

Pontifex tamen adhuc tentans volens

ad eos mittit Nuncios,

(a) MERFARIS: Paulo post tamen cura, & protectio *Clarissarum* commissa fuit *Stephano* Hungaro Episcopo Pranestino; illa vero Fratrum *Minorum* præiato Joanni Card. Diacono ex Bul. *Inter personas &c.* anno sequenti die 19. Augusti edita; sed hæc divisio parum stetit, utroque Ordine Card. Ursino commisso ex Waddingo num. 16.

(b) PISAN.: Ad quos etiam alias increpationis litteras dederat Pontifex, quas recitat hoc anno Raynaldus num. 75.

(c) PATRIARCHATUS: *Hierosolymitani* anno 1255. obtenti, ubi & Pisani qua belli causa, qua vero mercimonii subinde versabantur.

(d) TUNC TEMPORIS: Nempe ab anno 1255. usque ad annum 1261., quo Summus dictus est Pontifex.

(e) IN CAPTIONE CARDINALIUM: Jam sub Gregorio IX. anno 1241. ex Annal. Eccles.

(f) DEMONSTRARE: Ut legenti citatos Annales Eccles. patebit.

(g) FR. MANSUETUM: De quo in sequenti epistola, aliisque pluribus.

(h) SIGERUM DE SAXETA: Al. *Ligerium de Saffetto*, ut in epist.84. *Receptis vestris litteris &c.* hoc anno die 30. hujus mensis; *Sigerus* tamen dicitur tam in novo Bullario Ord. Prædicat., quam in Annal. Eccles. Raynaldi n.75., ubi mendose asseritur *Prædicatorum Prior*.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1263.

speri status prædictæ Civitatis fervidos A zelatores, in quorum ore verba nostra posuimus, ad vos fiducialiter duximus destinandos. Ideoque Universitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus ipsos ob reverentiam prædictæ Sedis & nostram, suorum quoque meritorum obtentu benigne recipientes, & honeste tractantes, eis in iis, quæ vobis ex parte nostra dixerint, indubitatam habere fidem; illaque cure- B tis efficaciter adimplere [a].

quos rogat & hortatur benigne recipi, atque audiri.

a

Datum, *ut supra*.

Facultatem concedit disponendi, prout placuerit, de libris, quos habent, vel habituri erunt. (Ex Autographo Conventus nostri S. Francisci *Castellionis* Aretini.)

LXXIV.

Anno 1263. die 14. Julii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis Fratribus Mansueto [b] *Capellano, & Pœnitentiario Nostro, ac* C Pacifico *germano ipsius* [c] *Ordinis Minorum Salutem, & Apost. Bened.*

b

c

CUM omnium *Librorum*, & bonorum, quorum Fratres vestri Ordinis habent usum, ad Nos proprietas plene spectet [d]; Nos volentes vobis de *Libris*, quos nunc habetis, vel estis in posterum habituri, gratiam facere specialem, utrique vestrum dandi, seu concedendi *Libros* hujusmodi in toto, vel parte illis locis, seu Fratribus ipsius Ordinis, quibus de ipsis gratificari volueritis; contrario Statuto ejusdem Ordinis [e] non obstante, prout vobis videbitur expedire, liberam, & plenam auctoritate præsentium concedimus facultatem; Fratribus, quibus illos contuleritis, recipiendi eos liberam, hujusmodi non obstante statuto, licentiam largientes.

d

Concessionis causa.

D

e

Derogando Statuto Ordinis.

Dandi, & recipiendi facultas tribuitur.

Datum, *ut supra*.

Ut Ottonem Gualducci Pisanum resipiscentem per quasdam conditiones ad pœnitentiam admittat, & absolvat. (Ex Reges. Vatic. ep. 148. apud Wadding. in Reg. Pont. n. 5.)

URBANUS &c.

LXXV.

Anno 1263. die 15. Julii.

Dilecto filio Fratri Mansueto [f] *Ordinis Minorum Capellano, & Pœnitentiario nostro Salutem, & Apost. Benedict.*

f

AD audientiam nostram cum quadam jucunditate pervenit, quod modernus ille Saul, videlicet *Otto Gualduccii* [g] Civis Pisanus, qui præcipuus erat in Civitate Pisana Ecclesiæ persecutor, in Paulum converti desiderat; ac pro honore ipsius Ecclesiæ stare constanter; & obfirmare vultum adversus illos, qui eamdem Ecclesiam persequuntur; quodque idem Otto inspiratus a Domino Ordinem *Fratrum de Pœnitentia* [h] ingredi, ac in eo virtutum Domino, relictis seculi vanitatibus, deservire proponit. Nos itaque, qui vices illius in terris gerimus, qui non mortem, sed vitam appetit peccatorum, volentes eumdem *Ottonem* in hujusmodi desiderio, & proposito confovere; quia in Cives Pisanos propter favorem, quem impendunt *Manfredo* quondam Principi Tarentin. persecutori ejusdem Ecclesiæ manifesto, generalis est per Apostolicam Sedem

Narratio conversionis Ottonis Gualducci.

g

h

ejusque determinationis.

Ezech. 33. 11. & 18. 23.

(a) Paulo post, nempe 3. Kalen. Augusti rescripserunt Pontifici Capellanus, & Marescallus ejusdem laudati perinde, ac Pisani ad pacem, & ad resipiscentiam dispositi essent; quare Pontifex eodem die misit ipsis Pisanis litteras *Cupientes inter vos &c.*, quæ ibi dantur.

(b) Fr. Mansueto: De Castellione Aretino, cui hic Pontifex varia commisit, ut habet Waddingus ad hunc annum num. 19., qui & de eo agit ad an. 1259. n. 25.

(c) Pacifico germano ipsius: In litteris Gregorii IX. anno 1227. die 12. Augusti *Magna, sicut dicitur &c.* Monialibus S. Mariæ Senen. datis, & supra relatis legimus dictas Sanctimoniales *Filio meo fratre Pacifico commendatas in Cenere reliquisse*; an ibi de isto, an vero de B. *Pacifico* S. P. Francisci socio verba fecerit Pontifex, ignotum.

(d) Ad nos proprietas plena spectet: Juxta expositionem Regulæ FF. Minor. a Gregorio IX. *Quo elongati &c.* anno 1230., & Innocentio IV. *Ordinem vestrum &c.* anno 1245. factam, & ab Alexandro IV. anno 1257. confirmatam.

(e) Statuto ejusdem Ordinis: Nempe cap. 6. Regulæ: *Fratres nihil sibi approprient nec domum, nec locum, nec aliquam rem.*

(f) Fr. Mansueto: De quo in superioribus litteris.

(g) Otto Gualducci: Cui Clemens IV. scripsit anno 1267. 5. non. Februar., ut transfretaret in auxilium *Terræ sanctæ*, ex epist. 431. in tom. 2. Thes. Anecd. Martene, & Durandi, & cujus fit mentio in Annalibus Pisanis apud Ughellum Ital. Sac. to. x., & Muratorii tom. 6. Rer. Italic. Script. ad annum 1258., ubi dicitur *Pisani Communis Capitaneus probus & sapiens; Reipublicæ promotor, & auctor egregius*, qui *Castellum Castri*, & *Villam S. Gilii* Diœcesis Caleritanæ in Sardinia a Genuensibus occupatam recuperavit.

(h) Ordinem Fratrum de Pœnitentia: Seu *Tertii Ordinis S. Francisci*, qui hoc nomine illis temporibus veniebat; ut ex qu. 16. *Apologetici* S. Bonaventuræ, aliisque monumentis liquet relatis in not. (d) ad *Bullam* Gregorii IX. *Nimis patenter &c.* anno 1227. die 25. Junii; & ad aliam Innocentii IV. *Cum sicut dilecto &c.* an. 1249. die 4. Novembr. datas, quarum in altera hujus *Ottonis* mentio facta est, sed omisimus inter primos hujus Ordinis fuisse *Matthæum Rubeum Ursinum* Nicolai Papæ III. genitorem ex Chronico Jordani Ms. Vatic. apud Raynaldum ad ann. 1277. n. 53., & ex ipsomet Nicolao III. in epist. Fr. Philippi Perusini ejus familiaris apud Waddingum ad ann. 1217. n. 6., qui & ad an. 1220. n. 2. idipsum memorat, ejusque cum S. viro familiaritatem.

Sedem *excommunicationis* sententia pro- A mulgata; discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus recepto publice, præsentibus quam pluribus bonis viris, Religiosis, & aliis, juramento ab ipso *Ottone*, quod stabit præcise mandatis Ecclesiæ, atque nostris, quæ sibi semel, vel pluries per Nos, & per alios, quibus hoc committendum duximus, facienda super iis, pro quibus in prætactos Cives hujusmodi excommunicationis sententia lata fuit; quodque dein- B ceps prætactum *Manfredum* non habebit, nec assumet in Dominum; nullumque omnino sibi, suisve Nuntiis, & Officialibus præbebit consilium, auxilium, vel favorem publicum, vel occultum; nec ejus recipiet Nuntios; quinimo nobis, & præfatæ Ecclesiæ contra illum ad nostrum, & Nuntiorum nostrorum mandatum potenter, & patenter assistet; facias super præmissis confici publicum instrumentum illud Nobis fideliter trans- C missurus. Quibus rite peractis, prætacto *Ottoni* juxta formam Ecclesiæ super prætacta sententia beneficium absolutionis impendas.

Mandat Pontifex id, quod supra,

conditiones quasi...

cum publico instrumento.

Datum apud Urbem veterem Idibus Julii, Pontificatus Nostri Anno II.

Ut censum ab Rege Angliæ diu non solutum exigat, alioquin eo non solvente Capellam *Regiam interdicto supponat*. (Ex Regest. Vatic. Pontif. epist. 190. tom. 1. an. 1.) D

LXXVI.

Anno 1263. die 15. Julii.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Johanni de Cantia[a] *Ordinis Minorum Nuntio nostro in Anglia Salutem, & Apostol. Bened.*

a

Debitum Angliæ Regis recenset,

CUM carissimus in Christo filius noster ...[b] Rex Anglorum illustris Nobis, & Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus[c] annuatim in certa summa pecuniæ *census*[d] nomine teneatur; & in illius solutione diutius cessasse[e] noscatur; discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Regem ipsum ex parte nostra efficaciter moneas & inducas, ut pecuniam hujusmodi pro eo tempore, quo in illius solutione cessavit, dilectis filiis Riccho .. *Cambii*, & Raynerio *Abbatis* Civibus, & Mercatoribus Florentinis sociis Jacobi de *Scala* Concivis ipsorum, vel eorum alteri, nostro, & eorumdem Cardinalium nomine infra terminum competentem, quem ad hoc ei peremptorie præfigendum duxeris, sine difficultate faciat exhiberi; alioquin *Capellam*[f] ipsius Regis supponas Ecclesiastico *Interdicto*. Non obstante, si eidem Regi a Sede Apostolica sit indultum, quod ipsius *Cappella* per litteras Apostolicas nequeat interdici, nisi de indulto hujusmodi plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum fecerint mentionem.

b c d

e

& mandat, ut Rex moneatur

pecuniam mercatoribus certis exhibere,

sub pœna Interdicti.

f

& obstantis derogatione.

Datum apud Urbem veterem VIII. Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Secundo[g].

g

Regulam antea ab Alexandro IV. concessam in aliquibus Capitibus corrigi curavit, correctamque sub vocabulo Sororum Minorum inclusarum *eis tribuit*. (Ex Regest. Vatic. epist. 218. apud Waddingum in Regest. Pontif. num. 7.)

D URBANUS &c.

LXXVII.

Anno eodem. die 27. Julii.

Dilectis in Christo Filiabus ... Abbatissæ, & Conventui Sororum Minorum Monasterii Humilitatis B. Mariæ Parisien. *Diœcesis*[h] *Sal., & Ap. Ben.*

h

RELIGIONIS augmentum eo libentius procuramus, quo per hoc amplius dilatatur Divini Nominis cultus; & salus proficit animarum. Sane fel. record. Alexander Papa[i] prædecessor noster carissimi in Christo filii nostri ...[k] Illustris Re-

Exordium a causa concessionis.

Alexandri PP. IV. concessio memoratur.

i k

(a) Fr. Johanne de Cantia: Superius in pluribus epistolis commemoratus sine tamen titulo *Nuncii nostri*, ut in ista.
(b) Filius noster ...: *Henricus III.* alias pro hac re commonitus, & conventus.
(c) Rom. Ecclesiæ Cardinalibus: *Census* enim Anglicus inter Papam, & Cardinales dividebatur, ejusque medietas Cardinalibus tribuebatur.
(d) Census: Cujus summam vidimus in supra relatis litteris 12. & 13. *Honorem tuum &c.*, & *Licet persona &c.* idibus Decembr. anno 1261. scriptis.
(e) Diutius cessasse: Nempe ab anno 1260. ex cit. literis, aliisque hoc anno die 26. Augusti datis.
(f) Capellam: Sive Oratorium privatum.
(g) Hoc ipsum iteravit Pontifex die 26. Augusti per litteras: *Si Carissimus &c.*, mutato tamen pecuniæ receptore, seu depositario.
(h) Humilitatis B. Mariæ Parisien. Diœcesis: Anno 1259. a B. *Isabella* S. Ludovici Regis Francorum Sorore fundati super fluvium Sequanam in *Campolongo* extra Parisios ad 4. mill. pass., cui loco & ipsa nomen dedit, ibique decessit eodem anno 1270. at non mense, nec eodem die, ac Rex ejus frater; de quo Gonzaga apud Waddingum ad annum 1254. n. 33. & 1259. n. 22.
(i) Alexander Papa: Hujus nominis IV.
(k) Filii nostri ...: S. Ludovici IX.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1263.

Regis Franciæ fupplicationibus condefcendens omnibus Chrifti ancillis e feculo fugientibus, & in veftro Monafterio *Humilitatis Beatæ Mariæ* vocabulo infignito, in quo tunc de novo conftructo nemo adhuc, ut dicitur, morabatur, profeffionem facientibus *Regulam* infrafcripram in eodem Monafterio perpetuis temporibus obfervandam, cum *Sororum inclufarum* vocabulo nuncupandam conceffit[a]. Porro ex parte dicti Regis Nobis fuit humiliter fupplicatum, ut dictam Regulam in aliquibus capitulis corrigi facientes nominationis ejus *Minorum* vocabulum adjicere de benignitate Apoftolica dignaremur. Nos igitur ejufdem Regis precibus inclinati Regulam ipfam per dilectum filium noftrum *Simonem tituli Sanctæ Cæciliæ* Cardinalem[b] corrigi facientes; & ut ficut re, ita & nomine; præfertim cum idem Monafterium, ficut præmittitur, titulum *Humilitatis Beatæ Mariæ* fibi afcripferit, ejufdem humilitatis poffit profectibus infigniri; nuncupationi ejufdem Regulæ dictum *Minorum* adjicientes vocabulum, duximus ftatuendum, ut Regula ipfa *Sororum Minorum inclufarum* de cetero nominetur; & fervetur perpetuo in prætacto Monafterio, & in aliis Monafteriis de cetero fundandis, feu plantandis, in quibus Sorores eamdem Regulam profiteri contigerit, fic correcta. Quam quidem *Regulam*, & ipfarum *Sororum Minorum inclufarum* vitam inferius fecimus annotari, quæ talis eft[c].

Conceditur eis titulus Minorum.

Incipit Regula Monialium Parifien.

Tria Religionis vota continens.

„ Quælibet infpirata Divino flamine „ Ordinem hunc affumens Domini noftri Jesu Christi, & ejus Sacratiffimæ Matris veftigiis inhærendo, juxta „ Evangelicæ perfectionis confilium „ femper vivat in *obedientia*, & *caftitate*, ac *fine proprio*, & velut thefaurus occultus incliti Regis inclufa moretur toto tempore vitæ fuæ; ficut „ inferius continetur. Omnes vero, „ quæ feculi vanitate relicta, in prætacto Monafterio hanc Religionem affumere voluerint, diligenter obfervabunt hujufmodi vitæ legem. Omni „ namque tempore vitæ fuæ, poftquam „ profeffæ fuerint, claufæ infra *claufuram* manere Monafterii in virtute obedientiæ teneantur; & nifi de licentia „ Summi Pontificis, aut Generalis Miniftri Ordinis Fratrum Minorum, feu „ Provincialis[d] illius Provinciæ, in qua „ ipfum Monafterium eft fundatum, „ caufa plantandi, vel ædificandi eamdem Religionem, feu caufa regiminis „ ad aliquem locum ejufdem Religionis aliquæ tranfmittantur; quibus ad „ ipfum Monafterium, a quo tranfmiffæ „ fuerint, reverti liceat de licentia alterius eorumdem, fi ipfis Miniftris, „ vel alteri vifum fuerit expedire. Si „ vero contingeret ex infultu hoftilis „ incurfus, aut ex aquarum inundantium impetu Monafterii muros dirui, „ aut ipfum Monafterium concremari, „ vel ex aliqua hujufmodi caufa taliter „ diffipari, vel deftrui, feu domibus „ ejus ruinam minantibus, aut tempore hoftium irruentium locum tali difpofitione conftitui, quod fine manifefto, & gravi periculo aliquæ ibidem „ morari nequeant; nec fuprafcripti „ Miniftri licentiam, & confilium expectare; de confilio, & confenfu totius Conventus, & Abbatiffæ mandato ad alium locum tutum Sorores „ fe transferant; in quo, fi poffint, „ claufæ morentur; donec plena deliberatione præhabita, quid agere debeant, decernatur. Si autem Conventus vellet ex aliqua caufa evidenti „ totum eorum Monafterium alibi ædificare; Sorores tunc de Generalis Miniftri licentia poffint ad alium locum „ fe transferre. Morientes vero tam „ profeffæ, quam novitiæ, five fervientes Sorores infra claufuram Monafterii tumulentur. Omnibus autem hanc „ Religionem in prætacto Monafterio, „ & in aliis de novo fundandis, in quibus hanc *Regulam* contigerit profiteri, affumere cupientibus, priufquam „ habitum mutent, & Religionem affumant,

De perpetua claufura.

Quibus de caufis relaxanda.

De Sepultura.

De recipiendis ad Ordinem.

(a) Concessit: anno circiter 1260., cujus tamen conceffionis diploma non habetur.

(b) S. Caeciliae Cardinalem: De Bria Gallum Apoftolicæ Sedis legatum in Franciam, qui poftea fuit *Martinus IV*.

(c) Quae talis est: *Regulam* hanc compofuit prædicta *S. Ifabella* cum affiftentia 4. Magiftrorum Ordinis Minorum, quorum unus fuit *S. Bonaventura* ex Vita ejufdem Beatæ apud Act. SS. Collect. Bolland. ad diem 31. Augufti.

(d) Seu Provincialis: Nunc Generali, & Provinciali Miniftris hujufmodi facultatem concedere interdictum.

„ mant, prædicentur dura & aspera, A per quæ ad Patriam itur; & quæ secundum hanc Religionem necesse habuerint observare. Non recipiantur aliquæ, quæ vel senili ætate, vel infirmitate aliqua, vel fatua simplicitate ad hujus vitæ observantiam insufficiens, & non idonea censeatur; nisi forte cum aliqua interdum causa valde rationabili exigente alicubi fuerit de consilio discretarum Sororum loci per prætactos Ministros, vel ipsorum B aliquem dispensandum. Omnes vero volentes in hoc Monasterio, & in aliis in posterum fundandis, in quibus hæc *Regula* professa fuerit, hanc Sacram Religionem assumere, abjectis vanitatum fastigiis momentaneæ vitæ hujus, quam cito infra clausuram receptæ fuerint, si intelligibiles existant, tonsis crinibus, mox deponant habitum secularem.

De Noviriis, & earum Magistra.

Tunc etiam prudens Magistra concedatur eisdem ex devo- C tioribus Sororibus una, quæ ipsas Sorores in sanctis moribus instruat, & in fervore devotionis inflammet; ac ea, quæ sunt secundum hanc Sacram Religionem ferenda, in suavitate caritatis ferre doceat; & in corrigendis corrigat diligenter. Verumtamen Capitulum nisi causa exhortationis, seu correctionis eis intrare non liceat infra annum. Completo autem D unius anni spatio, professionem faciant in manu Abbatissæ coram Conventu, videlicet in hunc modum.

Modus professionis solemnis.

Ego talis Soror promitto Deo, & Beatæ Mariæ semper Virgini, & Beato Francisco, & omnibus Sanctis in manibus vestris, Mater, vivere secundum Regulam a Domino Alexandro Papa IV. Ordini nostro concessam, prout a Domino Urbano Papa IV. est correcta, & approbata, toto tempore vitæ meæ E *in obedientia, & castitate, ac sine proprio; & etiam sub clausura, secundum quod per eamdem Regulam ordinatur.*

De Servientibus Monialibus.

Idem similiter profitendi modus de *Servientibus* observetur, quæ non debent exire. Si vero propter aliquam justam, & necessariam causam Servientes prætacto modo professas emittere extra Claustrum contigerit; de licentia Generalis Ministri emittant easdem, honestas tamen, & maturas moribus, & ætate; quæ cum Claustrum exierunt, calceatæ incedant; Soleas autem nunquam deferant, neque chordam.

De vestibus Monialium.

Unaquæque Soror præter stamineam, vel cilicium, si voluerit, duas tunicas, aut tres, vel etiam quatuor, secundum quod Abbatissæ visum fuerit, habere possit; excessum tamen pannorum omnes evitare caveant bono modo. *Mantellum* quoque unum, aut duos habeant longitudinis, & latitudinis congruentis. Hæc si quidem indumenta sint de panno vili tam pretio, quam colore.

Tunicarum color qualis,

Ab aliquibus autem omnino albæ, vel etiam nigræ superiores tunicæ non ferantur. Pro cingulo quoque *chordam* Sorores, postquam fuerint professæ, habeant nullatenus curiosam.

& Vittæ, seu pepli,

Vittis autem, aut peplis omnino albis, non tamen pretiosis capita sua cooperiant uniformiter, & honeste; ita quod frons, genæ, & collum sint, sicut convenit, cooperta; nec aliter coram personis extraneis audeant apparere: Non enim decet Sponsam Regis æterni alicui alteri se exponere; nec etiam in aliquo alio delectari.

necnon & Veli capitis

Habeant etiam nigrum velum extensum super capita ita amplum & longum, quod ex utraque parte descendat usque ad scapulas; & retro, quantum decet, protendatur; sine quo possunt esse de nocte; & aliquando de die de licentia Abbatissæ. Hæc omnino habeant, & observent Sorores, & Servientes, quæ non debent exire. Aliæ autem Servientes, & Novitiæ cingulo laneo præcingantur, & velum album super capita sua deferant. Abbatissa vero de calceamentis Sororum, & Servientium infra Claustrum disponat, secundum quod ei videbitur expedire eisdem.

De Dormitorio.

Omnes Sorores sanæ tam Abbatissa, quam aliæ in communi *Dormitorio* jaceant; & quælibet per se lectum habeat ab aliis separatum. Lectus tamen Abbatissæ in tali loco Dormitorii disponatur, quod inde ceteros *Dormitorii* lectos sine obstaculo, si commode fieri poterit, valeat intueri. In Dormitorio autem semper de nocte clara luminaria sint accensa. A Resurrectione Domini usque ad festum

„ Nati-

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1263.

Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis poſt prandium uſque ad horam nonam Sorores dormiant, quæ voluerint; quæ vero noluerint, oratione, & meditatione Divina, ſeu aliis quietis piis laboribus occupentur. Liceat autem unicuique Sacconem plenum habere de palea, vel de fœno, vel ſtramine; aut ſaltem fœnum, vel ſtipulam pro ſaccone, & pannum rudem laneum extenſum deſuper, necnon cervical panno laneo coopertum, quod de fœno, aut de palea, ſeu lana, vel etiam de pluma eſſe poterit, juxta quod Abbatiſſa duxerit diſponendum. Opertoria ſane ſine pellibus, quibus operiantur, habeant; ſed de Abbatiſſæ licentia infirmæ pelles habere poſſint.

De lecto, aut saccone.

Capillos ſuos uſque ad aures certis temporibus omnes Sorores communiter tondeant in rotundum; vel totaliter, ſi maluerint, tondeantur.

De crinibus tondendis.

Circa Divinum *Officium* tam in die, quam in nocte ad laudem Dei, & gloriam celebrandum obſervantia talis fiat: Eæ Sorores, quæ legere ſcient, & canere, Officium ſecundum conſuetudinem Ordinis *Fratrum Minorum* cum gravitate tamen, & modeſtia celebrent reverenter. Aliæ vero dicant *viginti quatuor* Pater noſter pro Matutino; *quinque* pro Laudibus; pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona, & Completorio *ſeptem*; pro Veſperis autem *duodecim* dicant. Hic idem modus per omnia in Officio Beatiſſimæ Virginis Mariæ obſervetur; & orent pro Defunctis. Si vero Sorores aliquæ aptæ & capacis ingenii fuerint; Abbatiſſa, ſi ſibi videbitur, eas inſtrui faciat, Magiſtram eis deputans idoneam & honeſtam, per quam illæ in cantu, & in Divinis Officiis inſtruantur.

De Divino Officio.

Sorores vero, & Servientes horis, & locis ſtatutis, prout ordinatum fuerit, utilibus, & honeſtis laboribus ſub illa providentia occupentur; quod excluſo otio animæ inimico, ſanctæ orationis & devotionis ſpiritum non extinguant; cui debent cetera temporalia deſervire [a]; & cui ſe debet Sponſa Chriſti mancipare; ut ibi Sponſi ſui colloquiis, & conſolationibus perfruatur.

De otio vitando ab omnibus.

Sacratiſſimum autem Corpus Domini noſtri Jesu Christi Sorores, Confeſſione præmiſſa, cum fuerit neceſſe, cum reverentia & devotione duabus vicibus quolibet Menſe recipiant. In Quadrageſima vero, & in Adventu Domini, ſi expedire videbitur, omni die Dominico; niſi ex cauſa rationabili aliqua ipſarum de Abbatiſſæ licentia prætermittat.

De sacra Communione, & Confessione facienda.

Sorores ſiquidem, & Servientes jejunent a feſto *Beati Franciſci* uſque ad feſtum Dominicæ Reſurrectionis, & ab Aſcenſione Domini uſque ad Pentecoſten, ut earum pectora Sancti Spiritus chariſmatibus fœcundentur:

De jejunio certis diebus servando.

Diebus tamen Dominicis, ſolemnitatibus Omnium Sanctorum, Nativitatis Domini, Sancti Stephani, Sancti Joannis Evangeliſtæ, Circumciſionis, Epiphaniæ, & Purificationis exceptis.

Dies a jejunio excepti.

Verum a Reſurrectione Dominica uſque ad Aſcenſionem Domini, & a Pentecoſte uſque ad feſtum *B. Franciſci* non teneantur niſi *Sexta Feria*, & jejuniis ſtatutis generaliter ab Eccleſia jejunare; vino quoque, piſcibus, ovis, caſeo, & lacticiniis licite poſſint uti. In præfato vero tempore, ac etiam a Nativitate Domini uſque ad ſeptuageſimam, exceptis *ſexta Feria*, & die *Sabbati*, cibaria cum ſagimine condiant, quando volent. A feſto tamen Omnium Sanctorum uſque ad Nativitatem Domini, majori Quadrageſima, necnon & ſexta Feria, & jejuniis generaliter ab Eccleſia inſtitutis ovis, caſeo, ceteriſque lacticiniis non utantur; omnibus autem aliis temporibus poſſint uti.

De qualitate potus, & cibi.

Sorores quoque omnino ſanæ, & Servientes omni tempore a carnibus abſtineant.

Carnes penitus prohibentur sanis.

In *ſexta* vero *Feria* ſanæ omni tempore jejunent abſque piſcibus, niſi ex cauſa communi Conventus ab Abbatiſſa fuerit diſpenſatum; utpote cum aliqua ſolemnis feſtivitas die *Veneris* celebratur. Præfatam autem jejunii & abſtinentiæ legem adoleſcentulæ infra xv. annum, vel ſenes, ſeu debiles, vel infirmæ obſervare minime teneantur; quibus ſecundum earum imbe-

a lege jejunii quæ eximantur.

(a) Deservire: Quod ſumptum eſt ex cap. 5. Regulæ Fratrum Minorum.

„ imbecillitatem tam in carnibus, quam in aliis necessariis possit per Abbatissam misericorditer, & semper communiter, & æqualiter provideri. Cum servientibus tamen Sororibus, & adolescentibus infra XVIII. annum circa jejunium, præterquam in Adventu Domini, Quadragesima majori, sexta feria, ac jejuniis ab Ecclesia institutis, possit Abbatissa, secundum quod viderit, dispensare.

De sanguinis minutione.

Sanæ quoque Sorores minutionis suæ [a] tempore, quod in triduo terminetur, jejunare non teneantur extra majorem Quadragesimam, & sextam Feriam, Adventum Domini, & tempus inter Ascensionem & Pentecosten, ac jejunia ab Ecclesia generaliter instituta. Caveat autem Abbatissa, ne ultra quam sex vicibus in anno minutionem communiter fieri permittat, nisi certa necessitas plus requirat; nec a persona Sæculari extranea maxime viro minutionem recipiant aliqua ratione, ubi commode poterit evitari.

De infirmis.

De infirmis vero maxima cura, ac diligentia habeatur; & secundum quod possibile fuerit, & decuerit, tam in cibariis, quæ ipsarum requirit infirmitas, quam in aliis necessariis ex fervore caritatis benigne, communiter, & sollicite illis per omnia serviatur. Quæ vero sunt infirmæ, proprium habeant locum, ubi a sanis maneant separatæ, ne Conventus quies, & ordinatio in aliquo perturbetur.

De Abbatissa.

Abbatissa vero, quantum potest, studeat continuare Conventum, & vitam communem ducere; cum debeat esse speculum claritatis ceteris, & omnibus suis Sororibus in exemplum. Abbatissa tamen, quæ communem vitam ducere non potuerit, nec voluerit, sine moræ dispendio a suo regimine per Ministrum, seu per Visitatores Ordinis absolvatur; nisi de sua mora in officio nullum dispendium Domus esset, sed grandis valde necessitas, & evidens utilitas appareret.

De silentio.

Silentium sic ab omnibus teneatur; ut nec sibi invicem, nec alicui alii sine licentia loquantur, exceptis debilibus, & infirmis. Attendat tamen Abbatissa, vel Præsidens sollicite, ubi, quando, & qualiter Sororibus loquendi licentiam largiatur. Omnes uti signis [b] religiosis studeant, & honestis. In duplicibus autem festis, ac Apostolorum solemnitatibus, & quibuscumque aliis diebus, quibus visum fuerit Abbatissæ, ab hora nona usque ad vesperam, vel aliqua alia hora competenti loqui possint de Domino Jesu Christo, & solemnitate instanti, ac piis Sanctorum exemplis, & de aliis licitis & honestis.

De Locutorio, seu colloquendi loco.

Quando vero aliquis alicui de Sororibus loqui petierit; hoc Abbatissæ, vel Præsidenti primitus nuntietur; & si ipsa concesserit, tunc illa Soror accedens ad *Locutorium* duas semper Sorores ad minus habeat secum, quæ loquentem Sororem videant, & audire valeant, quæ ex utraque parte dicuntur. Caveant tamen sibi Sorores, quæ cum aliquo loqui habent, ne per verba inutilia inaniter se effundant; nec etiam trahant moram in locutionibus nimis longam.

De Confessariis, seu Sacramenti confessionis ministris.

Verum cum aliqua Soror confiteri voluerit, per Locutorium sola soli confessionem faciat Sacerdoti: Confessores vero ipsarum eis per Ministrum Generalem, seu Provincialem illius Provinciæ assignati eas a peccatis omnibus absolvant.

De crate ferrea Communionis.

Per cratem autem ferream, per quam communionem accipiunt, & officium audiunt, & sermonem, nemo loquatur; nisi forte aliquando, causa rationabili exigente; & tunc eum societate, sicut de Locutorio est statutum; quod tamen rarissime fiat. Hujusmodi siquidem cratibus ferreis niger pannus interius apponatur, ita quod nulla ratione aliqua Sororum perinde videri valeat; nec aliquid inde exterius intueri, nisi ex causa rationabili de licentia Abbatissæ aliquando subtrahatur. Simili modo niger pannus in *Locutorio* teneatur, qui de licentia Abbatissæ, & majoris partis Conventus assensu aliquando valeat removeri. Habeant etiam crates ad ostia lignea cum seris, & clavibus, ut maneant semper clausa, nisi pro causis superius nominatis. *Locutorium* vero sit ex crebris, & spis-

(a) MINUTIONIS SUÆ: Nempe sanguinis missionis. | (b) SIGNIS: Verborum scilicet loco.

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1263.

De locutoriis ad Confessiones.

sis laminis ferreis, & forti opere fabricatis. *Locutoria* autem ad confessiones fiant in Ecclesia, vel in alio loco comperenti; prout videbitur Ministro. Craris autem sit crebris, & spissis laminis ferreis diligenter, & forri opere fabricatis. In uno tamen prætactæ cratis latere sit una parva fenestra cum ostiolo ferreo, per quam Sacerdos manum porrigens Sororibus possit *Corpus Dominicum* impartiri; per nullam cratis partem aliam possir aliquis manum mittere infra cratem. Prædictum vero ostiolum, nisi cum Sorores *Corpus Dominicum* recipere debent; & sermonem audire per personam idoneam, & honestam, vel proprer aliam causam rationabilem Abbatissæ arbitrio decernendam, duabus clavibus sit seratum. Sine Ministri licentia non habeatur nisi una *Rota* conveniens in Conventu, per quam necessaria Sororibus concedantur, & auferantur etiam auferenda; hoc siquidem talirer ordinerur, ut nihil possit ea mediante videri. Per ipsam vero nulla Soror possit loqui alicui, duabus rantum exceptis, a quibus custodiatur diligenti custodia velut porta.

De Rota Conventus una.

De silentio custodiendo.

Silentii vero legem præsenris regulæ omnino Abbatissa faciat custodiri; & in se observer diligenrer, ur penitus omnis oblocutionis materia omnibus auferatur; excepto quod ipsa cum Sororibus suis horis, & locis competentibus loqui potest; sicut ei secundum Deum videbitur expedire. Sorores vero infirmæ, ac servientes eisdem juxta dispositionem Abbarissæ infirmitatis suæ tempore in infirmatìa, ac etiam sanæ, si causa visitationis caritativæ de Abbarissæ licentia ingressæ fuerinr infirmarìam, vel cum iosirmis Sororibus loqui possinr.

De ingressu personarum in Monasterium.

Ceterum in virtute obedientiæ districte præcipimus, ut nulla unquam Abbatissa, nullæque ejus Sorores aliquam Religiosam personam, vel Sæcularem, cujuscumque digniratis existat, infra Mnnasterium, sive Claustrum, id est ad locum aliquem, ad quem Sorores accedere possint, intrare permittant sine Sedis Apostolicæ licentia speciali; & simili modo ingressum omnibus aliis inhibemus; exceptis *Rege Franciæ*, in cujus Regno hoc Monasterium est fundatum, cum aliquibus ipsum associantibus usque ad decem;

Exceptio adjicitur, & de quibus.

Generali Ministro Ordinis Fratrum Minorum cum duobus honestis sociis, & illis, quos de Abbarissæ mandato, & consilio, & consensu discretarum Sororum pro aliquo opere valde necessario faciendo evidens necessitas exegerit introire; qui cum multi fuerinr, simul plures ordinenrur ad opus, & eo completo, exeant festinanter. Super boc eriam Provincialis Ministri requirarur assensus, quando fieri poterir congruenter, ut iu omnibus famæ claritas observetur.

Minister Provincialis quando, & quomodo Monasterium ingredi valeat.

ipse Minister *Provincialis* ipsius Provinciæ Monasterium prætactum cum duobus sociis honestis poterit causa necessariæ visitationis, sive reformationis Conventus, cum sine ingressu in Monasterium hoc exequi non valebit; aliis autem utilitatibus, & necessariis emergenribus causis intrare valeat, secundum quod Generalis Minister de coosilio discrerorum ei duxerit concedendum.

De Cardinalium ingressu.

Si forte aliquis *Cardinalium* ad prætactum Monasterium aliquando veoerir, & in illud ingredi voluerit; cum reverentia quidem & devorione suscipiatur, sed secum non ducat socios aliquos ultra decem.

& Prælatorum.

Alius autem *Prælatus*, cui forte aliquando intrare a Summo Pontifice sit concessum, duobus bonestis sociis sit contentus.

De Episcopi ingressu.

Quod si forte pro benedictione Abbatissæ, vel pro aliqua Sorore consecranda in Monialem, vel alio etiam modo alicui *Episcopo* concessum fuerir Missam ioterius celebrare aliquando, tribus, aur quatuor sociis sir contentus, aut Ministris. Cum vero aliquis homo intraverir intra portam, ei Abbatissa loqui valear cum duabus semper ex discrerioribus & maturioribus Sororibus de Conventu. Si alicui mulieri Monasterium intrare licuerit, ei Sorores de Abbatissæ licentia loqui possint.

Caveant Sorores ab hominum colloquio,

Caveanr aurem omni diligentia Sorores, ne aliqua earum loquatur ex terra scientïa cum aliquo homine, qui ingressus fuerit, nisi modo superius annotato.

& quibus exceptis.

Cum viris autem discretis & maruris, ac honestis Confessoribus ,, suis,

,, suis, vel etiam aliis, locis & tempo- A
,, ribus congruis ad consolationem ea-
,, rum, & ædificationem animarum de
,, licentia Generalis Ministri, seu Pro-
,, vincialis, vel Abbatissæ aliquando lo-
,, qui possint; & hoc si intra claustra
,, Monasterii fuerint, videntibus, seu
,, præsentibus tribus Sororibus, aut dua-
,, bus. Illud sane præcipue caveatur,
Proba commonitio. ,, ut & ii, quibus aliquando fuerit con-
,, cessum in Monasterium ingredi, tales
,, sint, de quorum verbis & moribus, B
,, necnon vita, & habitu ædificari va-
,, leant intuentes; & materia scandali
,, exinde non debeat generari. Omnes
,, autem, qui a Summo Pontifice obten-
,, ta licentia intrare voluerint, conces-
,, sionis litteras Apostolicas super hoc
,, ostendant primo Abbatissæ, & aliis di-
,, scretis Sororibus de Conventu. Cum
De Confessionibus excipiendis, & Sacramentis Eccl. infirmis conferendis. ,, ergo aliqua Sororum gravi fuerit in-
,, firmitate corporis detenta, ita quod
,, ad Locutorium commode venire non C
,, valeat; & necesse habuerit confiteri,
,, & Dominici Corporis, seu alia Ec-
,, clesiastica recipere Sacramenta; *Con-*
,, *fessor* ipsarum Sacerdotalibus indu-
,, mentis præter casulam ingrediatur in-
,, dutus; socius etiam ejus accedat si-
,, militer semper in albis; & tum confi-
,, teatur Soror infirma; tribus Sorori-
,, bus non longe existentibus, quæ Con-
,, fitentem, & Confessorem videant, D
,, & videri possint pariter ab eisdem, &
,, confessione audita, vel alio tradito
,, Sacramento, sicut ingressi fuerint, sic
,, egrediantur induti, nec moram ibi
,, facere præsumant, nec cum aliqua
,, alia Sorore nisi prædicto modo lo-
,, quantur. Sic etiam se habeant in ani-
,, mæ commendatione Sororum. Porro
De Monialium exequiis. ,, ad exequias circa sepulturas agendas
,, Sororum, vel aliorum duo, vel tres
,, Fratres Minores Sacerdotes, quando E
,, corpus portatur ad sepulturam, ingre-
,, di valeant cum Sacerdotalibus indu-
,, mentis; qui, quod ad illud officium
,, pertinet, exequentes semper simul
,, stent, quamdiu morabuntur ibidem;
,, & completo opere sepulturæ exeant
,, sine mora. Attendat autem diligen-
,, ter Magister, & qui fuerit pro tempo-
,, re Visitator; & qui pro operibus in-
,, gredi debent Monasterium, si neces-
,, saria sunt hujusmodi opera; & quan-

,, do, ac quomodo illi ingrediantur; &
,, qualiter se habere debeant infra por-
,, tam; ac super his ordinent, & dispo-
,, nant, secundum quod saluti, & in-
,, tegritati famæ Sororum viderint ex-
,, pedire. Ad portam custodiendam ali- De Ostiaria.
,, qua talis ex Sororibus constituatur,
,, quæ omnino Deum diligat; sit dili-
,, gens, & discreta, ac motibus, & æta-
,, te matura; quæ clavem portæ prædi-
,, ctæ sic diligenter constituat, forte
,, custodiat, & conservet; ut numquam
,, sine ea, vel ipsa nescia ostium portæ
,, aliquando valeat aperiri. Reliquam
,, vero clavem diversam ab illa custo-
,, diat Abbatissa. Sit & alia æque ido-
,, nea ei socia deputata, quæ ejus vicem
,, in omnibus exequatur, quando ipsa ali-
,, qua rationabili causa fuerit occupata.
,, Caveant autem studiosissime hujusmo-
,, di ostiariæ, & procurent, ne unquam
,, ostium stet apertum, nisi quantum
,, minus fieri poterit congruenter. Sit
,, autem *Ostium* seris ferreis cum ostio- De Ostio seris ferreis muniendo.
,, lo, & vectibus diligenter munitum;
,, & sine alicujus prædictarum custodia
,, nullatenus dimittatur, duabus tamen
,, clavibus de die, & nocte fitmiter ob-
,, seratum; nec omni pulsanti aperia-
,, tur statim; nisi prius Ostiaria viderit
,, per fenestram parvulam, quæ debet
,, esse in porta; & indubitanter pulsan-
,, tem cognoverit, quod talis sit, cui
,, sine dubitatione aliqua secundum
,, mandatum, quod in eadem forma de
,, ingressuris superius continetur, de-
,, beat aperiri. Volumus prorsus, ut De Porta.
,, Porta in excelso existat, ad quam per
,, scalam ligneam ascendatur, quæ ca-
,, tena ferrea elevetur in sero; & cum
,, clavibus firmetur, & mane de die lu-
,, cescente tribus præsentibus depona-
,, tur. Concedimus tamen iis, quod
,, habeant aliquam portam inferiorem,
,, per quam gravia onera inferantur,
,, utpote dolia vini, & similia, seris &
,, clavibus adhibitis cum custodia dili-
,, genti. Et si aliquando intra Monaste-
,, rium aliquod opus fuerit faciendum,
,, ad quod agendum Seculares aliquos,
,, vel quascumque personas alias opor-
,, teat introire; provideat Abbatissa
,, sollicite; & tunc, dum opus exerce-
,, tur, statuantur ad ostium custodien-
,, dum tres Sorores, vel servientes de

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1263.

„ maturioribus, & discretioribus de „ Conventu, quæ semper in silentio sic „ personis ad opus deputatis aperiant, „ quod alias personas intrare penitus „ non permittant. Ubi vero esset multitudo & grandis pressura, statuantur „ ad custodiam aliæ personæ, quam Sorores inclusæ. De *Visitatore* hujus „ Religionis itaque illud est sollicite „ providendum; ut quicumque sive generalis, sive aliquando specialis constituendus fuerit Visitator; talis debeat constitui, de cujus religiosa vita, & moribus notitia plena, & securitas habeatur; qui cum ad Monasterium veniens fuerit ingressus ibidem, sic se in omnibus habeat, & ostendat; ut omnes de bono ad melius provocet; & ad Divinum amorem accendat; ac inter Sorores mutuam semper caritarem inflammet, & quando Monasterii claustra causa visitationis intraverit, duos Religiosos socios, & idoneos secum ducat; ac iidem socii quamdiu fuerint intra claustrum, nullatenus ab invicem separentur. Omnia Monasteria hujus Ordinis visitentur quolibet anno, aut in biennio saltem semel. Visitator sit semper de Ordine Fratrum Minorum, & per Ministrum Generalem Ordinis transmittatur. Omni autem anno, quo per Visitatorem a Generali transmissum visitari non poterit, si necesse fuerit, per Ministrum illius Provinciæ secundum formam visitationis præsentis Regulæ visitentur. Visitator, Regula primo lecta, ad visitationem procedens de Sororum statu, & observantia suæ Religionis ab omnibus generaliter, & specialiter & singulis inquirat studiosius veritatem. Et ubi aliquid corrigendum, seu reformandum invenerit, zelo caritatis & amore justitiæ cum discretione corrigat, & reformet tam in capite, quam in membris. Cum autem visitatur aliqua Soror, extra Capitulum commoretur. Similiter Abbatissa resignato sigillo, visitationi propriæ non interfit; contra quas nihil in publico ab aliqua proponatur omnino, quod non possit probari factum fuisse, vel per publicam formam. Caveant autem Sorores, & considetent diligenter præcipue in visitatione Sororum, ut nihil aliud, quam amor Divinus, & suarum Sororum correctio eas moveat ad loquendum. Illis autem, quæ noluerint recognoscere culpam, quæ ipsis impingitur, si excusare se voluerint, præsertim si gravia fuerint, audientia non negetur. Accusantes autem in gravibus, si in probatione defecerint, pro culpæ impositæ modo legitime puniatur. Excessus, qui fuerit sufficienter correctus a Visitatore, iterum nullatenus corrigatur. Modum autem suprascriptum loquendi custodiat Visitator, videlicet ut eum in omnibus, aut cum duabus ad minus in aspectu etiam plurium non existentium longe loquatur, nisi cum extra Monasterii claustra fuerit; & ad *Locutorium* cum una sola, vel cum pluribus loqui voluerit de iis, quæ ad officium suum pertinere noscuntur. Volumus omnino, quod Visitatores de visitatione se expediant, & sine onere domus, ita quod infra quatuor, vel quinque dierum spatium ad plus omnino visitatio terminetur; nisi manifesta necessitas plus requirat, nec postmodum Monasterium ingrediendi habeant facultatem. Tempus visitationis prætactum ex aliqua causa prorogari non poterit sine Generalis Ministri licentia speciali: Nec volumus quod Generalis Minister prætactum tempus mutare valeat, nisi ex aliqua certa causa. Ab occasu tamen Solis usque ad ortum ipsius Visitatoribus, & omnibus aliis quacumque auctoritate munitis, excepta causa Confessionis alicujus Sororis nimium ægrotantis, vel alicujus alterius imminentis periculi manifesti, morari, vel ingredi nullatenus permittatur. Ad hæc autem volumus & attente monemus, ut ea, quæ secundum vitæ suæ formam, & regularem observantiam statuenda fuerint, & emendanda, publice, ac privatim Sorores, sicut melius videbitur faciendum, Visitatori diligenter suggerant; cui per obedientiam teneantur in iis, quæ ad officium suum pertinent, infra prætactum tempus firmiter obedire. Quæ autem aliter fecerit, a Visitatore debito modo, prout convenit, puniatur. Abba-

„ tissa

Marginal notes: De Visitatore. — De visitatione. — De visitationis duratione.

„ tissa quoque ab eodem, si ejus defe- ctus, aut materia exigant, ab officio absolvatur. Similiter Conversi, ac alii etiam familiares, si in aliquo reprehensibiles fuerint, corrigantur. Si vero noluerint, vel contempserint emendari, a Monasterio removeantur.

De Confessariis.

Confessores vero earum, ac socii eorumdem sint de Ordine Fratrum Minorum ibi commorantes; qui eis Eucharistiam, & alia Sacramenta ministrent; nisi forte in aliquo loco a Ministro *Generali*, vel *Provinciali* ex causa rationabili, & honesta fuerit aliter ordinatum. Contra quos, si Visitator aliquid notabile invenerit, teneatur illud Ministro Provinciæ nuntiare, qui ipsos mox corrigere debeat, vel etiam de loco amovere. Visitatori vero districte injungimus, ut celanda, quæ in sua visitatione invenerit, nulli aliquo modo scienter revelet; sed lectis excessibus, & injunctis pœnitentiis, omnia scripta coram Conventu comburat; nisi essent talia, quæ ex consilio discretarum Sororum Conventus omnino essent Ministro *Generali* Ordinis referenda. Si vero *Provincialis* Minister aliquod notabile contra Visitatorem, aut socios suos post visitationem invenerit, id teneatur Ministro Generali indicare. Visitatorum vero socii visitationibus non intersint, nisi ipsi Visitatori visum fuerit expedire.

De Abbatissæ electione, ejusque confirmatione.

Electio autem *Abbatissæ* libere pertineat ad Conventum; confirmatio vero, & infirmatio, seu ipsius amotio fiat per *Generalem* Ministrum Ordinis Fratrum Minorum, si aderit in Provincia; & in ejus absentia per *Provincialem* illius Provinciæ, in qua prætactum Monasterium fuerit constitutum,

Subjiciuntur Moniales regimini Ministrorum Ordinis.

ad quos ordinatio spectat hujus Ordinis, regimen, cura, & visitatio, correctio, nec non reformatio tam per seipsos, quam per visitatores, qui- bus prædicta fuerint pro loco, & tempore imponenda; per quos etiam Visitatores absolvi poterit Abbatissa ab officio; prout superius est expressum. Unde in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandamus, & injungimus Abbatissæ, & ceteris Sororibus hujus Religionis, quatenus Ministro *Generali* Ordinis Minorum Fratrum, ac

A „ *Provinciali* illius Provinciæ, in qua prætactum Monasterium situm fuerit, obediant in eis, quæ non sunt contra suam animam, & præsentem Regulam, cum velimus eas semper eorum regimini subjacere.

Obedientia Abbatissæ præstanda.

Similiter per obedientiam injungimus omnibus Sororibus Religionis ejusdem, ut Abbatissæ, postquam confirmationem de officio receperit, quamdiu in Christo permanserit, pareant diligenter. Sed

B cum Conventus causa infirmitatis, vel quocumque casu regimine Abbatissæ carebit; possint Sorores sibi eligere *Præsidentem*, cui obedire teneantur usque ad tempus, quo de suo officio se intromiserit Abbatissa. *Præsidens* vero prætacta, quæ ad Abbatissæ officium pertinent, interim exequatur. Minister autem, & Visitator in temporalibus, & spiritualibus semper habent deformia reformare, & corrige-

C re corrigenda. Ad hæc propter discursum indecentem sub prætextu temporalium evitandum; & ut quietius possint Sorores prædictæ Domino deservire, liceat eis in communi redditus, & possessiones recipere; ac eas libere retinere;

Possessiones, & redditus habere possunt, & quare;

pro quibus possessionibus modo debito pertractandis *Procurator* unus prudens, & fidelis in dicto Monasterio habeatur,

& pro eisdem Procuratorem,

D qui per Abbatissam de consilio, & consensu Conventus constitui debeat; & etiam, quandocumque eis videbitur, amoveri; ac de omnibus sibi commissis tam receptis, quam etiam expensis Abbatissæ, & aliis quibusdam Sororibus ex parte Conventus ad hoc specialiter assignatis, & Visitatori etiam, cum hoc voluerit audire, rationem reddere teneatur; & nihil omnino de rebus immobilibus Monasterii vende-

E re, obligare, commutare, vel alienare valeat quoquomodo; & quidquid contra hoc fuerit attentatum, decernimus irritum, & inane. Cum igitur sit alibi perennis habitatio patriæ hujus Religionis Sororum, curiositatem, quæ Deo est odibilis valde, ac pietati contraria, & ædificiorum superfluitatis excessum modis omnibus eas volumus evitare.

De sigillo Conventus, & largitia mulieris;

Sigillum vero Conventus custodiatur, & conservetur secundum ordinationem Conventus ejusdem.

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1263.

„ dem. Omnis litera, quæ ex parte „ Conventus dirigitur, primo in Capitulo legatur. Nulla Soror aliquas litteras dirigat, seu recipiat, nisi primo eas Abbatissa legat; vel nisi ab „ alia ad hoc statuta coram Abbatissa legantur. Abbatissa autem de correctione, monitione, ac ordinatione Sororum *Capitulum* teneat qualibet hebdomada bis, vel saltem semel. Ad „ hæc penitus prohibemus, ne in Monasterio prætacto aliquis Visitator, „ aut Minister auctoritate sua *Constitutiones* faciat aliquas ultra formam „ ipsam, & Regulam, quæ Sorores ad „ aliquod culpæ, vel pœnæ obligent, sine „ consensu, & voluntate omnium Sororum. Quod si forte aliquis fecerit, „ eas non teneantur aliquatenus observare. Volumus etiam, & attente monemus, ne aliquid eis præcipiant, seu „ præcipiatur sine magna utilitate, & „ valde evidenti, & manifesta necessitate „.

De Capitulo tenendo.

De non addendis ab ullo statutis pœnariis.

Decernimus ergo, ut nulli Ecclesiasticæ, secularive personæ liceat præsentem *Regulam* approbatam, & correctam a Nobis restringere, aut aliquatenus immutare [a]. Si quis autem &c.

Sanctio prohibens, pœnamque adjiciens.

Datum apud Urbem Veterem VI. Kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno II.

Respondet Imp. Palæologi litteris, & quam sit expetendum unitatis, & charitatis vinculum ostendit, missis etiam Apocrisariis ex Ordine Minorum, qui utriusque Ecclesiæ unionem promoverent. (Ex Formul. Marini Ebulen. apud Waddingum in Annal. Minor. ad hunc annum num. 2., & ex Reges. Vatic. epist. 158. lib. 2. apud Raynaldum in Annal. Eccl. ad hunc annum n. 23.)

LXXVIII. URBANUS &c.

Anno 1263. die 28. Julii.

Palæologo Imperatori Græcorum *Illustri viam agnoscere veritatis*.

IMPERIALIS Excellentiæ Nuntios videlicet *Maximum* dictum Alusardum Monachum, *Andronicum* dictum Muzalonem, & *Michaelem* dictum Abalantem, necnon & litteras [b], quas ex parte tui culminis præsentarunt, cum ingenti gaudio, & exultatione, ac honorificentia condigna recepimus; & tam ea, quæ coram Nobis, & Fratribus nostris dicti proposuere Nuntii, quam earumdem litterarum seriem, quas de Græco transferri fecimus in Latinum, plane advertimus, & intelleximus diligenter. Sane in litteris ipsis in primo utique salutationis alloquio Nos *Papam veteris Romæ*, Throni Apostolici successorem, & spiritualem tui Patrem Imperii recognoscens; deinde de *Caritate* utilia subjunxisti, dicens, quod Imperium tuum caritatem libenter amplectens, ac habens zelum Dei, & zelans pacis, & concordiæ bonum se ad mittendum dictos Nuntios, & prædictas litteras præparavit. Scripsisti etiam, quod Nos, qui Patres sumus, ad te, quem asseris nostrum devotissimum Filium, paterni affectus viscera nullatenus aperimus; quantumcumque tu filius Nos diligas sicut Patrem. Nam licet statim capta *Constantinopolitana* Urbe alias Nobis epistolares litteras miseris [c] eamdem intentionem, idemque propositum continentes; nihilominus tamen propter ardens tuum in hoc desiderium prædictos Nuntios cum hujusmodi litteris mittere decrevisti, postulans, ut circa priorem unitatem in Dei Ecclesia renovandam Pater Filio conjungatur; quoniam si hoc Dominus ex alto permiserit, nullus pro certo præsumet contra ipsam Ecclesiam superbire, quia nec Rex, nec Princeps aliquis Apostolicæ audebit resistere jussioni. Adjecisti quoque, quod Imperium tuum multo fuit dolore turbatum, intellecto, quod Nos contra *Januenses* [d], pro eo, quod se tibi vinculo confœderationis astrinxerunt, *excommunicationis* duxeramus sententiam promulgandam apud ipsos, ut ab hujusmodi confœderatione discedant, præceptis, & monitis Apostolicis insistendo; propterea miratus

Nomina Nunciorum Imperatoris.

b & litteras receptas enunciat.

Litterarum Imp. series.

Alias Imp. litteras memorat. c

d Genuenses communione eccles. privat ob fœdus cum dicto Imp.

(a) IMMUTARE: Joannes Caietanus Ursinus S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Cardinalis Ordinis Protector aliqua mutavit, sed e ejusdem Pontificis mandato, ut in Bulla *Carissimi in Christo filii &c.* anno 1264. die 21. Junii edita.

(b) ET LITTERAS: Has non exhibuerunt Annalium Eccles. Scriptores Spondanus, Bzovius, Raynaldus &c.

(c) CAPTA CONSTANTINOPOLITANA URBE &c. LITTERAS MISERIS: Anno 1261. die 25. Julii capta est Constantinopolis a Palæologo ex Georgio Logotheta autore Synchrono; statimque scripsit ille ad Pontificem litteras, quas puto eas, quibus is anno 1262. respondit die incerto per alias incipientes: *Tanta sinceritatis &c.* supra relatas.

(d) NOS CONTRA JANUENSES: Ut legere est apud Raynaldum Annal. Eccl. ad annum 1263. num. 16.

A tus es valde, quod Nos, qui Magni, & primi Sacerdotis locum tenere dignoscimur, hoc jubemus, guerram paci, & bellum amicitiæ præponendo, cum tamen & *Januenses*, & *Græci* Christiani existant; nec sit incongruum cum Christianis amicitiam, & unionem colere Christianos. Descripsisti etiam multa mala, quæ contigerunt populo Christiano a tempore [a], quo *Latinæ gentes* Græcorum terram, ut tuis verbis utamur, velut fortem propriam acceperunt, imponens Latinis eisdem Templorum conculcationes, & exterminia Divinorum; & quamplura, quæ in Sacris illarum partium Ædibus per eos asseris attentata; quæ quidem quoniam facta sunt, & præterierunt; & quod factum est, pro infecto haberi non potest, in eisdem litteris videbaris appetere; ut hinc inde inimicitiæ dissolverentur, abjicerentur scandala, & omne removeretur obstaculum, ad quod pedes suos possent offendere Christiani; præsertim cum tu, sicut asseris, id toto desideres mentis effectu; & si Nos ad hoc ex corde velimus intendere, nihil est, quod tantum bonum valeat prohibere. Sed cum Nos, qui Patres sumus, te in hoc debuerimus implendo Patris officium prævenisse; tu Nos in hac parte præveniens pacem Nobis, & concordiam obtulisti; propter quod ad consummationem tractatus hujusmodi reputabis Nos amplius obligatos, expresse protestans Imperium tuum id, quod in eo est, jam laudabiliter explevisse; ac posse dicere coram Deo, & Angelis ejus, qualiter cucurristi ad Patrem tamquam Filius Patris amator, debitam Nobis habitudinem, & convenientem honorem, ac dispositionem sponte, ac liberaliter offerendo. Unde si Filium currentem Pater repelleret, Imperium tuum se de hoc coram Deo, & ejus Angelis excusaret. Addebas præterea, quam de Dogmatibus *Fidei*, & consuetudinibus [b], seu *Ritibus* Ecclesiasticis nullum tunc sermonem in eisdem litteris faciebas; nam si in iis aliqua esset discordia, pace præmissa, præhabitaque inter

Mala, damnaque Græcis illata a Latinis in captione Constantinopolitanæ urbis, & Imperii.

Quibus Pontifex respondet.

Latinos, & *Græcos*, hæc solverentur facilius, & celerius sopirentur. Demum autem Tua Sublimitas tam per easdem litteras, quam per memoratos Nuncios cum multa petivit instantia, ut *Apocrisarios* [c], seu Legatos nostros, homines videlicet pacis, & pacificos Christi discipulos, non gaudentes in vanitate verborum, nec bono pacis mundanam sapientiam præponentes ad tuam præsentiam mitteremus; cum per ipsos tuum B expectet Imperium recipere a Nobis, & prædicta Sede responsum. Nos igitur prædictis litteris debita coram Fratribus nostris attentione discussis, Deo Patri Omnipotenti, a quo bona cuncta procedunt; & in cujus manu Regum corda consistunt; & qui etiam quocumque vult illa sine obice difficultatis inclinat; millemodas gratiarum retulimus actiones; totaque Romana Mater Ecclesia in laudis supernæ jubilum assurrexit pro eo, C quod Spiritus Sancti gratia videbatur mentales tanti Principis oculos sui fulgoris radiis illustrasse; ac ostendisse sibi viam Catholicæ veritatis; per quam ad Matrem Filia, pars ad totum, & membrum reducatur ad caput [d]. Hoc enim eadem Romana semper affectavit Ecclesia; & ad hoc indesinenter suæ studium considerationis inflexit; ut *Græcorum* Ecclesia suæ reficeretur lacte dulcedinis: suosque effluentis educaretur uberibus D caritatis; ita quod ovile Dominicum sub unius Pastoris regimine alimenta doctrinæ salutis acciperet; & nomen Domini sub uno veræ *Fidei* dogmate utilius, & salubrius invocaret. Volentes itaque, quinimo toto mentis cupientes affectu, tam utili, tamque fructuoso tractatui diligenter, & ferventer insistere, ac nostros propter hoc ad te *Apocrisarios* juxta Imperialis petitionis desiderium destinare, memoratis tuæ Celsitudinis Nun- E ciis paterna benignitate dimissis, promisimus, quod circa mittendas ad te personas idoneas, in quarum ore verba responsionis Apostolicæ ponerentur, libenter tuæ satisfaceremus beneplacito voluntatis. Licet ergo eisdem tuis præcedenti-

Respondet Pontifex ad singula.

Prov. 21. 1.

Excusat moram mittendi Nuncios suos,

(a) A TEMPORE: Nempe ab anno 1204., quo Latini, scilicet Galli, cum Venetis Imperium Constantinopolitanum, Græcorumque armis subegerant.

(b) DE DOGMATIBUS FIDEI, ET CONSUETUDINIBUS: En quibus tota inter utramque Ecclesiam dissensio orta est; quæque toties privatim, & publice discussæ, & agitatæ, etiam & acceptatæ, nondum tamen conveniri, unirique potuit.

(c) APOCRISARIOS: Quæ vox Latinis sonat responsi latores, antiquitus minus latine dicti *Responsales*.

(d) MEMBRUM REDUCATUR AD CAPUT: Hic Pontifex sentit Græcos Schismaticos esse membra Ecclesiæ.

dentibus Nunciis vellemus nostræ super hos intentionis affectum perducere, faciente Domino, celeriter ad effectum; longa tamen loci distantia, qua dilecti Filii *Simon* de Alvernia [a], *Petrus* de Moras [b], *Petrus* de Crista [c], & *Bonifacius* de Iporia [d] Fratres Ordinum Minorum latores præsentium Apocrisarii nostri tunc temporis morabantur; nostris super hoc votis contra spem nostram obstaculum dilationis ingessit. Insesti quoque rumores, qui ad audientiam nostram medio tempore pervenerunt, de persecutionibus, molestiis, & pressuris, quæ nobili viro Guillelmo de Villarduin [e] Principi *Achajæ*, devotissimo utique dictæ Matris Ecclesiæ filio, ejusque terris, & Insulis, ac Latinis morantibus in eisdem per tui viros Imperii jugiter inferuntur, celerem expeditionem Legationis hujusmodi retardarunt; cum per hujusmodi tuorum operum novitatem resiliisse a concepto proposito, nec in eadem voluntate persistere credereris. Verumtamen quia tanti boni prosequutio non potuit apud Nos, nec debuit per aliquod quantumcumque verisimile retractivum finaliter impediri; cum cæteris mentis nostræ desiderabilibus id specialiter præferamus, ut Christiana plebs sub orthodoxæ professione *Fidei*, atque cultu proficiat; & in idem individuum Collegium unius Pastoris, si detur, magisterio, & custodia muniatur: Ecce prædictos *Fratres* viros utique Religione conspicuos, & in lege Domini eruditos, pacificos, & ramum olivæ in ore gestantes, veritatis etiam Evangelicæ professores, amatores, & cultores humilitatis, qui Christum sequendo, seculo cum suis divitiis, & deliciis derelicto, ad solam cælestem Patriam tota mentis attentione suspirant, ad Tuam Magnitudinem tamquam pacis Angelos de Fratrum nostrorum consilio destinamus. Sperantes in illo, qui arcem possidens unitatis universitati rerum, quas condidit, & suæ vestigium unitatis impressit, per quam ad

quorum nomina profert;

aliamque moræ causam adducit.

Mittuntur Apocrisarii Minoritæ, & describuntur.

Unitas suadetur.

A suum principium recurrentes ab eo recipiunt perfectionis finem, a quo subsistendi sumpsere primordium; & quod aures Imperialis Magnitudinis ad eorumdem *Fratrum* salutaria monita efficaciter inclinabit; tibique tribuet ex alto virtutem cogitandi vias Domini, tuosque pedes in ejus testimonia convertendi præduce *caritate*; quæ, sicut litterarum tuarum habet assertio, tuum excitavit, & induxit Imperium ad pacem a Nobis,
B & concordiam requirendam; & super qua etiam veluti supra solidum fundamentum litterarum ipsarum structuram quasi totaliter erexisti. Et licet Nos, qui vices illius licet immeriti tenemus in terris, qui caritatem docuit, caritatem dilexit, caritatem ostendit, & caritatem misit in Mundum; verba caritatis a te proposita in ipso earumdem exordio litterarum caritative recepimus, & libenter audivimus; Deo, qui caritas est,
C labiorum nostrorum propter hoc vitulos immolantes, devote supplicamus eidem, ut te per suam clementiam ad illius veræ caritatis effectum, per quam in Deo maneas, & Deus in te dignetur tamquam in suo habitaculo permanere. Ex zelo namque sincerissimæ caritatis procul dubio procedere noveris, quod te, & cunctos populos, quos tuum regit, & gubernat Imperium, ut ad veritatem redea-
D tis Catholicam totis anhelamus affectibus; & vos, ut ad sinum Matris Ecclesiæ convertamini, promptis desideriis invitamus: quoniam hujusmodi unio, sive connexio salutaris, si placeret Altissimo, quod nostris, & tuis temporibus fieret, cordi nostro inæstimabilis gaudii rorem infunderet; & anxiæ propter hoc nostræ mentis ardorem affluentis lætitiæ refrigeraret irriguo; nostrumque animum panem salutis, & fructum animarum desiderabiliter appetentem pabulo reficeret caritatis. Tunc enim Nobis, & ipsi
E Ecclesiæ proveniret magnum & desiderabile salutare, cum videremus varias gentium Nationes sub ejusdem observan-

ria

& caritas Dei.

1 Joan. 4. 16.

Ose. 14. 3.

(a) SIMON DE ALVERNIA: Al. *Arverna* Galliæ Aquitanicæ provincia, cujus urbs præcipua *Claromons* agnoscitur: hic autem *Simon* aliam legationem sub Innoc. IV. obivit in Dania anno 1246. ex primo hujus Operis tomo p. 420. & 440.

(b) PETRUS DE MORAS: Præter hæc nobis ignotus.

(c) PETRUS DE CRISTA: Al. de Crista Arnaldi, *Crestum*, & *Crestidunum* etiam nominata urbs est Galliæ in Delphinatu vulgo *le Crest* ad amnem cognominem inter Valentiam, & Montilium.

(d) BONIFACIUS DE IPORIA: Al. *de Yporegia*, vulgo *Ivrea* antiquis Eporedia urbe Galliæ subalpinæ, seu Pedemontis ad Duriam majorem fluvium Episcopali sub Archiepiscopo nunc Taurinensi, tunc vero Mediolanensi.

(e) GUILLELMO DE VILLARDUIN: Gallicæ nationis viro antea, & posthac sæpe nominato.

tia *Fidei* in unum acceptabile Christo
populum congregatas. Tunc etiam exultatione nimia hilaresceret totus Orbis,
Psalm.132.1. quia valde bonum, & jucundum existeret Frarres simul in Domo Domini ha-
Unitatis commendatio. bitare. Hæc, inquam, Domus est Ecclesia Christi *firmiter ædificata, & bene*
Matth.7.24. *fundata supra firmam petram* Fidei orthodoxæ, quam ipse Christus suo fundavit Sanguine pretioso; & in qua multitudini credentium est cor unum, & anima una, unus *Deus*, una *Fides*, & unum
Act.4.32. *Baptisma*; & in qua etiam tota Fidelium multitudo uni corpori comparatur,
Ephes.4.25. Rom.12.5. dicente Apostolo, *multi unum corpus sumus in Christo*. Cujus quidem corporis unitas a Spiritus veritate procedit, qui, etsi sit unus, pro suo tamen arbitrio membris ipsius Ecclesiæ diversitatem influit gratiarum. Propter quod idemApostolus, enumeratis Spiritus San-
1.Corinth.12 11. & cti donis, ait: *Hæc autem operatur unus, atque idem Spiritus dividens singulis,*
13. *prout vult*. Et post pauca subjunxit: *In uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati fuimus*. Hæc quidem Ecclesia-
Joan.19.24. stici corporis unitas per inconsutilem Domini tunicam, quæ divisis aliis vestibus uni tantum cessit in sortem, non immerito figuratur. Hanc unitatem Pisci-
Idem 5.4. na probatica designavit, in qua unus tantummodo sanabatur, extra ipsam languentium multitudine remanente; quo-
Psal 11.9. niam in hujus unitatis *circuitu impii ambulant*; & in eam intrare renuunt, ut sanentur. Hanc etiam unitatem commendat Sponsusin Canticis dicens: *Una est co-*
Cantic.6.8. *lumba mea, una perfecta mea*; quamquam plures Reginas adolescentulas, & concubinas esse describat. Ut igitur hujusmodi unitatis gratia firma, & illibata penitus servaretur, unum eidem unitati
Primatus Petri. Dominus, videlicet beatum *Petrum* Apostolorum Principem caput consti-
Genes.6.19. tuit, & Magistrum, ut illam quasi *Noè* arcam, extra quam animantia derelicta in aquis diluvii submerguntur, in ipso Apostolorum Principe, velut in uno cubito consummaret; eique Magisterium Ecclesiæ suæ conferens, & *Primatum*,
Joan.21.16. & 17. oves, & agnos suos illi pascendos, præmissa trina dilectionis interrogatione, commisit tradens ei *claves* Regni Cælorum cum libera ligandi, atque solvendi
Matth.16.19. Pontificia, & plenaria potestate; & ne

A ipsius Principis fides deficeret aliquando, pro ipso efficaciter exoravit; quod cum postmodum aliarum Ecclesiarum nonnullæ fuerint hæreticorum errore
fœdatæ; Romana Ecclesia, cujus idem *Beatus Petrus* magister extitit, immaculata remansit; nullamque prorsus labem *Romana Ecclesia immaculata.*
contraxit hæreticæ pravitatis. Unde reliqui Apostoli hujusmodi institutionem Dominicam etiam post Christi ascensionem inviolabiliter observantes reco-
B gnoverunt eumdem *Beatum Petrum* fore Christi Vicarium; & super eo Primatus officium in omnibus obtinere. Ad verbum namque ipsius *Beati Petri* surgentis *Act.1.15.*
in medio Fratrum unanimiter per Apostolos ad electionem *Matthiæ* proceditur: Surrexit enim in medio tamquam ardens igne Spiritus Sancti loco Magistri, qui ei commiserat gregem suum; & tamquam honorabilissimus, cui omnes pariter intendebant. Ejus quoque ser-
C monibus illi, qui blasphemabant Apostolos, immo Sanctum Spiritum, convincebantur. Multa insuper Fidelium *Act.2.41.*
millia ipsius prædicatione convertebantur ad *Fidem*, in qua quidem prædicatione se ferventer, & ardenter velut Christi Vicarius exercebat. Neque huic institutioni Dominicæ Sancti Patres postmodum restiterunt; sed ipsius Principis successorem tamquam illum, qui Christi vices in terris obtinet, venerantes, &
D ad ejus judicium in *Fidei* recurrentes dubiis ejus auctoritate hæreses condemnarunt, manentes sicut membra in eorum capite Apostolico, scilicet Throno Pontificum Romanorum, a quo quærendum est, quid sit tenendum, quidve credendum; cum ejus sit repræhendere, statuere, ordinare, disponere, præcipere, solvere, & loco illius ligare, qui ædificavit illum; & quod nulli alii, sed ipsi
E soli, quod plenum est, tradidit, & concessit. Huic etiam Throno omnes Catholici jure Divino caput inclinant; & Primates Mundi veram confitentes *Fidem* tamquam ipsi Domino Jesu obediunt, & intendunt; ac in illum tamquam in Solem respiciunt; & ab eo lumen veritatis, & *Fidei* ad salutem recipiunt animarum; prout nonnullorum Sanctorum Patrum tam Græcorum, quam aliorum Scripturæ veridicæ asseverant. Porro cum præcellens Ecclesiæ prædictæ

auctoritas, & potestas & evangelico roboretur privilegio, & quamplurium Sanctorum Doctorum testimonio fulciatur, nequaquam expediens fore decrevimus, plura horum super hoc scripta producere; quia supervacaneum prorsus existeret Solem adjuvare facibus; & id, quod est in Caelo, & in terra notorium, scripturarum suffragiis comprobare. Sed utinam Imperialis judicium rationis Nos Throni Apostolici Successorem, & Spiritualem tui Patrem Imperii, sicut verbo in tuis litteris, sic & opere recognosceret; ac Nobis debita jura redderet reverentiae filialis. Utinam illam caritatem, cujus te asseris sectatorem, circa Nos, & Thronum ipsum efficaciter demonstrares ad gregem redeundo Dominicum, ac recipiendo teipsum in tanto Matris Ecclesiae gremio, ubi consolationis maternae dulcedinem cum caeteris orthodoxis Mundi Principibus degustares; ubi etiam in cunctis tuis opportunitatibus indesinenter tibi adesse sentires prompta sui praesidii favorabilis adjumenta. Nam si hoc tibi spiritus, qui *ubi vult spirat*, caelitus inspiraret; non solum ostenderemus, & aperiremus tibi paterni affectus viscera; verum etiam te intra illa tamquam praecordialem, & carissimum Filium locaremus. Quantum Thronis Regalibus Apostolicae Sedis gratiam, & communionem habentibus sit necessaria, fructuosa, & utilis potestatis Apostolicae plenitudo, neque volumus diffiteri; quinimo constanter asserimus, quod maxima eidem Ecclesiae, ac tibi etiam ex tui conversione Imperii utilitas, multorumque incrementa profectuum spiritualiter, & temporaliter provenirent; quia & ejusdem corpus Ecclesiae ex membri reintegratione tam nobilis appareret, & existeret in omni parte sui elegantissime venustatum, & membrum ipsum non languesceret, neque tabesceret extra corpus; sed validum ex illo suscipiens incrementum favoris, & honoris vigorem resumeret, & humorem; illamque curam teneram, vigilemque sollicitudinem de tuo Imperio eadem haberet Ecclesia, quam habet de caeteris Orbis terrae Regnis, atque Provinciis sub salubri ejus obedientia constitutis; quorum potestates, & principatus adeo fovet, protegit, & gubernat,

Joan. 3. 8.

Utilitas, & incrementum ex affectu, & obedientia erga Ecclesiam.

A quod si nonnunquam inter hujusmodi Regna, sive Provincias dissensionum scandala, seu tumultuantium bellorum discrimina forsitan oriantur; statim eadem Ecclesia in medias filiorum furentium partes prosiliens, & strictos jam, vel stringendos gladios de manibus altercantium confidenter eripiens, per auctoritatem fit inter ipsos imperiosa placidae pacis Auctrix. Reges quoque Catholici cum inter ipsos aliquid dissensionis emergit; vel cum Vassalli eorum

Ecclesia discordes componit.

B praesumunt contra eos calcaneum rebellionis erigere; mox habent ad portum Ecclesiae praedictae recursum; ejusque salubre consilium, & auxilium implorantes tranquillitatis, & pacis remedia infallibiliter ab ipsa recipiunt; facitque, ut inter discordes, & turbatos eorum animos serena concordia, & concors serenitas reformetur; sedentur seditiones a subditis concitatae; & litigantium clamores queruli conticescant. Praeterea

C circa haeredes parvulos Regnorum hujusmodi, si quos parentibus eorum Regibus deficientibus in pupillari aetate remanere contigerit; eadem Romana Ecclesia piae Matris assumit officium; ac diligenter, & utiliter ipsorum gerit regimen, & tutelam: eorum haereditates, & Regna, cum necessitas imminet, etiam suis propriis sumptibus a quibuslibet invasoribus, & occupatoribus defendendo.

Regnis consulit, & Regibus.

D Haec autem, & alia quamplura refugia invenerunt semper, & inveniunt apud eamdem Ecclesiam fidelia, & obedientia sibi Regna, Reges, & Principes orthodoxi. Unde, si tu (quod ferventer appetimus) inspiratus a Domino ad ejus obedientiam recta mentis intentione redires; tanto promptiora favoris, & praesidii juvamina tuum in illa inveniet Imperium in tua, tuorumque haeredum

E defensione, ac exaltatione perpetua; quanto ferventioribus desideriis eadem Ecclesia festa Paschalia tuae jucundae conversionis expectat; quantoque attentioribus studiis te ad ejus unitatem conversum in suae caritatis amore ac gratia retineret. Quaesumus ergo, quinimo tuam Excellentiam obsecramus per aspersionem Sanguinis Jesu Christi, ut illud laudabile, ac salubre propositum, quod tuae litterae jam super hoc te concepisse testantur, in partum, sublata qua-

Obsecrat Imp. CP., ut quod scripsit, exequatur.

libet

libet difficultate ac dilatione, producas, redeundo celeriter ad amplum, & spatiosum ejusdem gremium, ubi indubitanter invenies tibi, & semini tuo perpetua solidæ firmitatis sedilia præparata; & ubi etiam non solum tu, sed & tua posteritas futuris temporibus recumbere poterit confidenter; quia si te in consilia meliora retuleris; & ad eamdem Ecclesiam in spiritu humilitatis redieris, non solum auxilium *Januensium*, quorum amicitiam Nos tibi subtrahere velle conquereris, & aliorum Fidelium *Latinorum* potentiam; verum etiam, si opportunum fuerit, vires omnium Orthodoxorum Regum, ac Principum Orbis terræ, in tuum, tuique Solii fulcimentum conflare, ac provocare studebimus inter te, & ipsos indissolubilis fœdera dilectionis ad laudem, & gloriam Divini Nominis, & Christianæ Religionis augmentum. Sed quamdiu ipsi Romanæ Ecclesiæ inobediens, & Throno Apostolico indevotus extiteris; salva conscientia sustinere non possumus, quod dicti *Januenses*, vel alii quicumque *Latini* tibi auxilium præbeant, vel favorem: cum sit prorsus incongruum, ut obedientiæ filii cum filiis inobedientiæ per alicujus confœderationis commercium misceantur; præsertim cum posset per tale commercium status inobedientium fortius ad inobedientiam roborari. Posset etiam de facili puritas filiorum obedientium ex socia conversatione, & familiaritate, quam cum inobedientibus contrahunt, in synceris eorum moribus maculari. Si ergo contra eosdem *Januenses* processimus, hac de causa Imperialis circumspectio non miretur; cum officii nostri debitum impleverimus in hac parte; nec per hoc aliquis rationis judicium & non voluntatis sequens libitum juste contra Nos potest arguere, quod guerram paci, & bellum amicitiæ præponamus: cum talis confederatio, seu amicitia in guerram, bellum, & scandalum prædictæ Romanæ Ecclesiæ, suorumque Fidelium filiorum, quos ante oculos suos in ejus gremio cum eorumdem favore *Januensium* opprimis, cedere totaliter dignoscitur. Et cum simus illius Vicarii veritatis, qui ait: *Ego sum via, veritas, & vita*, propter quod veritatem diligere, veritatem ostendere, veritatemque sequi, veritatem omnibus dicere, ac veritatem etiam super tecta prædicare tenemur; tacere in hoc non possumus, nec debemus, nec volumus veritatem: quod omnes illi, qui Throno Apostolico non obediunt, quantumcumque Christianos se nominent, Dominicis obviant institutis, & in Deo peccant mortaliter, & graviter oculos Divinæ Majestatis offendunt. Nam quanta sit inobedientiæ culpa verbo Samuelis ostenditur asserentis, quod *quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ acquiescere nolle*. Monstrantur etiam exemplo Dathan, & Abiron, qui propter inobedientiæ malum ab Altissimo pœna gravissima sunt puniti, terra eos cum suis omnibus absorbente. Hæc autem tibi dicimus more periti medici, volentes palpare vulnera inobedientiæ telo transfixa; & ideo verba nostra patienter audias, & sapienter advertas, ut tibi, auctore Deo, proficiant ad salutem. *Meliora sunt* enim, Salomone teste, *diligentis vulnera, quam fraudulenta oscula odientis*: ad nostrum nempe spectat officium, ubi necessaria est increpatio, non tacere; sicut conicene *canes muti non valentes latrare*; sed secundum Apostolum *arguere, obsecrare, & increpare in omni patientia, & doctrina*. Verum quanta mala populo Christiano contigerint a tempore dissensionis, & divisionis hujusmodi, nullatenus ignoramus: quinimo dum hæc ante oculos nostros reducimus, producimus ab imis amara suspiria; nec possumus lacrymas sustinere, dolentes super illis, qui primi a prædictæ Romanæ Ecclesiæ obedientia recedentes, inter Latinos, & Græcos tanti materiam scandali reliquerunt. Nam si Latini Græcos diversis temporibus impugnarunt, hoc proculdubio non fecerunt tantummodo causa acquirendi eorum terras, & divitias temporales, sed ut per vexationem Græcis intellectus, qui *noluerunt intelligere, ut bene agerent*, præstaretur. Propter quod si Templa Divina, & Ædes Sacræ per aliquos latrunculos, seu per aliquos prædatores destructionis exterminium, sicut in terris guerrarum fluctibus æstuantibus consuevit contingere, forsitan incurrerunt; nullus sanæ mentis, vel debet, vel potest id *Latinis* omnibus impu-

Margin notes: Interdictum Genuensibus cum Palæologo fœdus. — & qua de causa. — Joan. 14. 6. — Non obedire Rom. Ecclesiæ grave peccatum. — 1. Reg. 15. 23. — Num. 16. 9. — Proverb. 27. 6. — Isa. 56. 10. — 2. Timoth. 4. 2. — Mala ex dissensione inter Græcos, & Latinos. — Psal. 35. 4.

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1263.

putare, sed hujusmodi latrunculis, & A prædatoribus, immo potius illis, qui prout dictum est, intet utramque gentem dissidii zizania seminaverunt. Quia vero pacem videris appetere, & petere, ut hinc inde solvantut inimicitiæ, abjiciantut scandala, & omne removeatur obstaculum, ad quod Christiani possent offendere pedes suos; Nos tuum in hoc salubre, & laudabile desiderium dignis laudum præconiis attollentes, ad Imperialem notitiam ptæsentium B tenote deserimus, quod cum illius Regis pacifici vices geramus in terris, qui unicum Sacrificium per mottem Patri se obtulit, ut secundum Joannem *filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum*; & qui secundum Apostolum est *pax nostra faciens utraque unum*; & qui etiam ad passionem accedens de pace condidit testamentum, vetam pacem, & concordiam quærimus; & ad talem pacem intet uttumque C Populum, auctote Domino, tesormandam vigilantet, & efficacitet intendere volumus, per quam utique pacem copula rectæ caritatis, & Fidei cordibus inseratut, & quæ unitatis vinculum operetur, ptocul depellat odia, tancores abjiciat, fuget invidiam, excutiatque livorem, paret mentes, corda conciliet, & societ voluntates. Unde si talem pacem tua Nobis offett Serenitas; Nos illam D & libentet admittimus, & desiderantet amplectimut, firmo intendentes proposito, & intentione stabili ptoponentes secundum Psalmistam inquitere, ac sequi eam, ac pto ipsa, si opus fuerit, supet impendere nosmetipsos. Sed quia non esset vera, nec stabilis, quæ super fitmo non consurgeret unitatis, & Fidei fundamento; non debuit dogmata Fidei, nec Ritus Ecclesiasticos tua postponere Magnitudo; cum non sit dubium, om- E nem pacem, & omnem concordiam tamquam adjectivum ex hujusmodi debete subsequi substantivo. Nam cum hæc principaliter insideant menti nostræ, & cotdi nostro; cum etiam citca hæc specialiter nostræ diligentiæ studium, & Apostolicæ Sedis vertetur intentio; inconveniens satis fuit illa postponere, quæ præponi potius debuissent. Nos autem quia utrumque volumus, uttumque credimus, & uttumque votis anxiis expectamus, prædictos nostros Apocrisatios pto uttoque negocio, ut scilicet de dogmatibus Fidei, titibusque Ecclesiasticis, & de pace & concordia cum tuo tractatent Imperio, ad Te duximus destinandos. Unde si pacem, & cuncordiam desideras, ut scripsisti, in ptosecutione ac consummatione tractatus hujusmodi tractabilem te exhibeas, & benignum; ne teputari possimus ab aliquibus negligentes, quod te non prævenimus, sed a te fuimus pacis oblatione ptæventi: novitet enim tunc fuerat cetvicibus nostris impositum jugum Apostolicæ servitutis, & in illo nostræ novitatis initio tot, & tantis fuimus sollicitudinibus obsessi, quod ad sustinendos inundantium undique super Nos negotiorum impetus reputabamus nos quasi penitus impotentes: Sed quantumcumque essemus negotiorum varietatibus occupati, semper tamen cogitabamus inter alia maxima, quæ nostris humeris incumbebant, qualitet tuum attrahere possemus Imperium ad Ecclesiasticam unitatem, intendentes in hoc firmiter nostrorum prædecessorum Romanorum Pontificum vestigiis inhærere, qui sub diversitate temporum indeficientibus studiis (licet quod dolentet teferimus, eorum labores inutiles, sterilesque abjetint) laborarunt; ac spem nostram ponentes in eo, qui est in se sperantium fortitudo, quod Ecclesiæ Dei tantum bonum tuis tempotibus proveniret. Ideo Impetialem mansuetudinem de Fratrum nostrotum consilio monemus, rogamus, & hottamur attente, ac per aspersionem prædicti sanguinis obsecramus, quatenus habens cor sursum ad Dominum, ac de tua, tuique conversione Populi cogitans, & salute prædictos nostros *Apocrisarios* ob revetentiam Apostolicæ Sedis benigne tecipias, & honorificentia condigna pettractes; ac ttactes efficacitet super præmissis per te, vel pet alios, quos ad hoc deputaveris super eisdem, sicque attente præbeas ipsorum saluraribus monitis aures tuas, ut spes, quam de tua laudabili intentione concepimus, fructus nobis, & toti generali Ecclesiæ afferat concupitos. Si autem ex tractatu hujusmodi visum tibi, & eisdem Apocrisariis fuerit, quod tam pium, tamque salubre negotium progressum laudabilem, & egressum debeat habete feli-

Pacis commendatio.

Joan. 11. 52.

Ephes. 2. 14.

Joan. 14. 27.

Psal. 33. 15.

Apocrisarios suos Imp. CP. commendat, & negotii consummationem.

felicem, ordinari poterit per te, ipsosque Apocrisarios, ut solemnes Nuncii pro ejusdem consummatione Negotii cum auctoritate, & potestate plenaria, & mandato sufficienti ad Nos ex parte tuæ Celsitudinis dirigantur; vel alia via conveniens inveniri, per quam ad consummationem dicti negotii finaliter, auctore Deo, procedatur. Ad hæc autem, ut tractatus hujusmodi tam salubris aliquo sinistri casus occursu, seu quolibet alio insperatæ turbationis impediri nequeat B interjectu; a tua Magnitudine pro munere petimus speciali, ut saltem Divinæ Majestatis intuitu cessent penitus interim commotæ jam per te contra memoratum *Achayæ* Principem simultates, terribiles armorum strepitus conquiescant, hostiles arceantur incursus, & præcipites bellorum impetus refrenentur; ita quod nos videntes, & recognoscentes, quod libenter in hoc Apostolicis beneplacitis te coaptas, reddamur C exinde tibi, non solum ad benevolentiam, verum etiam ad procuranda tua spiritualia commoda promptiores. Cæterum, quia novissime hisce diebus scriptum Imperiale recepimus, in quo inter alia continebatur, quod in causis, seu quæstionibus, quæ tuum habet, seu habere speratur Imperium cum *Latinis*, nullum alium Judicem nisi solum Romanum Pontificem, & Romanam Ecclesiam D habere proponis: Nos attendentes quod ex recta confidentia, & benevolentia multa procedit, quod nostrum, & ipsius Ecclesiæ subire judicium non recusas; quinimo te offers ad subeundum promptum expositum, & paratum; tui super hoc animi promptitudinem, quam disponere, ac dirigere jam videtur Altissimus ad suorum semitam mandatorum, commendandam propter hoc multipliciter, ac ubertimis gratiarum actionibus prosequendum fore decrevimus: E Imperialis circumspectionis industriæ prædicentes aperte, quod cum Nos in valle hujus sæculi vices superni Judicis exequamur; simusque omnium secundum Apostolum in justitia debitores; super hujusmodi causis, seu quæstionibus, si

Rogat, ut a bello contra Principem Achajæ interim abstineat.

Imperator Græcus in causa, quam habet cum Latinis de Imperio, judicem solum Papam se velle proponit.

Rom. 1. 14.

A eas, vel ipsarum aliquas ad examen Apostolicum devenire contigerit, adeo favorabilis justitiæ plenitudinem, tibique tuoque Imperio exhibere curabimus, quod tu, qui Patris, & Matris subire judicium elegisti, merito gaudere poteris te in Nobis, & prædicta Romana Ecclesia id, quod in Patris, & Matris reperire foro speraveras, invenisse.

Se Pontifex omnem ei favorem exhibet.

Datum apud Urbem Veterem v. Kal. Augusti Pontificatus Nostri Anno II.

Amplas dat Apocrisariis suis facultates, ut ministerium, ad quod mittebantur, plenius honoretur, & impleatur. (Ex REGES. VATIC. epist. 85. apud WADDINGUM in Annal. Min. ad hunc annum num. 3.)

URBANUS &c. LXXIX.

Anno 1263. die 28. Julii.

Dilectis filiis Fratribus Simoni *de Alvernia*, Petro de Moras, Petro *de Crista*, & Bonifacio *de Yporegia* [a] *Ordinis Fratrum Minorum proficiscentibus in Græciam* [b] *Sal. & Apost. Bened.* a b

CUM hora sit undecima diei hominibus &c. [c] Liceat etiam vobis ibidem *Latinis* redeuntibus ad mandatum Sedis Apostolicæ, qui ex eo sunt *excommunicatione* ligati, quod ab ejusdem Sedis unitate diverterant, absolutionis beneficium juxta formam Ecclesiæ impertiri; & super eo dispensare cum ipsis, quod sacros receperunt Ordines, & Divina celebrarunt officia sic ligati. Hoc ipsum vobis sit licitum circa illos de terris eisdem, qui infra ætatem legitimam, aut quod *Ordines* Minores, vel qui superiores prætermissis inferioribus conferre, seu recipere Ordines præsumpserunt; si tamen in hoc servata forma talis extiterit, per quam *Ordines* recepissent: Vobis præterea dispensare liceat; ut ii de partibus *Græciæ*, qui ad Ecclesiæ Catholicæ redierint unitatem, inter suos habitent, eisque communicent; necnon quod Clerici earumdem partium publice ad obedientiam Sedis Apostolicæ redeuntes gaudeant privilegio clericali. Sit etiam vobis licitum omnium Fidelium in prædictis partibus *confessiones* audire, ac ipsis injungere pœnitentias salutares; & excom-

Exordium. c

Potestas absolvendi ab excommunicatione,

& ab irregularitate dispensandi.

Aliæ facultates tribuuntur.

(a) SIMONE DE ALVERNIA &c.: De quibus jam in superioribus litteris dictum est.
(b) IN GRÆCIAM: Et Constantinopolim ad Imp. Palæologum.

(c) HOMINIBUS &c. Reliqua vide in Bullis Innocentii IV. anno 1245. die 22. Martii, & Alexandri IV. anno 1255. die 19. Aprilis editis usque ad illa verba: *ad Acolytatus Ordinem promovere*.

excommunicatos a Canone, vel alio modo juxta Ecclesiæ formam absolvere; dummodn injuriam, & damna passis satisfaciant competenter. Cum irregularibus autem partium earumdem in illis casibus, in quibus solent Legati Sedis Apostolicæ dispensare; ac etiam cum Clericis ipsarum partium patientibus defectum natalium, dummodo nnn sint de adulterio, vel incestu, aut Regularibus procreati, & alias bonæ conversatinnis existant, sit vnbis dispensandi facultas; quam circa illns similiter habeatis, qui ab unitate Ecclesiæ Cathnlicæ, seu Religione, vel Clericali Ordine discesserunt, si humiliter, & publice redire voluerint, & digne satisfacere de cnmmissis, ita qund ipsi Religiosi ad sua lnca salva disciplina Ordinis resumantur; & illns ex jam dictis, qui *excommunicationis* vinculo sunt astricti, juxta præmissam formam, & prædictæ satisfactionis modum absnlvere valeatis; & cum irregularibus ex eisdem, sicut est expressum superius, dispensare. Ad hæc absnlvendi nccisores Religiosarum personarum in prædictis partibus constitutns, dummodo Ecclesiis, vel Mnnasteriis, & personis per hnc læsis cnndignam satisfactionem impendant; & fundandis de nnvo ibidem *Ecclesiis* primarium lapidem concedendi; & reconciliandi illas, quæ sunt casu aliquo prnpbanatæ; ac discordantes inter se ad invicem, quod ad pacem, & cnncordiam redeant; necnnn qund inordinate viventes de suis excessibus, sicut justum fuerit, satisfactinnem exhibeant; cnmpellendi per censuram Ecclesiasticam vnbis libera sit potestas. Insuper in locis, in quibus vos hnspitari contingere; vel in lncis partium earumdem, in quibus residentiam facietis, Missam, & cætera Divina celebrandi officia, Interdictis, & excommunicatis nnminatim exclusis; ac dandi *Indulgentias*, & commutandi *Vota* abstinentiæ, facultatem plenariam habeatis. Cæterum vobis cnncedimus, quod vestes Sacerdotales Altaris, Pallas, & Corporalia vnbis, vestrisque *Fratribus* necessaria possitis, cum necesse vobis fuerit, juxta formam Ecclesiæ benedicere, ubi Catbolicorum Episcoporum cnpia non habetur.

Datum, *ut supra*.

Facultatem his tribuit ex suo, vel aliis quibuscunque Ordinibus, vel Clericis secularibus assumendi viros in adjutorium negotii promovendæ pacis, & unionis idoneos. (Ex Reges. Vatic. epist. 187. apud Wandingum in Annal. Min. num. 3.)

URBANUS &c. LXXX.

Anno 1263. die 28. Julii.

Dilectis filiis Fratribus Simoni *de Alvernia*, Petro *de Moras*, Petro *de Crista*, & Bonifacin *de Yporegia de Ordine Minorum Nuntiis nostris in Græciam Salutem, & Apostol. Bened.*

CUM vos, de quorum industria, & prudentia circumspecta plenam in Domino fiduciam gerimus, pro Fidei Catholicæ, ac salutis, & pacis Fidelium negntio promovendo ad partes *Græciæ* destinemus [a]; ut eo efficacius, eoque utilius hujusmodi negocium prosequi valeatis; quo plures in prosecutinne ipsius utiles, & fideles habueritis adjutores; assumendi Fratres de vestrn, Fratrum *Prædicatorum*, *Cistercien.*, & aliorum qunrumcumque Fratrum *Ordinibus*, de quibuscumque Conventibus, seu locis vnlueritis; necnnn & sæculares *Clericos* ad hoc idoneos, qui & vnbis in iis, quæ ad promntionem ejusdem negocii videbuntur utilia, nbedire, ac intendere teneantur; contrariis eorumdem Ordinum consuetudinibus, vel statutis, seu indulgentiis Apnstnlicis eis concessis nequaquam obstantibus; plenam vobis, & liberam cnncedimus auctnritate præsentium facultatem.

Causa concessionis.

Derogatio statut. & indultis Apostol.

Datum, *ut supra*.

Ut supradictis suis Apocrisariis in eundo, & redeundo necessariis quibusque subsidiis adsint. (Ex Reges. Vatic. epist. 186. apud Wandingum in Annal. Min. num. 4.)

URBA-

(a) Ad partes Græciæ destinemus: Nempe *Constantinopolim* ad Imp Palæologum; & in aliis litteris dicit Pontifex, *ad partes Romaniæ*, quod illarum partium Metropolis *Constantinopolis* dicatur *nova Roma*; vel alia de causa, quam hic referre supervacuum existimamus.

LXXXI.
Anno 1263. die 28. Julii.

URBANUS &c.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & Conventibus exemptis, & non exemptis S. Benedicti, Cluniacen., Præmonstraten., S. Augustini, & Cistercien. Ordinum, necnon Decanis, Præpositis, Archipresbyteris, Capitulis, Præceptoribus, & Prioribus Militiæ Templi, ac Hospitalis Hierosolymitani, ad quos literæ istæ pervenerint, Sal., & Apost. Bened.

Exordium.

UT ea, quæ ad officium nostrum pertinent, irrepræhensibiliter exequamur; oportet Nos universali præsidentes Regimini frequenter mittere viros idoneos ad negotia, quæ in plerisque Mundi partibus imminent; prout negotiorum ipsorum diversitas exigit, & natura. Cum igitur dilectos Fratres

Causa commissionis.

Simonem de Alvernia, *Petrum de Moras*, *Petrum de Crista*, & *Bonifacium de Yporegia* [a] de Ordine Minorum Nobis, & Fratribus nostris meritis ipsorum probitatis acceptos ad Partes Romaniæ [b] pro arduis Ecclesiæ Romanæ negotiis [c] destinemus; Universitatem vestram du-

a
b
c

Rogat, & precipit, ut supra.

ximus attente rogandam, per Apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus eisdem *Fratribus* pro se, ac eorum Familiis in eundo, morando, & redeundo curetis in evectionibus, & aliis necessariis, ac securo conductu taliter pro Apostolicæ Sedis, & nostra reverentia providere, quod devotio vestra possit exinde non immerito commendari. Alioquin sententiam, quam iidem *Fratres* tulerint in rebelles, usque ad observationem condignam faciemus, auctore Domino, observari.

Clausula derogatoria.

Non obstante, si aliquibus ab eadem Sede indultum existat, quod Legatos, seu Nuntios dictæ Sedis recipere, vel eis providere non teneantur inviti; seu quod interdici, suspendi, vel excom-

A municari non possint per Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, seu de verbo ad verbum de nominibus Monasteriorum, & Ordinibus eorumdem, seu de Ecclesiis, & earum personis, & Capitulis tam Cathedralium, quam aliarum Ecclesiarum, vel eorum indulgentiis mentionem.

Datum, *ut supra*.

B *Hortatur, ut iisdem Nunciis suis in negotii prosecutione efficaciter assistentes provideant de conductu in eundo, & redeundo.* (Ex Reges. Vatic. epist. 189. apud Waddingum in Annal. Min. num. 6.)

URBANUS &c.

LXXXII.
Anno 1263. die 28. Julii.

Dilectis in Christo filiis Nobilibus Viris Principi Achajæ [d], *ac universis Baronibus illarum partium* [e] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

d
e

Exordium a cura Fidei Catholicæ dilatandæ.

C INTER alias sollicitudinis nostræ curas illa præsertim Nos angit, & permaxime occupat mentem nostram, ut vigilantiæ nostræ studio *Fides* possit dilatari Catholica; & salus, atque tranquillitas Christiano populo provenire. Proinde

Fratres O. M. ad Græcum Imp. destinatos

habentes de dilectis Fratribus *Simone de Alvernia*, *Petro de Moras*, *Petro de Crista*, & *Bonifacio de Yporegia* de Or-
D dine Minorum, utpote magnæ religionis, & industriæ viris, & in opere potentibus, & sermone plenam in Christo fiduciam; ipsos pro Fidei, ac salutis, & pacis Fidelium negotio promovendo ad *Palæologum*, qui pro Græcorum Imperatore se gerit, tamquam salutis Angelos, & fideles verborum nostrorum bajulos de Fratrum nostrorum consilio destinamus [f]. Cum igitur in hujusmodi negotio vestra specialiter utilitas procure-
E tur [g], *Fratres* ipsos cum commisso sibi negotio vobis fiducialiter commendantes, Nobilitatem vestram monemus, & hortamur attente, quatenus eisdem *Fratribus*

f
g

Supradictis Principibus commendat.

(a) Simonem de Alvernia &c. De quibus in præcedentibus litteris.

(b) Ad partes Romaniæ: Al. *Græciæ*, ut in aliis de hac re litteris.

(c) Ecclesiæ Romanæ negotiis: Nempe pro pace, & unione utriusque Ecclesiæ *Latinæ*, & *Græcæ*; ut in litteris ad Imp. Palæologum.

(d) Principi Achaiæ: Guillelmo de Villarduin, ut in præcedenti epist. *Imperialis excellentia &c.* ad Imp. Palæologum, & in subsequenti ad eum: *Cum nos dilectos &c.*

(e) Ac universis Baronibus illarum partium: Sc. ad Michalitium *Thessalonicæ* Principem, & ad Ducem, Communitatemque *Venetorum*, ut refert Waddingus supracitatus.

(f) Destinamus: Ut in præcedentibus epistolis.

(g) Utilitas procuretur: Ne scilicet ab Imp. Palæologo ditionibus, quas obtinebant, spoliarentur, uti tentabat, & jam ex parte confecerat, anno 1260. insigni de illis parta victoria.

URBANUS PP.IV. An. Ch.1263.

tribus in negotii prosecutione ipsius favorabiliter, & efficaciter assistentes, provideatis sibi per Districtum vestrum [a] de securo conductu eundo, morando, & redeundo, prout opus fuerit; ut ipsi a vobis duxerint requirendum; ita quod exinde vestra possit devotio merito commendari.

Datum, *ut supra*.

Electio, consecratio, & confirmatio Fr. Dominici O.M. in Episcopum Abulensem. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist. 194. to. 1. an. 2.)

LXXXIII.
Anno 1263. die 30. Julii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis Capitulo Abulen. [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium a sollicitudine providendarum Ecclesiarum.

CUNCTARUM Ecclesiarum regimini disponente Domino præsidentes sedula vigilamus instantia; studioque sollicitudinis insistimus indefesso, ut eædem laudabiliter præserventur a noxiis, dirigantur ad salutaria, & in prosperis auctore Domino amplientur. Proinde fit, quod dum illas deplorare conspicimus viduitatis incommoda; pro earum provisione celeri, ne per vacationem diutinam aliqua in spiritualibus, & temporalibus detrimenta sentiant, successivis insultibus noster pulsatur affectus: & provisio hujusmodi procedat provide de utilibus, Deo favente, personis, quæ juxta desiderii nostri plenitudinem sibi per sanctæ vitæ meritum, & aliis proficiant per exemplum; curam intentam, ac diligentem, & opportunam operam adhibemus. Sane *Abulen.* Ecclesia Pastoris solatio destituta, vos pro celebranda electione futuri Episcopi convenistis in unum; & votis vestris in diversa divisis Venerabilem Fratrem nostrum *Dominicum* [c] de Ordine Fratrum Minorum Episcopum *Abulen.*, ac Magistrum *Martinum* Cappellanum nostrum, Decanum Burgen. [d], Cantorem Ecclesiæ supradictæ [e] ad ipsius Ecclesiæ regimen in discordia elegistis; Venerabili Fratri nostro *Compostellano* Archiepiscopo [f] Loci Metropolitano electionibus hujusmodi præsentatis; earumdem electionum negotio per appellationem ipsius Cantoris ad Sedem Apostolicam legitime devoluto; Nos in ipso dilectum filium nostrum O. [g] Sancti Adriani Diaconum Cardinalem dedimus Auditorem; coram quo, eodem pendente negotio, memoratus Cantor renuntiavit libere juri, si quod sibi per electionem præmissam factam de ipso fuerat acquisitum; & demum in dictum Episcopum tam ipse, quam illi, qui eum elegerant, consenserunt; memoratus quoque Archiepiscopus ad petitionem vestram supradictam electionem, quæ de ipso Episcopo celebrata fuerat, confirmavit; ac sibi munus consecrationis impendit. Nos autem confirmationem hujusmodi, quia ipsam utpote factam pendente prælibato negotio coram eodem Cardinali, invenimus esse nullam, cassavimus, illam cassam, & irritam nuntiando. Et postmodum advertentes, dignaque consideratione pensantes ejusdem Episcopi laudabilium copiam meritorum, & gregi Dominico intendentes utiliter paterna diligentia providere; dictum *Episcopum* [h] Religione conspicuum, vitæ munditia, & morum honestate decorum, scientiæ litteralis eminentia præditum, in spiritualibus & temporalibus circumspectum, cujus charitatem vigere speramus erga plebem suo regimini commendatam; de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine ipsi Ecclesiæ in Episcopum præfecimus & Pastorem. Insurgente Nobis fiducia, & spe grandi concepta, quod eadem Ecclesia per suæ circumspectionis industriam laudabilibus auctore Domino spiritualiter & temporaliter consurget augmentis. Quocirca Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus; quatenus eumdem *Episcopum* ad supradictam Ecclesiam cum benedictionis nostræ gra-

Marginal notes: idque cum utilitate. — Vacante Ecclesia Abulen. — Duo eliguntur ad eam in discordia, — quorum alter ad Sedem Apostolicam appellat, — cui datur Auditor Diac. Cardin., — sed appellans cessit juri suo: — interim omnes in alterum electum conveniunt, — qui confirmatur, & consecratur a Metropolitano. — Pontifex etiam eum collaudat, — dictæque Ecclesiæ præficit, — & Capitulo supra relato commendat.

(a) DISTRICTUM VESTRUM: Idest ditionem vestram.

(b) ABULENSI: Vulgo *Avila* in Castella veteri juxta fluvium Adaiam media ferme inter Matritum, Vallisoletum, & Salmanticam 18. leucis utrinque sub Archiepiscopo Compostellano S. Teresiæ natalibus clara Civitas.

(c) FR. NOSTRUM DOMINICUM: Nostris hucusque ignotum, Dominicanis vero a nonnullis ascriptum, *Suarez* cognomine, & anno 1272. defunctum.

(d) BURGEN.: Vulgo *Burgos* etiam in veteri Castella nunc Archiepiscopali dignitate decorata.

(e) ECCLESIÆ SUPRADICTÆ: Nimirum *Abulensis*.

(f) COMPOSTELLANO ARCHIEPISCOPO: In Gallæcia.

(g) O.: *Ottobonum* Filcum Genuen. Innocentii IV. nepotem postea ad summum Pontificatum sub nomine *Adriani V.* anno 1276. promotum.

(h) DICTUM EPISCOPUM: Videlicet *Fr. Dominicum* O. M. alias interius memorandum.

gratia procedentem, devote, ac hilariter admittentes, & honeste tractantes sibi tanquam Patri & Pastori animarum vestrarum humiliter intendere, ipsique obedientiam & reverentiam debitam & devotam exhibere curetis; ejus salubria monita & mandata suscipiendo devote, ac efficaciter adimplendo; alioquin sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus; & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari [a].

cum solita commi-nationis clausula.

a

Datum apud Urbem veterem III. Kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno II.

Ut de pace inter Pisanos, *&* Lucanos *componenda ferventius agant, actumque rescribant.* (Ex Reges. Vatic. epist. 179. apud Wadingum in Reges. Pontif. n.6., quam & Raynaldus memorat num. 75.)

LXXXIV.

Anno 1263. die 30. Julii.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Mansueto [b] *Capellano, & Pœnitentiario, ac Nobili viro* Ligerio de Saffetta *Marescallo* [c] *nostris Salutem, & Apost. Benedict.*

b

c

RECEPTIS vestris litteris, & perlectis, ecce nostras tam ad *Pisanos* [d], quam *Lucanos* [e] mittimus litteras; sicut vos Nobis in eisdem vestris litteris suasistis. Ideoque volumus, & præsentium vobis auctoritate mandamus, quatenus commisso vobis pacis tractatui diligentius, & ferventius insistatis rescribentes Nobis frequenter statum negotii; & quidquid super hoc vos facere contigerit.

d

e

Litteras suas ad Pisanos & Lucanos memorat.

& inter eos pacis tractatum urget.

Datum, *ut supra*.

Cupiens stabiliri pacem inter Pisanos, & Lucanos per suos Nuncios hortatur hos a bello cessare; nam & idem mandasse Lucanis scribit. (Ex Regesto Vatic. epist. 180. apud Wadingum in Reges. Pontif. n. 8., teste etiam Raynaldo ad hunc ann. n.75.)

LXXXV.

Anno 1263. die 30. Julii.

URBANUS &c.

...Potestati, ... Capitaneo, Antianis, Consilio, & Communi Pisan. *Spiritum Consilii Sanioris.*

CUPIENTES inter vos, & Cives Lucanos pacis, & concordiæ fœdera ad laudem, & gloriam Divini nominis reformari, nuper dilectum filium *Mansuetum* Ordinis Minorum Capellanum, & Pœnitentiarium nostrum, & nobilem virum *Sigerium de Saffetta* Marefchallum nostrum [f] ad vos tamquam pacis Angelos propter hoc specialiter duximus destinandos. Verum quia postmodum intelleximus, quod dicti Cives Lucani tamquam exasperati ex iis, quæ a vobis his temporibus pertulisse noscuntur, ad impugnationem, & obsidionem *Castri Aginulfi* Lunen. Diœcesis, quod possidere dicimini, hostiliter processerunt; quodque vos hac de causa commoti contra Civitatem Lucanam iteratò exercitum congregatis: Nos toto mentis desiderantes affectu, ut omne removeatur obstaculum, per quod bonum pacis valeat quomodolibet impediri; ecce dilectis filiis ... Potestati, Capitaneo, Antianis, Consilio, & Communi Lucanis nostris sub certa forma dedimus litteris [g] in mandatis, ut statim, eisdem receptis litteris, sicut nostram, & Apostolicæ Sedis caram habent gratiam, ab ipsius Castri obsidione, ac impugnatione recedant, & ad propria revertantur. Ideoque Universitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente, mandantes quatenus & vos etiam attendentes, quod si dicti Lucani provocati a vobis, ut noscitis, fecerunt aliquid, quod vobis forte displicuit; non multum debetis hoc ad animum revocare, ob reverentiam Apostolicæ Sedis, & nostram ab hujusmodi congregatione exercitus totaliter desistatis; nullamque inferatis prædictæ Civi-

Causa mittendæ epistolæ.

Nunciosque legandi.

f

Lucani Castrum Aginulfi obsident.

Lucanis etiam Potestatem scribit, ut paci studeant.

g

Ipsum suadet & Pisanis.

(a) Hoc anno una cum Episcopo Sylven. binisque aliis fuit Nuncius & procurator Alphonsi Regis Castellæ apud Sedem Apostolicam pro negotio *Imperii* ex Bulla *Qui Cœlum, terramque &c.* die 27. Augusti datam; sequentique anno testis fuit sententiæ latæ pro Episcopo *Venetiarum* contra Commune Venetum ex epist. 1546. præfati Reges. Vatic. to. 3. an. 2. data XIII. Kal. Maji.

(b) Fr. Mansueto: Ad quem sunt litteræ hujus Pontificis die 14. & 15. hoc mense scriptæ, & paulo ante relatæ.

(c) Marescalco: Hoc est armorum Duci.

(d) Nostras tam ad Pisanos: Incipientes: *Cupientes inter vos &c.*, quæ mox subduntur.

(e) Quam Lucanos: Hæ tamen non leguntur, sed fere idem continere creduntur, mutatis mutandis; memorantur enim & in illis ad Pisanos datis, & in subsequentibus Priori Fratrum Prædicat. in Tuscia scriptis.

(f) Marescallum nostrum: Legi possunt de his præcedentes, & subsequentes litteræ.

(g) Dedimus litteris: Hæ quidem non leguntur; ex his tamen, & insequentibus illarum tenorem elicimus, quem & superius no. (e) indicavimus.

URBANUS PP. IV. An.Ch.1263.

Civitati Lucanæ molestiam, vel offensam; sed omni rancore deposito, tractatui pacis, quem jam per dictos Pœnitentiarium, & Mareschallum inchoatum esse credimus; ferventius, & diligentius insistere studeatis, præbentes eorum super hoc exhortationibus efficacibus aures vestras, ita quod Regem pacificum constituatis vobis exinde propitium, & benignum; Nosque reddatis exinde ad procuranda vestra spiritualia, & temporalia commoda promptiores.

a Datum, *ut supra* [a].

Curet per se, vel per consanguineos, & amicos, ut Lucenses ab obsidione Castri Aginulphi *discedant, quo inter eos, & Pisanos pax, & concordia componi queat*. (Ex Regis. Vat. ep.181., & Bullar. Ord. Præd. to.1. Bul.39. Urbani IV., teste & Raynaldo n. 75.)

LXXXVI.

Anno 1263. die 31. Julii.

URBANUS &c.

b *Dilecto filio .. Priori Fratrum Prædicatorum* [b] *in* Tuscia *Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

Superiorem commissionem enarrat,

DIlecti filii Frater *Mansuetus* Ordinis Minorum Capellanus, & Pœnitentiarius, ac Nobilis vir *Sigerius de* c *Saffetta* Mareschallus noster [c], quos nuper ad Civitatem *Pisanam* transmisimus, sicut nosti, pro negotio pacis inter eamdem *Pisan.*, & *Lucan.* Civitates, auctore Domino, reformando; Nobis per suas d litteras [d] intimarunt, quod cum ipsi cœpissent hujusmodi commissum eis tractare negotium, & verba eorum benigne satis a Communi Pisano recepta, & accepta fuissent; tandem prædictum negotium, quod jam prosperum cœperat habere progressum, ea occasione extitit

negotiique progressum,

A impeditum, quod Commune *Lucan.*, sicut publica, & veridica fama vulgavit, Castrum *Aginulphi* Lunen. Diœcesis [e], quod Pisani possident, dura obsidione suis undique collectis viribus vallaverunt. Cum igitur Nos impedimentum hujusmodi velimus penitus amoveri; ut, eo submoto, dictum negotium speratum, Deo favente, sortiatur effectum; mandamus, quatenus apud Commune, ac Cives *Lucan.*, quibus super hoc specia- B liter scribimus [f], per te, ac tuos consanguineos, & amicos diligenter, & ferventer insistas, ut sublato cujuslibet difficultatis & dilationis obstaculo, ab ipsius Castri obsidione recedant, & ad propria revertantur; ita quod incboatus jam super negotio prædicto tractatus processum laudabilem, & exitum valeat habere felicem; Nos enim Communi, & populo *Pisano*, qui jam contra Civita- C tem *Lucan.* exercitum congregare dicuntur, nostris sub certa forma damus literis [g] in mandatis, ut ab hujusmodi exercitus congregatione omnino desistant; nullamque dictæ Civitati *Lucan.* molestiam inferant, vel offensam. Et quia tu conditionum illarum partium notitiam obtines pleniorem, volumus, ut nostras, quas prædicto Communi *Lucano* super hoc mittimus, literas eidem Communi præsentari facias, si videris expedire.

qui a Lucanis impeditur, e

& Pontifex mandat ut supra. f

Scribens & Pisanis, ut ab armis discedant. g

D Datum apud Urbem veterem II. Kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno II.

Rogat, ut ab armis discedat, & ab iisdem cesset cum Palæologo, dum unionis utriusque Ecclesiæ negotium reducatur ad exitum; & Nunciis ante dictis aures præbeat. (Ex Regesto Vatic. epist.188. apud Waddingum in Annal. Min. num.5.)

URBA-

(a) Sed nihil obtinuisse Pontificem, hinc colligas, quod anno 1267. adhuc inter se Civitates istæ belligerabant ex litteris Clementis IV. *Mandatum Pisanis &c.* anno præisto die 3. Februarii scriptis: nisi bellum renovatum fuerit.

(b) Priore Fratrum Prædicatorum: Qui videtur natione fuisse Lucensis, aut illius diœcesis; cum Pontifex dicat: *quia tu conditionum illarum partium notitiam obtines pleniorem*: eique injungat, ut per se, ac *ejus consanguineos, & amicos* Lucenses removeat ab obsidione Castri Aginulphi.

(c) Nostri: De quibus in præcedentibus epistolis *Cupientes inter vos &c.*, & *Receptis vestris &c.* pridie datis.

(d) Per suas litteras: Quas Pontifex etiam commemorat in sua ad eos epistola pridie scripta, quæ incipit: *Receptis vestris litteris &c.*

(e) Lunen. Diœcesis: Fuit *Luna* Civitas Hetruriæ in finibus Liguriæ ad mare, & ad ostium Macræ fluminis jam pridem excisa, cui *Sarzana* ad 3. mill. pass. in Episcopali dignitate successit. Qui scripsit eam nunc dici *Pontremulum*, errore plane ducitur; cum hoc Oppidum ab illa 25. mill. pass. distet in mediterraneis, dictumque sit *Apua* ab antiquis, si fides est Justiniano Genuen. Histor. & aliis.

(f) Specialiter scribimus: Quæ litteræ non extant evulgatæ, eum tamen memorentur in superioribus litteris ad Pisanos, & ad Nuncios Pontificios datis.

(g) Damus litteris: Nempe *Cupientes inter vos &c.* pridie scriptis, & supra relatis.

LXXXVII. Anno 1263. die 1. Augusti.

URBANUS &c.

Dilecto filio Nobili Viro Guillelmo de Villarduin [a] *Principi* Achajæ *Sal., & Apost. Benedictionem.*

Causa litterarum edendarum.

CUM Nos dilectos filios *Simonem* de Alvernia, *Petrum* de Moras, *Petrum* de Crista, & *Bonifacium* de Yporegia [b] Fratres Ordinis Minorum ad Michaelem Palæologum, qui pro *Græcorum Imperatore* se gerit, de Fratrum nostrorum consilio ad hoc specialiter destinemus, ut ipsum, si unquam reduci potest, ad unitatem Ecclesiæ redueamus; & inter alia, quæ eidem Palæologo scribimus, contineatur expresse, ut interim, donec inter Nos, & ipsum super hoc tractatus habitus fuerit, commotæ jam per eum contra te cessent penitus simultates; terribiles armorum strepitus conquiescant; hostiles arceantur incursus; & præcipites bellorum impetus refrenentur: Nobilitatem tuam rogandam duximus attente, & hortandam, mandantes, quatenus si dictus Palæologus hæc, quæ sibi super hoc scribimus, duxerit adimplenda, & tu fili similiter ad requisitionem dictorum *Fratrum* interim ab ipsius Palæologi impugnatione desistas; intendens eisdem *Fratribus* in iis, quæ super his ex parte nostra duxerint injungenda; cum in hoc jam tuus agatur specialiter honor pariter, & profectus [c]. Taliter igitur hujusmodi nostra precamina, & mandatum adimpleas, ut possis a nobis de devotionis promptitudine merito commendari.

reductio Palæologi Imp. ad Fidem Catholicam.

Qui a Pontifice hortatus est interim ab hostilitate cessare cum prædicto Guill. Villard.

Quod ipsum mandat & Villarduino.

eique commendat fratribus ad Palæologum Nuncios.

Datum apud Urbem Veterem Kalendis Augusti, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Anteraden. *Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicæ suscipit, privilegio firmat, eique* Rafanien. *Ecclesiam perpetuo unit.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist. 67. to. 4. an. 2.)

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1263.

LXXXVIII. Anno 1263. die 26. Augusti.

URBANUS &c.

Venerabili Fratri ... [d] *Episcopo* Anteraden. *Ecclesiæ* [e], *ejusque Successoribus canonice substituendis in perpetuum Sal., & Apost. Bened.*

Exordium.

IN eminenti Apostolicæ Sedis specula licet immeriti, disponente Domino, constituti Fratres nostros Episcopos tam propinquos, quam longe positos fraterna debemus charitate diligere, & Ecclesiis sibi a Deo commissis pastorali sollicitudine providere. Quocirca, Venerabilis in Christo Frater ... [f] Episcope, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam *Sanctæ Mariæ Anteraden.*, cui Auctore Domino præesse dinosceris, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus; & præsentis scripti privilegio communimus statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste ac Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus vocabulis exprimenda, locum ipsum, in quo præfata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis. In prædicta quoque specula cum amaritudine animi contemplantes locum, qui vulgariter dicitur *Rafania* [g], & quem Civitatis, & Episcopalis dignitatis titulo insignitum aliquando fuisse, quorumdam habet assertio; fore per manus infidelium Nationum adeo desolatum, quod ibidem aliqua mœnia, vel Ecclesiæ, ut dicitur, vix apparent; & quod inibi Clerici aliqui ritum Romanæ servantes Ecclesiæ non existunt; nec a longe retroactis temporibus extiterunt. Prospicientes insuper in specula ipsa, quod Magister, & *Fratres Hospitalis* Sancti Johannis Hierosolymitani [h] super decimarum perceptione,

Ecclesiam Anteraden. sub Apostolicæ Sedis protectione suscipit,

eique bona cuncta confirmat.

Rafania olim Episcopatus

in ruinis desolata jacens, & sine Clero ritus Romani

(a) Guillelmo de Villarduin: Principi nationis Gallicæ, de quo non semel in aliis pro isto negotio litteris: *Romanorum Senescallum* se dicit in epistola ad Blancam *Campaniæ Comitissam* apud tom. 1. Anecdot. Martena, & Durand col. 809.

(b) De Yporegia. De quibus actum est in præcedentibus litteris.

(c) Profectus: Ne scilicet ab Imp. Palæologo Principatu pellatur, ut jam conabatur.

(d) Ven. Fratri ...: *Guillelmo* Ordinis Minorum ex Bulla 54. *Inter primas &c.* hoc anno die 9. Aprilis data, qua eum Pontifex *Anteraden* Ecclesiæ promovit.

(e) Anteraden. Ecclesiæ: De qua in no. (b) ad cit. Bullam *Inter primas &c.*

(f) Frater ...: *Guilielmus*, ut supra.

(g) Rafania: Syriæ urbs in Phœnicia, Cassiotideque Regione posita, Epiphaniæ, & Anteradæ finitima, atque mediterranea olim Episcopatus sub Apameno Archiepiscopo in Patriarchatu Antiocheno.

(h) Hierosolymitani: Nunc Equites Melitenses.

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1263.

disceptatio de Castro Craci inter Episc. & Aquites Hospital. a

ne, ac juribus Episcopalibus exercendis in *Castro Craci* [a], quod tuæ, ut asseris, existit Diœcesis; ex eo tibi obicem difficultatis inferre non desinunt, quod dictum locum propriam videlicet *Rafanien.* habere Diœcesim, & ipsum Castrum de illa esse Diœcesi firmiter asseverant. Advertentes etiam in eadem specula, quod ipsa tua Ecclesia occasione quæstionis, quæ inter te, & illos super hujusmodi decimis, & juribus apud Sedem Apostolicam vertitur, fuit diutius Pastoris præsentia destituta; & quod prædicta ejusdem loci desolatio, & alia plura ipsi loco proprium deputari Episcopum dissuadent; & quod idem locus, & partes, quas aliqui *Rafanien.* Diœcesim vocant, utpote quæ Diœcesi Anteraden. conterminatur, commode poterunt Anteraden. Episcopi ministerio gubernari; nec non volentes, quod locus & partes hujusmodi, si in eis per Dei dexteram Populus Christianus reductus fuerit, debeant in iis, quæ ad Divinum cultum pertinent, reformari; & ipsi Ecclesiæ tuæ proprii sponsi procurari solatia; quæstio prædicta expediri facilius, & in posterum extingui fomes similium quæstionum; ac per hoc vexationes indebite ab eadem tua Ecclesia cohiberi; de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine Potestatis præfatas Ecclesiam & Diœcesim *Rafanien.* cum omnibus juribus, decimis, possessionibus, & bonis ad ipsam Ecclesiam *Rafanien.*, ac ejus Episcopum pertinentibus, sive ipsa *Rafanien.* Ecclesia de Episcopo Græco hactenus ordinata fuerit, sive Latino; tibi, prædicte Frater Episcope, tuisque successoribus concedimus, in te & ipsos successores, ac eamdem Ecclesiam Anteradensem omne jus, quod ipsi *Rafanien.* Ecclesiæ, sive ut Cathedrali, sive non Cathedrali, ac ejus Episcopo competebat, quoad correctionem, reformationem, institutionem, destitutionem, integram perceptionem decimarum, aliaque omnia jura Episcopalia temporalia, & spiritualia transferentes, ac etiam transfudentes, ut perinde habeatur omnino, ac si dicta *Rafanien.* Ecclesia ejusdem Anteradensis Ecclesiæ

Rafanien. Ecclesiam unit Anteradensi.

pars, & juris ipsius totaliter a sui principio extitisset, universas Ecclesias, & personas Ecclesiasticas Civitatis, & Diœcesis *Rafanien.* eidem Ecclesiæ *Rafanien.* subjectas tibi, & ipsis tuis successoribus tanquam Diœcesanis Episcopis, & eidem Anteraden. Ecclesiæ constituendo quoad præmissa omnia perpetuis temporibus esse subjectas; ita quod ipsa Diœcesis *Rafanien.*, & tua una sint Diœcesis, quæ *Anteraden.* vocabulo nuncupetur, una cum *Rafanien.*, & aliis Ecclesiis prædictis tuo, & successorum tuorum ministerio perpetuis temporibus gubernanda. Et ne pro eo quod aliqui prædictam *Rafanien.* Ecclesiam *Appamien.* Ecclesiæ [b] tanquam suffraganeam subesse proponunt, per alicujus cavillationem circa confirmationem electionis de Anteradensi Episcopo faciendæ possit aliquid difficultatis oriri; ordinamus, & volumus, quod pro ejusdem electionis confirmatione, & etiam provisione in casu negligentiæ recursus dumtaxat ad Patriarcham *Antiochenum*, cui dicta *Anteraden.* Ecclesia immediate subesse dinoscitur, habeatur, hac nostra concessione, & subjectione nulla ex eo passura calumniam; quod forsan constare non poterit [c], prædictam *Rafanien.* Ecclesiam Cathedralem Ecclesiam extitisse. Ad hæc Cimiteria Ecclesiarum, & Ecclesiastica beneficia nullus hæreditario jure possideat; quod si quis facere præsumpserit, censura Canonica compescatur. Præterea, quod communi consensu Capituli tui, vel partis consilii sanioris in tua Diœcesi per te, vel successores tuos fuerit canonice institutum, ratum, & firmum volumus permanere. Prohibemus insuper, ne excommunicatos, vel interdictos tuos ad officium, vel communionem Ecclesiasticam sine conscientia & assensu tuo quisquam admittat; aut contra sententiam tuam canonice promulgatam aliquis venire præsumat, nisi forte periculum mortis immineat; aut dum præsentiam tuam habere nequiverit, per alium secundum formam Ecclesiæ satisfactione præmissa oporteat ligatum absolvi. Sacrorum quoque Canonum

b & ab Appamien Metropoli eximit.

& uni Patriarchæ Antiocheno subjicit.

c

(a) IN CASTRO CRACI: Alio a *Krach* nunc dicto *Petra deserti* Arabiæ Petreæ Metropoli.

(b) APPAMIEN. ECCLESIÆ: Idque constat ex antiquis *Notitiis Eccles.* apud Schelstratium tom. 2. Antiqu. Eccl. in Append. ad Opus Geograph. num. 20. *de Apamia* Syriæ 2. Metropoli, ejusque Suffraganeis.

(c) CONSTARE NON POTERIT: Constat autem ex Conciliorum Actis præsertim Nicæni, Ephesini, & Chalcedonensis, in quibus *Raphaneorum* Episcopus interfuisse legitur.

num auctoritatem sequentes statuimus, ut nullus Episcopus, vel Archiepiscopus absque tuo consensu Conventus celebrare, causas etiam, vel Ecclesiastica negotia in tua Diœcesi, nisi per Romanum Pontificem, vel ejus Legatum fuerit eidem injunctum, tractare præsumat; nisi forsan Metropolitanus ejus aliquod præmissorum fecerit in casibus sibi a jure concessis. Illam quoque abusivam consuetudinem, vel potius abominabilem corruptelam, qua Cives *Anteraden.*, Episcopo decedente, bona mobilia Episcopatus, tanquam ad eos jure successionis pertineant, rapiunt, & asportant, inhibentes Electo, ne ingrediatur Episcopale Palatium, nisi prius juret se illorum consuetudines servaturum, penitus abolemus sub interminatione anathematis prohibentes, ne talia de cætero attententur. In Ecclesiis quoque *Anteraden.* Diœcesis, quæ ad alios pleno jure non pertinent, nullus Clericum instituere, vel destituere, aut Sacerdotem præficere sine consensu Diœcesani præsumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ concessionis, ordinationis, & Constitutionis paginam &c.[a]

(Ne obeunte Episcopo bona mobilia Episcopatus Anteradenses occupent Cives.)

(Clausula vetans &c.)

Datum apud Urbem veterem per manum Magistri Michaelis de Tholosa Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarii VII. Kal. Septembris, Indictione VI., Incarnationis Dominicæ Anno M.CC.LXIII. Pontificatus vero Domini Urbani Papæ IV. Anno Secundo[b].

Rogat Angliæ Regem, ut censum trium annorum Ecclesiæ Romanæ debitum Fr. Jo. Cantiano O. M. Nuncio suo persolvat. (Ex Vatic. Regest.Pontif.p.55.to.2.an.2.)

URBANUS &c.

LXXXIX. Anno 1263. die 26. Augusti.

Carissimo in Christo filio nostro illustri.. Regi Angliæ *Sal., & Apost. Bened.*

SI, quod juste debes, promptus exsolvas; gratiam acquiris ex debito; & commendari meretur Celsitudo Regia ex affectu. Cum igitur *Census* annuus mille Marcarum sterlingorum a te Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ debeatur; & in ipsius per tres annos ad festum beati Michaelis venturum proximo computandos jam fuerit solutione cessatum; Excellentiam Regiam requirendam duximus, & affectione paterna rogandam, quatenus prudenter attendens quid congruat magnificentiæ Regalis honori, cum manum Regiam erga matrem Ecclesiam ad justitiæ debitum tardam esse non deceat, quam nonnulli frequenter inveniunt ad munera liberalem gratiæ, *Censum* ipsum pro tempore antedicto dilecto filio *Fratri Johanni de Cancia* Ordinis Fratrum Minorum Nuntio nostro in Anglia, nostro & Ecclesiæ præfatæ nomine, sublato difficultatis obstaculo, prompta voluntate persolvas. Ita quod ex ulteriori solutionis dilatione prædicta Ecclesia dispendium non incurrat; & Nos id gratum habentes devotionem Regiam debeamus exinde merito commendare.

Datum, *ut supra*[c].

Pro ejusdem Census Regii exactione, ac depositione ut in præcedenti epistola.

URBANUS &c.

XC. Anno 1263. die 26. Augusti.

Dilecto filio Fratri Johanni de Cancia[d] *Ordinis Fratrum Minorum Nuntio nostro in Anglia, Sal., & Ap. Ben.*

SI Carissimus in Christo filius noster..[e] Illustris Rex *Angliæ*, quod juste debet, promptus exsolvat, gratiam acquirit ex debito, & commendari meretur Celsitudo Regia ex affectu. Cum igitur *Census* annuus mille marcharum sterlingorum a Rege prædicto sacrosanctæ

(a) PAGINAM &c.: Ut in Bulla 52. Alexandri IV. *Religiosam vitam &c.* usque *Amen, Amen.*
(b) Legatur & epist.109. *Dudum inter &c.* infra relata.
(c) Consule epist.76. *Cum Carissimus &c.* hoc anno die 25. Julii scriptam de hac re *Fr. Johanni Cantiano*, & alias etiam antea datas.
(d) FR. JOHANNES DE CANTIA: Cui etiam hoc anno die 25. Julii alias pro hoc *censu Regio* litteras dederat.
(e) FILIUS NOSTER...: Henricus III., ut alias.

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1263.

sanctæ Romanæ Ecclesiæ debeatur, & in ipsius per tres annos ad festum Beati Michaelis venturum proximo computandos jam fuerit solutione cessatum; Nos Regem ipsum per litteras nostras [a] requirendum duximus, & affectione paterna rogandum, ut censum ipsum pro tempore antedicto tibi nostro & Ecclesiæ præfatæ nomine, sublato difficultatis obstaculo, prompta voluntate persolvat. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus receptis litteris nostris, quas super hoc Regi dirigimus memorato, illas ei præsentare non differas; eumque moneas attentius, & inducas, ut censum ipsum pro tempore antedicto infra terminum competentem, quem ei peremptorie præfigendum duxeris, tibi pro nobis, & eadem Ecclesia cum integritate persolvat; alioquin Cappellam ipsius [b] supponas Ecclesiastico interdicto: Non obstante, si eidem Regi a Sede Apostolica sit indultum, quod ipsius Cappella per litteras Sedis ejusdem nequeat interdici non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Totam autem pecuniam, quam de Censu receperis, Raynerio Bonaccursi [c] socio dilectorum filiorum Bonaventuræ Bernardini, & Francisci Guidi Civium & Mercatorum Senensium, vel ejus Procuratori cum cautela debita assignare procures: Quid, & quantum eidem assignaveris, & diem assignationis, ac quicquid inde feceris, nobis per litteras tuas tenorem præsentium continentes fideliter rescripturus.

Datum, *ut supra*.

Richardum Cornubiæ Comitem Angliæ Regis fratrem, & Alphonsum Castellæ Legionisque Regem de Imperio *Germanico contendentes vocat in judicium*. (EX VATIC. REGES. Pontif. epist. 212 tom. 1. an. 2., & apud RAYNALDUM ad hunc an. n. 46. & seq.)

URBANUS &c.

XCI.

Anno 1263. die 27. Augusti.

Carissimo in Christo filio Riccardo [d] *in Romanorum Regem* Electo [e] *Sal., &c Apostolicam Benedictionem*.

Exordium a Divina providentia de sacerdotio & Imperio.

QUI Cælum, terramque regit, is nimirum Cæli novit Ordinem; & in terra potest cælestis ponere ordinis rationem; is exempla de superioribus ad inferiora derivans, sicut in firmamento Cæli duo luminaria magna constituit, ut Mundum vicibus suis illustrent; sic & in terris maxima dona sua *Sacerdotium* videlicet, & *Imperium* ad plenum spiritualium, mundanorumque regimen ad firmamentum Ecclesiæ universalis [f], utriusque Potestatis ita discrevit officia, ut eorum officiosa diversitas nulla sibi adversitate differtiat; sed in commissi executione regiminis ex officii debito in voti unitate concordet; & ipsorum procul dubio profutura concordia alterutrius, alternis fulta præsidiis, & utriusque mutuis fota favoribus, opus justitiæ liberius operetur, pacem Mundo pariens, tranquillitatem inducens, & nutriens unitatem. *Imperium* siquidem ad salutem Sacerdotali auctoritate dirigitur; & ipsius adjutum suffragiis, sedatis procellosis interdum imminentium tempestatum turbinibus, tranquillum redditur & quietum. *Sacerdotium* vero pium & tutum habere debet refugium Imperialem mansuetudinem cum sua veneratione conjunctam, ut *Imperii* Romani fastigio præsidens [g] specialis Advocati, & defensoris præcipui circa Ecclesiam gerat officium; & in ipsius fortitudine brachii defensentur Ecclesiæ libertates; jura manuteneantur ipsarum; extirpentur hæreses; cultus Christianæ Fidei amplietur; & inimicis consternatis ejusdem in pacis pulchritudine sedeae populus Christianus, ac in requie opulenta quiescat. Verum humani generis inimicus, pacis impatiens, amator litium, discordiæ seminator, utriusque pro-

(a) PER LITTERAS NOSTRAS: Nempe præcedentes.
(b) CAPELLAM IPSIUS: Quod ipsum sanxerat, & mense superiore die 25. illis litteris *Cum Carissimus &c.*
(c) RAYNERIO BONACCURSI: Depositario alio ab illo prædictarum litterarum 25. Julii, ob quem has litteras iteravit.
(d) RICCARDO: Cornubiæ Comiti, & Angliæ Regis fratri, qui postea ex hac vita decessit anno 1271. die 2. Aprilis in longa de Imperio controversia; ejusque cor in Ecclesia Fratrum Minorum Oxoniæ, corpus vero in illa Cistercien. de Hailes sepelitur ex Parisii Continuat.
(e) ELECTO: Anno 1256. in contentione, alia parte *Alphonsum* Castellæ Regem eligente.
(f) UNIVERSALIS: *Militantis instituens* habet Raynaldus ad hunc annum num. 46.
(g) FASTIGIO PRÆSIDENS: *Fastigium, & ejus culmini præsidens* legitur apud cit. Raynaldum, sed nostra lectio sincerior esse videtur.

Quo tempore orta dissensio.

profectibus invidens, claræ memoriæ *Willelmo* Romanorum Rege rebus humanis exempto [a], inter te, & cariſſimum in Chriſto filium noſtrum A. [b] Regem Caſtellæ ac Legionis illuſtrem in Romanorum Regem electum circa obtinendam ejuſdem Imperii dignitatem contentionis materiam ſuſcitavit; ut, vobis circa hoc contendentibus, careret Imperialis regiminis commodis Orbis terræ; & tanti brachii tam utilis, tam neceſſarii, tam clari carentiam ex ipſius Imperii vacatione diutina moleſtam admodum, & nocivam damnoſa experientia *Eccleſia* præfata ſentiret. Senſit utique, ſenſit [c] Mater Eccleſia tam populi ſibi commiſſi, quam ſuam gravem de hujuſmodi contentione jacturam.

Mala ex Imperii dissensione exorta.

Crevit namque perverſorum audacia, & ipſorum abundante malitia; dum eodem vacante Imperio ipſi Eccleſiæ defenſionis debitæ ſuffragia ſubtrahuntur; liberius peccatis inſiſtitur; hæreſes pullulant; ſcandala ſuſcitantur; multiplicantur cædes & ſtrages; injuriæ invaleſcunt; in perſecutionum turbinibus Petri navicula fluctuat; & interdum qui Fidelium ipſius cenſeri nomine gloriantur, in arcum perverſum fidei debitum non ſervando converſi eam in ſuis juribus injurioſe impetunt, & moleſtant, illa nunc denegando pro libito, nunc illicite occupando; propter quod eadem *Eccleſia* non immerito hujuſmodi vacationem deplorat *Imperii*; & de animarum periculis, quæ peccandi libertas ingerit, ex intimis longa trahens ſuſpiria ingemiſcit.

Pſal. 77. 57.

Ex eo inſuper quam dure, quam graviter materna ejus viſcera quatiuntur, quod ipſa* tam caros filios, tam inclitos Principes in ſuo ſentiens utero collidentes prudenter advertit ruam, & prædicti Regis* potentiam in Chriſti blaſphemos, & inimicos nominis Chriſtiani potenter & magnifice more ſolito exercendam in proprium, & grande domeſticorum Fidei detrimentum talibus contentionibus implicari.

* alibi *eadem Eccleſia*.

* alibi *Electi*.

quibus occurrere laboravit Eccleſia.

Hæc igitur, & alia incommoda diſſenſionis hujuſmodi eadem Eccleſia materno penſans affectu in iis auxilii ſui dexteram non ſubtraxit, A ſed vigilavit attentius, attentione ſollicita vigilanter intendit; multaque ſollicitudine pervigil laboravit, ut diſcriminibus tantis occurreret; teque, ac ipſum Regem* a diſcordiarum diſpendiis præſervaret.

* al. *Electum*.

Et licet inter vos Judicis partes aſſumere huc uſque diſtulerit pro eo maxime, quod tam tui [d], quam ipſius Regis* Nuntii in record. fel. Alexandri Papæ [e] prædeceſſoris noſtri, Noſtra, & Fratrum noſtrorum præſentia conſtituti, B ſuper prædictis judiciarium Apoſtolicæ Sedis examen expreſſe uſque ad hæc tempora declinarint; dilationem tamen hujuſmodi illa etiam utilitatis utriuſque partis conſideratio, & paternæ pietatis cautela pro vobis conſilium capiens perſuaſit, ut veſtris animis ad hoc habilitatis interim ad reformanda inter vos amicitiæ fœdera congruentia tempora captarentur, & remedia promptiora paterent, C per quæ diſcordiæ occaſione ſublata, vos glutinum ſolidæ charitatis uniret; ac in veſtræ ſoliditate concordiæ, quam tractatus, qui ſuper hoc inter vos dicebantur haberi, promittere videbantur, ſub ſui Principis ducatu pacifico daretur eidem ſabatiſmus [f] *Imperio*; & ſedatis ſcandalis ipſius ſubditis quietis optatæ jucunditas proveniret; peſtis exterminaretur hæretica; animarum pericula vitarentur; *Eccleſia* Imperiali [g] munita præſidio, & ab D hoſtilibus erepta perſecutorum incurſibus reſpiraret; ac eorum, qui ſub ſimulatæ fidelitatis audacia nocent fidentius, temeraria nocendi confidentia refrenata ſuorum jurium integritate gauderet.

* al. *ejuſdem Electi*.

Cur diſtulerit Eccleſia de adjudicando Imperio ſententiam.

Ferebatur tractatus concordiæ inter Alphon., & Riccar. agitari, ſed in vanum.

Hæc quidem hactenus expectavimus anxii; hæc deſideravimus anxia expectatione diutius; in iis prædeceſſoris, Noſtra, & Fratrum noſtrorum ſollicitudo non defuit, ſecundum Apoſtolicæ circumſpectionis judicium de contingentibus nil E omittens. Et quamquam, ut votis noſtris ſatisfieret in hac parte, huc uſque non fuerit ex alto conceſſum; tamen ad id ſemper noſtra ſuſpiravit intentio; ad id plenis deſideriis anxiamur, non proponentes a cœptis deſiſtere, quin circa negorium hujuſmodi ſub ſpe illius, qui facit

Pontificis ſtudium pro pace inter eos concilianda.

(a) Exempto: *Anno 1256.*
(b) A.: Alphonſum X.
(c) Sensit utique, sensit: *Sentit utique, ſentit*: eſt apud cit. Raynaldum num.47.
(d) Hucusque distulerit pro eo maxime quod tam tui: *Non ſine cauſa diſtulerit, præſertim cum tam tui*: ita legit cit. Raynaldus num.48.
(e) Alexandri Papæ: Hujus nominis Quarti.
(f) Sabatismus: Ideſt quies, & vacatio.
(g) Imperiali: *Cæſareo* extat apud Raynaldum.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1263.

cit magna & inscrutabilia; qui facit concordiam in sublimibus, prosequi pacis semitas intendamus, quidquid per Nuntios & Procurarores partium coram nobis novissime iis diebus propositum, petitum fuerit, & responsum.

Nuncii Riccardi ad Pontificem.

Et quidem Venerabilis Frater noster *Laurentius Episcopus*, & dilecti filii [a] Willelmus Archidiaconus Roffen. [b], ac Robertus de Baro Procurarores & Nuntii tui a te plenariam potestatem habentes; ut in nostro Consistorio tua * proponerent negotia, & peterent cum solemnitate, qua conveniret, vocationem *tuam* * solemniter ad coronam; ac universa & singula circa hæc gererent, agerent fideliter, & procurarent, quæ per vestros Nuntios, ac procuratores ad hoc specialiter deputatos legitime possent agi, peti, & etiam procurari; quibusdam consuetudinibus præhbaris, quas servandas in Electione Romani Principis asserebant:

* al. *ejus*.
* al. *suam*

Richardi ad Imperium jura.

proposuerunt inter cætera tam per electionem de *te* * ubi, & quando, & a quibus debuit, legitime celebratam, quam per consensum tuum * in ipsa, & per inunctionem [c], coronationem, inthronizationem in Sede Magnifici Karoli [d], & alia subsecuta *tibi* Electo *; prædictis consuetudinibus observatis *; & nulli alii plenum jus quoad proprietatem, & possessionem in præfatis Regno & Imperio acquisitum, ac Regium nomen, & Imperii diadema indubitate deberi; & supplicaverunt instanter, ac inter alia humiliter petierunt, *tibi* * & hujusmodi nomen ascribi, & *te* * per Nos inungendum, consecrandum, & coronandum in Romanum Imperatorem, advocatum, ac defensorem Ecclesiæ, ad ipsum diadema de nostris suscipiendum manibus sine dispendio ulterioris moræ vocari; & Apostolicum *tibi* * favorem impendi: petitionem hujusmodi variis tam facti, quam juris allegationibus, & quam pluribus nihilominus præmissis protestationibus fulcientes; ac di-

* al. *ipso*
* al. *suum*
* al. *ex eadem electione secutam eidem*
* al. *ut dicebat*.
* al. *ipsi Electo*
* al. *eum*
* al. *sibi*

A centes ipsam per contradictionem *memorati Regis* *, vel electionem, si qua de *ipso* * facta fuerat, utpote contra prætactas Imperii consuetudines, post electionem *tuam* * non cassatam, nec cassandam etiam ab iis, qui saltem tunc nullum jus habebant id faciendi, præsumtam, non debere aliquatenus impediri.

* al. *suam*
* al. *se*
* al. *suam*

Electio Alphonsi posterior electione Riccardi.

Ex parte vero supradicti Regis * per Venerabiles Fratres nostros Garsiam *Silven.* [e], Fratrem Dominicum *Abulen.* [f] B Episcopos, & dilectos filios Magistros Johannem Cappellanum nostrum Archidiaconum Compostellanum, & Radulphum de *Podiobonizi* [g] ipsius Regis Procuratores, actores, & negotiorum gestores generales, & speciales, ita quod occupantis non sit melior conditio, mandatum habentes *ab eodem Rege* * ad petendum pro *ipso* * & *suo* * nomine a nobis & prædictis Fratribus nostris & coronam *Imperii*; & assignari *sibi* * diem ad C recipiendum ipsam, & ad agendum, respondendum, defendendum, & ad tractandum jura *sua* * & Imperii, & quicquid honori *suo* * expedire viderent, sive in ordinario, sive in extraordinario judicio ageretur; fuit e contra propositum, eumdem Regem ad prædicta Regnum, & Imperium a majori parte Principum vocem in hujusmodi electione habentium Electum fuisse legitime; ac esse in ipso D Regno & Imperio potiorem; & electionem [h] de *te* * factam, inunctionem quoque, coronationem, ac cætera subsecuta ex eadem electione *tua* * ex diversis * causis tam contra *te* *, quam contra Electores *tuos* *, & electionem ipsam oppositis penitus nullam esse; nec *dicti Regis* * *electionem* quamquam posterius celebratam impedire potuisse, multipliciter allegantes, cum instantia postularunt *ipsi Regi* * consuetum favorem, & debitam in hu- E jusmodi negotio justitiam exhiberi: apertius exprimentes hanc fore justitiam debitam; hanc esse favorem in talibus consue-

* al. *sua*

Nuncii Regis Alphonsi ad Pontificem.

* al. *a te*
* al. *te* al. *tuo*
* al. *sibi*
* al. *tua*
* al. *tuo*

Alphonsus vero a majori Principum parte electus.

* al. *de memorato Electo*
* al. *ipsa*
* al. *pluribus*
* al. *ipsum Electum*
* al. *suos*
* al. *tuam*
* al. *tibi*

(a) LAURENTIUS EPISCOPUS, ET DILECTI FILII: *Laurentius Episcopus, & dilectus filius* apud eumdem num. 49.

(b) ROFFEN.: Vulgo *Rochester* in Cantia Angliæ Regione Episcopatus sub Cantuarien. Archiepiscopo, cui præerat *Laurentius* a S. Martino an. 1274. defunctus.

(c) IN IPSA, ET PER INUNCTIONEM: *In ipsam unctionem* apud cit. Raynaldum.

(d) MAGNIFICI CAROLI: *Nempe Caroli Magni* apud Aquisgranum coronati.

(e) GARSIAM SILVEN.: Primum illis Ecclesiæ vulgo *Helvas* in Lusitania Antistitem nunc sub Eboren. Archiepiscopo, Saracenis paulo antea ereptæ: qui postea hac de causa ad Sedem Apostol. se conferens fuit in Tuscia misere trucidatus.

(f) FR. DOMINICUM ABULEN.: Ex Ord. Minor. hoc anno die 30. Julii creatum ex *Bulla* superius allata.

(g) DE PODIOBONIZI: Hetruriæ oppido, de quo alias dictum est.

(h) ET ELECTIONEM: *Ipsdem insuper Procuratores, & Nuncii electionem* ita legitur apud citatum Raynaldum num. 40.

Eusdem ad Imperium jura.

A fuetum, videlicet quod, quando aliqui ad Imperium in discordia Principum eliguntur, Sedes Apostolica illum, qui electus est a parte majori, personæ impedimentis cessantibus, denunciat Electum Canonice, ac Regem nominat, parte aliqua non citata; & ei favorem præstat, illique terminum ad recipiendam coronam assignat; etiamsi alter Electorum Regni possessionem præsumpserit occupare; sicut in electionibus Lotharii, & Conradi, Ottonis, & Philippi [a], ac aliorum plurium observatum fuisse dicebant. Eisdem autem præfati Regis Castellæ Nuntiis petitioni prædictæ super debita justitia exhibenda porrectæ insistentibus, Nos memoratum Roffen. Episcopum [b], & alios tuos Procuratores de prædictorum Fratrum consilio duximus requirendos, si vellent super præmissis subire tuo* nomine nostrorum, & Apostolicæ Sedis examen. Qui habito consilio responderunt, quod cum sis Princeps Catholicus, Nobis & Ecclesiæ Romanæ devotus, ipsam caput Christianitatis & Fidei, *tuamque** Matrem & Dominam recognoscens; nec intendas illius declinare judicium, in quibus illud subire debes, & de jure teneris, & in Imperio jus habeas, ac Regni Alemaniæ, & ejus jurium possessionem obtineas; parati erant, in quantum prædicti Mandati, quod a te habebant, se vires extendunt, pro te, ac tuo nomine tanquam pro Rege vero, ac legitimo possessore judicium nostrum & Ecclesiæ Romanæ subire: si quis appareret, qui te super præmissis vellet impetere, aut aliquid quocumque modo proponere, per quod tibi posset aliquod præjudicium generari; salvis semper in omnibus, & per omnia jurisdictione, potestate, officio, auctoritate, dignitate, honore, ac libertate Sacri Romani *Imperii*, ejusque Principum, ad quos specialiter spectat Romanorum Regis electio; & quibus præjudicare non intendebant, vel alias quomodolibet derogare; petitionem tuo præmissam nomine nihilominus repetentes. Ecce, fili Karissime, dum ad petitionem justitiæ ab una parte proceditur; nec ab altera judicio ceditur, sed ipsius profecutioni constanter instatur; Nos, qui sperabamus, quod per tuam, & ipsius Regis concordiam, & concordem supradicti ordinationem *Imperii*, desideratæque quietis nobis serenitas arrideret; in judiciorum inquietos anfractus ingerimur; & expertæ justitiæ instantia in ipsorum Nos fluctus impellit. Ecce pacem expectavimus, & non venit; quæsivimus bona, & illorum cupitus successus

* al. *ipsius*

Riccardi oratores non negant Pontificis subire judicium.

* al. *suam*

Pontifex Invitus ad litem definiendam deicendit.

B nostris desideriis non accessit [c]. Profecto non id desiderabat Ecclesiæ Imperiali auxilio relevanda necessitas: non id exigebant laceræ partes Imperii occupatticibus expositæ manibus direptorum: non id requirebat Christianitatis iis maxime temporibus miseranda conditio, quam & intrinseca plus quam [d] civilia bella concutiunt; & inhumaniter efferarum immanitates gentium, ac præcipue Tartaricæ feritatis affligunt. Quibus

C potius debebatur, ut per tractatus pacificos Cæsarei culminis acceleranda provisio in unitate capitis viribus [e] Romani reintegratis Imperii contra tot discrimina provideret. Nos itaque pacis cogitationes sollicite cogitantes; ac de illius sperantes omnipotentia, & immensa virtute, sub quo curvantur, qui portant Orbem; qui ventis imperat; & ad ejus nutum stat spiritus procellarum;

D pacis tractatibus providimus insistendum. Et ideo hinc inde propositis a Nobis, & prædictis Fratribus nostris in deliberatione exactæ discussionis [f] inducimus, de ipsorum consilio tam ad Magnificentiæ tuæ præsentiam, quam ad ipsum Regem Castellæ Nuntios deliberavimus destinandos, qui vos ad pacem invitent. Ad quod dilectum filium Magistrum *Guillelmum* Cappellanum nostrum Archidiaconum in Ecclesia Parisien., virum utique

E providum, consilii maturitate conspicuum, & a Nobis, ac eisdem Fratribus plurimum merito suæ probitatis acceptum, de cujus industria & fidelitate Nos & ipsi Fratres plene confidimus, ad tuam Magnificentiam specialiter destinamus. Et nihilominus cum simus omnibus

Job. 9. 13.

Mar. 4. 17.

Nuncius mittit Pontifex ad utrumque.

(a) ET PHILIPPI: Nempe Lotharii II., Conradi II., Ottonis IV., & Philippi Suevi.
(b) ROFFEN. EPISCOPUM: Antea dictum *Laurentium*.
(c) SED ILLORUM CUPITUS SUCCESSUS NOSTRIS DESIDERIIS NON ACCESSIT: Raynaldus n 51. legit: *& turbatio strepitus judicialis offertur*.
(d) PLUSQUAM: Hoc loco apud Raynaldum desunt verba usque *Tartaricæ feritatis*.
(e) VIRIBUS: *Juribus* habet cit. Raynaldus.
(f) IN DELIBERATIONE EXACTÆ DISCUSSIONIS: *In discussionem exacta deliberationis* extat apud Raynaldum num. 52.

URBANUS PP.IV. An.Ch.1263.

Ac te justitiæ desit, utrumque peremptorie citat.

bus in justitia debitores; nec debeamus A eam personis denegare sublimibus; qui super ipsa etiam ab humilibus requisiti nostri partes officii non negamus; te, ac eumdem Regem Castellæ citandos decrevimus; & te de sæpedictorum Fratrum consilio peremptorie præsentium tenore citamus, ut secundo die mensis Maji primo venturi Apostolico conspectui per Procuratores idoneos te præsentes, qui tuæ conscientiæ conscii legitimum & plenum a te mandatum habeant ad pacis tra- B ctatum, si Dominus dederit, ineundum; & ad procedendum in ipso negotio, prout honori Ecclesiæ, ac pensata talis & tanti conditione negotii sine offensa justitiæ videbimus expedire.

Datum apud Urbem Veterem VI. Ka-
a lendas [a] Septembris, Pontificatus No-
b stri Anno Secundo [b].

C

De eadem causa. (Ex eodem REGES. ep.213.)

XCII. URBANUS &c.

A. Regi Castellæ ac Legionis illustri in Romanorum Regem Electo Salutem, & Apost. Benedictionem.

QUI Cælum terramque regit &c., (*ut in alia usque*) humanis exempto, inter te & carissimum in Christo filium nostrum *Riccardum* in Romanorum Regem Electum circa obtinendam ejusdem Imperii dignitatem &c. (*verbis competenter mutatis usque*) petitum fuerit & responsum. Ex parte siquidem tua per Venerabiles Fratres nostros Garsiam *Silven.*, & Dominicum *Abulen.* Episcopos &c. (*usque*) speciales omnes in solidum, ita quod occupantis &c. (*usque*) ageretur; nec non & per dilectum filium Magistrum Bernardum Cappellanum nostrum Archidiaconum in Ecclesia Compostellan. fuit inter multa proposita te a majori parte Principum vocem in hujusmodi electione habentium ad prædicta Regnum & Imperium in loco solito, & tempore debito electum fuisse legitime, ac te fore in ipsis Regno & Imperio diversis rationibus potiorem. Et tandem iidem Nuntii electionem de memorato Electo factam &c. (*verbis competenter mutatis usque*) ubservatum fuisse dicebant. Sane Venerabilis Frater noster *Laurentius Episcopus*, & dilectus filius Guillelmus Archidiaconus *Roffen.* & Guillelmus de Corneria Capellani nostri, ac Robertus de Baro Procuratores & Nuntii præfati R. in Romanorum Regem Electi ab ipso plenariam potestatem B habentes &c. (*usque*) procurari, expositis quibusdam consuetudinibus, quas asserebant in electione Romani Principis observandas, inter cætera proponere curaverunt, tam per electionem hujusmodi de ipso &c. (*verbis competenter mutatis usque*) aliquatenus impediri. Porro tuis Nuntiis petitioni prædictæ &c. (*usque*) & alios Procuratores prænominati in Romanorum Regem Electi de prædictorum fratrum consilio &c. (*usque*) responderunt, quod cum ipse in Romanorum Imperatorem Electus sit Princeps Catholicus &c. (*verbis competenter mutatis usque*) derogare, petitionem nomine ipsius in Romanorum Regem Electi præmissam nihilominus repetentes. Ecce, fili carissime &c. (*usque*) insistendum. Et ideo hinc inde propositis per nos & prædictos Fratres nostros in discussione exactæ deliberationis induciis, de ipsorum consilio D ad Serenitatis tuæ præsentiam, quam ad sæpefatum Electum &c. (*usque*) invitent. Ad quod dilectum filium Magistrum *Garinum* Cappellanum nostrum Decanum Cathalaunen. &c. (*usque*) confidimus, ad tuam Celsitudinem &c. (*usque*) non negamus; te, ac eumdem Electum in Romanorum Regem citandos decrevimus; & te de sæpedictorum Fratrum &c. (*usque*) expedire.

Nuncii Alphonsi Regis ad Pontificem.

Nuncii Riccardi ad eumdem.

In quo statu causa versetur.

Datum, *ut in alia*.

E

Crassum Restinorum *Antesignanum jussa Pontificis contemnentem, & alia contra Romanam Ecclesiam machinantem jubet excommunicatum denunciari, & ab officio deturbari.* (Ex VATIC. REGES. Pontif. ep.319. to.3. an.3.)

URBA-

(a) VI. KALEND. : II. Kal. habet cit. Raynaldus.
(b) Alias *Riccardo* supradicto litteras dedit Pontifex eodem initio, ac de eadem re, quas refert Raynaldus ibid. num.53., & seqq.

XCIII.

Anno 1263. die 10. Septembr.

URBANUS &c.

a

Dilecto filio Fratri Florasio [a] *Ordinis Minorum Cappellano nostro Sal., & Apost. Benedictionem.*

Narratio facti.

QUIA omnes fere Civitates, cunctaque Castra, & alia loca Patrimonii Beati Petri in Tuscia, & Ducatus Spoletani, ac quamplures aliæ Terræ Romanæ Ecclesiæ cognitionem causarum appellationum, quæ ad Sedem Apostolicam, & *Rectores*, quos in eisdem Patrimonio, Ducatu, & Terris eadem Ecclesia præficit, specialiter & plene pertinet; usurpare, sibique vendicare præsumpserant in ipsius Sedis præjudicium manifestum, constituendo sibi Capitaneos, seu Sgravatores [b], aut Priores, ad quos causas appellationum hujusmodi faciebant devolvi; & quædam iniqua edendo statuta contra illos, qui ad prædictam Sedem, seu præfatos Rectores pro quibusvis accedebant causis, & super quibuscumque gravaminibus, aut iojuriis appellabant: Nos volentes eidem Sedi contra enervationem hujus suæ jurisdictionis, non deferendo in hoc aliquibus, Apostolica sollicitudine providere, olim in festo *Dedicationis* Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe [c] proximo prærerito, astante tunc fideli populo, universis Capitaneis, Prioribus, Sgravatoribus, & aliis talibus, quocumque nomine censerentur, auctoritate Apostolica firmiter duximus inhibendum, ne a Kalendis Mensis Januarii tunc proximo subsequentis [d] de hujusmodi appellationum causis cognoscere; seque de illis intromittere quoquomodo præsumerent; & si secus forte præsumerent, eo ipso se noscerent *excommunicationis* sententiæ, quam in ipsos ex tunc protulimus, subjacere; suisque officiis totaliter, perpetuòque privatos, ita quod nullis unquam futuris temporibus possent ad hujusmodi, vel ad alia quæcumque officia in terris ejusdem Ecclesiæ reassumi; & si secus præsumptum foret, esset vacuum, irritum, & inane. Sed *Crassus* Civis Tudertinus, qui pro Capitaneo Civitatis *Reatinæ* se gerit, hujusmodi processum nostrum damnabiliter parvipendens, contra tenorem processus ejusdem, citra prædictas Kalendas, de hujusmodi appellationum causis in eadem Civitate cognoscere, seque de illis intromittere non expavit. Et licet dilecti filii ... [e] Potestas, & Consilium Civitatis ejusdem ei duxerint inhibendum, ne contra prædicti processus nostri tenorem facere quomodolibet attemptaret; nihilominus tamen ipse, qui manifestus fautor esse dicitur *Manfredi* quondam Principis Tarentini persecutoris Ecclesiæ manifesti, ad hoc ut scandalum in ipsius Manfredi favorem in prædicta poneret Civitate, per vocem præconis fecit publice io eadem Civitate clamari pro suæ libito voluntatis; ut cum ipse intendat appellationum causas audire; ac illas non obstantibus hujusmodi processu nostro, & impedimentis quibuslibet terminare; omnes appellationum causæ, quas a prædicto Potestate ioterponi contigerit, ad suam audientiam perferantur. Quamplura quoque alia in eadem Civitate contra honorem & fidelitatem Romanæ Ecclesiæ, prout intelleximus, machinatur. Cum igitur eadem Civitas in devotione, ac fidelitate ipsius Ecclesiæ adeo firmiter, & constanter sub temporum diversitate permanserit, quod nullæ tribulationum aquæ ipsius erga eamdem Ecclesiam potuerunt extinguere charitatem; Nos nullatenus sustinere volentes, ut fermento alicujus malitiæ ipsius Civitatis puritas corrumpatur; discretioni tuæ mandamus, quatenus ad prædictam Civitatem te personaliter conferens [f], si, inquisita de plano, & absque judicii strepitu diligentius veritate, dictum *Crassum* citra prædictas Kalendas de hujusmodi appellationum causis inveneris cognovisse, seque intromisisse de illis, convocato Consilio & Populo Reatino denunties ipsum juxta tenorem prædicti processus nostri *excommunicationis* sententiæ subjacere; suoque Officio totaliter perpetuòque privatum, ita quod nullis unquam futuris temporibus ad hujusmo-

ac usurpationis quarumdam Civitatum & locorum.

b

Sanctio Pontificis adversus dictas usurpationes.

c

d

Contra quam Crassus Reatinorum capitaneus agit,

e

repugnantibus, & inhibentibus Reatinis,

Cant. 8. 7.

Quare Pontifex mandat ut supra.

f

(a) FR. FLORASIO; De quo extat epist. 56. *Dilectus filius nobilis &c.* hoc anno die 11. Aprilis data.

(b) SGRAVATORES: Idest exoneratores, ac liberatores gravaminum.

(c) PRINCIPIS APOSTOLORUM DE URBE: Nempe die 18. Januarii, seu 15. Kal. Februarii.

(d) A KALENDIS MENSIS JANUARII TUNC PROXIMO SUBSEQUENTIS: Videtur reponendum *Februarii*, cum jam Kalendæ Januarii pertransierint.

(e). DILECTI FILII ..: *Cittadinus* Civis Urbevetanus ex cit. epist. *Dilectus filius &c.*

(f) CONFERENS: Morabatur enim Florasius Romæ.

URBANUS PP.IV. An.Ch.1263.

jusmodi, vel alia quæcumque Officia in A terris ejusdem Ecclesiæ valeat reassumi. Præcipias etiam prædictis Potestati, Consilio, & Populo sub pœna mille marcarum argenti, ut eidem *Crasso* tanquam eorum Capitaneo non intendant; ipsumque infra octo dies post præceptum hujusmodi de *Reatina* prorsus ejiciant Civitate, ad prædictum, vel aliud quodcumque Officium nullis unquam inibi futuris temporibus resumendum. Contradictores autem, si qui super hoc fuerint, B vel rebelles per censuram Ecclesiasticam

a appellatione remota compescas [a].

Datum apud Urbem veterem iv. Idus Septembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Decernit, Sepulturam in earum Ecclesia esse unicuique liberam, salvis &c. (Ex Vatic. Regesto Joannis xxii. epist. 2896. apud Waddingum ad annum 1317. in Reges. Pontif num. 32.) C

XCIV. Anno 1263. die 22. Septembr.

URBANUS &c.

Dilectis in Christo filiabus.. Abbatissæ, & Conventui Monasterii Sanctæ Cla-

b *ræ* Avenionen. [b] *Ordinis S. Damiani Salutem, & Apost. Benedictionem.*

DEVOTIONIS vestræ precibus inclinati *Sepulturam* Ecclesiæ vestræ sine alieni juris præjudicio liberam esse de- D

c cernimus, ut eorum donationi [c], & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, dummodo excommunicati,

Exceptio. vel interdicti, aut publice usurarii non fuerint; nullus obsistat: salvis tamen Canonica justitia, & Parochiali jure illarum Ecclesiarum, a quibus mortuo-

Clausula prohib. &c. rum corpora assumuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ determinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis E autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei &c.

Datum apud Urbem veterem x. Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno iii.

Fr. Bonajunctam O. M. de Recineten. ad Æsinam Ecclesiam transfert. (Ex Vaticano Reges. Pontif. epist 19. tom.3. ann.3.)

XCV. Anno 1263. die 15. Octobris.

URBANUS &c.

d *Venerabili Fratri Bonajunctæ* [d] *quondam*

e Racanaten. [e], *nunc* Esin. *Episcopo Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium a præcipua S. A. cura.

DEBITUM nostri requirit officii, ut inter sollicitudines alias, quibus assidue premimur, circa Ecclesias sollertiam adhibentes illarum utilitatibus intendamus in eo maxime, ut viduatarum regimini Pastores idonei proponantur, per quos auctore Domino spiritualibus & temporalibus proficiat incre-

f mentis. Sane *Esina* Ecclesia [f] Pastoris

g nupet solatio destituta [g], Nos volentes

Æsinæ Ecclesiæ vacanti eidem Ecclesiæ, ne gravia ex vacatione diutina in utrisque damna subiret, Apostolica sollicitudine providere, te ipsi Ecclesiæ de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine in

h Episcopum & Pastorem [h] firma spe, fi-

præficitur Fr. Bonajuncta O. M. e Recinet. translatus. duciaque concepta, quod tu, qui *Racanaten.* Ecclesiam rexisti laudabiliter, & gubernasti utiliter, prædictam *Esinam* spiritualiter & temporaliter ad laudem & gloriam Divini Nominis augmentabis. Ideoque Fraternitati tuæ manda-

Jubeturque curam, & administrationem illius suscipere. mus, quatenus devote suscipiens cum fiducia impositum a Domino tibi onus, & summittens fortitudinis tuæ collum ad hujusmodi sollicitudinis sarcinam mente stabili deferendam, ejusdem Episcopatus Ecclesiæ curam, & administrationem diligenter getas, & salubriter exequaris. Ita quod prædictam *Esinam* Ecclesiam sub tua vigilantia votivis amplificetur commodis, & optatis consurgat cooperante Domino incrementis.

Datum apud Urbem veterem Idibus Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

In

(a) COMPESCAS: Videatur epistola 302. *Olim dilectus &c.* die 30. Octobris hoc anno scripta.

(b) AVENIONEN.: De quo primum in epistola 235. Alexandri IV. *Paupertati vestræ &c.*, & postea in pluribus aliis agitur.

(c) DONATIONI: Leg. *Devotioni*.

(d) BONAJUNCTÆ: E Piceno, & Ordine Minorum assumpto ex Auctore æquali Fr. Salimbene Parmensi in suo Chronico Ms. p.439.

(e) RECANATEN.: Al. Recineten. vulgo *Recanati* in eodem Piceno circa ann. 1256. promoto ex Ughello tom.1. Ital. Sac., ubi eum per errorem *Bonavitam* appellat.

(f) ÆSINA ECCLESIA: Vulgo *Jesi* in cit. Piceno Rom. Pontifici in utroque subjecta.

(g) DESTITUTA: Ob interitum *Crescentii* junioris, qui ab anno 1252. ibi sedebat ex cit. Ughello.

(h) PASTOREM: Deest *præficimus*.

XCVI. *In eumdem modum* Capitulo Esin. Debitum nostri &c. (*ut in super. proxima usque*) providere. Venerabilem Fratrem nostrum *Bonajunctam* quondam Racanaten. nunc Episcopum *Esin.* eidem Esin. Ecclesiæ de Fratrum nostrorum Consilio &c. (*usque*) augmentabit. Ideoque Universitati vestræ mandamus, quatenus eumdem Episcopum tanquam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes obedientiam sibi, & reverentiam debitam impendatis ejus monitis & mandatis salubribus intendendo. Alioquin sententiam &c. Datum, *ut supra*.

XCVII. *In eumdem modum* Clero, & Populo Civitatis, & Diœcesis Esin. *usque in finem*.

Præscribit veterem Regulam, & confirmat cum nova Nomenclatura universis Clarissis. (Ex Speculo Min., & Firmamento trium Ordinum in fine apud Wadingum in Regest. Pontif. num. x., & in Bullario Romano Bul. 7. tom. 1. al. Bul. 21. tom. 3. neenon in Cod. Mss. Bibliothecæ Vallicel. ex Raynaldo Annal. Eccl. ad hunc annum num. 90., ubi fragmentum adfert.)

XCVIII. Anno 1263. die 18. Octobris.

URBANUS &c.

Dilectis in Christo filiabus Universis Abbatissis, & Sororibus inclusis Ordinis S. Claræ *Sal.*, *& Apost. Bened.*

Exordium ab institutione Ordinis S. Claræ, & varia ejus nomenclatura.

BEATA CLARA virtute clarens, & nomine gratiæ Divinæ inspiratione præventa, & almi Christi Confessoris BEATI FRANCISCI exemplis laudabilibus informata, ac salutaribus instituta doctrinis, ut se mundam Domino conservaret, Mundi hujus contemptis opibus, operibusque vitatis, religiose vivere sapienter elegit; & habitu sacræ Religionis assumpto [a], arctam viam mandatorum Domini, quæ gradientes in ipsa ducit ad vitam, dilatato corde cucurrit; hanc petram Christus lapidem esse voluit in vestri Ordinis structura primarium. In ipsa evidenter ostendit, quod in hujus structura sibi complacuit; eam siquidem Sanctitatis erexit in titulum, ut quæ munditia vitæ claruit, celebritate clareret; ac eumdem vestrum Ordinem, qui sanctum, & laudabile sumpsit in ejus persona principium; ipsius quasi constituentis sic sapienter approbatæ patronæ merita venerabilem, venerandumque probarent. In hoc autem Ordine vos, & alias ipsum profitentes, sub nominationum varietate interdum *Sorores*, quandoque *Dominas*, plerumque *Moniales*, nonnumquam *Pauperes inclusas Ordinis Sancti Damiani* [b] contigit hactenus nominari; vobisque sub horum, & aliorum diversitate nominum diversa Privilegia, Indulgentiæ, ac Litteræ a Sede Apostolica sunt concessa [c]; & tam a fel. record. GREGORIO PAPA prædecessore nostro tunc Ostien. Episcopo [d], & vestri Ordinis curam gerente, quam ab aliis [e] variæ datæ sunt *Regulæ*, & *Formæ* vivendi, quarum observantiis se vestrum aliquæ solemniter obligavere.

Variæ harum Sanctimonialium appellationes.

Propter quod, dilectæ in Domino filiæ, fuit Nobis humiliter supplicatum, ut eumdem vestrum Ordinem curaremus certi nominis titulo insignire; vosque ab hujus observantiarum diversitatibus, & Votis super eis emissis misericorditer absolventes, certam vobis vivendi *formam* ad tollendum omnem de vestris conscientiis scrupulum largiremur.

Sanctimonialium supplicatio.

Nos itaque decens arbitrantes, & congruum, ut idem Ordo vester, qui, ut præmittitur, in *Beata Clara* felicia suæ Institutionis sumpsit auspicia; cujusque (ut firmiter credimus) apud Deum meritis, & intercessione protegitur, & apud homines laudibus attollitur, & favoribus ampliatur; ejus insigniatur & nomine; ipsum de Fratrum nostrorum consilio de cætero decrevimus *Ordinem Sanctæ Claræ* uniformiter nominandum; statuentes, quod immunitates, libertates, privilegia, indulgentiæ, ac litteræ quæcumque vobis, seu eidem Ordini a præfata Sede sub quacumque nominatione concessa id robur obtineant firmitatis; & ita per omnia ipsis uti possitis, ac si a principio hujus nominis titulo, ac sub hac nominatione fuissent. Ut autem bene, & jucunde

Ordo S. Damiani decernitur, ut deinceps Ordo S. Claræ dicatur.

Psal. 132. 1.

(a) HABITU SACRÆ RELIGIONIS ASSUMPTO: Anno 1212., ut in Annal. Ord. Minor.

(b) PAUPERES INCLUSAS ORDINIS S. DAMIANI: Ex plusibus Epistolis Rom. Pontificum supra relatis.

(c) SUNT CONCESSA: Ex eisdem Rom. Pontificum epistolis.

(d) TUNC OSTIEN. EPISCOPO: Cujus *Regula* formam vulgavit Waddingus in Annal. Min. ad ann. 1219. num. 47., & nos ad annum 1239. in 1. hujus Bullarii tomo pag. 263. ab Innocentio IV. an. 1245. confirmatam.

(e) QUAM AB ALIIS: Nempe ab *Innocentio IV.* anno 1247. præter illas 3 *S. P. Francisco*, & *Card. Hugolino* anno 1224., & ab *Alexandro IV.* an. 1259. circiter compositas, editasque.

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1263.

Psal. 54. 15.

Cardin. Episcopi Ostien. Regula specialiter dirigitur. a

cunde habiretis in unum; nec sub prædictarum observantiarum differentia a modo vivendi videamini differentes, sed ambuletis in Domo Domini cum consensu; Nos, inspectis omnibus *Regulis* prædictis, & *Formis*; ac specialirer illam, quam præfatus prædecessor tunc Ostiensis Episcopus vobis dedisse cognoscitur [a], diligentius attendentes *Regulam*, sive *Formam* vivendi præsentibus annotatam vobis, & iis, quæ vobis successerint, de eorumdem Fratrum consilio præsentium tenore concedimus, & etiam confirmamus in singulis Monasteriis vestri Ordinis perpetuis temporibus observandam; illas ex vobis, quæ ipsam *Regulam*, sive *Formam* per Nos vobis concessam, & confirmatam professæ fuerint, ab omnibus aliis *Regulis*, formis, & Votis [b] præmissis de Apostolicæ potestatis plenitudine absolventes. Quæ *Regula* talis est:

b

,, CAPUT I.

Tria vota cum Clausura servanda præscribuntur.

,, In Nomine Domini incipit Regula
,, Sororum Sanctæ Claræ. Omnes, quæ
,, sæculi vanitate relicta Religionem
,, vestram assumere voluerint, & tene-
,, re, hanc eam legem vitæ, & discipli-
,, næ oportet, & convenit observare vi-
,, vendo in *obedientia*, *sine proprio*, &
,, *in castitate* sub *Clausura*.

,, CAPUT II.

Clausura perpetua indicitur.

& quando ea relaxanda.

,, Omni namque tempore vitæ suæ
,, hanc vitam profitentes clausæ mane-
,, re firmiter teneantur infra murorum
,, ambitum, & intrinsecam *clausuram*
,, Monasterii deputatum; nisi forsan
,, (quod absit) superveniret inevitabi-
,, lis, & periculosa necessitas, sicut exu-
,, stionis ignis, vel incursus hostilis,
,, seu alicujus hujusmodi, quæ dilatio-
,, nem nullo caperet modo ad egredien-
,, dum licentiam postulandi. In quibus
,, casibus transferant se Sorores ad lo-
,, cum alium competentem, in quo,
,, quantum commode fieri poterit, clau-
,, sæ morentur, quousque eis de Mona-
,, sterio sit provisum. Et præter hujus-
,, modi necessitatis evidentiam nulla
,, eis conceditur licentia, vel facultas

A ,, extra prædictam clausuram ulterius
,, exeundi; nisi forte de mandato, aut
,, auctoritate *Cardinalis* Romanæ Eccle-
,, siæ, cui a Sede Apostolica generaliter
,, fuerit isteOrdo commissus, ad aliquem
,, locum aliquæ mitterentur causa plan-
,, tandi, vel ædificandi eam Religio-
,, nem; vel reformandi aliquod Mona-
,, sterium ejusdem Ordinis; seu causa
,, regiminis, aut correctionis; aut ali-
,, cujus valde evidentis, & gravis di-
B ,, spendii evitandi; vel nisi de ejusdem
,, *Cardinalis* mandato, aut auctoritate
,, Monasterio primo rationabili causa
,, relicto, totus Conventus ad Monaste-
,, rium aliud se transferrent. Possint
,, autem in singulis Monasteriis recipi
,, aliquæ, licet paucæ sub Servitialium
,, nomine [c], vel *Sororum* ad hujusmodi
,, observantiam professionis astringendæ,
,, præterquam ad articulum de *Clausu-*
,, *ra*, quæ de mandato, vel licentia Ab-
C ,, batissæ interdum poterunt egredi ad
,, negoria Monasterii procuranda. Mo-
,, rientes vero ram Sorores, quam Ser-
,, vitiales hujusmodi infra Claustrum,
,, prout convenit, tumulentur.

De receptione Servarum, seu Sororum.

c

Defunctæ intra Claustrum tumulantur.

,, CAPUT III.

De recipiendis ad Religionem.

Inhabiles non recipiantur, nisi &c.

,, Omnibus hanc Religionem assume-
,, re cupientibus, quæ fuerint admit-
,, tendæ, priusquam habitum mutent,
,, & Religionem assumant, dura eis, &
D ,, aspera proponantur, per quæ itur ad
,, Deum; & quæ secundum hanc Reli-
,, gionem necesse habuerint firmiter ob-
,, servare, ne de ignorantia postea se
,, excusent. Non recipiatur aliqua, quæ
,, vel longiori ætate, vel infirmitate
,, aliqua, vel fatua simplicitate ad hu-
,, jusmodi vitæ observantiam insuffi-
,, ciens, & non idonea censeatur; nisi
,, forte cum aliqua interdum causa ra-
E ,, tionabili exigente de mandato, vel
,, auctorirate dicti Cardinalis alicui fue-
,, rit dispensandum: per rales enim sta-
,, tus, & vigor Religionis sæpius dissol-
,, vitur, & turbatur: unde in personis
,, recipiendis diligenti studio, & cau-
,, tela debet hujusmodi occasio devita-
,, ri. Abbatissa nullam propria auctori-
,, tate

(a) Dedisse cognoscitur: Nimirum anno 1219. vulgatam a Waddingo, ut proxime dictum est ad no. (d)
(b) Regulis, formis, et votis: Ad not. (e) cum earum auctoribus indicatis.
(c) Servitialium nomine: Idest servarum, seu ancillarum, quas aliqui etiam *Conversas* appellarunt.

„ tate recipiat, sine consensu omnium Sororum suarum, vel ad minus duarum partium earumdem. Omnes vero ex more intra Claustrum receptæ tonsis crinibus citius deponant habitum sæcularem, quibus deputetur Magistra, quæ eas informet regularibus disciplinis. Ad tractatus quoque *Capituli* infra annum nullatenus admittantur. Completo vero unius anni spatio, si ætatis legitimæ fuerint, professionem in manibus Abbatissæ coram Conventu faciant in hunc modum: *Ego Soror N. promitto Deo, & Beatissimæ Mariæ semper Virgini, ac Beato Francisco, & Beatæ Claræ, & omnibus Sanctis, & tibi Domina Abbatissæ vivere sub Regula a Domino* Urbano Papa Quarto *Ordini nostro concessa toto tempore vitæ meæ in obedientia, sine proprio, & in castitate; & etiam, secundum quod per eamdem Regulam ordinatur, sub Clausura.* Idem similiter profitendi modus in Servitialibus, vel Sororibus, quæ de licentia Abbatissæ egredi possunt exterius, præter articulum de Clausura per omnia observetur.

De receptis vero quid.

Formula professionis solemnis.

De Servientibus Sororibus.

CAPUT IV.

„ Omnes Sorores communiter Capillos suos usque ad aures certis temporibus tondeant in rotundum. Et unaquæque Soror præter cilicium, si voluerint, vel staminetum duas tunicas, vel etiam plures, secundum quod visum fuerit Abbatissæ, habere valeat; ac mantellum post collum inde connexum; & hæc indumenta sint de panno Religioso, & vili tam pretio, quam colore, juxta diversarum consuetudinem Religionum nimia brevitate, vel longitudine non notanda; ut in operiendis pedibus debita servetur honestas; & curiosæ longitudinis superfluitas penitus evitetur. *Tunica* quoque superior sit tam in manicis, quam in busto[a] latitudinis, & amplitudinis congruentis, ut habitus exterioris honestas intrinsecè attestetur. Habeant & *Scapularia* sine caputio de vili, & religioso panno, vel staminea amplitudinis, & longitudinis condecentis; sicut unius cujusque qualitas exiget, vel mensura; quibus induantur, quando laborant, vel tale aliquid agunt, cum mantellos congrue gestare non possunt. Possint etiam sine ipsis esse aliquando, si visum fuerit Abbatissæ; cum forte per calorem nimium, vel aliquid aliud eis gravia multum fuerint ad portandum. Coram extraneis tamen hujusmodi utantur scapularibus cum mantellis. Tunicæ quoque superiores, scapularia, & mantelli coloris omnino albi, vel nigri aliquatenus non ferantur. Pro Cingulo autem *cordam*, postquam professæ fuerint, habeant minime curiosam. Vittis, aut velis de panno communi omnino albis non tamen pretiosis, aut curiosis capita sua cooperiant uniformiter, & honeste, ita quod frons, genæ, & collum, & gula sint (ut earum honestati, & religioni convenit) cooperta; nec aliter coram extraneis personis audeant apparere. Habeant & *Velum nigrum* nec pretiosum, nec curiosum extensum super capita ita amplum, & longum, quod ex utraque parte descendat usque ad scapulas, & retro parum ultra Tunicæ caputium protendatur. Sorores vero *Novitiæ* album velum ejusdem mensuræ, & qualitatis debeant deportare. *Servitiales* autem Sorores pannum album non pretiosum, aut curiosum, ad modum veli super capita sua deferant tantæ longitudinis, & amplitudinis, quod scapulas, & pectus præcise non exeant, valeant operire.

De Tonsura, & vestibus.

De Novitiarum, & Servientium habitu.

„ CAPUT V.

„ Omnes Sorores sanæ tam Abbatissa, quam aliæ vestitæ, & cinctæ jaceant in communi *Dormitorio*[b]; & quælibet per se lectum habeat ab invicem separatum; lectus tamen Abbatissæ in tali loco Dormitorii disponatur, quod inde cæteros Dormitorii Lectos sine obstaculo, si commode fieri poterit, valeat intueri. A festo Resurrectionis Dominicæ usque ad Festum Nativitatis Beatæ Virginis Sorores

De Dormitorio, & Lecto.

(a) In busto: Parte scilicet habitus, qui pectus totum, & humeros cooperit; voce Italica valde a Latina distante.

(b) In communi Dormitorio: Id autem curius temporis, & alia immutarunt in pluribus locis.

URBANUS PP. IV. An.Ch.1263.

„ res dormiant post prandium usque ad Nonam, quæ voluerint: quæ vero noluerint, oratione, seu meditatione Divina, seu aliis piis quietis laboribus occupentur. Liceat autem unicuique habere *Sacconem* de fœno, vel de palea, & Cervical de palea, aut lana, si culcitras Religiosas cum lana habere nequiverint congruenter. Lampas igitur de nocte accensa semper in medio Dormitorii habeatur [a].

„ CAPUT VI.

De Divino Officio.

„ De Divino *Officio* tam in die, quam in nocte Domino persolvendo taliter observetur, quod hæ, quæ legere, & canere noverint, secundum consuetudinem Ordinis *Fratrum Minorum* cum gravitate tamen, & modestia Divinum Officium habeant celebrare. Illitteratæ vero dicant *viginti quatuor* Pater noster pro matutino; pro Laudibus *quinque*, pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona pro qualibet istarum Horarum *Septem*; pro Vesperis autem *duodecim*; pro Completorio *septem*. Qui modus in Officio Beatæ Virginis per omnia observetur. Pro Defunctis dicant in Vesperis *septem* Pater noster cum Requiem æternam; pro Maturino *duodecim* tempore, quo Sorores Litteratæ faciunt Officium Mortuorum. Quæ vero occasione rationabili non possent aliquando legendo dicere Horas suas, liceat eis, sicut illitteratis, dicere *Pater noster*.

„ CAPUT VII.

De Capellano.

„ Ubi proprius fuerit *Capellanus* pro Missarum solemniis, & Divinis Officiis celebrandis habitu, & vita Religiosus sit, ac bonæ famæ; nec juvenilis, sed maturæ, & idoneæ sit ætatis: ubi autem non fuerit proprius *Cappellanus*, a quolibet bonæ famæ, & honestæ vitæ Presbytero Sorores Missam audire possunt. *Pœnitentiam* vero, & alia *Sacramenta* Ecclesiastica a Fratribus Ordinis Minorum dumtaxat recipiant; vel ab eis recipiant, qui de mandaro, seu auctoritate *Cardinalis*, cui generaliter fuerit iste Ordo commissus, ea exhibendi potestatem habuerint; nisi forte in necessitatis articulo fuerit aliqua constituta, & copiam habere Fratrum nequiverit prædictorum. Cum aliqua Sacerdoti de confessione loqui voluerit, per *Locutorium* [b] sola soli confessionem faciat Sacerdoti; & per illud eidem de his, quæ ad confessionem pertinent, tunc loquatur. Confessionem autem *Regulæ* omnes faciant ad minus singulis Mensibus; & sic confessione præmissa in sequentibus solemnitatibus, videlicer in Nativitate Domini, Purificatione Beatæ Mariæ, in initio Quadragesimæ, Resurrectionis Domini, Pentecostes, in Festis Sanctorum Petri & Pauli, Sanctæ Claræ, Sancti Francisci, & omnium Sanctorum recipiant Dominici Corporis *Sacramentum*. Si tamen aliqua Soror tanta fuerit corporis infirmitate detenta, quod ad Locutorium commode venire non possit, & necessitatem habuerit confiteri, vel Dominici Corporis, seu alia recipere Sacramenta; exhibiturus hujusmodi alba, & stola, & manipulo cum duobus idoneis, & Religiosis Sociis, vel uno ad minus alba, vel saltem superpelliceo vestitus ingrediantur, & morentur induti; & audita Confessione, vel alio tradito Sacramento, sicut ingressi fuerint, sic regrediantur induti; nec moram ibi faciant longiorem. Caveant etiam, ut quandiu intra Monasterium fuerint, nullatenus ab invicem separentur, quin semper mutuo possint libere se videre. Sic quoque se habeant in animæ commendatione. Porro ad exequias circa *Sepulturam* agendas Sacerdos non ingrediatur Claustrum, sed exterius in Cappella, quod ad officium pertinet, exequatur. Tamen si Abbatissæ, & Conventui visum fuerit, quod ad exequias debeat introire, modo supradicto cum Sociis intret indutus, & sepulta mortua, cum eis exeat sine mora. Si autem necesse fuerit, ut ingrediantur aliqui ad fodiendam, vel ad aperiendam sepulturam, seu postmodum coaptandam; & Abbatissæ, & Conventui visum fuerit hoc expediens pro„ pter

Ecclesiastica Sacramenta a quibus recipienda.

& quo tempore.

& quid de infirmis.

De modo circa sepulturam.

(a) HABEATUR: Quorum quædam cum tempore mutata sunt.

(b) PER LOCUTORIUM: Nempe colloquendi locum.

„ pter imbecillitatem Sororum, sit Sacerdoti, vel alicui alii ad hoc idoneo, & honesto cum uno socio, vel duobus licitum introire.

„ CAPUT VIII.

De erudiendis capacibus.

„ Si aliquæ juveniles, vel grandiores capaces ingenii fuerint, eas instrui faciat, si sibi videbitur, Abbatissa, Magistram eis deputans idoneam, & discretam, per quam tam in Cantu, quam in Divinis officiis instruantur. Sorores vero, & servitiales horis, & locis institutis, prout ordinatum fuerit, utilibus, & honestis laboribus occupentur sub illa providentia, quod

De otio fugiendo.

excluso otio Animæ inimico, sanctæ orationis, & devotionis spiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deservire [a]. Verum quia multitudini sub hujus Religionis observantia congrue omnia debent esse communia; nec cuiquam licet aliquid esse suum; caveant sollicite, ne occasione laborum hujusmodi mercedis receptæ pro ipsis, cupiditatis, vel proprietatis cujuspiam, seu notabilis specialitatis subrepat morbus.

„ CAPUT IX.

De silentio continuo.

„ *Silentium* continuum sic continue ab omnibus teneatur, ut nec sibi invicem, nec alicui alii sine licentia eis loqui liceat, exceptis iis, quibus magisterium aliquod, vel opus injunctum fuerit, quod non possit cum silentio exerceri; iis quidem simul loqui liceat de iis, quæ ad officium, vel opus suum pertinent, ubi, & quando, & qualiter visum fuerit Abbatissæ. Sorores tamen debiles, & infirmæ,

Quænam, & quando ab eo dispensandæ.

ac servientes eisdem, pro recreatione, ac ipsarum servitio in infirmitoria loqui possint. In duplicibus quoque Festis, ac Apostolorum solemnitatibus, & aliis quibuscumque diebus, quibus visum fuerit Abbatissæ, in certo loco ad hoc signato, ab hora nona usque ad Vesperam, vel aliqua alia hora competenti loqui possint de Domino Jesu Christo, ac solemnitate, ac piis sanctorum exemplis, & de aliis licitis, & honestis. Ab hora quoque Completorii usque ad Tertiam, exceptis servitialibus extra Monasterium, Abbatissa absque causa rationabili loquendi licentiam non concedat. In aliis vero temporibus, atque locis sic attendat sollicite Abbatissa de causa, ubi, & quando, & qualiter Sorores licentiet ad loquendum, quod Regularis observantia, quæ non mediocriter silentio, quod est cultus Justitiæ, dignoscitur, nullatenus relaxetur.

„ CAPUT X.

De modo alloquendi alios.

„ Omnes autem studeant uti signis Religiosis pariter, & honestis. Sane quando aliqua persona Religiosa, seu sæcularis, vel cujuslibet dignitatis alicui de Sororibus loqui petierit, nuncietur primitus Abbatissæ; & si ipsa concesserit, accedens ad Locutorium duas alias ad minus habeat secum semper, quibus jusserit Abbatissa, quæ loquentem videant, & audire valeant, quæ dicuntur. Ad Cratem vero loqui aliquatenus non præsumant, nisi præsentibus duabus ad minus per Abbatissam ad hoc specialiter deputatis.

Caveant ab inutilibus verbis.

Caveant tamen sibi Sorores, quæ cum aliquo loqui habent, ne per verba inutilia inaniter se diffundant; nec etiam trahant in locutionibus moram longam. Hoc namque ab omnibus firmiter observetur, ut quando de Confessione Sacerdoti interius infirma fuerit aliqua locutura, ad minus non loquatur, nisi cum duabus non longe sedentibus, quæ confitentem, & Confessorem videre possint, & ab eisdem pariter videri. Hanc autem loquendi legem & ipsa Abbatissa diligenter custodiat, ut omnino materia detractionis omnibus auferatur; excepto quod cum Sororibus suis horis, & locis competentibus loqui potest, sicut ei secundum Deum visum fuerit expedire.

„ CAPUT XI.

De perpetuo jejunio servando, certis diebus exceptis.

„ Sorores autem omnes, & servitiales, infirmis exceptis, a Festo Nativitatis Gloriosæ Virginis Mariæ usque ad Festum Resurrectionis Dominicæ, nisi diebus Dominicis, & die Nativitatis Domini, continuum ser-

(a) Cetera temporalia deservire: Quod ex capite 5. *Regulæ* Fratrum Minorum excerptum est.

URBANUS PP. IV. An.Ch.1263.

„ vent *jejunium*: a Resurrectione vero A „ Dominica usque ad Festum Nativitatis „ Beatæ Virginis teneantur sexta feria „ jejunare: omni quoque tempore ab esu „ *Carnium* abstineant. Cum debilibus „ autem dispensare valeat Abbatissa, „ prout earum debilitati viderit expedi- „ re; ovis vero, & caseo, & lacticiniis „ licite possint uti, præterquam ab Ad- „ ventu usque ad Nativitatem Domini, „ & a Dominica Quinquagesimæ us- „ que ad Pascha, necnon & sexta feria, B „ & jejuniis ab Ecclesia generaliter in- „ stitutis. Cum servitialibus tamen So- „ roribus circa prædictum jejunium, „ præterquam in Adventu, & sexta fe- „ ria, possit Abbatissa misericorditer di- „ spensare; etiam possit circa prædictum „ jejunium cum adolescentibus, & de- „ bilibus, & senili ætate confectis; pro- „ ut earum debilitati, & imbecillitati „ viderit expedire. Sanæ quoque Soro- „ res jejunare non teneantur minutionis C „ suæ tempore [a], quod in triduo termi- „ netur, extra majorem Quadragesi- „ mam, & sextam feriam, Adventum „ Domini, & jejunia ab Ecclesia gene- „ raliter instituta. Caveat autem Ab- „ batissa, ne ultra quam ter in anno „ minutionem permittat communiter „ celebrari, nisi certa necessitas plus „ requirat; nec a persona extranea ma- „ xime viro minutionem recipiat, ubi D „ commode poterit evitare.

Cum quibus dispensari possit.

„ CAPUT XII.

De cura pro infirmis.

„ De *infirmis* vero cura, & diligen- „ tia maxima habeatur; & secundum „ quod possibile fuerit, & decuerit, tam „ in cibariis, quæ earum requirit infir- „ mitas, quam in aliis necessariis, in „ favore charitatis benigne, ac sollicite „ eis per omnia serviatur. Quæ infirmæ „ proprium habeant lectum, si unquam E „ fieri potest, ubi a sanis maneant sepa- „ ratæ; ne illarum ordinem confunde- „ re valeant, vel turbare.

„ CAPUT XIII.

De Ostio Monasterii.

„ In quolibet Monasterio unum tan- „ tum *Ostium* habeant ad intrandum „ Claustrum, & exeundum, cum oppor- „ tunum fuerit, juxta legem de ingres- „ su, & egressu positam in hac Forma. „ In quo Ostio nullum sit ostiolum, vel „ fenestra, & istud Ostium in sublimi, „ quanto magis fieri poterit congruen- „ ter; ita quod ad ipsum per scalam le- „ vatoriam [b] exterius ascendatur; quæ „ scala per Catenam ferream ex parte „ Sororum studiose ligata a Completo- „ rio dicto usque ad Primam sequentis „ diei continue sit suspensa, & tempo- „ re diurnæ dormitionis, & visitationis; „ nisi aliud interdum evidens requirat „ necessitas, vel utilitas manifesta. Ad „ prædictum autem *Ostium* custodien- „ dum aliqua talis ex Sororibus depute- „ tur, quæ Deum timeat; sit matura „ moribus, sit diligens, ac discreta; „ sitque convenientis ætatis, quæ unam „ ipsius Ostii Clavem sic diligenter cu- „ stodiat, ut numquam ea, vel ejus so- „ cia ignorante Ostium aliquando va- „ leat aperiri: reliquam vero Clavem „ diversam ab illa custodiat Abbatissa. „ Sit & alia æque idonea ei *socia* deputa- „ ta, quæ ejus vicem in omnibus exe- „ quatur, cum ipsa aliqua rationabili „ causa, vel occupatione necessaria oc- „ cupata fuerit, vel detenta. Caveant „ autem studiosissime, & procurent, „ ne umquam *Ostium* stet apertum, nisi „ quantum fieri poterit congruenter. „ Sit autem *Ostium* seris ferreis, & ve- „ ctibus optime communitum; & sine „ custodia apertum, vel clausum minime „ dimittatur, neque etiam ad momen- „ tum, nisi una Clave in die, & in nocte „ duabus sit firmiter obseratum. Nec „ omni pulsanti aperiatur statim, nisi in- „ dubitanter cognoverit, quod talis sit, „ quod sine dubitatione aliqua secun- „ dum mandatum, quod de ingressuris „ in hac Regula continetur, debeat ape- „ riri. Et nulli liceat ibi loqui, nisi soli „ Ostiariæ de his, quæ ad officium per- „ tinebunt. Quod si aliquando intra „ Monasterium opus aliquod fuerit fa- „ ciendum, ad quod agendum sæcula- „ res aliquos, vel quascumque personas „ alias oporteat introire; provideat „ Abbatissa solicite, ut tunc, dum opus „ scilicet exercetur, aliqua persona con- „ veniens

b

& de Ostiaria,

ejusque Socia.

(a) MINUTIONIS SUÆ TEMPORE: Idest emissionis sanguinis.

(b) PER SCALAM LEVATORIAM: Quæ scilicet elevari potest.

„ veniens ad custodiendum Ostium statuatur, quæ sic personis ad opus deputatis aperiat, quod alias intrare penitus non permittat. Nam Sorores ipsæ & tunc, & semper, quantumcumque rationabiliter prævaleant, studiosissime caveant, ne a sæcularibus, vel extraneis personis videantur.

„ CAPUT XIV.

„ Cæterum cum præfatum *Ostium* aliis aperiri nolimus, nisi pro illis tantum, quæ per Rotam, vel aliunde decenter nequeant expediri; mandamus, quod in singulis Monasteriis in exteriori muro clausuræ intrinsecæ, in loco siquidem competenti, manifesto a parte exteriori, & omnino patenti, *Rota* una fortis fieri debeat latitudinis, & altitudinis congruentis, ita quod per eam nulla persona ingredi valeat, vel exire, per quam necessaria tam interius, quam exterius ministrentur; & taliter disponatur, quod per eam nec intus, nec extra valeat aliquis intueri. Ex utraque etiam parte *Ostiolum* fiat validum, quod de nocte, & in æstate tempore dormitionis seris ferreis, & clavibus clausum, & firmatum debeat permanere. Ad ejus custodiam pro expediendis necessariis per eamdem unam Sororem discretam tam moribus, quam ætate, quæ Monasterii diligat honestatem, constituat Abbatissa; cui soli tantum, vel deputatæ sibi sociæ, cum congrue non poterit interesse, loqui ibidem, & respondere liceat super iis, quæ ad suum officium pertinebunt. Ibi autem nulli loqui liceat, nisi esset Locutorium occupatum; vel ex alia rationabili causa, & necessaria aliquando, semper tamen de licentia Abbatissæ, quod tamen rarissime fiat secundum loquendi modum superius prætaxatum.

De Rota, & quo loco statuenda.

Rotæ custos.

„ CAPUT XV.

„ Propter necessitates quoque aliquando imminentes, quæ non possunt per supradictum *Ostium*, vel *Rotam* commode expediri, permittimus, quod aliud *Ostium* in loco decenti in Monasterio fieri possit, per quod certis temporibus intromittantur, & emittantur, quæ fuerint opportuna;

Aliud Ostium pro quibusdam necessitatibus.

A „ quod quidem Ostium continue sit clavi, seris ferreis, & repagulis communitum. Sitque muro a parte exteriori muratum ita, quod non possit aliquatenus aperiri, vel persona aliqua inde loqui. Possit tamen necessitatum dictarum tempore ipsius Ostii murus dirui, & *Ostium* aperiri, nec tunc apertum, nisi quantum minus fieri poterit, sub tamen fida custodia dimittatur. Expeditis itaque necessitatibus ipsis, secundum prædictum modum remunitum clavi, seris, & repagulis extrinsecus remuretur.

B

„ CAPUT XVI.

„ *Locutorium* autem commune in Cappella, vel potius in Claustro, ubi commodius, & honestius fieri poterit, disponatur; ne, si forte fieret in Cappella, pacem orantium inquieC tet. Ipsum Locutorium sit congruæ quantitatis, de lamina ferrea subtiliter perforata, & taliter clavis ferreis coaptata, quod numquam valeat aperiri: sit quoque ipsa lamina clavis ferreis in longum protensis exterius fortiter communita, cui pannus niger laneus interius taliter apponatur, quod nec Sorores videre extra valeant, nec videri. Ad istud autem Locutorium a Completorio, quod dici debet temD pore competenti, usque ad Primam diei sequentis, seu tempore commestionis, vel dormitionis in æstate, aut quando Officium celebratur, (nisi pro causa adeo rationabili, & necessaria, quæ commode differri non possit) nulli licitum erit loqui. Quanducumque vero in concessis temporibus aliqua, vel aliquæ habuerint ibi loqui, cum modestia, & maturitate loquentes breviter se expediant, prout deE cet: ubi vero propter Sororum multitudinem videbitur opportunum, aliud simile *Locutorium* esse possit.

De Locutorio.

De tempore colloquendi.

„ CAPUT XVII.

„ Volumus etiam, ut in muro, qui Sorores dividit a Cappella, congruentis formæ *Cratis* ferrea collocetur, quæ sit ex crebris, & spissis contortis lineis ferreis, diligenti, & forti opere fabricata, & clavis ferreis in longum protensis exterius fortiter com- „ muni-

De crate ferrea, ejusque usu.

„ munita; vel ex lamina ferrea parvis, & minutis foraminibus perforata, cum protensis clavis ferreis, ut dictum est; in cujus medium fiat unum Ostiolum de lamina ferrea, per quod *Communionis* tempore possit intromitti Calix; & Sacerdos mittens manum possit Dominici Corporis tradere *Sacramentum*; quod quidem clavi ferrea sit semper firmatum; nec aperiatur, nisi quando proponi Sororibus contigerit verbum Dei, vel Sacramentum Dominici Corporis exhibetur; aut cum quis aliquam ex Sororibus suam propinquam coosanguineam videre poterit; vel alia causa necessaria id exposcat; quod rarissime fiat, & semper de licentia Abbatissæ. Quæ tamen in nullo casu (primis duobus dumtaxat exceptis) licentiam largiatur; nisi prius singulis vicibus de hoc consilium petierit a Conventu. Cui *Crati* pannus niger lineus interius taliter apponatur, ut nulla valeat inde aliquid intueri. Habeantur etiam *Ostia* lignea ex parte Sororum cum seris ferreis, atque clave, ut maneant semper clausa pariter, & firmata; & non aperiantur, nisi cum Divinum celebratur Officium; & nisi quando ex dictis causis præfato modo dictum ostiolum contigerit aperiri; & nemo alius per dictam *Cratem* loquatur, nisi aliquando rationabili causa, vel necessaria exigente alicui de Abbatissæ licentia raro fuerit concedendum; & tuoc prædicta *Ostia* lignea poterunt aperiri: & quandocumque aliquam personam extraneam ad eas ingredi, vel alias per Crates eis loqui contigerit, tegant faciem cum modestia, & inclinent, prout Religionis convenit hooestati.

„ CAPUT XVIII.

De ingressu exterorum in Monasterium.

„ De ingressu personarum in Monasterium firmiter, ac directe præcipimus, ut nulla umquam Abbatissa, vel ejus Sorores aliquam Personam Religiosam, seu sæcularem, aut cujuslibet dignitatis io Monasterii clausuram intrinsecam intrare permittant; nec omnino liceat alicui, nisi quibus concessum a Sede Apostolica fuerit, vel a Cardinali, cui fuerit Sororum Ordo commissus: Excipiuntur autem a dicta ingrediendi lege *Medicus* causa multum gravis infirmitatis; & *Minutor* [a], cum necessitas exegerit; qui non absque duobus sociis de familia Monasterii iotroducantur; nec ab invicem infra Monasterium separentur; nec non & illi, quos occasione incendii, vel ruinæ, seu alterius periculi, vel dispendii, seu pro tuendis a violentia quorumlibet Monasterio, vel personis; aut pro aliquo opere exercendo, quod commode extra Monasterium fieri non potest, necessitas exegerit introire. Qui omnes expedito suo ministerio, vel imminenti necessitati satisfacto per ipsos exeant sine mora. Nulli autem personæ extraneæ intra Monasterii clausuram liceat comedere, vel dormire. Sed si quis de *Sanctæ Eccl. Cardinalibus* ad aliquod Monasterium hujusmodi Religionis aliquando venerit, & intra Claustrum voluerit ingredi, cum reverentia quidem, & devotione suscipiatur; sed rogetur, ut cum paucis sociis, & honestis debeat introire. Liceat quoque *Generali Ministro* Ord. FF. Minorum, quando ibidem celebrare voluerit, vel proponere Sororibus verbum Dei, cum quatuor, vel quinque Fratribus ipsius Ordinis intra clausuram ingredi Monasterii, si quando ei videbitur expedire. Alius autem *Prælatus*, cui aliquando forte de licentia Sedis Apostolicæ, vel dicti Cardinalis intrare licuerit, duobus vel tribus tantum Religiosis, & honestis sociis sit contentus. Quod si forte pro benedictione, vel consecratione Sororum, vel io alio modo concessum fuerit *Episcopo* alicui Missam interius celebrare aliquando; quam paucioribus, & hooestioribus potuerit sociis sit contentus, & Ministris: & hoc quoque ipsum alicui rarius concedatur. Nulla tamen omnino loquatur cum aliqua persona de ingressis, nisi modo prædicto, sive infirma fuerit, sive sana. Illud sane præcipue caveatur, ut ii, quibus aliquando concessum fuerit solummodo, vel data licentia in Mooasterium ingredi, non ali-

(a) MINUTOR: Nempe Chirurgus a minuendo, & emittendo, vel extrahendo sanguine ita vocatus.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1263.

„ aliter admittatur, nisi Abbatissæ, & Sororibus visum fuerit expedire; cum ex hujusmodi concessionibus, vel licentiis Abbatissa, vel Sorores eos admittere non cogantur; & ut sint tales, de quorum verbis, & moribus, necnon vita, & habitu ædificari valeant intuentes; & materia justi scandali exinde nequeat generari. Super concessione vero, vel licentia ingressus hujusmodi ad omne ambiguum removendum Apostolici apices, vel Cardinalis patentes litteræ ostendantur.

CAPUT XIX.

De Servitialibus Sororibus.

„ De *Servitialibus*, & Sororibus, quæ semper manere clausæ sicut aliæ non tenentur, districtius volumus observari, ut sine licentia nulla Claustrum egrediatur. Et quæ emittuntur, honestæ sint, & convenientis ætatis, ac religiosi, & maturi aspectus; & calceamentis honestis tam ipsæ, quam Sorores illæ, quas aliquando emittere contigerit pro casibus supradictis, calceatæ incedant. Cæteris vero intus manentibus liceat istud idem. Egredientibus vero assignetur certus terminus redeundi; nec alicui ipsarum concedatur extra Monasterium sine licentia speciali comedere, bibere, vel dormire, nec ab invicem separari, vel alicui in secreto, seu Capellani Monasterii, vel Conversorum domicilium introire; & si aliqua contrarium fecerit, graviter puniatur; & sollicite caveant, ne ad loca suspecta divertant; vel cum personis malæ famæ familiaritatem habeant; nec in suo reditu sæcularia, vel inutilia Sororibus referant, per quæ dissolvi valeant, vel turbari. Et quandiu extra fuerint, taliter studeant se habere, quod de conversatione honesta ipsarum ædificari valeant intuentes; & quicquid eis datum, vel promissum fuerit, resignent, vel renuntient Abbatissæ, vel alii, cui in hoc commiserint vices suas.

„ CAPUT XX.

De Capellano, & Conversis.

„ *Cappellanus*, si voluerit se Monasterio obligare; & aliqui, qui Monasterii *Conversi* esse voluerint, & Abbatissæ, & Conventui visum fuerit eos recipere; anno probationis elapso, promittant obedientiam Abbatissæ, voventes loci stabilitatem, & perpetuo vivere sine proprio, & in castitate. Tunicas de Religioso, & vili panno tam pretio, quam colore juxta eorum indigentiam habere valeant sine caputio; quarum manicæ breves sint, & strictæ tantummodo circa manus; longitudo autem Tunicarum sit talis, quod a cavilla pedum [a] distet spatio quatuor digitorum: *Cappellanus* tamen habere poterit longiorem. Pro cingulo vero corrigiam honestam habeant cum cultello. Caparonem etiam cum caputio super tunicas portent, cujus longitudo genu aliquantulum transeat, & latitudo usque ad caputium protendatur. Minoris tamen latitudinis Caparonem, si habere voluerit, poterit Capellanus. Qui etiam Cappa honesta, vel mantello post collum, vel ante pectus hinc inde connexo uti poterit. Superiores autem tunicæ, & longum caputium, necnon & Cappellani cappa, & mantellum non sint de albo, vel penitus nigro panno. Vestiti etiam jaceant, & camisiis lineis non utantur: calceamenta alta, & ampla, & antefixa cum caligis habeant, & fœmoralia portent. Capillos suos usque ad aures certis temporibus tondeant in rotundum. Officium Divinum faciant, ut Sorores, excepto quod Conversi ad Officium Beatæ Virginis, & Mortuorum minime teneantur. Jejunium servare debeant ut Sorores. Liceat tamen Abbatissæ super jejunio Regulæ cum eis æstus, vel itineris, aut laboris alterius, seu alia quavis rationabili, & honesta causa misericorditer dispensare. Informationi verò, & correctioni Visitatoris Cappellanus, & Conversi per omnia sint subjecti: cui in iis, quæ ad visitationis Officium pertinent, teneantur firmiter obedire.

eorumque vestitu; a

aliæ eorum obligationes.

„ CAPUT XXI.

Possessiones, & reddita conceduntur.

„ Ad hæc, liceat vobis in communi „ reddi-

(a) A CAVILLA PEDUM) Seu à talo pedum, qui Italice dicitur etiam *Cavicchia*, & *Caviglia*.

& Procurator eorumdem.

Procuratoris mutatio, & onus.

„ redditus, & possessiones recipere, & habere, ac ea libere retinere. Pro quibus possessionibus, & redditibus Monasterii modo debito pertractandis *Procurator* unus prudens pariter, & fidelis in singulis Monasteriis vestri Ordinis habeatur, qui per Abbatissam, & Conventum constitui, & amoveri debeat, sicut videbitur expedire. Hic vero taliter institutus de omnibus sibi commissis, receptis pariter, & expensis Abbatissæ, & tribus Sororibus ad hoc per Conventum specialiter assignatis, & Visitatori, cum voluerit, rationem reddere teneatur; nihil omnino de rebus Monasterii vendere, commutare, obligare, vel alienare quoquo modo valeat, nisi de licentia Abbatissæ pariter, & Conventus. Et quicquid contra hoc attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane. Possit tamen de mobilibus parum valentibus aliqua parva ex causa licita de Abbatissæ licentia interdum aliis elargiri. Possit etiam per Visitatorem, cum expedire videbitur, amoveri.

„ CAPUT XXII.

De Abbatissæ electione, & confirmatione.

De ejusdem officio.

„ Electio *Abbatissæ* liberè pertineat ad Conventum: Confirmatio vero fiat per *Cardinalem*, cui fuerit iste Ordo commissus, vel auctoritate ipsius. Studeant autem Sorores talem eligere, quæ virtutibus polleat, & sanctis moribus aliis præsit potius, quam officio; & quæ Communitatem servet in omnibus, vel in moribus: ut ejus exemplo provocatæ Sorores ex amore magis ei obediant, quam timore. Quæque singularibus amoribus careat; ne dum in parte plus diligit, in toto scandalum generet: Consoletur afflictas, sit refugium tribulatis, ne si apud eam remedia defuerint sanitatum, desperationis morbus prævaleat in infirmis. Quæ humiliter, & charitative visitet, & corrigat Sorores suas, non præcipiendo eis aliquid, quod sit contra animam suam, & vestræ professionis formam: non sit præceps in præcipiendo, ne ex indiscretione præcepti ponat peccati laqueum animabus. Cui, postquam confirmationem receperit, quandiu in officio permanserit, Sorores universæ, necnon & familia exterior Monasterii pareant, & obediant diligenter. Semel in hebdomada ad minus Abbatissa Sorores suas pro ipsarum monitione, ordinatione, & reformatione teneatur ad *Capitulum* convocare; ubi secundum expressionem publicatum, & communium negligentiarum, atque culparum pœnæ misericorditer imponantur. Conferat etiam cum omnibus Sororibus suis de iis, quæ occurrunt pro sui Monasterii utilitate, ac honestate tractanda; sæpe enim Dominus, quod melius est, juniori revelat. Nullum onerosum, vel grave debitum contrahat, nisi per Procuratorem de communi consensu Sororum, cum manifesta necessitas hoc requirat. Reddat etiam de receptis, & expensis semel ad minus singulis tribus mensibus coram Conventu, vel saltem quatuor Sororibus ab eodem ad hoc specialiter deputatis debitam rationem. Officiales Monasterii instituat de consilio, & assensu Conventus, vel majoris partis ipsius. *Sigillum* vero Conventus custodiri faciat, & servari secundum Ordinationem Conventus: & omnem literam dirigendam ex parte ejusdem Conventus prius coram Conventu in Capitulo lectam, & approbatam a majori parte Sororum ibidem coram omnibus faciat sigillari. Nulla etiam Soror aliquas *litteras* dirigat, seu recipiat, nisi primo eas Abbatissa legat, vel ab alia ad hæc constituta legantur. Studeat insuper Abbatissa Sorores conciliare, si aliquas ad invicem ex aliqua causa, vel occasione contigerit conturbari. Soror vero illa, quæ verbo, vel signo occasionem turbationis, vel scandali alteri dederit; statim, antequam offerat munus orationis suæ Deo, veniam petens a Sorore, quam offendit, coram ea humiliter se prosternat rogans, ut intercedat pro se ad Dominum, quatenus sibi culpam indulgeat, quam commisit; illa vero memor verbi Domini; *nisi dimiseritis ex cordibus vestris, nec Pater vester Cælestis dimittet vobis*, libenter injuriam remittat Sorori veniam postulanti. Monemus

De Capitulo convocando.

Rationes de receptis, & expensis reddendæ.

De Sigillo Conventus.

De literis Monialium.

De reconciliatione.

Matth. 6. 15.

„ nemus Sorores omnes, & hortamur „ in Domino JESU CHRISTO, ut caveant „ ab omni superbia, vanagloria, invidia, avaritia, cura, & sollicitudine „ hujus sæculi, detractione, & murmuratione, dissensione, & divisione, ac „ omni vitio, pro quo possit displicere „ in oculis veri Sponsi, sed magis sollicite coram Deo servare exteriorem, „ & interiorem in omnibus puritatem, „ ac semper invicem habere mutuæ dilectionis unitatem, quæ est vinculum „ perfectionis; ut in ea radicatæ, & „ fundatæ possint ad Agni Domini Nostri „ JESU CHRISTI nuptias cum prudentibus Virginibus introire.

Exhortatio ad mala fugienda,

& concordiam fovendam.

Matth. 25. 10.

„ CAPUT XXIII.

„ Ad hæc, ut discursibus dispendiosis „ materia subtrahatur, in virtute obedientiæ sub pœna *excommunicationis*, „ quam ipso facto transgredientes, vel „ non patentes incurrant, districte præcipimus, ut (exceptis dumtaxat *Servitialibus* Monasteriorum illorum locorum, in quibus Romana fuerit Ecclesia constituta, quandin ibi residentiam fecerit) nulla Abbatissa, Soror, „ vel Servitialis pro ulla necessitatis „ causa ad Sedem Apostolicam personaliter veniat, vel accedat, nisi super „ hoc per Apostolicos apices, vel dicti „ Cardinalis patentes litteras alicui specialis licentia concedatur.

De non adeunda personaliter Sede Apostolica, nisi &c.

„ CAPUT XXIV.

„ Monasteria hujus Religionis per „ *Visitatores*, qui auctoritatem, formam, & modum a Cardinali, cui „ fuerit a Sede Apostolica vestet Ordo „ commissus, recipiant, semel ad minus „ annis singulis visitentur. Sane circa „ Visitationes hujusmodi illud est sollicite providendum, ut quicumque vel „ Generalis, vel etiam alicubi aliquando specialis constituendus fuerit Visitator, talis debeat constitui, de cujus „ religiosa vita, & moribus notitia plena, & securitas habeatur. Qui cum „ ad Monasterium aliquod veniens fuerit introgressus, sic se per omnia exhibeat, & ostendat, ut omnes de bono „ ad melius provocet, & ad Dei amorem, & intra se mutuam charitatem „ semper inflammet pariter, & accendat. Et quando Monasterii clausuram „ ad visitandum intraverit, duos Religiosos, & idoneos Socios secum ducat, qui videlicet Socii simul maneant, „ & dum fuerit intra Claustrum, ab invicem nullatenus separentur. *Visitator* autem, Regula prius lecta, & exposita, ab Abbatissa sigillum recipiat, „ quod ipsa sibi assignare, & absolutionem, & concessionem ab Abbatissæ „ ministerio petere absolute, ac libere „ teneatur. Quæ si communem vitam „ non poterit ducere, vel noluerit, per „ eumdem Visitatorem a suo regimine „ absolvatur, nisi sua mora in officio „ Monasterio dispendiosa non esset, sed „ necessaria, vel evidenter utilis appareret. Absolvatur etiam per eumdem, „ si alias non idonea, vel insufficiens ad „ Monasterii regimen videatur; & hoc „ fiat secundum formam, & modum, „ quos a Cardinali supradicto receperit „ *Visitator*; qui tam de ipsius Abbatissæ, quam Sororum statu, & observantia suæ Religionis ab omnibus „ generaliter, & specialiter a singulis „ inquirat studiosius veritatem; & ubi „ aliquid reformandum, vel corrigendum invenerit, zelo charitatis, & „ amore justitiæ cum discretione corrigat, & reformet tam in capite, quam „ in membris, sicut melius viderit expedire. Excessus autem, qui fuerit „ sufficienter correctus a Visitatore, nullatenus iterum corrigatur. Quod si „ aliquid tale sibi occurrerit, quod per „ se nequeat emendare, ad Superiorem „ referat, ut corrigatur, sicut expedit, „ ejus consilio, ac præcepto. Caveat „ autem *Abbatissa*, ne a se, vel ab aliis „ Sororibus status sui Monasterii *Visitatori* aliquatenus abscondatur; quia „ malum esset indicium, & offensa graviter punienda. Immo volumus, & „ mandamus, ut ea, quæ secundum vitæ suæ formam, & Regularem observantiam instituenda, vel emendanda „ fuerint, publice, ac privatim, sicut „ melius viderit faciendum, Visitatori „ suggerant, & proponant; cui teneantur in omnibus, quæ ad officium suæ „ visitationis pertinent, firmiter obedire. Quæ autem aliter fecerint, a „ Visitatore tam Abbatissa, quam aliæ „ debite, prout convenit, puniantur.

De Visitatione Monasteriorum,

& Visitatore, ejusque munere.

De Abbatissæ abdicatione.

Documentum Abbatissæ datum.

„ Omnes

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1263.

,, Omnes autem tam Abbatissa, quam Sorores considerent, & caveant diligenter, ut nihil aliud, quam amor Divinus, & suarum Sororum correctio, ac Monasterii reformatio eas moveat ad loquendum. Modum autem loquendi *Visitator* custodiat supradictum, ut videlicet aut cum pluribus simul loquatur, vel secrete cum una, aliis tamen ad minus duabus in aspectu ejus non longe sedentibus; ut per omnia bonae famae integritas conservetur; nisi ad Locutorium cum una, vel pluribus loqui voluerit de iis, quae ad officium suum pertinere noscantur. Idem etiam *Visitator* tam Cappellanum, quam Conversos, & caeteros de familia extrinseca Monasterii visitet, & in eis corrigat, & reformet, quae correctionis, & reformationis officio noverit indigere, poenas tam amotionis perpetuae a Monasterio, licentiando Professos ad alia Monasteria, vel Ordines, sicut viderit expedire; quam alias, prout culpae gravitas, & qualitas exegerit, imponendo. Ut autem non graventur Monasteria in expensis; & Visitator omnem notam cujuspiam suspicionis evitet; volumus omnino, quod *Visitator* de visitationis officio, quam citius commode poterit, se studeat expedire; quanto rarius absque sui officii dispendio poterit, Monasterii clausuram intrinsecus ingressurus.

Modus loquendi Visitatori praescriptus,

& corrigendi exteros Monasterii,

et recedendique se in visitatione.

,, CAPUT XXV.

,, Verum ne ab observantia praesentis *Regulae*, sive formulae suprascriptae (quam uniformiter ubique ab omnibus volumus, & mandamus diligentius observari) pro defectu certi regiminis in posterum recedere vos contingat; aut sub diversorum magisterio vivendi modos incurrere differentes; dilecto filio nostro J. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono *Cardinali* [a], Gubernatori, *Protectori*, & Correctori Ordinis Fratrum Minorum curam, & regimen vestri Ordinis, necnon & personarum in eis degentium scilicet Cappellanorum, & Conversorum, & Familiarium plene duximus committenda; statuentes, ut sub ejus, & aliorum Cardinalium, qui fuerint pro tempore gubernationi, protectioni, atque correctioni eorumdem Fratrum Ordinis a Sede Apostolica deputati, obedientia, & cura, & regimine debeatis de caetero permanere, quibus teneamini firmiter obedire. Et ipsi animarum vestrarum sollicitudinem gerentes, & curam, eisdem Monasteriis, & personis degentibus in eis, Cappellanis, Conversis, & Familiae tam per se, quam per viros idoneos, quoties expedire viderint, Visitationis officium impendere studeant, corrigendo, & reformando ibidem tam in capite, quam in membris, quae correctionis, & reformationis officio noverint indigere. Instituant nihilominus, & destituant, ordinent, statuant, & disponant, prout secundum Deum viderint expedire.

Datur Sanctimonialibus Protector S.R.E. Cardinalis. a

Protectoris munus:

,, CAPUT XXVI.

,, Ut autem vos in hac Regula, sive formula, tamquam in speculo possitis inspicere; nec per oblivionem aliquid negligatis; semel vobis in qualibet quindena legatur; & ubi vos inveneritis ea, quae scripta sunt, facere; agite gratias Deo bonorum omnium largitori: ubi autem sibi, quaecumque ,, vide-

Jubetur haec Regula Sororibus semel legi in qualibet quindena.

(a) J. S. Nicolai in carcere Tulliano Diacono Cardinali: Joanni Cajetano Ursino hoc anno Protectori Ordinis Minorum creato; qui hanc *Regulam* jussu Pontificis in aliquibus correxit, ut ipse Pontifex fatetur in litteris *Carissimae in Christo filiae &c.* insequenti anno die 22. Junii Monialibus S. Catharinae Provinen. scriptis; mittitque omnibus Clarissarum Monasteriis in hunc modum: *Joannes miseratione Divina S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis dilectis in Christo filiabus universis Abbatissis, & Sororibus inclusis Ordinis Sanctae Clarae salutem in Domino.*

Attendentes de facili provenire non posse, quod Regula vobis nuper a Sanctissimo Patre, ac Domino Summo Pontifice tradita sub ejusdem Domini Bulla in singulis Provinciis, vel Monasteriis vestri Ordinis haberetur; eamdem Regulam, quae sub Papali Bulla in filo serico pendenti bullata de mandato nostro diversis servatur in locis, transcribi, prout inferius continetur, de verbo ad verbum nihil mutato, seu addito (quibusdam Rubricis infra notatis dumtaxat exceptis) fecimus diligenter; & transumptum ipsum ab originali cum debita sollicitudine plene correctum vobis sub nostri sigilli munimine duximus transmittendum; ut ad instar ejus Regulam ipsam conscribi pro singulis vestris Monasteriis faciatis; cujus tenor talis est.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei *&c.* ut supra. *Datum apud Urbemveterem Nonis Maji Pontific. anno III.*, quod est an. 1264.

Refert hanc *Epistolam* Waddingus in Reges. Pontif. sub annum 1264. num. 2., quae cum *Bulla* cit. extat in Speculo Minorum anno 1509. Rothomagi impresso in fine Tract. 3.

URBANUS PP. IV. An.Ch.1263.

„ viderit aliquid deesse, doleat de præterito, & caveat de futuro orans, „ ut ei debitum dimittatur, & io tentationem deinceps noo inducatur. „

Clausula prohib. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat haoc paginam nostræ Institutionis, Declarationis, & Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. [a]

Datum apud Urbem veterem xv. Kalendas Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Quæ ad Romanam Ecclesiam pertinentia exegerit in Alemannia sub testimonio Episcopi, Prioris Prædicatorum, & Guardiani Minorum Fratrum recipiat, eaque sibi nota faciat. (Ex Vatic. Reges. Pontif. pag.143. tom. 2. ann. 3.)

XCIX. Anno 1263. die 21. Octobris.

URBANUS &c.

Dilecto filio Magistro Alberto de Parma [b] *scriptori nostro Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Recensentur exigenda & recipienda.

De fidei, ac discretionis tuæ industria sinceram in Domino fiduciam obtinentes prudentiæ tuæ petendi, exigendi, & recipiendi per te, vel per alium, seu alios nostro & Ecclesiæ Romanæ nomine io *Alamanniæ* partibus [c] ea omnia, quæ de *censibus*, & *denario Beati Petri* [d] aut ex promisso, seu depositis, vel testamentis, sive de bonis Clericorum decedeotium ab ioteftato, aut alias quacumque ratione, modo, vel causa Sedi Apostolicæ a quibuscumque personis debentur; nec non compellendi debitores, & deteotores hujusmodi debitorum ad soluiooem prædictorum omnium faciendam, postquam tibi, vel iis, quibus super hoc commiseris vices tuas, de hoc per inquisitionem, vel alio modo constiterit; eosque, qui pro hujusmodi debitis non solutis *excommunicationis*, seu *suspensionis*, vel *interdicti* sen-

pro quibus libera datur facultas.

tentias incurrerunt, ab hujusmodi sententiis, postquam de iis tibi satisfactum fuerit, absolvendi, Contradictores quoque, cujuscumque conditionis, dignitatis, vel Ordinis fuerint, appellatione postposita per censuram Ecclesiasticam compescendi liberam tibi auctoritate præsentium concedimus facultatem. Non obstante, si personis aliquibus ab eadem Sede indultum existat, quod per litteras Sedis ipsius excommunicari, iotcrdici nequeant, vel suspendi; & quibuscumque indulgentiis vel privilegiis, per quæ mandati nostri executio in bac parte impediri valeat, vel etiam retardari; & de quibus plenam & expressam, aut de verbo ad verbum oporteat in nostris litteris fieri mentionem; & quibuscumque litteris super exigendis, & recipiendis eisdem debitis alii, vel aliis destinatis, seu concessione a Nobis, vel prædecessoribus nostris de debitis ipsis facta quibuscumque personis, & constitutione de duabus dietis edita io Concilio Generali [e]. Volumus autem, ut quæcumque ex præmissis recipere te contingat, illa sub testimonio ... *Episcopi*, ac ... *Prioris* Prædicatorum, & ... *Guardiani* Minorum Fratrum illius loci, in quo tunc fueris, vel trium aliarum fide dignarum, & sollemoium personarum recipias [f]; & patentes litteras quæ, & quanta, ubi, & a quibus, quando, & quare ipsa receperis continentes facias fieri; ac tuo, & illorum trium, sub quorum testimonio hæc recipies, sigillis muniri; quas illis, a quibus præmissa recipies, coocedere, quarumque similes eisdem sigillis signatis Nobis quamcitius mittere tenearis: illis vero, a quibus prædicta exegeris, vel exigi facies, antequam hujusmodi litteras eis coocedas, ea tibi assignare, tibique ipsa ab eis recipere firmiter inhibemus.

obstantibus derogando.

& testimonia constituendo.

& accepti litteras poscendo.

Darum apud Urbem veterem xxI. Kalendas Novembris Pontificatus Nostri Anno Tertio.

(a) Autem &c.: Hæc est *Regula*, juxta quam Clarissæ vocantur *Urbanistæ*, confiata partim ex illa Cardinalis *Hugolini* Ostien. Episcopi, & partim ex aliis *Innocentii*, & *Alexandri IV.* paulo ante commemoratis; quæ quoad substantiam parum, aut fere nihil inter se discriminantur, differentes solummodo quoad accidentia, & verba.

(b) Alberto de Parma: Quem a Pontifice missum in Gallias ad S. Ludovicum Regem legimus apud Raynaldum Annal. Eccles. ad annum 1262. n. 20., & 21., ubi dicitur *Notarius* Pontificius.

(c) In Alamanniæ partibus: E Galliis igitur in Alemanniam amandatus fuerat.

(d) Denario B. Petri: Qui a pluribus Europæ Regionibus Rom. Ecclesiæ solvebatur; ut & *Census*.

(e) Concilio Generali: Lateranensi IV. cap.37.

(f) Recipias: Eodem modo jussit Pontifex *Armachano*, & *Midensi* Antistitibus de pecuniis, & aliis Ecclesiæ Romanæ bonis a *Joanne de Frusinone* ejus Capellano, & Nuncio in partibus Hiberniæ, aliisve collectis, aut depositis ex litteris *Ad aures nostras* die 22. Novembris, & *Firmam olim &c.* die 24. ejusdem mensis hoc anno datis in Vatic. Reges. Pontif. p.141. tom.2. an. 3.

URBANUS PP. IV. An.Ch.1263.

Ut in exigenda quadam pecuniæ summa partim aliis solvenda, & partim deponenda assistant Nuncio Pontificio, & de executione rescribant. (Ex BULLARIO Ord. Prædicat. tom.1. Bul.80. Urbani IV.)

C.

Anno 1263. die 23. Octobris.

URBANUS &c.

Dilectis filiis ... Priori Prædicatorum, & ... Guardiano Minorum Fratrum ac ... Officiali [a] Parisien. *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Epistolæ conscribendæ causa.

SUPER exigenda summa *quatuor millium* Marcarum sterlingorum [b] a personis Ecclesiasticis, & secularibus Franciæ, Angliæ, Alemanniæ, & aliarum vicinarum partium, in quibus Cives *Senen.* indevotis Ecclesiæ Romanæ [c] tenentur; & *duobus millibus* Marcarum ex ipsis Procuratori dilectorum filiorum hominum *de Radicofano* [d] nostrorum fidelium pro satisfactione damnorum, quæ iidem Cives intulerunt eisdem [e], assignandis; nec non super residuis duobus millibus marcarum deponendis nostro nomine in aliquo tuto loco in vestra præsentia, & sub vestro testimonio, & aliis articulis, dilecto filio Magistro *Miloni* scriptori, & Nuncio nostro in Franciæ, & Angliæ Regnis sub certa forma dirigimus scripta nostra [f]. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus hujusmodi negotio, quoties opus fuerit, vestram præsentiam commodetis; Nobis, a quibus debitoribus pecuniam

Mandat Pontifex, ut supra.

A ipsam, & quantam, & quo tempore contigerit exigi; & qui a solutione absolventur ipsius; quibus quoque, & quando conferentur ex eo *duo millia*; & ubi deponentur residua, per patentes litteras vestris, & prædicti Nuncii sigillis signatas quantocius intimando; attentius provisuri, ne aliquem contractum super absolutione alterius pecuniæ, quam prædictarum quatuor millium marcarum [g] aliquatenus sigilletis: non obstantibus aliquibus indulgentiis [h] Ordinibus vestris, filii Prior, & Guardiane, ab Apostolica Sede concessis continentibus, quod ipsorum Fratres exequi negotia, quæ ipsis a sede committuntur eadem, minime teneantur; & quacumque alia indulgentia ipsius sedis, per quam effectus præsentium impediri possit, & quomodolibet retardari.

Derogando indulgentiis Apostol. Ordinibus concessis.

Datum apud Urbem Veterem x. Kalendas Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio [i].

Mandat Ecclesiam S. Germani de Braida conferri Henrico Astensi Clerico, & familiari O. S. Adriani Diac. Cardinalis. (Ex VATIC. REGES. Pontif. epist.490. tom.3.)

URBANUS &c.

CI.

Anno 1263. die 29. Octobris.

Venerabili Fratri .. [k] *Episcopo* Alben. [l] *Salutem, & Apostol. Bened.*

DILECTUS filius Henricus de Ast [m] Clericus, & familiaris dilecti filii nostri O. [n] Sancti Adriani Diaconi Cardinalis nobis humiliter supplicavit; ut cum ipse

Relatio de Henrico Astensi.

(a) OFFICIALI: De cujus munere videatur no. (a) ad epistolam Innocentii IV. *Dilectus filius &c.* an. 1243. 7. Augusti datam, & in 2. tomo hujus Operis p. 309. relatam.

(b) MARCARUM STERLINGORUM: Cujus monetæ Anglicæ valorem habes apud Fresnensem in Glossario mediæ, & infimæ latinitatis: tempore Joannis XXII. pendebatur hæc *marca* quatuor *Florenis* auri, duobus solidis, & quatuor denariis Coronatorum ex monumento apud Raynaldum in Annal. Eccles. ad ann. 1333. n.31. & anno 1184. denarius *Sterlingus* in Anglia æquiparabatur duobus denariis *Provenien.*, & *Andegaven.* ex not. (g) ad diploma Innocentii IV. *Personas illas &c.* anno 1243. die 5. Novembris editum.

(c) SENEN. INDEVOTIS ECCLESIÆ ROMANÆ: Erant enim factionis Gibellinæ, sequacesque *Manfredi* Principis Tarentini hostis Ecclesiæ Romanæ ab anno 1260. ex Riccordano, & Jo. Villano apud Raynaldum num.4.

(d) DE RADICOFANO: Oppido cum arce in monte excelso agri Senensis ditionis Ducis Hetruriæ prope confinium dominii Ecclesiastici. *De Radicofanensibus* obsessis a Senensibus, & a Pontifice auxilium flagitantibus extant litteræ Pontificis Clementis IV. an. 1265. 2. Kalendas Augusti apud tom.2. Anecdot. Martene, & Durand. col.172., & 173. num.224., & 225.

(e) INTULERUNT EISDEM: Bellorum inter Guelfos, & Gibellinos causa.

(f) DIRIGIMUS SCRIPTA NOSTRA: Quæ in Vatic. Regest. Pontif. sunt epist.385., & ad eum etiam scripserat die 4. Junii *Exigente justitia &c.* epist.61.

(g) 4. MILLIA MARCARUM: Cum Sedes Apostolica 2. millia marcarum de bonis Senen. publicasset, vi. contulit Lucanis, & II. Radicofanensibus, reliqua vero II. servari jussit.

(h) INDULGENTIIS: *Quieti vestra &c.*, & *Qui postposita &c.* a Gregorio IX., & Innoc. IV. concessis.

(i) Similem epistolam Pontifex scripserat hoc anno die 5. Junii supradictis *Super exigendis &c.*: nisi quod hic pro hominibus *de Radacophano*, ibi vero pro *Lucanis* disponit.

(k) VEN. FRATRI ..: *Simeoni* ex Ord. Min. anno præcedenti assumpto ex Ughello tom.4. Ital. Sac.

(l) ALBEN.: In Liguria sub Archiepiscopo Mediolanen. ad Tanarum fluvium *Alba Pompeja* nuncupata.

(m) DE AST: Rectius *de Asta* 12. mill.pas. ab Alba proxima relata distante, *Hasta Pompeja* e nonnullis dicta.

(n) O.: *Ottoboni Flisci* Innocentii IV. nepotis.

A ipse nullum sit adhuc Ecclesiasticum beneficium assecutus, Ecclesiam Sancti Germani de *Brayda* [a] Taurinen. Diœcesis, quæ tanto tempore jam vacavit, quod ad Nos est ejus collatio secundum *Lateranen.* statuta *Concilii* [b] legitime devolutas; conferre sibi de benignitate Sedis Apostolicæ curaremus. Nos igitur volentes eidem Clerico consideratione Cardinalis ejusdem gratiam facere specialem Fraternitati tuæ mandamus, quatenus, si est B ita, dictam Ecclesiam cum pertinentiis suis ipsi Clerico, dummodo sit idoneus, auctoritate nostra per te, vel per alium, amoto ab ea quolibet illicito detentore, conferas, & assignes, inducens eum, vel Procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem ipsius Ecclesiæ, ac defendens inductum; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstante, si aliquibus ab eadem Sede indultum exi- C stat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam de indulto hujusmodi mentionem; aut qualibet alia dictæ Sedis indulgentia, per quam effectus præsentium impediri, vel differri valeat, & de qua in nostris litteris mentio fieri debeat specialis. Ita tamen, quod idem Clericus, sicut requiret cura ipsius Ecclesiæ, ad *Ordines* statutis temporibus se promoveri fa- D ciat; & personaliter resideat in eadem. Alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Nos enim decernimus irritum & inane, si secus a quoquam de prædicta Ecclesia contigerit attemptari.

Datum apud Urbem Veterem IV Kalendas Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio [c].

a — b: beneficium Ecclef. postulanti.

pro quo Pontifex mandat, ut supra.

obstantibus derogando,

& conditione apponendo.

c

URBANUS &c.

Venerabili Fratri ... [d] *Episcopo* Reatino [e] *Sal.*, *& Apostol.Bened.*

CII.

Anno 1263. die 30. Octobris.

d e f

OLIM dilectus filius *Frater Florasius* [f] Ordinis Minorum in .. Potestatem, & Consilium Communis Reatini, & singulos de Civitate Communis ipsius *excommunicationis* sententiam pro eo, quod Nobilem virum *Grassum* Civem Tudertinum, quem in Capitaneum assumpserant, amovere juxta mandatum nostrum [g] a Capitaniæ regimine contemnebat, auctoritate nostra dicitur protulisse. Cum itaque iidem Potestas, Consilium, & Commune nostris paruerint in hac parte mandatis; Nos eorum supplicationibus inclinati Fraternitati tuæ mandamus, quatenus eosdem Potestatem, Consilium, & alios de Civitate prædicta, qui hujusmodi *excommunicationis* sententiam incurrerunt, ab eadem sententia *excommunicationis* absolvas juxta formam Ecclesiæ consuetam. Proviso, ne hujusmodi absolutionem hac vice præcipitanter impendas, sicut alias fecisse diceris, cum per te *Reatinos* absolvi mandavimus ab excommunicatione, qua fuerant in casu ligati simili prætextu Nobilis viri *Ofreducii* de Miranda [h]; quibus nulla servata forma, sicut accepimus, absolutionis beneficium impendisti. Sic itaque prudenter mandatum super hoc Apostolicum exequaris, quod nequeas inde redargui; ne detur nobis materia præteritam, & præsentem tuam negligentiam puniendi.

Datum apud Urbem Veterem III. Kalendas Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Reatini cives censura Eccles. devincti,

& quare, g

iidem resipiscentes jubentur absolvi,

& meliori ritu, quam alias. h

E

Injungit Reatinos ab excommunicatione absolvi consueta Ecclesiæ forma, & non ut alias. (Ex Vatic. Regest. Pontif. epist. 330. tom. 3. ann. 3.)

Fr. Antonium O. M. a Patriarcha Constantinopolitano suum Vicariam Generalem confirmat, & privilegio munit. (Ex Vatic. Regest. Pontif. epist. 37. to. 3. ann. 3.)

(a) De Brayda: Oppido regionis Subalpinæ, al. Pedemontis.

(b) Lateranen. statuta Concilii III an. 1179. sub Alexandro III. celebrati cap. 8.

(c) Hoc eodem anno scripsit Pontifex huic Episcopo epist. 146. in Vatic. Regest. Pontif. tom. 3. super collatione Beneficiorum Eccles. suæ Diœcesis.

(d) Ven. Fratri ..: Thomæ, de quo Ughellus Tom. 1. Ital. Sac.

(e) Episcopo Reatino: Uni Romano Pontifici subjecto.

(f) Fr. Florasius: *Capellanus* Pontificius ex epistola 93. *Quia omnes &c.* hoc an. die 10. Septemb. data.

(g) Juxta mandatum nostrum: Nempe cit. epistolam 93. *Quia omnes &c.*

(h) Ofreducii de Miranda; De quo in epist. 56. *Dilectus filius &c.* hoc anno die 11. Aprilis scripta.

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1263.

CIII.

Anno 1263. die 31. Octobr.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Antonio [a] *de Ordine Minorum Sal., & Apost. Bened.*

Patriarcha Constantinopolitanus constituit suum Vicarium generalem Fr. Antonium,

VENERABILI Fratre nostro ... [b] Patriarcha *Constantinopolit.* [c] accepimus exponente, quod ipse ad Ordinem tuum specialem habens charitatis affectum; ac gerens de tuæ circumspectionis industria, & fidei puritate fiduciam pleniorem, in suo discessu de partibus Romaniæ [d] te ibidem suum in spiritualibus & temporalibus *Vicarium* instituit generalem [e]. Nos itaque ipsius Patriarchæ precibus inclinati auctoritate tibi præsentium indulgemus, ut *Vicariæ* hujusmodi officium tibi ad eodem Patriarcha commissum exercere licite ac libere valeas, donec ipse commissionem duxerit hujusmodi revocandam; contraria ipsius Ordinis consuetudine, vel statuto, seu indulgentia Sedis Apostolicæ non obstante. Districtius inhibentes, ne tibi hoc Superiorum tuorum aliquis de Ordine ipso interdicere, seu in ipsius executione officii ejusdem tibi Ordinis injungendo negotia, vel alias quomodolibet impedire præsumat absque mandato Sedis Apostolicæ speciali faciente de præsentibus mentionem. Nos enim irritum & inane decernimus, si secus super hoc contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, inhibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu &c.

quem Pontifex confirmat

cum exemptione a Superioribus Ordinis.

Clausula prohib. &c.

Datum apud Urbem veterem II. Kalendas Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Visitatione, ac inquisitione Monasterii Sublacen. Fr. Florasio O. M. commissa, dicti Monasterii reformationem, & correctionem Cardinali S. Georgii ad V. A. demandat. (Ex Reges. Pont. in Archivo Vat. ep. 38. to. 3.)

CIV.

Anno 1263. die 7. Novembris.

URBANUS &c.

Dilecto filio G. [f] *S. Georgii ad Velum aureum Diacono Cardinali Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

OLIM intellecto, quod dilectus filius *Henricus* Abbas Monasterii *Sublacen.* [g] ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti intolerabilem patiebatur litteraturæ defectum; & pluribus erat criminibus irretitus; quodque alios graves excessus duxerat committendos; & personæ ipsius Monasterii alia enormia propter ipsius Abbatis incuriam & insufficientiam committebant [h]; Nos dilecto filio *Fr. Florasio* [i] de Vicentia Ordinis Minorum Cappellano nostro Visitationis, & inquisitionis officium in eodem Monasterio tam in capite, quam in membris per nostras sub certa forma litteras [k] commisimus, ipsum propter hoc ad præfatum Monasterium personaliter destinando: Idem autem *Cappellanus* hujusmodi inquisitionis, & Visitationis officium juxta formam sibi traditam ibidem exercuit diligenter. Licet autem per eamdem inquisitionem ad amotionem ipsorum ad præsens non duximus procedendum; cupientes tamen, ut dictum Monasterium in salubri statu, auctore Domino jugiter conservetur; ac de circumspectione tua indubitatam fidem tenentes, tibique correctionem, & reformationem ipsius tam circa personam præfati Abbatis, quam alias personas ejusdem Monasterii plenarie committentes mandamus, quatenus personaliter ad Monasterium supradictum ducendo tecum dilectum filium.. [l] Abbatem Monasterii *Casinen.* accedens, & habens præ oculis solum Deum hujusmodi correctionis, & reformationis officium ibidem tam in capite, quam in mem-

Abbas Sublacen. in multis accusatus,

cujus Monasterio datur Visitator & inquisitor,

qui diligenter munus exercuit.

Monasterii correctionem & reformationem Pontifex committit,

cum Abbate Casinen.

(a) Fr. Antonio: Nunc primum ad nostram notitiam emergenti nomine tantum tenus, ac officio: videtur tamen Gregorii X. epist. *Inter sollicitudinis nostræ &c.* anno 1272. die 13. Aug. data & in sequenti tomo selecta.

(b) Fratre nostro ..: *Pantaleone Justiniano* Patritio Veneto ab Innocentio IV. anno 1253. evecto ex Raynaldo ad eum annum num. 53.

(c) Constantinopolitano: Urbis a Græcis anno 1261. mense Julio occupatæ, pulsis, fugatisque Latinis.

(d) Romaniæ: Nempe Græciæ, atque Thraciæ.

(e) Vicarium instituit generalem: Idque anno 1261., quo capta Constantinopoli cum aliis illius Civitatis primoribus, & Imperatore *Balduino* aufugit & Patriarcha Latinus numquam eo reversurus.

(f) G.: *Gotifredus* Anfelcinus anno 1261. mense Decembri Purpuratorum numero aggregatus.

(g) Sublacen.: Notissimi ob initium ibi clarissimæ, & vetustissimæ Religionis S. Benedicti.

(h) Committebant: Si litteras has legisset, qui Indicem Chronologicum Abbatum hujus Monasterii adjecit *Synodo Diœcesana Sublacen.* anno 1674. coactæ, & Romæ eodem anno typis evulgatæ, non scripsisset ad annum 1261. *Alexander Pontifex Monasterium Sublacen. visitavit, & reformavit*: & ad annum 1268. *Henricus Abbas in sacro specu observantiam regularem, & Priorem instituit.*

(i) Fratri Florasio: De quo in epist. 56. *Dilectus filius nobilis &c.* hoc anno die 12. Aprilis data, & 93. *Quia omnes &c.* 11. Septembris.

(k) Litteras: Quæ non haberi credimus.

(l) Filium ..: Richardum Aiglerium Gallum hoc anno 4. Kal. Aprilis assumptum ex Catalogo Abbatum illius Monasterii ab Abbate Lucentio elucubrato.

membris vice nostra sic laudabiliter exercere procures; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; quod exinde a retributore bonorum tibi præmium compensetur; Nosque sinceritatem tuam commendare non immerito valeamus.

Datum apud Urbem veterem vII. Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ne in Archiepiscopum Tuamen. ullo modo procedat; & si processerat, revocet, quod egit. (Ex Vatic. Reges. Pont. pag.142. tom.2. anno 3.)

CV.

Anno 1263. die 8. Novembris.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fr. Johanni [a] *de Ord. Min. in Anglia commoranti Sal., & Ap. Ben.*

Narratio facti.

VENERABILI Fratre nostro [b] .. *Tuamen.* Archiepiscopo [c] *mille* marchas sterlingorum [d] fel. record. ALEXANDRI PAPÆ [e] prædecessoris nostri Cameræ offerente, dilecti filii Dulcis, & Noctius de Burgo, eorumque socii Cives, & Mercatores Florentini hujusmodi pecuniam eidem Cameræ solvere promiserunt; dictusque Archiepiscopus in dictis *mille* marcis, & quadam alia summa pecuniæ, quam mutuarunt eidem, se per Instrumentum publicum, ut dicitur, obligavit. Postmodum vero idem Prædecessor tibi tunc *Nuntio* suo in Anglia suis dedit litteris [f] in præceptis, ut Archiepiscopum moneres eumdem, quod prædictas *mille* marcas infra duos menses post monitionem tuam Rucho Cambii, Lotherio Benincasæ, Raynerio Abbatis, & Maineto Spinæ, vel eorum alicui Civibus, & Mercatoribus Florentinis Londoniis [g] commorantibus solvere procuraret; alioquin in eum ex tunc *excommunicationis* ferens sententiam ipsum tamdiu singulis diebus Dominicis, & festivis, pulsatis campanis, & candelis accensis excommunicatum publice nuntiari faceres, ac ab omnibus arctius evitari, donec prædictis Rucho, & sociis *mille* marcas solveret supradictas; & nihilominus alias contra Archiepiscopum procederes memoratum: sicque te Archiepiscopo præscripto mandante, ut prælibatas *mille* marcas eidem Rucho, & sociis solvere procuraret; dictus Archiepiscopus nec de hujusmodi pecuniarum summis prædictis Dulci, Noctio, & eorum sociis, prout asseritur, satisfacere; nec prædictas *mille* marcas præfatis Rucho, & sociis solvere procuravit: cum igitur iidem Dulcis, & Noctius, eorumque socii Cameræ nostræ *mille* marchas solverint prætaxatas; Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus prætextu litterarum hujusmodi Prædecessoris ejusdem ad te directarum, quas penitus revocamus, contra eumdem Archiepiscopum in aliquo non procedas; & si forte in aliquo processisti, processum tuum sine difficultate qualibet studeas revocare. Cæterum si prædictas *mille* marcas, vel partem ipsarum forsitan recepisti; id, quod ex eis ad te pervenit, Spinello Symonetti, Cinno de Ardingis, & Johannucio Bajamontis, vel eorum alicui sociis Dulcis, & Noctii prædictorum in Anglia commorantibus, sublato cujuslibet difficultatis obstaculo, studeas exhibere.

Pro Archiepiscopo Tuamen. mercatores quidam spondent solvere Cameræ Apost.

Commissio Alexandri PP. IV Nuncio suo super ea solutione Archiepiscopi.

Sub pœna Ecclesiasticæ censuræ.

Nuncius exequitur.

Archiepiscopus nemini satisfecit.

pro quo Mercatores solvunt Cameræ Apostolicæ,

& Pontifex præcipit, quod supra,

aliam dans commissionem pro dicta pecunia.

Datum apud Urbemveterem vi. Idus Novembris Pontificatus Nostri Anno III.

Inquirant super factis Abbatissæ Hervorden. delatæ, & scripto referant, citentque ad comparendum coram ipso. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist. 1287. tom. 4. anno 3.)

CVI.

Anno 1263. die 9. Novembris.

URBANUS &c.

Dilectis filiis ... Guardiano FF. Minorum Osnaburgen. [h], *& Priori Prædicatorum* Minden. [i] *Sal., & Ap. Ben.*

Exordium.

CIRCA curam quarumlibet Ecclesiarum studio paternæ sollicitudinis inten-

(a) FR. JOHANNE: *De Cantia* Anglo, uti vocatur in epist.11. 12. 13., aliisque hujus Pontificis, ut 87., & 88., in quibus eum Nuncium suum appellat.
(b) FRATRE NOSTRO ..: *Mag. Waltero* anno 1257. promoto ex Bulla *Suscepta servitutis &c.* 25. Maji emissa.
(c) TUAMEN. ARCHIEPISCOPO: In Hibernia Metropolis secundæ.
(d) M. MARCAS STERLINGORUM: Videas epist.21. hujus Pontificis *Intellecto quod* nu. (d)
(e) ALEXANDRI PAPÆ: Hujus nominis IV.
(f) LITTERIS: Quæ non habentur.

(g) LONDONIIS: Vulgo *Londra* Anglorum Regia.
(h) OSNABURGEN.: Leg. Osnabrugen. vulgo *Osenburg*, al. *Osnabruck* urbs hanzeatica in Westfalia Episcopalis sub Colonien. Archiepiscopo, ac dominio proprii Episcopi, ubi FF. Minores sub initium Ordinis locum habuerunt, qui erat 6. *Custodia Vestfalia* in Provincia Coloniæ apud Auctorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. 11., abest autem ab Annal. Waddingi.
(i) MINDEN.: In eadem Westfalia Episcopalis urbs sub cit. Archiepiscopo Colonien. Osnabrugensi finitima, ubi locum habebat Ordo Prædicatorum ex Alexandri IV. epist.56., & 57. in tomo 1. *Bullaris* ejusdem Ordinis.

URBANUS PP. IV. An.Ch.1263.

intendentes loca Religiosa potissimum intenta mente prospicimus, & affectione speciali fovemus; ut eo potius in prospero, & salubri statu persistant, quò gratior in illis impenditur virtutum Domino famulatus. Sane dilectæ in Christo filiæ.. Præposita, .. Decana, & Capitulum sæcularis Ecclesiæ *Hervorden.* [a] ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Nobis insinuare curarunt, quod *Ida* Abbatissa Ecclesiæ prædictæ *Padeburnen.* [b] Diœcesis bona ipsius Ecclesiæ adeo dilapidat enormiter, & consumit, quod nisi super hoc per Apostolicam Sedem salubre remedium apponatur; vix adjiciet, ut resurgat: alias quoque dicta Abbatissa multa committit enormia, quæ Deum offendunt, & homines scandalizant; super quo dictæ Præposita, Decana, & Capitulum Apostolicæ providentiæ remedium implorarunt. Quocirca discretioni vestræ mandamus, quatenus ad prædictam Ecclesiam *Hervorden.* accedentes, & habentes præ oculis solum Deum, si dictam Abbatissam apud bonos, & graves super iis inveneritis diffamatam, inquiraris super iis, & aliis, de quibus eam publice diffamatam inveneritis, sollicite veritatem; & quicquid super hoc inveneritis, Nobis per vestras litteras tenorem præsentium continentes quantocius intimare curetis; præfixo partibus ipsis termino peremprorio competenti, quo per Procuratores idoneos nostro se conspectui repræsentent, facturæ, & recepturæ, quod justitia suadebit. Diem vero præfixionis hujusmodi, & formam Nobis per easdem vestras litteras intimetis: Non obstante, si Ordinibus vestris, & eorum Fratribus a Sede Apostolica est indultum [c], ut ipsi Fratres de causis cognoscere, vel negotia exequi minime teneantur, quæ ipsis ab ca pro tempore committuntur.

Abbatissa Hervorden. defertur ad Pontificem.

Psal.40. 9.

Pontifex committit ut supra.

obstanti derogando.

Datum apud Urbemveterem v. Idus Novembris Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Indulget, ut Ecclesiæ S.Amandi Petragoricen. consulatur de consilio Prioris Prædicatorum, & Guardiani Minorum Fratrum. (Ex Vatic. Regesto Pontif. epist.1415. tom.4. an.3.)

URBANUS &c.

CVII.

Anno 1263. die 24. Novembris.

Dilecto filio .. Abbati Monasterii Sancti Amandi [d] *Ordinis S. Augustini* Petragoricen. *Diœcesis* [e] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Ex parte tua fuit Nobis humiliter supplicatum, ut cum Ecclesia tua *S. Amandi* propter Sacerdotum, & aliorum ipsius defectum patiatur in Divinis Officiis non modicum detrimentum, providere super hoc misericorditer curaremus. Nos itaque cupientes eamdem Ecclesiam debitis servitotum obsequiis non fraudari, tuis supplicationibus inclinati recipiendi hac vice de consilio .. *Prioris* Prædicatorum, &.. *Guardiani* Minorum Fratrum [f] quatuor Clericos ad hoc idoneos in Canonicos, & in Fratres; dummodo præmissis suffragetur veritas, & ad ipsius Ecclesiæ suppetant facultates; contraria ejusdem Ecclesiæ consuetudine non obstante, liberam tibi auctoritate præsentium concedimus facultatem.

Supplicationis Abbatis S. Amandi innuit.

Cui Pontifex consulit ut supra.

cum obstantis derogatione.

Datum apud Urbemveterem VIII. Kalendas Decembris Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut Guillelmum de Inqueriis olim de secta Valdensium, sed resipiscentem, & confessum absolvant, & ei pœnitentiam imponant, si verum exposuerit; secus si falsum. (Ex Vatic. Reges. Pont. ep.224. to.4. an. 3.)

URBA-

(a) Hervorden.: Urbs hanzeatica itidem in Westphalia, & Comitatu Ravensbergen. 10. mill. pas. germani a Monasterio in ortum Mindam versus.

(b) Padeburnen.: Al. Paderbornen. urbs & ipsa hanzeatica in Westphalia sub Archiepiscopo Maguntino, dominioque proprii Episcopi.

(c) Indultum: Diplomatibus *Quieti vestræ &c.* & *Qui potiposita &c.* a Gregorio IX., & Innocentio IV. concessis.

(d) Monasterii S. Amandi: De quo videri poterit P. Dionysius Sammarthanus to.2. Galliæ Christianæ.

(e) Petragoricen. Diœcesis: Vulgo *Perrigueux* in Aquitania sub Archiepiscopo Burdegalen.

(f) Minorum Fratrum: Quorum locus caput erat *Custodiæ* sui nominis in Provincia Aquitaniæ ex distributione Provinciarum, & Custodiarum Ordinis an. 1260. Narbonæ in Comitiis generalibus Præside S.Bonaventura facta; Waddingus tamen agit de eo primum ad an.1290. num. 27.

CVIII.
Anno 1263. die 25. Novembr.

URBANUS &c.

Dilectis filiis .. Fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus [a] *hæreticæ pravitatis in* Provinciæ [b], *&* Folcalcarii [c] *Comitatibus auctoritate Apostolica deputatis Salutem, & Apostol. Bened.*

Relatio fidei Guillelmi de Inqueriis

DIlectus filius *Guillelmus* de Inqueriis Civis *Arelaten.* in nostra præsentia proposuit constitutus, quod ipse tunc quindecim annos habens, vel circiter a quondam Matre sua seductus hæreticos de secta *Valden.* [d] interdum in domo paterna, & alibi etiam pluries frequentavit, ipsos salutans, & recipiens osculum ab eisdem, de pane benedicto ab ipsis comedens cum eisdem. Audivit quoque frequenter monitiones eorum, non tamen reducit ad memoriam, nec tunc advertit, utrum aliquid dicerent contra Catholicam *Fidem*. Ex hoc autem dictus Guillelmus non credebat delinquere cum ipsis, ex quibus ultra quatuor, vel quinque simul aliquando non vidit, etiam crederet bonos viros. Sane dicta Mater ipsius Guillelmi postmodum de hujusmodi secta *Valden.* convicta extitit, & injuncta fuit ei propter hoc pœnitentia videlicet, quod iret in *Terram Sanctam* ibidem per quinquennium moratura. Insuper quondam Pater ipsius Guillelmi de prædicta secta convictus extitit, & propter hoc ad carcerem perpetuum condemnatus, in quo ipse Pater diem clausit extremum, cujus bona per bonæ memoriæ *J.* Archiepiscopum [e], & Commune Arelaten. pro duabus partibus publicata fuerunt, tertia parte dumtaxat ejus filiis reservata. Porro dictus *Guillelmus* attendens, quod Ecclesia hujusmodi persequabatur *Valden.* sectam ipsorum totaliter condemnando, nullo ipsum super hoc denuntiante, accusante, seu citante, vel etiam impetente, nec etiam metu probationum inductus, sed cum sola conscientia remordente, dicto Archiepiscopo, & Fratri Guillelmo *de Jecis* Or-

olim secta Valden. cum patre, & matre,

quæ pœnitentia addicta fuit,

pater vero carceri perpetuo,

cujus bona pro duabus partibus publicata fuere.

Guillelmus filius resipiscit,

& confitetur,

A dinis Prædicatorum hujusmodi excessus suos humiliter est confessus, nullum passus postmodum recidivum; nec super iis ab aliquo impetitus; quin potius dictus Civis infideles hujusmodi sæpe postea fuit ad mentem ex zelo *Fidei* Catholicæ persequutus. Quia vero prædictus *Archiepiscopus* eumdem Civem ab hujusmodi reatu, qui est occultus, non absolvit; nec injunxit ei propter hoc pœnitentiam salutarem; licet ejus confessio B scripta fuerit; & jam viginti sex anni, ut æstimat, sint elapsi; præfatus Civis Nobis humiliter supplicavit, ut ei super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Quocirca discretioni vestræ mandamus, quatenus prædicto Civi, si non denuntiatus, accusatus, citatus, aut ab aliquo impetitus, nec metu probationum inductus revertitur ad Catholicæ *Fidei* unitatem; pro præmissis ipsius excessibus, de quibus asserit hactenus se C confessum; etsi de prædicta confessione constare non possit; consideratis universis circumstantiis debitæ absolutionis beneficium impendatis; & eidem, prout vobis secundum Deum videbitur, & negotio ipsius *Fidei* noveritis expedire, imponatis cum misericordia pœnitentiam salutarem; per quam tamen, si crimen, ut asserit, est occultum, non possit aliquarenus publicari. Si vero per ea, D quæ inventa sunt hactenus; sive per alia, quæ forte imposterum inveniri contigerit, ipsum gravius, quam enarravit superius, vobis constiterit excessisse; dictum Civem tamquam deceptorem, & mendacem acrius puniatis; prout exegerit culpa ejus.

Datum apud Urbemveterem VII. Kalendas Decembris Pontificatus Nostri Anno Tertio.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1263.

hæreticisque infestatur,

sed nec absolutionem, nec pœnitentiam accepit.

Pontifex injungit supradicta.

Si falsum dixerit, qui supra, agatur in eum.

E

Facultatem impertitur suo Legato in Anglia, & Hibernia utendi opera Fratrum Ord. Prædicatorum, & Minorum, aliorumque. (EX VATIC. REGES. PONTIF. ep. 211. to. 3.)

URBA-

(a) INQUISITORIBUS: Quorum unus erat *Guillelmus Bertrandi*, de quo in epist. Clementis IV. anno 1265. die 22. Maji, & 1266. die 12. Junii datis; ubi ejus socius *Maurinus* appellatur.

(b) PROVINCIÆ: Gallicæ vulgo *Provence* Galliæ Narbonensis partis.

(c) FOLCALCARII: Al. *Forcalquier*, qui ab aliquibus creditur *Forum Neronis* antiquorum præfatæ Provinciæ oppidum, quos Comitatus obtinebat *Carolus Andegavensis* S. Ludovici Franciæ Regis frater, postea Siciliæ Rex.

(d) DE SECTA VALDEN.: De qua dictum est in primo hujus Bullarii tomo p. 735. (e)

(e) J. ARCHIEPISCOPUM: *Joannem*, quem fuse describit P. Dionysius Sanmarthanus tom. 1. novæ Galliæ Christianæ in Arelaten. Archiepisc.

URBANUS PP. IV. An.Ch.1263.

CIX.

Anno 1263. die 27. Novembris.

a b c *Legato suo.* d

URBANUS &c.

Venerabili fratri [a] G. *Episcopo* Sabinen. *Apostolicæ Sedis Legato Salutem, & Apostolicam Benedict.*

CUM te ad partes *Angliæ* tibi commisso inibi, ac in *Vallia* [b], & *Ybernia* [c] plenæ legationis officio pro urgenti, & arduo negotio [d] destinemus; Nos volentes, ut summotis impedimentis quibuslibet negotium hujusmodi felicem consequatur effectum; injungendi dilectis filiis Fratribus *Prædicatorum*, & *Minorum*, ac aliorum *Ordinum* ubilibet constitutis, quæcumque prosecutioni officii, vel utilitati negotiorum tibi commissorum videris expedire; ac Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi; non obstantibus aliquibus indulgentiis [e] eis specialiter, aut Fratribus suorum Ordinum generaliter ab Apostolica Sede sub quacumque forma verborum concessis, per quas super hoc in aliquo se tueri valeant; & de quibus oporteret in nostris litteris plenam, & expressam fieri mentionem; Fraternitati tuæ plenam, & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem.

ut Fratres cujuscumque Ordinis adhibeat,

e *obstantibus derogando,*

concessit ut supra.

Datum apud Urbemveterem v. Kalendas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Decisio causæ. ac controversiæ inter Episcopum, ejusque Capitulum Anteraden., & Executores testamenti prædecessoris dicti Episcopi, aliosque vertentis. (Ex VATIC. REGES. Pontif. epist. 1357. to. 4. an. 3.)

CX.

Anno 1263. die 29. Novembr.

f g

URBANUS &c.

Ad futuram rei memoriam.

DUDUM inter Venerabilem Fratrem nostrum ... [f] Episcopum, & dilectos filios Capitulum *Anteraden.* [g] ex A parte una, & Executores Testamenti bonæ memoriæ G. [h] prædecessoris ipsius Episcopi, & Priorissam, & Conventum Monasterii Monialium *Sancti Pauli* in *Tervisio* [i], necnon & quosdam Fratres Ordinis Prædicatorum, aliasque personas ex altera super quibusdam possessionibus, quas idem Prædecessor emerat de bonis *Anteraden.* Ecclesiæ in Marchia Tervisina, & aliis circumadjacentibus partibus, ac rebus aliis quæstione suborta: B Nos dilectum filium nostrum S. [k] tituli Sanctæ Cæciliæ Presbyterum Cardinalem sub certa forma concessimus Partibus Auditorem. Fuit igitur pro parte Executorum, Priorissæ, & Conventus Fratrum [l], & Personarum prædictorum inter alia propositum coram eo, quod eidem Prædecessori testandi de bonis, quæ de Partibus Ultramarinis secum detulerat, exceptis ornamentis Ecclesiasticis, & aliis Divino cultui deputatis, erat ab Apostolica Sede concessa C facultas; & quod de pecunia, quam de partibus ipsis secum detulit, ad usus pauperum possessiones emit easdem; & cum possessiones ipsæ ex hujusmodi pecunia emptæ in locum videantur ipsius pecuniæ successisse; sicut eidem Prædecessori de pecunia prædicta testari licuit; sic ei testari de hujusmodi possessionibus licuisse; & maxime cum eædem possessiones eo ipso acquisitæ pauperibus videan- D tur, quod ad usum eorum emptæ de præfata pecunia dignoscuntur. Pro parte vero dicti Episcopi [m] fuit è contra propositum, quod Prædecessori eidem de hujusmodi possessionibus testari non licuit; cum eas non detulerit de partibus supradictis; & quod pecunia, de qua possessiones ipsas emit; etiamsi eam secum de dictis partibus detulisset; adhuc erat hujusmodi emptionis tempore dictæ *Anteraden.* Ecclesiæ, propter quod posses-

Quæstio inter Episcopum Anterad. & executores testamenti prædecessoris Episcopi. h i

k *Datur partibus Auditor.*

l *Rationes executorum, & aliorum*

m *Rationes Episcopi Anterad.*

(a) G.: *Guido* Gallus e Narbonensi Cathedra ad *Sabinen.* Ecclesiam ab Urbano IV. sub initium sui Pontificatus translato, qui postea ei successit dictus *Clemens IV.*
(b) VALLIA: Anglis *Walles*, Gallis vero *Galles* appellata Angliæ, seu Britaniæ pars Occidentalis, cujus Principes dicuntur primogeniti Regum Anglorum.
(c) YBERNIA: Nunc vulgo *Irlanda*.
(d) ARDUO NEGOTIO: Quod describitur in Annal. Eccl. Raynaldi ad hunc an. n.83. & seqq. cum encomio Pontificis huic Card. Legato universo Angliæ Clero descripto.
(e) INDULGENTIIS: *Quieti vestræ &c.*, & *Qui postposita &c.* a Gregorio IX. & Innocentio IV. concessis Fratribus Ord. Prædicat. & Minorum.
(f) FRATREM NOSTRUM...: *Guillelmum* Ordinis Minorum hoc anno die 9. Aprilis promotum ex epist. 54. *Inter primas &c.*
(g) ANTERADEN.: In Phœnicia, ut in no. (a) ad dictam epistolam.
(h) G.: *Guillelmi* Ordinis Prædicatorum ex scriptoribus illius Ordinis, & ex hac, ac 130. epistola *Lecta coram &c.*
(i) IN TERVISIO: A quo Marchia Tarvisina nunc ditionis Reipublicæ Venetæ, ex qua Civitate, vel diœcesi videtur extitisse Fr. *Guillelmus* O. P., & ibidem decessisse.
(k) S.: *Simonem* Gallum, qui postea Summum Pontificatum obtinuit sub nomine *Martini IV.*
(l) FRATRUM: Ordinis Prædicatorum.
(m) EPISCOPI: *Guillelmi* ex Ordine Minorum.

possessiones emptæ de illa fuere ipsi Ecclesiæ, & non pauperibus acquisitæ. Iis igitur, & aliis juribus, & rationibus utriusque partis hinc inde deductis in judicium, & exhibitis coram Auditore prædicto; tandem partes ipsæ, postquam fuit in hujusmodi quæstione conclusum, se super toto hujusmodi negorio ordinationi, ac provisioni nostræ submittere sponte, ac libere curaverunt. Nos autem hujusmodi submissione recepta, supplentes defectum, qui fuit in ipsa, ex eo quod Procuratores Executorum, & aliorum prædictorum ad submittendum se ordinationi, ac provisioni nostræ mandatum sufficiens non habebant, tam de Apostolicæ plenitudine potestatis, quam ex virtute submissionis decernimus, ordinamus, & etiam providemus, quod prædictus ... Episcopus, & *Anteraden*. Ecclesia præfatas possessiones, quas memoratus Frater G. prædecessor suus in jam dictis partibus emit, pacifice habeanr & quiete; & ipsas adjudicamus eisdem, perpetuum super illis Executoribus, aliisque prædictis omnibus & eorum Procuratoribus silentium imponentes. Volumus tamen, ut prædictus *Anteraden*. Episcopus solvat memoratis executoribus ducentas libras Turonen. [a] per Executores ipsos pro salute animæ prædicti Prædecessoris, & sua illis pauperibus, quibus idem Prædecessor possessiones ipsas, seu earum pretium, vel fructus legaverat, juxta ipsius defuncti voluntatem fideliter erogandas; quodque prædicti Executores, & Fratres omnia paramenta sibi per dictum Prædecessorem legata, vel donata, ac alia bona mobilia omnia, quæ habuerunt, habeant; & de cætero titulo justo possideant tanquam sua. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, ordinationis, & provisionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Partes se Pontificis ordinationi submittunt.

Pontifex decernit partim pro Episcopo.

& partim pro executoribus, aliisve. a

Clausula prohib. &c.

Datum apud Urbem veterem III. Kalendas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio. [b]

b

Monasterio S. Mariæ de Plano Abbatem præfici committit cum consilio Rectoris Ducatus Spoletani, & Marchiæ Anconitanæ. (Ex Vatic. Reges. Pontif. ep. 1322. to. 4. an. 3.)

URBANUS &c.

CXI. Anno 1263. die 1. Decembris.

Venerabili Fratri ... [c] *Episcopo* Esino *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

c

Cum, sicut per tuas Nobis litteras intimasti, Monasterium Sanctæ Mariæ *de Plano* [d] tuæ Diœcesis Ordinis Sancti Benedicti tibi subjectum, quondam ... Abbate ipsius viam universæ carnis ingresso, pastore vacet ad præsens; Nos nolentes, ut idem Monasterium ex vacatione diutina gravia in spiritualibus & temporalibus subeat detrimenta; Fraternitati tuæ mandamus, quatenus solum Deum habens præ oculis aliquam personam idoneam, & Ecclesiæ Romanæ devotam, quæ tanto congruat oneri, & honori, aut consilio dilecti filii Manfredi *Veronen. Electi* [e], Capitanei, & Rectoris Ducatus Spoletani, Marchiæ Anconit. dicto Monasterio auctoritate nostra in Abbatem præficias & Pastorem, faciens illi, de quo eidem Monasterio taliter providendum duxeris, a Conventu ipsius Monasterii tamquam Patri & Pastori animarum suarum obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi; eique munus *benedictionis* impendas [f]. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Relatio de obitu Abbatis S. M. de Plano.

d

Pontificisque provisio.

e

ex sui cum consilio Veronen. Electi.

f

Datum apud Urbem veterem Kalen. Decembris, Pontific. Nostri Anno III.

Episcopatum Rathboboten. in Hibernia confert Fr. Joanni de Alneto Ord. Minorum. (Ex Vatic. Reges. Pontif. ep. 63. to. 3. an. 3.)

(a) CC. LIBRAS TURONEN.: quarum valorem exposuimus in I. hujus Operis tomo p. 315. (a)
(b) Extat & 131. epistola de hac *Anteraden*. Ecclesia infra legenda.
(c) VEN. FRATRI ... : *Bonajuncta* ex Ordine Min. hoc anno idibus Octobris e Recineten. ad Æsinam Ecclesiam translato ex ep. 97. *Debitum nostri &c.* ibi relata.
(d) S. MARIÆ DE PLANO: Cujus in Annal. Bened. nulla legitur mentio; Ughellus vero in tom. 1. Italiæ Sac. bina Monasteria Ord. S. Benedicti Æsinæ Diœcesis memorat *S. Mariæ Molearum* a Nicolao V. Capitulo Æsinæ Ecclesiæ unitum pro vita communi Canonicorum; & alterum S. Benedicti in *Colle Castri Plani*, quo Episcopi recreandi animi causa se conferunt.
(e) VERONEN. ELECTI: *De Robertis* familia illustri Regiensi ab Alexandro IV. anno 1261. promoti, de quo plura Ughellus to. 5. Ital. Sac.
(f) MUNUS BENEDICTIONIS IMPENDAS: Abbates enim, & Abbatissæ Pontificali benedictione sunt muniendi ex Canon. sanctionibus.

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1263.

CXII.

Anno 1263. die 3. Decembris.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Johanni de Alneto [a] *Ord. FF. Min. Electo* Rathboten. [b] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Exordium.

CUM Nos simus licet insufficientibus meritis in sublimi Ecclesiæ Universalis specula constituti, sic intendimus Divino adjutorio injunctum Nobis a Domino ministerium circa proximas Ecclesias gerere; ut in illis etiam, a quibus locorum positione distamus, opportuna debeat providentia non deesse. Sane dudum Ecclesia *Rathbothen.* Pastoris solatio destituta [c], quidam de Capitulo ipsius videlicet minor pars elegerunt quondam Henricum *Archidiaconum* ejusdem Ecclesiæ; cæteri vero . . *Abbatem* Monasterii Nigræ Cellæ de *Deri* [d] in Episcopum ipsius Ecclesiæ postularunt. Tandem vero electione dicti Archidiaconi per Venerabilem Fratrem nostrum . . [e] Archiepiscopum Armachan. Metropolitanum loci rite cassata; & per appellationem ipsius Archidiaconi negotio hujusmodi ad Sedem Apostolicam legitime devoluto; dictoque *Archidiacono* apud Sedem eamdem naturæ debitum persolvente; ac postulatione ipsius *Abbatis* a Nobis ex causis legitimis non admissa; Nos volentes eidem Ecclesiæ, ne damna gravia ex longiori vacatione subiret, salubriter de persona idonea providere; te, de cujus circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, ipsi *Rathbothen.* Ecclesiæ de Fratrum nostrorum consilio præfecimus in Episcopum & Pastorem, sperantes firmiter, quod eadem Ecclesia sub tuo regimine grata, dante Domino, suscipiet in spiritualibus & temporalibus incrementa. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, in remissionem tibi peccaminum injungentes, quatenus humiliter suscipiens a Domino impositum tibi onus; & de favore nostro confidens ad Ecclesiam ipsam accedas, & sic circa commissum tibi gregem sollicita studeas custodia vigilare, quod idem grex verbo & exemplo tuis in viam salutis æternæ directus, & erectus de mortis perpetuæ casibus sempiternis gaudiis perfruatur; & prædicta Ecclesia industriæ tuæ studio assidue proficiat salubribus incrementis. Et quia in hoc non personæ tuæ, sed ipsi Ecclesiæ potius intendimus providere, audacter in nomine Domini, & sine difficultate qualibet propter Deum solummodo in omni patientia & doctrina recipias curam ejus. Non obstante contraria constitutione tui Ordinis, etiamsi foret per Sedem Apostolicam confirmata, vel indulgentia dictæ Sedis concessa eidem, per quam non expressam præsentibus, vel totaliter non insertam id valeat impediri.

Vacante Ecclesia Rathbothen. discors electio. — & Electorum causa. — assumitur a Pontifice Fr. Joannes O. M. — & jubetur onus suscipere. — Obstantibus derogando.

Datum apud Urbem veterem III. Nonas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio [f].

CXIII.

In eumdem modum Capitulo Ecclesiæ, Clero, & Populo Civitatis, ac Diœcesis Rathbothen. Cum Nos simus &c. (*ut in superiori proxima, usque*) providere, dilectum filium Fratrem Johannem de Alneto Ordinis Fratrum Minorum virum utique probatæ vitæ, magnæ scientiæ, ac circumspectionis expertæ ipsi Rathbothen. Ecclesiæ &c. (*usque*) incrementa. Quocirca Universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente mandantes quatenus ipsum tanquam Patrem & Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes, & benigne tractantes, impendatis eidem obedientiam, & reverentiam tam debitam, quam devotam, ipsius monitis, & mandatis salubribus humiliter intendendo. Alioquin sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles &c. Datum, *ut supra.*

In

(a) De Alneto: Insulo Hiberniæ Oppido.
(b) Rathboten.: Rapa, al. Rapo vulgo *Robogh* urbs olim fuit in Ultonia, & Comitatu Dungallensi a *Derrio* 12. mill. in occasum distans, cui unita fertur; nunc autem vicus tantum asseritur diversus plane a *Rathpulen.*, de quo egimus in 2. hujus Operis tom. p. 427. co. (h), ubi revocatur *Bathausen.* & *Wellen.* Episcopatus tunc nondum unitos fuisse, cum longe antea simul copulatos inveniamus.
(c) Destituta: Per translationem Fr. *Patritii* o Scanlain O.P. de hac Ecclesia ad *Armachanam* Cathedram anno 1261. mense Novembri factam ex Vatoo apud scriptores illius Ordinis.
(d) Deri: Al Dersia vulgo *Derry* urbe parva Hiberniæ in Insula *Inis OWen* comitatus Tyrconeliæ unita, ut dictum est, *Rathbotensi* Ecclesiæ sub Armachano Archiepiscopo.
(e) Fratrem nostrum . . : *Patritium* O Scanlain, ut supra.
(f) Sed *Electus* ob infirmitatem insanabilem coactus fuis dignitati nuncium remittere ex litteris Clementis IV. *Rapoten Ecclesia &c.* anno 1265. 28. Aprilis eidem datis.

CXIV.
a

In eumdem modum, Archiepiscopo Armachano [a]. Cum simus &c. (*usque*) incrementa. Quocirca Fraternitati tuæ mandamus, quatenus eumdem *Electum* habens pro nostra, & Apostolicæ Sedis reverentia commendatum, sibi, ascito tecum canonico Episcoporum numero, munus *consecrationis* impendas; ipsum alias nihilominus favorabiliter prosequendo. Datum, *ut supra*.

Ut in Abbatem S.Prosperi Regien. inquirant, & citent; ac de factis ejus ad se rescribant. (Ex Bullario Ordin. Prædicat. Bul. 42. Urbani IV. tom. 1.)

CXV.
Anno 1263. die 4. Decembris.
b

URBANUS &c.

Dilectis filiis . . . *Priori* Prædicatorum, & . . *Guardiano* Minorum Regin.[b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

Relatio pro commissione.

JUDICIUM Apostolicæ Sedis opinione fallente, ingratus filius G. . . Abbas Monasterii Sancti Prosperi [c] *Regin*. plurima illius beneficia nimis indigne suscepisse convincitur; si sunt vera, quæ Nobis de ipsius usu, & ingratitudine referuntur; ipsa enim Sedes, quæ passim omnes admittit ad ubera filiorum sic faciem prætendentes, dictum G. . . . benigne ad suam familiaritatem admisit, aggregando ipsum *Capellanorum* suorum honesto Collegio; & inter illos cum nonnullis prosequendo favoribus, & tandem ipsum per multa studia ad regimen prædicti Monasterii promovendo; ipse vero injuriam pro gratia, & odium pro dilectione respondens, cum stare pro domo Domini una cum Sede prædicta contra pestilentes filios crederetur, in arcum pestilentiæ, ut dicitur, se convertit; & Nuncios, ac fautores reprobi filii *Uberti Pelavicini* [d] una cum suis fautoribus per dictam Sedem, exigentibus damnatis suis excessibus, *excommunicatione* astricti temere in præfatum Monasterium intromisit, eis pro illorum favore in suis pravis studiis obtinendo ausu prosumptuosæ temeritatis non solum participans, sed & favens. Cum igitur nolimus, sicut etiam nec debemus tantam ipsius Abbatis insolentiam conniventibus oculis pertransire; cum non sit conveniens relinqui persecutoribus, vel eorum fautoribus pabulum devotorum; dictaque Sedes omnium Fidelium pia mater dulcedinis suæ mammas digne subtrahat ab ingratis; discretioni vestræ in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus ad Monasterium ipsum, si permissi fueritis, personaliter accedentes, alioquin proposito in Ecclesia Regin. coram Populo publicæ citationis edicto, præfatum Abbatem ad vestram præsentiam evocantes, inquiratis contra ipsum Abbatem, sive venerit, sive non, super eorumdem Nunciorum, & fautorum receptione, participatione, ac favore prædictis de plano, & sine judiciorum strepitu veritatem; contradictores per censuras Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo; & invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis; & quæ inveneritis, Nobis per vestras litteras tenorem præsentium continentes quantocius transmittatis; præfixo eidem Abbati juxta præmissum modum termino peremptorio competenti, quo se Apostolico conspectui personaliter repræsentet pro meritis recepturus; diem autem præfixionis hujusmodi Nobis per easdem vestras litteras intimetis. Non obstante indulgentia [e] dictæ Sedis, per quam Fratribus Ordinum vestrorum dicitur esse concessum, ut exequi negotia minime teneantur, quæ ipsis a Sede committuntur eadem.

Abbas Regensis ingrati animi postulatur.

Cum factus fuerit Capellanus Pontificius,

& Abbas Monasterii S. Prosperi;

Defertur veluti fautor hostium Ecclesiæ Rom.

Mandat Pontifex, ut supra;

derogando privilegio Apostol.
e

Datum apud Urbem veterem II. Nonas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Monasterio S. Mariæ Calinen. *O. B. deformato, & Abbatissa destituto consulit, & mandat industria, potentique rectrice provideri*. (Ex Vatic. Regest. Pontif. epist. 1389. tom. 4. an. 3.)

(a) Archiepiscopo Armachano: *Fr. Patritio* O Scanlain O. P. ex supra dictis.
(b) Regin.: In Æmilia Provincia, de quo FF. Minorum loco dictum est ad *Bullam* Alexandri IV. *Sacra Ordinis &c.* anno 1256. die 11. Julii edita.
(c) Monasterii S. Prosperi: Ordinis S. Benedicti valde celebrati a Mabill. in Annal. Bened., & Ughello tom. 2. Ital. Sac.
(d) Uberti Pelavicini: Al. Pallavicini, qui *Manfredo* Tarentinorum Princip., & Regnum Siciliæ usurpanti adhuc adhærebat; nec nisi eo ex hac vita subtracto ad Romanam Ecclesiam accessit.
(e) Indulgentia: Incip. *Quieti vestræ &c.*, & *Quæ honestati vestræ &c.* a Gregorio IX. & Innocentio IV. utrique Ordini concessa.

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1263.

CXVI.

Anno 1263. die 20. Decembris.

a b c

URBANUS &c.

Venerabili Fratri .. [a] *Episcopo* Cajacen. [b] *& dilectis filiis ... Priori Prædicatorum* Neapoli, *& .. Guardiano Fratrum Minorum in* Capua [c] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

QUI omnium Ecclesiarum profectui ex injuncto Nobis officii debito libenter intendimus, digne de illis, quæ ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinent, ingruente necessitatis tempore cogiramus. Ex relatu siquidem fide dignorum accepimus, quod licet Monasterium S. Mariæ *Calinen.* [d] ad prædictam Ecclesiam Romanam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti olim in spiritualibus florere consueverit, & in temporalibus abundare; nunc tamen tum propter guerrarum discrimina, quæ circa Civitatem *Calinen.* hactenus invaluisse noscuntur; tum etiam propter incuriam personarum, quæ pro tempore præfuerunt eidem, adeo est in spiritualibus & temporalibus deformatum, ut nisi eidem Monasterio, quod ad præsens est Abbatissæ destitutum regimine, de tali persona propere consulatur, quæ Regularibus institutis instructa, & in eorum observantiis studiosa generositate polleat; vix, aut nunquam dictum Monasterium adjiciet, ut resurgat. Quia vero dilecta in Christo filia *Mathia de Colomentis* Monialis Monasterii Sanctæ Mariæ in *Capua* [e] Ordinis supradicti hujusmodi virtutum meritis juvari dicitur; & ex hoc pro firmo tenetur, quod præfatum Monasterium Sanctæ Mariæ *Calinen.* per ejus industriam & potentiam suorum consanguineorum nobilium in statum salutis dirigi Deo propitio valeat, & in prosperis ampliari; Nos de vestra circumspectione confisi discretioni vestræ mandamus, quatenus, si præmissis veritas suffragatur, dictam Monialem, vel aliquam aliam ejusdem Ordinis, per quam Monasterium ipsum *Calinen.* melius secundum Deum posse videritis gubernari, auctoritate nostra in Procuratricem eidem Monasterio deputetis; illudque sibi tamdiu per eam in spiritualibus & temporalibus gubernandum salubriter committatis, donec ipsi Monasterio de illa, vel alia, quæ hujusmodi regimini congruat, Sedes Apostolica duxerit providendum. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quod si non omnes iis exequendis potueritis interesse, tu, Frater Episcope, cum eorum altero ea nihilominus exequaris.

Monasterium S. M. Calinen. deformatum

d

& quibus ex causis.

Psal 40. 9.

Proponitur reformatrix Monialis S. Mariæ Capuan.

e

quam Pontifex mandat Monasterio Calinen. præfici.

Temperatâ commissione.

Datum apud Urbem veterem XIII. Kalen. Januarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut Fratribus Ord. Min. suæ Civitatis aptiorem locum emat ex possessionibus, aliisque bonis a quodam Cive iisdem Fratribus relictis, ac vendendis. (EX VATIC. REGES. PONTIF. epist. 108. tom. 3.)

CXVII.

Anno 1264. die 8. Januarii.

f

g

URBANUS &c.

Venerabili Fratri [f] *.. Episcopo* Tragurien. [g] *Sal., & Apostol. Bened.*

Fratrum Tragurien. O. M. petitionis tenor

h

SUA Nobis dilecti filii ... Guardianus, & Fratres de Ordine Minorum *Tragurien..* [h] petitione monstrarunt, quod quondam Desaluce Civis *Tragurien.* terrena pro cælestibus cupiens fideliter commutare, dictis Guardiano, & Fratribus, quos in necessariis magnum consideravit sustinere defectum, terras, possessiones, & omnia bona sua in ultima voluntate legavit; & quia Fratres ipsius Ordinis de possessionibus se nullatenus intromittunt; nec eis licet posses-

de legatis ipsis factis, sed illicito.

(a) VEN. FRATRI ... : *Andrea*, quem ab an. 1257. usque ad 1272. habet Ughellus tom. 6. Ital. Sac. sedisse.

(b) CAJACEN. : Al. *Calatien.* vulgo *Cajazzo* in Provincia Terræ Laboris sub Archiepiscopo Capuano in monte prope Vulturnum flumen, & media inter Capuam & Telesias, a Caserta vero 4. mill. pas. dissita.

(c) FF. MINORUM IN CAPUA : de quorum cœnobio agit Waddingus ad ann. 1222. n. 12.

(d) S. MARIÆ CALINEN. : Vulgo *Carinola* sub Archiepiscopo Capuano, cujus tamen loci Monasterium illud abest ab Annal. Benedict. Mabillon.

(e) S. MARIÆ IN CAPUA : De quo Monasterio agit cit. Mabillon. in Annal. Benedict. lib. 44. ad ann. 944. num. 63., & post alibi.

(f) VEN. FRATRI ... : *Columbano* ex Ordine Minorum anno 1255. die 4. Julii assumto per litteras n. 71. *Licet continuata &c.* Alexandri IV. pag. 53., ubi (a) dictum est per errorem, *ultimam* ibi mentionem ejus esse.

(g) TRAGURIEN. . In Dalmatia ex no. (h) ad dictam epistolam.

(h) ORD. MINORUM TRAGURIEN. : Quorum locus erat 2. Custodiæ Spalaten. al. 9. *Custodia* Jaderen. in dicta Provincia Dalmatiæ ex veteri *Provinciali* Ordinis apud Autorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Confor. XI., Waddingus tamen nonnisi ad ano. 1317. num. 60. ejus mentionem facit, atque extasse extra, sed vicinum mœnibus Civitatis ob translationem hoc anno, vel paulopost jussu Pontificis factam.

a possessiones habere [a]; quatuor *Procuratores* constituit, qui terras, & possessiones hujusmodi procurarent; ac redditus, & ptoventus earum in necessitates Guardiani, & Fratrum converterent eorumdem; ita quod reddituum, & proventuum prædictorum residuum, si quod esset, juxta consilium Provincialis Ministri [b], & aliorum Fratrum ipsius Ordinis de partibus illis studerent aliis Fratribus ejusdem Ordinis alibi commorantibus impertiri. Quare pro parte dictorum.. Guardiani, & Fratrum humiliter petebatur a Nobis, ut cum eis præmissa terrarum, & possessionum, seu reddituum, & proventuum prædictorum dispositio pro ipsius Ordinis honestate non competat; & locus, in quo hactenus morati sunt, pro eo præcipue habitationi non congruat eorumdem, quia a Civitate *Traguriens.* nimium est remotus [c], providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque hujusmodi necessitati dictorum Guardiani, & Fratrnm consulere cupientes Fraternitati tuæ mandamus, quatenus, si est ita, terras, & possessiones prædictas de consilio, & assensu prædictorum *Procuratorum* per te, vel per alium auctoritate nostra vendere studeas; & de pretio, quod ex eis proveniret, aliquem locum dictis Guardiano, & Fratribus aptum emas sine juris præjudicio alieni; ac in ipso Ecclesiam, domos, & officinas construi ad opus facias eorumdem [d]; talem super iis diligentiam habiturus, quod exinde digna laudibus apud Nos tua sinceritas habeatur.

ac pro quo resultarent proventus ordinatione,

quæ dispositio cum Ordinem non deceret,

& locus Fratrum incongruus esset,

Pontifex imperat id, quod supra.

Datum apud Urbemveterem VI. Idus Januarii, Pontificatus Nostri Anno III.

Ut Rectori Patrimonii Beati Petri assistat, & obsistentes ei censura Eccles. coerceat. (Ex Vatic. Reges. Pontif. ep.350. to.3.)

URBANUS &c.

URBANUS PP. IV. An.Ch.1264.

CXVIII.

Anno 1264. die 10. Januarii.

Dilecto filio Fratri Bartholomæo de Amelia [e] *Ordinis Minorum Inquisitori hæreticæ pravitatis* Romanæ Provinciæ *Salut.*, *& Apostol. Benedict.*

VOLENTES personam aliquam Ecclesiasticam, industriam, & fidelem in fulcimentum regiminis dilecti filii nobilis viri Guiscardi de Petrasca *Rectoris* Patrimonii B. Petri in Tuscia in eodem Patrimonio deputare [f], te, de cujus circumspectione, ac prudentia plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad hoc specialiter duximus eligendum, Discretioni tuæ mandantes, quatenus eidem *Rectori* efficaciter præsidio favoris assistens in eos, qui sibi, suoque regimini contradictores fuerint, & rebelles, censuram Ecclesiasticam studeas exercere; ita quod, spirituali gladio afferente suffragium temporali, dictus *Nobilis* [g] commissum sibi regimen utilius, & commodius exequi valeat ad laudem, & gloriam Divini nominis, honorem Ecclesiæ, ac totius Provinciæ statum prosperum, & tranquillum. Nos enim sententiam, quam rite in hujusmodi rebelles tuleris, super quo plenam tibi concedimus auctoritate præsentium potestatem, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, inviolabiliter observari.

Commissionis occasio.

Mandat ut supra.

assistendam pollicitus,

Datum apud Urbemveterem IV. Idus Januarii, Pontificatus Nostri Anno III.

Post generale Interdictum *locis Manfredum ol. Tarent. Principem, ejusque asseclas addicte recipientibus inditam nonnullos ab eodem exsolvit, & modum, quo servari debeat, ostendit.* (Ex Bullario Ord. Prædicat. tom.1. Bul.43. Urbani IV., & epist. 63. in tom.2. Thesauri Anecdot. Martene, & Durand. ex Autographo Conventus Rothomagen. Ordinis Prædicat.)

URBA-

(a) Possessiones habere: Ex cap. 6. Regulæ: *Fratres nihil sibi approprient &c.*

(b) Provincialis Ministri: Scilicet Dalmatiæ al. Sclavoniæ.

(c) Est remotus: Sed quando, & a quibus, quonamve loco excitatus, adhuc incompertum.

(d) Facias eorumdem: Quod & factum est prope Civitatem ante portam, & pontem dictæ Civitatis, sed quod etiam anno 1315. vel paulo ante dirui debuit, & alio transferri ob Civitatis defensionem; uti dicitur ad epist. Joannis XXII. *Dilectus filius &c.* an. 1317. datam.

(e) De Amelia: Al. de *Ameria*, de quo dictum est in nn. (a) ad Bullam 578. Alexandri IV. *Discretioni vestra &c.* anno 1260. die 24. Septembr. editam.

(f) Deputare: Sententiam autem aliqua de causa Pontifex mutasse videtur, nam Raynaldus ad hunc an. n. 15. ex Regest. Pontif. ostendit, in Tusciam ac Patrimonium B. Petri missum esse *Matthæum S. Mariæ in porticu* Diac. Cardinalem; at id nonnisi æstivo tempore ex litteris Pontificis, ideoque res interim variatas dicemus.

(g) Dictus Nobilis: Videlicet Guiscardus de Petrasca.

Urbanus PP. IV. An.Ch. 1264.

URBANUS &c.

Ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum.

CXIX.

Anno 1264. die 13. Januarii.

Interdicto Eccles. supponuntur loca hostibus Ecclesiæ adhærentia.

Nonnulli iis in locis privilegio donantur adversus *Interdictum*.

Pontifex privilegium aufert.

A DUDUM fel. recor. ALEXANDER PAPA [a] prædecessor noster primo, & Nos [b] postmodum Civitates, & loca plurima *Manfredo* quondam Principi Tarentino, ac *Uberto* Marchioni *Pelavicino* [c], & aliis Ecclesiæ persecutoribus contra salutem propriam adhærentia; loca etiam, ad quæ dictus *Manfredus*, Ricardus *Casertanus*, & Thomas *Aceratorum* Comites, ac Galvanius, & Fredericus Lancea fratres [d] devenire contingeret; quandiu ibi forent, districtissimo Ecclesiastico supposuimus *Interdicto*. Sed quia nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, aliique Prælati, Religiosi, ac Clerici, & aliæ quamplures personæ utriusque sexus a Sede Apostolica, & per litteras, & oretenus sibi postmodum obtinuere concedi, ut non obstantibus hujusmodi *Interdicti* sententiis liceret eis sub certa forma in certis Ecclesiis, sive locis eidem Interdicto suppositis celebrare, ac audire Divina. Nos, ut *Interdictum* ipsum arctius servaretur, in octavis festivitatis B. Martini proxime præteritæ [e], præsente tunc Fidelium multitudine copiosa, omnes concessiones hujusmodi quocumque modo, & sub quacumque forma factas a Sede Apostolica prædicta, omnesque litteras, indulgentias, cunctaque privilegia super hoc ab ipsa obtenta totaliter auctoritate Apostolica duximus revocanda; universisque Christifidelibus, cujuscumque status, Ordinis, conditionis, honoris, & dignitatis existerent, eadem auctoritate sub pœna *excommunicationis* districtius inhibentes, ne hujusmodi concessionum, seu alio quocumque prætextu, contra earumdem sententiarum *Interdicti* tenores in aliquibus Ecclesiis, sive locis eidem *Interdicto* subjectis, Divina Officia celebrare, vel audire quomodolibet attentarent: hoc autem ideo fecimus, ut locorum homines eorumdem tanti saltem consideratione discriminis ad Ecclesiæ redirent humiliter unitatem. Verum quia ipsi malitiis propriis excæcati, & in suis defixi fæcibus nec ex antidoto medicinali salutem, nec ex vexatione recipiunt intellectum; Nos nolentes ulterius ob eorum nequitiam personas Ecclesiasticas inter reos degentes Divinis Officiis penitus defraudari, de Fratrum nostrorum consilio eisdem B personis Ecclesiasticis indulgemus, ut in *Collegiatis* Ecclesiis secularibus in Civitatibus, & locis hujusmodi constitutis Clericis Ecclesiarum ipsarum; & in *Religiosorum* Conventibus Fratribus Religiosis ejusdem *Pœnitentiæ*, *Eucharistiæ*, *Extremæ* quoque *Unctionis* Sacramenta recipere; ac voce submissa, clausis januis, non pulsatis campanis, interdictis, & excommunicatis, & personis omnibus C aliis cujuscumque conditionis, aut sexus exclusis, Divina Officia liceat divisim, vel insimul celebrare; a generalitate tamen excludendorum excipimus tam Religiosas personas, quam seculares Clericos viatores, quos & in Religiosorum, & in secularium Clericorum Ecclesiis admitti permittimus ad Divina in procinctu itineris constitutos, vel infra diem tertium recessuros. In Monasteriis etiam Monialium, & laicorum Religiosorum tam *Humiliatorum* [f], quam D aliorum Civitatum, & locorum hujusmodi Domino famulantium licebit eisdem Monialibus, & Religiosis suum, vel alienum ad celebranda Divina cum duobus honestis Clericis vocare, & admittere Sacerdotem. *Conversi* quoque Monasterii servientes ipsarum Divinis Officiis poterunt interesse cum ipsis. Præterea Venerabiles Fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos ad E loca hujusmodi declinantes illius uti volumus privilegio libertatis, quod Episcopis in favorem *Pontificalis* officii constitutio Concilii Generalis indulsit [g].

& qua de causa.

quæ nihil adjuvat.

Renovatur privilegium pro *Interdicto*,

exceptione adjecta

De Monasteriis Monialium, & Laicorum Religiosorum.

De Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis.

Datum apud Urbemveterem Idibus Januarii, Pontificatus Nostri Anno III.

Dent

(a) ALEXANDER PAPA: Nempe IV. anno 1259., quo excommunicationi subjecit *Manfredum* Friderici II. nothum.

(b) ET NOS: Anno 1262.

(c) UBERTO MARCHIONI PELAVICINO: Qui anno 1257. die 18. Maii in Cœna Domini cum Placentinis ab Alexandro IV excommunicationis mucrone ictus fuerat ex Petro M. Campo Hist. Placent.

(d) ET FREDERICUS LANCEA FRATRES: Omnes factionis *Manfredi* memorati.

(e) B. MARTINI PROXIME PRÆTERITÆ: Nempe anno 1263. die 18. Novembris.

(f) HUMILIATORUM: Religio sub S. Pio V. penitus humiliata est, atque sublata; ejusque Tertius Ordo Laicorum erat.

(g) CONCILII GENERALIS: Lateranensis IV. anno 1215. sub Innocentio III. celebrati cap. 58.

Deus operam, ut aliquibus Mercatoribus Senensibus ab eorum debitoribus satisfiat, & renuentes censuris Eccles. astringant. (Ex Vatic. Regest. Pontif. epist. 124. tom. 3.)

CXX.

Anno 1264. die 13. Januarii.

URBANUS &c.

a *Venerabilibus Fratribus* [a] .. Ferrarien.,
b *&* [b] .. Tervisin. *Episcopis Salutem, & Apostolicam Benedict.*

Mercatorum Senen. expositionis tenor.

Dilecti filii Renaldus, Bernardinus, Gualterius, & Robbaconte Renaldini, Raynerius, & Gabriel Rusticini, & Arigus Raynerii Cives, & Mercatores *Senen.* nostri, & Ecclesiæ Romanæ devoti Nobis significare curarunt, quod licet ipsi, & quidam ex eis suo, & sociorum suorum nomine Venerabilibus Fratribus nostris .. Patriarchæ *Aquilegen.* [c], & nonnullis Suffraganeis ipsius, ac Abbatibus, Prioribus, Conventibus, & Capitulis, Communitatibus, Comitibus, Baronibus, ac quibusdam aliis Clericis, & Laicis Civitatis, & Diœcesis, ac Provinciæ Aquilegen. [d] quasdam pecuniarum summas mutuarint certis eis locis, & terminis persolvendas, eisdem Comitibus, Baronibus, Communitatibus, & Laicis se submittentibus super hoc jurisdictioni Ecclesiastici Judicis, nec non Patriarchæ, Suffraganeis, Abbatibus, Prioribus, Conventibus, Capitulis, Clericis, & aliis omnibus supradictis Constitutioni de duabus dietis editæ in Concilio Generali, & multis, & diversis exceptionibus, ac quibusdam aliis renuntiantibus; prout in Instrumentis, & litteris inde confectis expresse, & plenius dicitur contineri; nondum tamen est eis de hujusmodi pecuniarum summis satisfactum; quamquam solutionum termini sint elapsi; propter quod damna gravia, & expensas se asserunt incurrisse. Quocirca mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum per vos, vel alium, seu alios hujusmodi debitores eorum, veritate cognita de præmissis,

De pecunia mutuo data Clericis & Laicis Provinciæ Aquilejen.

cum conditionibus, & instrumentis.

qui terminis elapsis minime satisfecerunt.

Pontifex mandat iis, quod supra

A quod de dictis pecuniarum summis, in quibus tenentur eisdem, cum justis, & moderatis expensis, ac debita restauratione damnorum, usuris omnino cessantibus, debitam eis satisfactionem infra tres menses post monitionem vestram; prout exigunt litterarum, & instrumentorum ipsorum justi, & rationabiles tenores, impendant; ex parte nostra monere, & inducere studeatis. Quod si infra tempus hujusmodi vestris non acquieverint monitis, & inductionibus in hac parte; vos ex tunc in ipsorum debitorum, & majorum de Conventibus, Capitulis, & Communitatibus præfatis personas *excommunicationis*; in Conventus vero, Capitula, & Communitates, quæ contumaciter monitis vestris duxerint resistendum, vos, vel alter vestrum per vos, vel per alium, seu alios *interdicti* sententias promulgetis; & faciatis excommunicatos hujusmodi ab aliis arctius evitari. Si vero per mensem easdem sententias sustinuerint animo indurato, eas usque ad satisfactionem condignam, ubi, & quando expedire videritis, pulsatis campanis, & candelis accensis faciatis solemniter publicari; non obstantibus, si dictis *Patriarchæ*, Suffraganeis, & aliis quibuscumque a Sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra suam Provinciam, vel Diœcesim, aut alia certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem; ac prædicta Constitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali [e]; dummodo ultra tertiam, vel quartam aliquis extra suam Diœcesim auctoritate præsentium ad judicium non trahatur; & illa, quam fel. recor. Innocentius Papa [f] prædecessor noster edidisse dinoscitur de aliquibus per generalem Clausulam *Quidam alii* ultra quatuor ad judicium non trahendis; sive qualibet alia indulgentia prædictæ Sedis, per

sub pœna censurarum Eccles.

cum obstantium derogatione.

(a) Ven. Fratribus ..: B. *Alberto* Paodono e Placentina anno 1257. ad Ferrarien. Sedem translato ex Ughelli Ital. Sac. tom. 2., & Petro M. Campo Hist. Placent. par. 2.

(b) Et ..: *Alberto* Ricco Vicent. ex Ordine Min. ad Tarvisin. Ecclesiam regendam evecto an. 1253. ex epist. 100. *Ad culmen &c.* Alexandri IV.

(c) Patriarchæ Aquilegen.: *Gregorio* e Montelongo Gallo viro Armis etiam clarissimo ex Ughello to. 5. Italiæ Sacræ, & Annal. Eccles. Raynaldi.

(d) Provinciæ Aquilejen.: Quæ quam vasta, diffusaque tunc esset, consuli poterit præ aliis Italia Sacra cit. Ughelli to. 5.

(e) In Concilio Generali Lateranensi IV. cap. 37.

(f) Innocentius Papa: Hujus nominis *Quartus* in 6. Decr. lib.

per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri. Proviso, ut quoad *Pontificali* dignitate præditos in processu, si quis fuerit contra eos habendus, gradus, & modestia juxta Constitutionem fel. record. ALEXANDRI PAPÆ [a] prædecessoris nostri omnino servetur; seu *excommunicationis* sententia in Cives Senenses ex certis causis generaliter promulgata; vel aliqua inhibitione per Nos facta, ne ipsis Civibus de suis debitis debeat responderi [b]; maxime cum quantum ad supradictos Mercatores sententiam, & inhibitionem hujusmodi duxerimus relaxandas.

a Alexandri PP.

Datum apud Urbemveterem Idibus Januarii, Pontificatus nostri Anno III.

Timotheum Zagabrien. Episcopum, & Fr. Gualterum O. M. ejus Procuratorem a se constitutos enixe commendat. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epist. 91. tom. 3.)

CXXI.

Anno 1264. die 18. Januarii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis.. Præposito, & Capitulo Zagabrien. [c] *Sal., & Apost. Ben.*

Exordium.

GRATIÆ Divinæ præmium, & præconium humanæ laudis acquiritur, si reverendis patribus a devotis filiis plenitudo impendatur honoris. Sane *Zagabrien.* Ecclesia Pastoris solatio destituta, Nos Venerabilem Fratrem nostrum *Timotheum* Zagabrien. Episcopum, tunc Archidiaconum de Zala [d] in Ecclesia *Vesprimien.* [e], Subdiaconum, & Capellanum nostrum, virum utique providum, & honestum, ac morum nobilitate præclatum de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis præfecimus [f] ipsi Ecclesiæ in Episcopum, & Pastorem. Et licet prædictus Episcopus, sicut accepimus, quosdam Nuntios, & Procuratores suos ad eamdem Ecclesiam destinavit, qui usque ad adventum ipsius Episcopi Ecclesiæ prædictæ curam gererent diligentem; tamen ipsi non fuerunt admissi [g]. Quia vero idem Episcopus factura nostra existit; in ipso, cui consecrationis munus duximus impendendum, nostram cupimus honorari personam; & in desideriis nostris geritur facere, ipsum Episcopatus *Zagabrien.* pacifica possessione gaudere. Quocirca Universitatem vestram rogamus, & hortamur attente in virtute obedientiæ per Apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus eumdem Episcopum tamquam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ei obedientiam, & reverentiam debitam impendatis; ipsius mandatis, & monitis salubribus humiliter intendendo; ac nihilominus dilecto filio *Fratri Gualtero* [h] Pœnitentiario, & Cappellano nostro, cui idem Episcopus, & Nos etiam usque ad ipsius beneplacitum curam prædictæ Ecclesiæ circa spiritualia, & temporalia duximus committendam; exhibeatis consilium, auxilium, & favorem in iis, super quibus vos duxerit requirendos. Alioquin sententiam, quam idem Episcopus, vel præfatus Pœnitentiarius rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inviolabiliter observari.

Zagabrien. Ecclesiæ vacanti præficitur Timotheus

a Pontifice laudatus.

cujus procuratores non fuerunt admissi,

consecratus a Pontifice

commendatur Capitulo prædictæ Ecclesiæ.

ejusque procurator Fr. Gualterus O. M. confirmatur, & ei favor exoratur.

Cum clausula comminatoria.

Datum apud Urbemveterem xv. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno III.

Fr. Gualterum O. M. ab Episcopo Zagabrien. in suæ Ecclesiæ generalem Procuratorem assumtum confirmat, & instruit. (Ex VATIC. Reges. Pontif. epist. 92. tom. 3.)

CXXII.

Anno 1264. die 18. Januarii.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Gualtero [i] *de Ordine FF. Min. Pœnitentiario, Cappellano, & Nuntio nostro Sal., & Ap. Bened.*

Exordium.

INTER alias sollicitudines, quibus assidue premimur, cogitare Nos convenit;

(a) ALEXANDRI PAPÆ: etiam *Quarti*.

(b) RESPONDERI: Ut ex epist. 63. hujus Pontificis *Exigente perfidia* &c. ann. præcedente die 4 Junii edita.

(c) ZAGABRIEN.: Incolis *Zagrab*, *Agram* vero Germanis appellata Civitas in Sclavonia, interiorique Hungaria cis Danubium in limite Croatiæ sub Archiepiscopo Colocensi.

(d) ZALA: vulgo *Zalavvar*, antiquitus vero *Sala* ad fluvium cognominem in Hungaria *Comitatus* titulo decorata, parva tamen Civitas 3. mill. p. Germanicis a Canisia distans in ortum, non longe a Stiria Provincia ad occasum, & Dravum fluvium ad meridiem.

(e) VESPRIMIEN.: In Hungaria interiori, ac Zaladiensi Comitatu sub Archiepiscopo Strigoniæ.

(f) PRÆFECIMUS: Jam anno præcedenti die 25. Septembris erat *Electus* ex epist. 26. Vatic. Regesti hujus Pontif. to. 4. *In nostra proposuisti* &c., & 36. *Qua de Sedis* &c.

(g) NON FUERUNT ADMISSI: Causa esse potuit *Originalis servitus*, seu natalium obscuritas, quam memorat Pontifex epist. Regi Hungariæ, qui ei molestus erat, apud Raynaldum ad ann. 1266. n. 37. scripta.

(h) FR. GUALTERO: Ordinis Minorum ex sequenti epist. 122. *Inter alias* &c.

(i) FR. GUALTERO: nunc primum in nostram notitiam emergenti.

venit; ut Ecclesiæ, ac illæ præcipue, quæ sunt Episcopali dignitate præditæ, in statu tranquillo, & prospero coserventur. Sane, Ecclesia *Zagabrien.* [a] Pastoris solatio destituta, Nos venerabilem Fratrem nostrum *Timotheum* Zagabrien. Episcopum, tunc Archidiaconum de Zala in Ecclesia Vesprimien., Subdiaconum & Cappellanum nostrum, Canonicum Zagabrien. Ecclesiæ de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis præfecimus ipsi Zagabrien. Ecclesiæ in Episcopum & Pastorem, ac ei consecrationis munus duximus impendeodum, injuncto *Capitulo* ipsius Ecclesiæ, & *Clero* Zagabrien. Civitatis, & diœcesis per litteras oostras [b], ut ipsi prædicto Episcopo tunc *Electo* tanquam Patri & Pastori animarum suarum devote intendere procurarent. Et licet prædictus Episcopus, sicut accepimus, quosdam Nuntios, & Procuratores suos ad eamdem Ecclesiam destinarit, qui usque ad adventum ipsius Episcopi ejusdem Ecclesiæ curam gererent diligentem; tameo ipsi noo fuerunt admissi [c]. Nos itaque cupientes, ut eadem Ecclesia salubribus proficiat incrementis, de tua circumspectione, quam in multis & arduis sumus experti [d], confisi te pro ejusdem Ecclesiæ, & ipsius Episcopi procurandis, & expediendis negotiis ad partes *Ungariæ* duximus destinandum; & *Procurationis* officiom ab eodem Episcopo tibi, ut asseritur, circa curam in spiritualibus & temporalibus dictæ Ecclesiæ commissum ipsius inclinati supplicationibus Episcopi approbantes eamdem curam circa ipsa spiritualia & temporalia usque ad beneplacitum ipsius Episcopi tibi auctoritate præsentium duximus committendam. Quocirca discretiooem tuam rogamus, & hortamur attente mandaotes, quatenus ad prædictas partes, & Ecclesiam personaliter cum gratia nostræ benedictionis accedens ejusdem Ecclesiæ sollicitam curam geras: Contradictores per censuram Ecclesiasticain appellatione postposita compescendo. Cæterum *Castrum*, Villas, possessiones, redditus, & alia bona Episcopalia tibi facias exhiberi, detentores eorum, & illos, quorum nomine detinentur, cujuscumque dignitatis, Ordinis, seu conditionis existant, ad eorum exhibitionem monitione præmissa per censuram eamdem sublato appellationis obstaculn compellendo. Non obstante, si est aliquibus ab Apostolica Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, quæ de iodulto hujusmodi plenam & expressam non fecerint mentionem; sive qualibet alia indulgentia Sedis ejusdem, de qua, cujusque toto tenore de verbo ad verbum oporteat in nostris litteris plenam, & expressam mentionem fieri; & per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri. Preces autem, & mandatum nostrum sic adimpleat tua devotio, quod tibi proinde præter Divinæ retributionis præmium a Nobis digne proveniat actio gratiarum [e].

Zagabrien. Ecclesiæ vacanti datus Episcopus

a Pontifice consecratus,

& Capitulo, Cleroque Zagabrien. commendatus,

cujus Procuratores non admittuntur.

Pontifex Fr. Gratearum in Hungariam ablegat,

& Procuratorem Episcopi confirmat.

mandans ut bona Episcopatus sibi exhiberi faciat

obstantibus derogando.

Datum apud Urbem veterem x. Kalendas Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut in injunctis sibi pro subsidio Terræ Sanctæ *collectione diligenter, ac strenue se gerant; collectamque pecuniam assignent &c.* (Ex epist. 20. apud MARTENE tom. 2. Thesau. Anecdot.)

(a) ECCLESIA ZAGABRIEN.: De qua in præcedenti epistola. *Gratia divina &c.*

(b) PER LITTERAS NOSTRAS: Nempe præcedentes ad Capitulum, ad Clerum vero datas desideramus.

(c) NON FUERUNT ADMISSI: Causam autem non addncit, sed vide an. (e) præcedentis epistolæ.

(d) SUMUS EXPERTI: At quænam hæc fuerint, nos latet.

(e) GRATIARUM: Extat Romæ in Archivo Castri S. Angeli caps. 7. Q. epistola *Bela IV.* Regis Hungariæ ad *Clementem IV.* insequenti anno missa pro hujus Ecclesiæ negotio in hunc modum.

,, Sanctissimo in Christo Patri C. Divina providentia ,, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici B. ,, Dei gratia Rex Hungariæ desiderata pedum oscula ,, beatorum.

,, Cum Magistrum *Demetrium* Archidiaconum Borsien. electissimæ Nurus nostræ Ducissæ Cancellarium ,, dilectum, & fidelem nostrum, & virum Religiosum ,, *Fratrem Paulum* Ordinis Fratrum Minorum Confessorem nostrum reverendum super nostris, & Regni nostri negotiis, & specialiter pro facto Ecclesiæ ,, *Zagrabien.*, quod præcipuum reputamus, ad vestram Beatitudinem duxerimus dirigendos: Sanctitatem vestram humiliter petimus, & rogamus, quatenus eisdem benignam præbentes audientiam petitiones nostras admittere dignemini cum effectu Verbis, quæ ex parte nostra Beatitudini (vestræ) dicent, & præsertim nostrum negotium contingentibus fidem credulam nostri intuitu adhibentes.

,, Datum in Castro Visegrad tsl. Idus Octobris Anno ,, Domini MCCLXV.

Urbanus PP. IV. An.Ch. 1264.

CXXIII.

Anno 1264. die 26. Januarii.

URBANUS &c.

Venerabilibus Fratribus universis Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, necnon Prioribus Prædicatorum, *Ministris, Custodibus, seu Guardianis* Minorum Ordinum, *cæterisque personis Ecclesiasticis vel Religiosis per omnia Christiana Mundi Regna, & Provincias* ad Crucis *negotium, & ad colligenda subsidia pecuniaria pro* Terræ Sanctæ *subsidio a Sede Apostolica deputandis Salutem, & Apost. Benedictionem.*

Etsi ad universas Mundi Provincias, quæ Christiana professione censentur, nostræ diligentiæ studium disfundamus; eo tamen sollicitius, & frequentius ad statum *Terræ Sanctæ*, quæ undique peccatis exigentibus & Sarracenorum, & Tartarorum furenti feritate concutitur [a], nostræ dirigimus considerationis intuitum; nostræque mentis reflectimus oculos, quo arctius ad ejusdem *Terræ* profectus ob illius reverentiam, qui salutem humani generis extitit operatus in ipsa, & qui eam sui aspersione sanguinis rubricavit, Nos recognoscimus obligatos. Cum igitur executionem negotii *Crucis*, ac collectionem diversorum subsidiorum pro eadem *Terra* vobis deputatis ad hoc per diversas nostras sub certis formis litteras in omnibus Christianis Mundi Regnis, & Provinciis duxerimus committenda [b]: Nos cupientes per vos in his, quæ pro dicta *Terra* vobis commissa sunt, vel committi contigerit in futurum, cum omni diligentia, & attentione procedi, Universitatem vestram monendam, rogandam, attente duximus & hortandam per Apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus singuli vestrum, sicut Divinam, & nostram, ac Apostolicæ Sedis caram habetis gratiam, ad executionem negotiorum hujusmodi juxta formas vobis ad hoc deputatis traditas sic ferventer, sicque diligenter, & efficaciter procedatis, ut unigenitus Dei filius Jesus Christus, cujus causa specialiter agitur, in hac parte labores vestros & hic, & in cælesti patria condignis præmiis recompenset; Nosque devotionis vestræ promptitudinem debitis laudum præconiis attollentes, multiplices vobis propter hoc non immerito gratias referamus. Cæterum volumus, & vobis universis, & singulis in obedientiæ virtute districte præcipimus, ut omnem pecuniam, cunctaque alia collecta jam per vos de hujusmodi subsidiis, & colligenda deinceps Venerabili Fratri nostro E. [c] Archiepiscopo *Tyrensi* [d], & dilecto filio nobili viro Johanni de *Valencenis* [e] Domino *Cayphæ* [f] ejusdem *Terræ* nunciis; vel illis, quos ipsi ad hoc duxerint deputandos, integre, ac fideliter, & sine diminutione qualibet assignare curetis per eos in ejusdem *Terræ* subsidium totaliter convertenda, rescripturi nobis fideliter, quid de hujusmodi subsidiis & gratum, & quibus duxeritis assignandum.

Pontificis sollicitudo pro Terræ Sanctæ subsidio.

Monet, & mandat ut supra.

Collecta pecunia, & alia eis assignanda.

Datum apud Urbem veterem VII. Kalendas Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [g].

Ut Ecclesiasticum beneficium de Haeng *ab eo resignandum alteri conferant, si resignatio sit sincera.* (Ex Bullario Ord. Præd. to. I. Bul. 44. Urbani IV.)

CXXIV.

Anno 1264. die 1. Februarii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis · · · *Priori Prædicatorum, & . . . Guardiano Minorum* Meten. [h] *Sal., & Apost. Benedictionem.*

Cum, sicut intelleximus, dilectus filius Henricus Archipresbyter

Archipresbyter Theonvillæ Ecclesiam de Haeng, quam regebat, dimittere proponit.

(a) Feritate concutitur: Ut legi potest in Annalibus Eccles. Raynaldi.

(b) Duxerimus committenda: Anno 1262. idibus Maji per litteras *Clamat instanter ad nos &c.* supra vulgatas. Videas & epistolam *Cum nos universis &c.* anno præcedente idibus Junii Regi Franciæ missam.

(c) E. Archiepiscopo Tirensi: *Ægidio* ex ep. 6. Urbani, aliisque ejus, & Clementis IV. apud cit. Martene.

(d) Tyrensis: Urbis Syriæ in Phœnicia dictæ etiam *Sur* a Sultano Ægypti anno 1292. captæ, & funditus eversæ.

(e) De Valencenis: Belgii nobili oppido Hannoniæ præcipuo, & post Montes primario olim *Valentiniana* dicta.

(f) Cayphæ: *Palæstinæ* oppidi ad radices Montis Carmeli olim *Porphyreum* nuncupati, & Episcopalis sub Tyrien. Archiepiscopo, qua & *Caypha* nobilissimum Castrum dicitur in XXIV. *Notitia Civitatum* totius Mundi apud Schelstratium in Appendice ad Opus geographicum tom. 2. pag. 773.

(g) Eodem die litteras dedit Pontifex ad E. *Archiepiscopum* Tyrensem, & *Johannem de Valencenis* Dominum Cayphæ *Cum nos diversa &c.* super eadem Collectione ibidem a Martene num. 19. publicatas, mutatis competenter verbis.

(h) Meten.: vulgo *Metz* in Gallia Belgica ad fluvium Mosellam intra fines Lotharingiæ Episcopalis

a ter Ecclesiæ de Theonis Villa [a] Rector Ecclesiæ de *Haeng* Meten. Diœcesis eamdem Ecclesiam de Haeng. curam animarum habentem ex eo præcipue resignare proponat, quod idem alligatus ipsi Ecclesiæ de Theonis Villa nequeat ipsi Ecclesiæ de Haeng personaliter, prout convenit, deservire. Nos salubre ipsius in hac parte propositum commendantes, ac volentes dilecto filio Jacobo de *Vozelburgh* [b] Presbytero nullum, prout asseritur, Beneficium Ecclesiasticum assecuto, pro quo dilectus filius nobilis vir Henricus Comes *Luozelburgh* [c] affectuosis precibus Nos rogavit, gratiam facere specialem; discretioni vestræ mandamus, quatenus habentes præ oculis solum Deum, si rem inveneritis ita esse; vos, vel alter vestrum libera ipsius Ecclesiæ de *Haeng*, ac jurium & pertinentiarum ejus ab eodem Archipresbytero resignatione recepta illam præfato Presbytero; dummodo ad hoc existat idoneus, & velit, ac possit in ea residentiam facere personalem; alioquin alii personæ idoneæ paratæ inibi personaliter residere, auctoritate nostra conferre, & assignare curetis, inducentes eum in corporalem ipsius Ecclesiæ de *Haeng* possessionem, & defendentes inductum: Contradictores per censuras Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo. Non obstante, si aliqui super provisione sua in illis partibus generaliter, vel in Civitate *Meten.*, ac præfata Diœcesi specialiter Apostolicæ Sedis, seu Legatorum ejus litteras impetrarunt, quibus eumdem Presbyterum [d] in hujusmodi Ecclesia, assecutione præfata, sed quoad aliorum Beneficiorum assecutionem præjudicium generari; seu si personis aliquibus ab eadem Sede indultum sit, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint; aut quod de beneficiis ad eorum collationem, vel præsentationem spectantibus nequeat alicui provideri per litteras Sedis ejusdem plenam, expressam, aut de verbo ad verbum non facientes de Indulto hujusmodi mentionem; & qualibet alia præfatæ Sedis indulgentia, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentium effectus impediri valeat, vel differri; & de qua in nostris litteris mentio fieri debeat specialis. Ceterum, quod non est verisimile, quod quis Beneficium, unde vitæ suffragia percipit, sponte sine magna causa relinquat; provideatis omnino, ne aliqua in hac ex parte prædictorum Archipresbyteri, & Jacobi, vel alias quomodolibet pravitas intercedat.

Comes Luxemburgensis dictam Ecclesiam alteri dari rogat.

Pontifex mandat, ut supra.

conditione apposita.

& derogando litteris Apostol. aliisve obstantibus.

Circumspectio adhibenda.

Datum apud Urbem Veterem Kalendis Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [e].

Fr. H. Ordinis Minorum Episcopo Taurinen. defuncto successorem tribuit Gaufridum Sacellanum suum. (Ex Vaticano Regesto Pontif. epist. 117. tom. 3.)

URBANUS &c. CXXV.

Anno 1264. die 12. Februarii.

Dilecto filio Gaufrido Electo Taurinen. [f] *Salutem, & Apostol. Benedict.*

Exordium.

APOSTOLICÆ dignitatis deposcit officium, ut destitutas præsidio Prælatorum Ecclesias condignæ provisionis consulemur effectu; ita quod ibi & Deo propitio cultus vigeat Divini Nominis; & consurgat prosperitas, quibusque cessantibus detrimentis. Bonæ siquidem memoriæ *H. Taurinen.* Episcopo [g] professore Ordinis *Fratrum Minorum* viam universæ carnis ingresso, Nos provisionem

Per obitum Fr. H. Ord. Min. Episcopi Taurinen.

palis sub Treviren. Archiepiscopo; ubi Fratres Minores locum habebant, qui erat 1. al. 4. *Custodia Lotharingiæ* in Provincia Franciæ ex veteri *Provinciali* Ordinis apud Auctorem Polychronici, & Barthol. Pisan. Confor. 11., de quo Waddingus ad ann. 1257. n. 26.

(a) DE THEONIS VILLA: vulgo *Tionvilla* al. Theodonis villa urbe permunita ad Mosellam inter Metam, & Trevirim sita in Lucemburgensi Ducatu.

(b) DE VOZELBURGH: Lego *de Luozelburgh*; cum *Vozelburgh* non inveniatur apud Geographos.

(c) LUOZELBURGH: Al. *Luxemburgh* tunc Comitatus, nunc Ducatus titulo insigniri in Belgio inter Treviren., & Lotharingiæ ditionem notissimi.

(d) EUNDEM PRESBYTERUM: In cit. O. P. Bullario suppletur hoc modo: *Eidem Presbytero in hujusmodi Ecclesia assecutione præfata, seu quoad aliorum beneficiorum assecutionem præjudicium generari nolumus.*

(e) Hoc ipso anno die 5. Aprilis Pontifex litteras dedit Abbati Monasterii S. Vincentii *Meten.* Ordinis S. Benedicti, ut cum Consilio Prioris Prædicatorum, & Guardiani Minorum Fratrum Meten. provideret suo Monasterio de personis idoneis ex Reges. Vatic. epist. 660. tom. 4. anno 3.

(f) GAUFRIDO ELECTO TAURINEN.: De Montenario Vercellensi dicitur apud Ughellum tom. 4. Ital. Sacræ in Taurinen. Episcop. n. 46.

(g) H. TAURINEN. EPISCOPO: *Hugutione* ex serie Episcoporum Ecclesiæ Taurinen. apud cit. Ughellum n. 44., ubi Institutum Regulare supprimitur, & series ibi confusa refertur; nam post *Hugutionem* ponitur *Joannes II.*, & post hunc Joannem *Gaufridus*, cum ex Pontificia Bulla Gaufridus successerit *H.*, ante hunc Hogutionem illa series habet alium *Joannem I.*, & ante illum *Hugonem ex Cagnolara* nobilissima familia Vercellensi, quorum anni evectionis, & obitus incerti, atque adeo confusi.

nem *Taurinen.* Ecclesiæ sic vacantis, ut in ea commodius possemus instituere personam idoneam, Nobis specialiter duximus reservandam; & demum ad personam tuam directis oculis nostræ mentis, te tunc *Cappellanum* nostrum, Præceptorem domorum Hospitalis S. Antonii Viennen. in Wasconia [a], Fratrum nostrorum communicato consilio, eidem Ecclesiæ in Pastorem præfecimus de nostræ plenitudine potestatis; tibique plenam ipsius Ecclesiæ administrationem in spiritualibus & temporalibus; nullum tamen exinde in posterum Ecclesia *Mediolanen.* Metropolitana [b] loci passura præjudicium, duximus committendam; spe Nobis firma proposita, quod cum sis discretus & providus, ac de Religiosa vita, honestis moribus, & scientia commendatus, dicta *Taurinen.* Ecclesia per tuæ discretionis industriam, Divina favente clementia, in statum salutis dirigi, & in prosperis debeat ampliari. Rogamus itaque discretionem tuam, & hortamur attente, firmiter præcipiendo mandantes, quatenus ipsam *Taurinen.* cum nostræ gratia benedictionis accedens te in tuis ampliandis honoribus, & profectibus procurandis sic reddas sine intermissione sollicitum; ut apud remotos, & proximos tua fama vigeat per effectum, & in delectationem Nobis veniat, te condigna gratia opportuno tempore prosequi; ac tuis justis desideriis favorem benivolum impertiri.

Pontifex illi Ecclesiæ substituit suum Cappellanum

Sine præjudicio Ecclesiæ Metropolitanæ

rogans & præcipiens, ut Ecclesiam accedat, & digne eam gubernet.

Datum apud Urbem veterem x. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Mandat, ut de gestis Episcopi Placentini delati inquirant, & per litteras referunt, Episcopoque diem dicant. (Ex Vaticano Regesto Pontif. epist. 112. tom. 3.)

URBANUS &c.

CXXVI.

Anno 1264. die 23. Februar.

Dilectis filiis .. Prinri *Provinciali Prædicatorum in Lombardia*, & .. Guardiano *Minorum Fratrum* Asten. [c] *Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Exordium.

EO solertius insequi, & studiosius corrigere in Prælatis excessus Nos convenit, quo in eis gravius scandalizantur subditi; & perniciosius excessus hujusmodi recipiunt in exemplum. Sane ad audientiam nostram pervenit, quod Venerabilis Frater noster .. [d] *Placentinus* Episcopus [e] tanquam sibi molestum existeret, quod in devotione Romanæ Ecclesiæ Placentina Civitas persistebat, ipsam *Uberto Pelavicino* [f] indevotionis filio, & ejusdem persecutori Ecclesiæ manifesto dedit; ipsumque Ubertum in dictam Civitatem eum addestrando, seu ipsius lateri assistendo induxit; atque processionaliter recepit eumdem, postposita prorsus Pontificis gravitate. Licet igitur prurientes non habeamus aures in delectationibus Prælatorum, quantum cum Deo possumus, deferentes eisdem; quia tamen hæc non est culpa, quæ possit, vel debeat sub dissimulatione transiri, discretioni vestræ mandamus, quatenus super iis apud Civitatem prædictam, si secure poteritis, vel alibi in loco Civitati vicino eidem, ad quem tam idem Episcopus, quam producendi testes secure possint accedere; inquiratis sollicite veritatem; & eam fideliter conscribentes sub sigillis vestris Nobis transmittatis inclusam, præfixo eidem Episcopo peremptorio termino competenti, quo per se, vel per Procuratorem idoneum Apostolico se conspectui repræsentet. Non obstante indulgentia [g] Sedis Apostolicæ, qua dicitur Ordinibus vestris esse concessum, ut Fratres ipsorum Ordinum cognoscere non possint inviti, seu se intromittere de negotiis, quæ ipsis a Sede com-

Placentin. Episcopus defertur ad Pontificem,

& quibus de rebus.

Pontifex committit ea, quæ supra dicta sunt.

Cum obstantium derogatione.

(a) S. Antonii Viennen. in Wasconia: Ughellus cit., qui præsentem epistolam adducit, vocat præceptorem *Domus S. Antonii Vercellensis*.

(b) Mediolanan. Metropolitana: Erat enim tunc Ecclesia *Taurinensis* Archiepiscopi Mediolanen. suffraganea; postea in Metropolim erecta.

(c) Minorum Fratrum Asten.: De quorum veteri loco dictum est ad *Bullam* 368. Innocentii IV. in 2. hujus Operis tomo vulgatam.

(d) Frater noster ..: *Philippus Fulgosus*, de quo agit Ughellus to.2. Ital. Sac., & Campus Hist. Placent. par.2., & ad quem extat epist.43. hujus Papæ supra relata sub ann 1262. 28. Novembris.

(e) Placentinus Episcopus: In Italia ex his, quæ sequuntur, & ex laudatis Scriptoribus.

(f) Uberto Palavicino: Manfredi tyranni asseclæ, qui eum in Lombardia suum *Capitaneum* constituerat ex Anonymo Scriptore rerum dicti Manfredi ad annum 1259.

(g) Indulgentia: Pluries in aliis epistolis commemorata *Quieti vestræ*, & *Quæ postposita &c.* a Gregorio IX., & Innocentio IV. concessa.

committuntur eadem; nisi commissionis hujusmodi litteræ de ipsis indulgentia, & Ordinibus plenam & expressam de verbo ad verbum fecerint mentionem.

Datum apud Urbem veterem VII. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Commutatione inter Episcopum Lucanum, & Monasterium Gattajolæ *de Monasterio Ficeclen. cum Ecclesia S. Petri majoris non sequuta, mandat Monasterium Ficeclen. reddi Monialibus Gattajolæ.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist. 153. tom. 3.)

CXXVII. URBANUS &c.

Anno 1264. die 25. Februarii.

Dilectis filiis .. de Bugiano, & .. de Cantignano Abbatibus, & .. Plebano Plebis de Lamari *Lucan. Diœcesis* [a] *Salutem, & Apost. Benedictionem.*

Episcopi Lucani expositionis tenor.

INSINUAVIT Nobis Venerabilis Frater noster .. [b] *Lucanus* Episcopus, quod cum inter ipsum, & dilectas in Christo filias .. Abbatissam, & Conventum Monasterii de *Gattajola* [c] Ordinis Sancti Damiani Lucan. Diœcesis de Monasterio de *Ficeclo* [d] eisdem Abbatissæ, & Conventui ab Apostolica Sede, cujus juris, proprietatisque erat, concesso [e], & Ecclesia *Sancti Petri Majoris* [f] quædam commutatio facta fuisset mediantibus dilectis filiis nostris *R.* [g] Sancti Angeli, & *O.* [h] Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconis Cardinalibus auctoritate fel. record. ALEXANDRI PAPÆ [i] prædecessoris nostri, essetque per Prædecessorem ipsum hujusmodi commutatio confirmata [k]: quia, opponentibus se Communi Lucan., & Parochianis ejusdem Ecclesiæ, ipsa commutatio plenum nequiverat sortiri effectum; idem Prædecessor præfato Episcopo in virtute obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis, & sub debito juramenti fidelitatis, quod idem Episcopus in sua consecratione dicto Prædecessori & Ec-

Inter Episcopum Lucan., & Monasterium Gattajolæ fit commutatio

confirmatur Alexandro IV.,

cui opponunt Cives Lucani.

A clesiæ Romanæ præstitit, dedit suis litteris [l] districtius in præceptis, ut nisi dictus Episcopus infra tempus contentum in Instrumento concepto super hujusmodi commutatione, quam ipse cum eisdem Abbatissa & Conventu super prædicto Monasterio de *Ficeclo*, ejusque possessionibus contraxerat, procuraret, & faceret cum effectu, quod dicta commutatio secundum formam ipsius plenarie consumaretur; & prædictæ Abbatissa

Alexander IV. jubet, ut commutatio fiat, res in pristinum redeant statum.

B & Conventus plena, pacifica, & expedita omnium eorum, quæ in commutatione ipsa eis obvenerant, sine contradictione dictorum Communis, & Parrochianorum possessionem gauderent: dictus Episcopus ex tunc dictum Monasterium de *Ficeclo* cum omnibus possessionibus, juribus, & privilegiis, instrumentis, ac pertinentiis suis sine ulla diminutione, vel subtractione, ac difficultate Abbatissæ & Conventui restitueret supradictis,

C Contractu commutationis ejusdem penitus dissoluto, ac ipsis Monasterio de *Ficeclo*, & Ecclesia *Sancti Petri* in statum pristinum revocatis; certo ipsis super hoc Executore concesso. Sane cum præfatus Episcopus ob resistentiam Communis, & Parochianorum prædictorum non posset facere, quod prædicta commutatio secundum formam ipsius plane consumaretur; & quod prælibatæ Abba-

Episcopus commutationem perficere non potest;

D tissa & Conventus gauderent pacifica possessione illorum, quæ in prædicta commutatione ipsis obvenerant, & obvenire debebant; memorata Abbatissa, & Conventus attendentes, quod non expediebat eis, & prædicto Monasterio de *Gattajola* habere prædictam Ecclesiam *Sancti Petri*; & quod nimis onerosum erat eis dictæ Ecclesiæ propter Clericorum, & aliorum sumptus imminentes in Divinis, & aliis deservire; hujusmodi commuta-

& Moniales Gattajolæ reputant sibi non prodesse commutationem,

E tioni, & ordinationi mediantibus prædictis Cardinalibus factæ, quantum ad ipsam Ecclesiam pertinebat, renunciaverunt;

(a) LUCAN. DIŒCESIS: In Italia, ac Tuscia ex harum litterarum lectione; cujus duo Monasteria in Annal. Benedict. non apparent.

(b) FRATER NOSTER ..: *Henricus* ex tom. 1. Italiæ Sac. Ughelli ab anno 1257. usque ad 1269. sedens.

(c) DE GATTAJOLA: De quo actum est in primo hujus Bullarii tomo p. 10., & 54.

(d) DE FICECLO: Cujus prima mentio extat in Bulla 240. Alexandri IV. *Cum mandatum &c.*

(e) CONCESSO: Anno 1255. die 18. Martii per epistolam 413. *Ea, quæ judicio &c.* ejusdem Alexandri.

(f) S. PETRI MAJORIS: In Lucæ Civitate sita.

(g) R.: *Richardo*, qui sequenti anno una cum aliis *Carolo* Andegaven. Siculum Regnum jussu Pontificis contulit.

(h) O.: *Octaviano* Ubaldino alias a nobis collaudato.

(i) ALEXANDRI PAPÆ: Hujus nominis *IV.*

(k) CONFIRMATA: Quæ confirmationis epistola non habetur.

(l) SUIS LITTERIS: Hæ quoque desiderantur, nec in Vatic. Tabulario reperiuntur.

runt; & eamdem *Ecclesiam*, ac jura ipsius cum ambitu, atrio, & cymiterio ejus dicto Episcopo pro Episcopatu Lucan. dederunt, tradiderunt, & etiam concesserunt. Vetum cum in præmissa commutatione actum fuerit, ut nisi redditus, & proventus ipsius Ecclesiæ quinquaginta modios Bladi [a], vigintiquinque *grani*, & totidem *milii*, & *fabarum* proportionaliter, ac viginti currus *vini*, & nonaginta libras *olei* annuatim valerent; sæpefatus Episcopus, & Successores sui de mensa sua eisdem Abbatissæ & Conventui supplerent annis singulis, quod de quantitatibus ipsis deesset: idem Episcopus, antequam dictæ Abbatissa & Conventus commutationi, & ordinationi renuntiarent prædictis, si infra certum tempus ipsis Abbatissæ, & Conventui dare non possent pacifice redditus prædictæ Ecclesiæ *Sancti Petri* cum additamento prædicto, de consensu sui Capituli ad exhibendum annuatim prædictis Abbatissæ & Conventui prælibatas quantitates *grani*, *milii*, *fabarum*, *vini*, & *olei* se obligavit; & eam percipiendam ab ipsis in certis locis, & possessionibus Episcopalis Mensæ Lucan. assignavit eisdem, hac scilicet additione addita, si de voluntate, auctoritate, & mandato Romani Pontificis id procederet; & confirmatione ad hoc etiam adhiberet; prout in instrumentis publicis inde confectis plenius dicitur contineri. Quare memoratus Episcopus Nobis humiliter supplicavit; ut cum post obligationem, & assignationem hujusmodi præfatam *Ecclesiam*, quæ in spiritualibus, & temporalibus fuisse deformata proponebatur, Venerabili Fratri nostro ... [b] *Botontin.* Episcopo [c], & dilecto filio Gualterotto [d] Canonico Lucan., sicut idem Episcopus asserit, commiserimus reformandam; qui eam de ydoneis personis satis utiliter & laudabiliter per Divinam dicuntur gratiam reformasse; ac obligatio, & assignatio supradictæ, in quibus Romani Pontificis auctoritas, vel consensus quovis modo non intervenerunt, in læsionem non modicam Ecclesiæ Lucanæ, ac mensæ prædictæ redundent; prout Episcopus ipse dicit; providere super iis paterna sollicitudine curaremus, indemnitati earumdem Ecclesiæ Lucan. ac Mensæ oportuno remedio præcavendo; præsertim cum idem Episcopus asserat se paratum dictum Monasterium de *Ficeclo* cum omnibus possessionibus, juribus, & privilegiis, instrumentis, ac pertinentiis suis sine ulla diminutione Abbatissæ & Conventui restituere supradictis. Ideoque mandamus, quatenus, si vobis constiterit de præmissis, commutationem, obligationem, & assignationem hujusmodi omnino dissolventes, Episcopo restituente memoratis Abbatissæ & Conventui omnia, quæ ad ipsum occasione permutationis hujusmodi obvenerunt, ab ipsis Abbatissa, & Conventu omnia, quæ ab ipso Episcopo occasione hujusmodi habuerunt, plenarie restitui faciatis [e]. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante, si aliquibus a Sede Apostolica est indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam de Indulto hujusmodi mentionem; sive qualibet alia Indulgentia Sedis ipsius, per quam id impediri valeat, vel differri. Quod si non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

& commutata reddant.

In commutatione conditio.

Ecclesia S. Petri majoris Lucæ reformatur.

Pontifex mandat iis, quod supra,

obstantibus derogando,

& jussionem temperando.

Datum apud Urbem veterem v. Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Auximanæ *Civitatis dignitatem Episcopalem restituit, eique S. Benvenutum Episcopum ordinat.* (Ex Regesto Vatic. epist. 183. apud Ughellum tom. 1. Ital. Sac. in Episc. Auximanis num. 17. sl. 19., & ex Autographo Auximanæ Ecclesiæ apud Act. SS. Collect. Bolland. tom. 3. Martii die 22., atque in novo Bullario Romano tom. 3. Bul. 17. Urbani IV.)

URBA-

(a) Bladi: Pro segete, frugibusque eorum seminum, ex quibus conficitur panis nondum demessis.

(b) Fratri nostro ...: *Thomæ*, qui anno 1266. ad *Cervien.* in Flaminie Ecclesiam translatus est ex Ughello tom. 2., & 7. Ital. Sac.

(c) Botontino Episcopo: In Apulia sito sub Archiepiscopo Barensi vulgo *Bitonto*, Latinis etiam *Butuntum* inter Barium, Rubos, & Bitectum positum.

(d) Gualterotto: Quo usus est Alexander IV. ad Monasterium *Ficeclen.* Monialibus *de Gattajola* dandum ex ejusdem Alexandri litteris 339., 346., & 413. *Ea, qua judicio &c.*

(e) Restitui faciatis: Quod & factum fuit, & *Ficeclen.* Monast. postea ad nostros pervenit, ut alias.

CXXVIII.

Anno 1264. die 27. Februarii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis Clero Civitatis, & Diœcesis Auximanæ *Sal., & Ap. Bened.*

Exordium a recti judicii æquitate.

RECTI statera judicii æquo tunc examine temperatur, cum digna virtutibus prœmia, & congrua vitiis stipendia recompensat; sic enim quibuscumque quod suum est, ex ordine reddente justitia, obsequiis videlicet gratiam, & injuriis talionem, ad bene merendum lentos promovent exempla mercedum; & in delicta pronos interdum ab incentivo pravæ similitudinis [a] metus cohibet ultionis. Olim siquidem erga Cives *Auximanos*, & Incolas *Castri Racaneti* Humanatæ [b] Diœcesis Apostolica Sedes eorum Mater, & Domina spiritualiter hujusmodi utens judicii æquitate, qua iidem Cives indevotionis, & rebellionis assumpserant spiritum contra illam, Civitatem eorum Episcopali dignitate privavit [c], ac cum tota Diœcesi sua ad *Castrum* prædictum, cujus tunc Incolæ dictæ Sedis erant devoti, transtulit, Civitatem ipsam, & Ecclesiam *Auximan.* Ven. Fratri nostro Episcopo & Ecclesiæ Humanaten. in recompensatione dicti Castri, quod Humanatæ [d] Diœcesis tunc erat, in spiritualibus submittendo. Porro prædicti Cives [e] indevotionis, & rebellionis notam per humilem, promptam, & devotam obedientiam, & multa, grataque obsequia modernis temporibus expiarunt; nam pro tuendis ejusdem Sedis juribus, & honore, ac Patriæ libertate pugnantes gravia rerum damna, & personarum substinuere pericula, & quasi quotidie sustinent illata eis ab ipsius Sedis persecutoribus, & filiis indevotis. Dicti vero Incolæ [f] in sensum dati reprobum, Dei, & ejusdem Sedis reverentia, & timore postpositis, & ad rebellionis superbiam spiritu obfirmato, persecutori Sedis ejusdem [g] contra eam, ipsiusque Fideles damnabiliter adhærere præsumunt. Propter quod tamquam accepti a præfata Sede beneficii immemores, & ingrati reddiderunt facta sibi hujusmodi gratia se indignos, meritoque privandos. Idque itaque [h] Nos, & Fratres nostri provide attendentes, & considerantes prudenter, quod favorem devotio promeretur; quodque urgendi sunt impugnatores Ecclesiæ condignæ punctionis aculeis; ut, si existat possibile, a sua resiliant pravitate; atque ad studium devotionis debitæ, vitæque laudabilis se convertant; prædictum *Castrum*, & ipsius homines propter indevotionem, & ingratitudinem eorumdem perpetuo de ipsorum Fratrum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis supradicta Episcopali dignitate privavimus [i]; eamque dignitatem, non obstantibus privatione, ac summissione præmissis, Civitati eidem plenarie, dictæque *Auximanæ* Ecclesiæ suam Diœcesim integre prædictorum Civium exigentibus meritis restituimus, prout eas habuerunt ab antiquo; Civitatem ipsam, & habitatores ejus, & prædictam *Auximanam* Ecclesiam ab omni jurisdictione prædictorum Episcopi, & Ecclesiæ *Humanaten.* penitus eximendo. Cæterum volentes regimen ipsius Ecclesiæ Auximanæ tali per Apostolicam providentiam committi personæ, quæ tanto congrueret oneri, & honori, dilectum filium *Benvenutum* [k] Auximanum Electum, tunc Capellanum nostrum, Archidiaconum Anconitanum, moribus, & vita conspicuum, literali scientia præditum, in spiritualibus providum, & in temporalibus circumspectum, virum utique secundum cor nostrum ipsi Ecclesiæ *Auximanæ* de prædictorum Fratrum consilio in Episcopum præfecimus, & Pastorem;

Sedis Apostolicæ dispositio de Civitate Auximana, & Castro Recineti.

Auximana Sedes Episcopalis transfertur Recinetum.

Auximani ei Ecclesiæ Romanæ obedientiam reddunt.

Recinetenses contra rebellant;

Urbanus PP. IV. An.Ch. 1264.

Ideoque Episcopali Sede privantur,

& civibus Auximanis restituitur,

eique Benvenutus præficitur.

Magna cum virtutis, & scientiæ commendatione.

(a) SIMILITUDINIS: Ita eit. Ughellus habet; *amulatrans* vero apud Bollandios.

(b) RACANATI HUMANATÆ: Ita Ughellus; *Racanatensis Humanatensis* Bollandii. Uterque locus, Civitasque in Piceno; quarum prima unita est Lauretano Episcopatui, a quo 5. mil. pas. distat Maceratam versus, altera vero olim ad mare Adriaticum ab Ancona 6. mill. pas. dissita, totidemque a Laureto nunc diruta jacet, cujus Diœcesis antea jam Anconitanæ Ecclesiæ unita fuerat.

(c) PRIVAVIT: Gregorius IX. 1240., eo quod Friderico II. Ecclesiæ, & Rom. Pontificum illusori adhærerant ex Ughello tom. 1. Ital. Sac. in Auximan. Episc.

(d) HUMANATÆ: Ita apud Ughellum, apud Bollandios vero *Humanatensis*.

(e) PRÆDICTI CIVES: Ex Ughello; *Cives Auximani* ex Bollandiis.

(f) DICTI VERO INCOLÆ: Ughellus habet: *Dicti vero Racanatensis castri incola* Bollandii.

(g) PERSECUTORI SEDIS EJUSDEM: Nimirum Manfredo Friderici II. notho, & Sedis Apostolicæ hosti.

(h) IDQUE ITAQUE: Ex Ughello; *id itaque* ex Bollandiis.

(i) PRIVAVIMUS: Sed non multo post Civibus resipiscentibus dignitas Episcop. ipsis quoque restituta est.

(k) BENVENUTUS: Ex nobili de *Scotivolis* familia Anconitana; de quo nulla fit mentio in Annal. Eccles. Raynaldi nuper etiam suppletis, & castigatis; nulla de Episcopali dignitate huic Civitati restituta, & Recinetensibus adempta; cum tamen ad annum 1240., & 1241. de utraque Civitate oppositum litteris tradiderit, nempe huic ablatam, illi vero collatam dignitatem.

rem; firmam spem, fiduciamque tenentes, quod per suam industriam, Divina præcedente gratia, & favore Apostolico subsequente, commissa sibi sæpedicta *Auximana* Ecclesia spiritualibus, & temporalibus proficere incrementis; & memorata Civitas in statu reformari prospero, & in devotione, ac fidelitate dictæ Sedis valeat roborari. Quocirca Universitatem vestram monemus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eumdem Electum tamquam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum devote suscipientes obedientiam sibi, & reverentiam debitam impendatis, ipsius salutaribus monitis, & mandatis humiliter intendendo. Alioquin sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, Auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Jubetque, ut ei obedientiam præstent.

Cum clausula comminatoria.

Datum apud Urbem veterem III. Kalendas Martii[a], Pontificatus Nostri Anno Tertio.[b]

Quamdam permutationem pro loco Fratrum Minorum Niorti *dilatando Pictavien. Episcopo permittit.* (Ex Vaticano Regesto Pontif. epist. 470. tom. 4.)

CXXIX. Anno 1264. die 7. Martii.

URBANUS &c.

Venerabili Fratri ...[c] *Episcopo* Pictavien.[d] *Salutem, & Apost. Bened.*

De primo loco FF. Min. Niorti.

Locus dilectorum filiorum Fratrum Minorum de *Niorto*[e] Pictaven. Diocesis, prout accepimus, adeo arctus existit, quod ipsi non possunt in eo, nisi ex quodam fundo, quem juxta illum obtinent, amplietur, sine magno ipsorum incommodo commorari[f]. Sane dilecta in Christo filia Nobilis Mulier *Amabilis* dicta *Anglica* Vidua relicta quondam Savarici de *Malo Leone*[g] gerens ad Fratres ipsos compassionis affectum quosdam redditus ad ipsam spectantes tecum pro parte ipsius fundi permutare affectat, ut ex hujusmodi parte necessitatibus Fratrum subveniat eorumdem. Unde ex parte

quem Amabilis Anglica ampliorem percupiat.

(a) III. Kalendas Martii: Apud Ughellum: XII. *Idus Martii* apud Bolland., sæpe sæpius enim librarii *Kal.* in *idus* convertunt, & e converso; simile sphalma 4. *idus Maji* 1263. legimus apud Lucentium, qui testatur se Ughellum velle corrigere.

(b) Quærentes autem, cur huic Epistolæ locum tribuimus inter alias ad nostrum Ordinem spectantes; cum *S. Benvenutus* in hac epistola neque nostro, neque ulli Regulari Instituto addictus asseratur; sciant id factum ex veteri, perpetuaque Auximanorum traditione Sanctum hunc Ordinis Minorum alumnum extitisse, ejusque *Caputium* cum Minoritica *Chorda*, seu cingulo in Lipsanotheca asservari perhibente: cui innixus Petrus Rodulphius lib.1. fol.85. anno 1586. librum typis tradidit, & S. Benvenutum Ordinis Minorum esse publicavit: antea tamen Julius Ant. Sanctorius Casertanus S. R. E. Cardinalis, & Archiepiscopus S. Severinæ in *Vita sua*, quæ Ms. servatur in Romana celebri Bibliotheca Corsinia, a nobis perlecta refert, se an. 1576. mense Majo valetudinis ona, ac devotionis causa iter arripuisse, Lauretumque se contulisse; inde Auximum divertentem ibi in S. Theclæ majori Ecclesia sacrum fecisse cum *commemoratione SS. Victoris, & Coronæ MM., Sanctorumque Leopardi, Vitaliani, & Benvenuti Ordinis Minorum Confessorum, & Pontificum dictæ Ecclesiæ Protectorum, quorum Corpora subtus majus Altare condita sunt.* Post quos Hilarius Altobellus, Cletus Calcagna, Waddingus, & Arturus illum *Minoritam* dixerunt, reclamantibus Bollandis; qui nec omnia perspexerunt, & ea, quæ inspexerunt, non satis recte conscripserunt; sed de his alias. Illud modo affirmamus, si quid veri vetus traditio tenet; de S. *Benvenuto* factum fuisse id, quod de *Visiao* Coseelecio Cracovien. Episcopo anno circiter 1230. electo, qui *voto, & juramento astrictus tenebatur assumere habitum Monachalem*, & ideo postulavit a Pontifice, ut sibi liceret Episcopatum dimittere; idque permisit Gregorius IX. litteris anno 1234. datis Episcopo Vratislavien., & Abbati de Lubens Ord. Cistercien. ab Ang. Manrique relatis in Annal. Cistercien. tom.4. ad eum annum cap.6. num.7., sed cum Capitulum Ecclesiæ Cracovien., aliique plures reclamassent, fieri non posse eam cessionem sine illius Ecclesiæ detrimento, Pontifex paucis post mensibus rescripsit: *Considerantes, quod suppeditibus Episcopus Regularem habitum jam susceperit, propter quod desiderio suo satisfecisse videtur; eidem nostris dedimus litteris in præceptis, ut regimen Cracovien. Ecclesiæ quasi de novo auctoritate nostra suscipiat, & eam vigilanter more solito regat; cum etiam in Episcopatu possit &c.* Habentur litteræ apud laudatum Manrique num.9., aut quod de *Petro Centelles* Barcinonen. Episcopo scribit Fontana in Theatro Dominicano par.1. tit.71., illud videlicet habitum *S. Dominici* exoptasse; ob idque ad Gregorii IX. pedes accessisse Ecclesiam dimissurum; sed non obtinuisse: *cum ejus vita integritas Pontifici Maximo innotuisset: Voti vere compos factus fuit in eo, quod idem Gregorius induisit illi, ut Ordinis habitum sumeret, retenta Barcinonensi Ecclesia: quod & fecit; vixitque Pastor optimus usque ad annum 1251.* Illis enim temporibus complures Ecclesiarum Antistites ad Regularium Claustra evolabant, vel ire peroptabant; sic legimus de alio *Petro a S. Asterio* Episcopo Petragoricensi ad illa Ordinis Prædicatorum; & ante eum de *Raimundo a Turribus* Episcopo itidem Petragoricen. ad illa Ordinis Minorum apud Galliam Christianam Maurin. tom. 2. in Episc. Petragoricen. num.33., & 35. Clemens IV. epist. ad Archiepiscopum Casselen. anno 1265. scripta, & inferius legenda refert *Mauritium Rossen.* Episcopum ante promotionem suam votum emisisse Ordinem FF. Minorum intrandi: ut alios omittam *Jacobum Archiepiscopum Lunden.*, *Benedictum Massilien. Episcopum &c.*

(c) Ven. Fratri ..: N.

(d) Pictavien.: Vulgo *Poictiers* in Aquitania sub Archiepiscopo Burdegalensi.

(e) De Niorto: Urbe Aquitaniæ a Pictavio 14. leucis in occasum Rupellam versus, media vero inter Fanum S. Maxentii ad ortum, & Malleacum ad occasum 4. leucis distante ex Baudrando; ubi locus Fratrum Minorum erat a *Custodia* Pictavien. in Provincia Turonolæ ex veteri *Provinciali* Ordinis apud Auctorem Polychronici, & Barthol. Pisanum Conform. 11., ea quo apparet ejus antiquitas parum Annalistæ Franciscano nota.

(f) Commorari: Fuit igitur hæc prima loci ampliatio, non fundatio, quæ hucusque latet.

(g) De Malo Leone: Domini *Maloleonum*, & *Lacbussi* anno 1285. in *Valle Capraria* Aquitaniæ Oppido construxerunt Franciscanis domicilium ex Gonzaga apud Waddingum ad eum annum num. 16., estque J. locus *Custodia* Auxitanæ in Provincia Aquitaniæ juxta vetus *Provinciale* Ordinis alias & supra cit.

parte Fratrum ipsorum humiliter petebatur a Nobis, ut permutandi partem ipsam dicti fundi pro hujusmodi redditibus cum eadem Nobili tibi licentiam concedere curaremus; præsertim cum per hoc accrescat utilitati Ecclesiæ Pictaven. Nos itaque faciendi permutationem hujusmodi cum consensu tui Capituli, si eidem Ecclesiæ videris expedire, Fraternitati tuæ liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem. Non obstante juramento, quod præstitisse diceris, de non alienandis possessionibus ad mensam tuam spectantibus, Romano Pontifice inconsulto.

Concedit Pontifex id, quod supra.

obstanti derogando.

Datum apud Urbem veterem Nonis Martii, Pontificatus Nostri Anno II.

Spoletanis ab Ecclesia Romana discordantibus, ab infrascriptis conferantur Sacramenta, quæ juris Episcopalis sunt, Castris Nursiæ &c. (Ex Vatic. Reges. Pont. ep. 130. to. 3. an. 3.)

CXXX.
Anno 1264. die 15. Martii.

URBANUS &c.

Venerabilibus Fratribus ... [a] Reatin., *&* ... [b] Assisinat. *Episcopis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

OB puritatem devotionis, quam dilecti filii *Nursiæ* [c], *Cassiæ* [d], & *Montis Sancti Martini* [e] Castrorum Universitates Spoletanæ Diœcesis ad Romanam Ecclesiam habere noscuntur veluti ejus filii speciales, eis per nostras litteras dicimur concessisse; ut cum ipsi pro defendendis ejusdem Ecclesiæ juribus Civium Spoletanorum tunc indevotorum [f] ejusdem Ecclesiæ odium incurrissent, tali durante inter utrosque discordia, non tenerentur ad ... [g] Spoletanum Episcopum pro recipiendis Sacramentis Ecclesiasticis, quæ tantum per Episcopum conferuntur [h], aliquatenus se transferre; sed ea ab aliquo vicino Episcopo gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habente recipere valeant usque ad nostræ beneplacitum voluntatis. Ideoque Fraternitati vestræ mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum ad prædicta loca, cum opportunum fuerit, vos personaliter transferentes personis locorum eorumdem juxta præscriptam formam Sacramenta hujusmodi tribuatis.

Concessionis occasio.

Spoletini ab Ecclesia Rom. discordes.

quorum quibusdam Castris consulitur.

Pontifex mandat, ut supra.

Datum apud Urbem veterem III. Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno II.

Permutationem rerum inter Anteraden., *& Caprulen. Antistites factam probat, & confirmat.* (Ex Vatic. Regesto Pontif. epist. 68. tom. 4.)

CXXXI.
Anno 1264. die 15. Martii.

URBANUS &c.

Venerabilibus Fratribus ... [i] Anteraden., *&* ... [k] Crapulen. [l] *Episcopis Salutem, & Apost. Ben.*

LECTA coram Nobis petitionis vestræ relatio continebat, quod vos attendentes, quod tibi, Frater *Anteraden.*, ex tribus mansis Terræ sitis in Territorio Moelli Diœcesis *Tervisin.* ad Anteraden. Ecclesiam pertinentibus [m], utpote nimium distantibus ab eadem; tibique, *Crapulen.* Episcope, ex fundico [n], ac solo, ubi fundicum ipsum situm est, & aliis, quæ Sedes, seu Ecclesia *Crapulen.* in *Tyren.* Civitate [o], ac Diœcesi obtinebat, utpote nimium remotis ab ea modica proveniebat utilitas; ea invicem Ecclesiarum vestrarum nomine permutastis, ea conditione in permutatione hujusmodi expresse adjecta, ut eadem permutatio non valeret, nisi acceptaremus, & confirma-

Petitionis Episcoporum tenor.

Permutationem ab Episcopis factam

(a) Ven. Fratribus ...: *Thoma* paulo ante memorato.
(b) Et ...: *Nicolao* Ord. Minor. non semel in isto, primoque hujus Operis tomo recensito.
(c) Nursiæ: Urbis in Umbria, olim in Sabinis, intra montes, & ad radices Apennini 6. mill. pas. a confinio Marchiæ Anconitanæ, & 13. a Reate in ditione Pontificia vulgo *Norcia*.
(d) Cassiæ: Al. *Cascia* Oppidi intra colles Umbriæ, interque Nursiam, & Reate prope Montem Leonem. cujus tamen incolæ anno sequenti se tradiderunt Manfredo Tyranno ex Clementis IV. epist. *In confectione &c.* eo anno die 25. Augusti scripta.
(e) Montis S. Martini: Oppidi 7. mill. pass. a Nursia in Boream, Picenumque distantis.
(f) Indevotorum: Sequebantur enim partes Manfredi tyranni, & Ecclesiæ Rom. hostis.
(g) Ad ...: *Bartholomæum*, quem Ughellus to. 1. Ital. Sac. tradit sedisse ab anno 1250. usque ad ann. 1270.
(h) Per Episcopum conferuntur: Uti Chrisma, & Ordines Eccles.
(i) Ven: Fratribus ...: *Guillelmo* O. M., ut infra in instrumento permutationis.
(k) Et ...: *Fr. Marino* Ordinis adhuc incomperti, ut ex cit. instrumento; abestque a Catalogo Antistitum hujus Ecclesiæ apud Ughellum tom. 5. Ital. Sac.
(l) Crapulen.: Leg. *Caprulen.* in Æstuariis Venetis ex cit. instrumento.
(m) Pertinentibus: Forsan hi sunt, quos ejus antecessor *Fr. Gulielmus* Ord. Prædicat. emerat in Marchia Tarvisina ex Bulla 120. hujus Pontificis *Dudum inter vos &c.*
(n) Ex fundico: Seu taberna, aut promptuario vulgo *Fondaco* al. *Magazzino*.
(o) In Tyrensi Civitate: In Phœnicia olim celeberrima, nunc in ruinis jacente vulgo nomine *Sur*.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1264.

firmaremus eamdem; & defectum, si quis extitit in ea, suppleremus de plenitudine potestatis; prout in instrumento publico inde confecto, & vestris sigillis munito plenius continetur. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati permutationem hujusmodi ratam, & gratam habentes eam auctoritate Apostolica confirmamus, ac supplemus defectum de plenitudine potestatis ejusdem, si quis extitit in eadem. Tenorem Instrumenti prædicti de verbo ad verbum præsentibus fecimus annotari, qui talis est.

Pontifex confirmat.

Instrumentum permutationis. Anno 1264. die 18. Februarii.

„ In Dei nomine Amen. Anno a Nativitate Domini MCCLXIV., die octavadecima Februarii, Indictione VII. Nos Frater GUILLELMUS Ordinis Fratrum Minorum Dei gratia Episcopus *Anteraden.* pro utilitate ipsius nostræ Ecclesiæ hanc permutationem, & hæc omnia facere profitentes, præsente, & consentiente Archidiacono nostro Ricardo, nomine permutationis damus, & tradimus ad proprium vobis Domino *Fratri Marino* Dei gratia Episcopo *Crapulen.* [a] pro vobis, & vestra Ecclesia *tres mansos* sexaginta Jugerum jacentes in Territorio Moelli, videlicet in Ronchis; Unus quorum Mansorum regebatur per Lazarottum; & alius per Leonardum; & tertius per Lavizanum; quorum Mansorum hæc sunt cohærentiæ, a mane Monasterium *Trinitatis* possidet; versus montem infrascripti Fratres venditores; versus meridiem Alexander de Spineda; & de subtus vadit fluvius Desii; quos mansos emit bonæ memoriæ *Frater Guillelmus* Ordinis Prædicatorum [b] Episcopus Anteraden. prædecessor noster, vel alter pro eo a Guillelmo, & Jacobo Fratribus filiis quondam Liberii de *Blava*; ut continetur in Instrumento facto manu Oderici de Marcis Sacri Palatii Notarii, cum pratis, pascuis, nemoribus, ingressibus, egressibus, adjacentiis, cohærentiis superioribus, & inferioribus, juribus, & pertinentiis suis, & aliis omnibus, quæ ad eos, vel eorum aliquem pertinent, aut pertinere videntur de jure, vel de facto, ad habendum, tenendum, possidendum, fruendum, & omnem vestram exinde voluntatem faciendum; Constituentes Nos pro vobis, & vestra Ecclesia *Crapulen.* tenere, & possidere; donec possessionem ingressi, & adepti fueritis corporalem; in quos, & in quam ingrediendi, & adipiscendi, quando, & quoties vobis placuerit, vobis plenam concedimus facultatem. Promittentes per Nos, nostrosque Successores vice, & nomine nostræ *Anteraden.* Ecclesiæ cum obligatione omnium bonorum ipsius Ecclesiæ vobis dicto Domino Episcopo *Crapulen.* stipulantibus pro vobis, & vestra Ecclesia, & Successoribus vestris de prædictis, vel eorum aliquo nullo tempore litigare, nec etiam modo aliquo molestare; sed ipsos *Mansos*, & quemlibet eorum cum omnibus supradictis ab omni persona, & loco propriis sumptibus, & expensis in omnem litis eventum defendere, varentare [c], auctorizare, modisve omnibus expedire de jure. Cedimus quoque vobis, & damus omnia jura, omnesque actiones reales, personales, utiles, directas, & mixtas, & omnes alias quascumque Nobis, & nostræ Ecclesiæ competentes, & competentia pro prædictis Mansis, & quolibet eorum contra venditores, fidejussores, auctores, & defensores eorum, & contra omnes alias personas, & loca, & eorum hæredes, & Successores, & bona, & possessores eorum ex tenore, & occasione præfati Instrumenti, constituentes vos Procuratorem in rem vestram, ita quod possitis exinde agere, experiri, replicare, & vos tueri, & omnia facere, quæ Nos ipsi ante hunc contractum facere poteramus. Et versa vice Nos *Frater Marinus* Dei gratia Episcopus *Caprulen.* [d] supradictus hanc permutationem, & hæc omnia pro utilitate nostræ Ecclesiæ Caprulen. facere profiten-

Pars Episcopatus Anteraden.

De 3. mansis terræ a q. Fr. Guillelmo O. P. Episcopo Anterad. emptis.

Pars Episcopatus Caprulen.

(a) EPISCOPO CRAPULEN.: Leg. *Caprulen.*, ut infra.
(b) FR. GUILLELMUS ORD. PRÆDICAT.: De quo & in præmissa Bulla 110. *Dudum inter &c.*
(c) VARENTARE: Gallice *garentire* nempe stare pro eo.
(d) EPISCOPUS CAPRULEN.: Vulgo *Caorle* tunc sub Gradensi, nunc sub Venetiarum Patriarcha.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1264.

„ fitentes coram nostro Metropolitano A
a „ Domino *Fratre Angelo* [a] Dei gratia
b „ Patriarcha Graden. [b], ipsoque con-
„ sentiente nomine permutationis da-
„ mus, & tradimus ad proprium vo-
„ bis jamdicto Domino *Fratri Guillel-*
„ *mo* Dei gratia Episcopo Anteraden.
„ pro vobis, & ipsa vestra Ecclesia,
„ unum *fundicum*, & solum, ubi ipsum
De Fundico &c. „ fundicum fuit, cum domibus, man-
„ sionibus, stationibus, voltis, & cami-
„ natis, atque redditibus, ædificiis, B
„ & territoriis copertis, & discopertis,
„ & cum iis, quæ reddere possunt; &
„ cum terris, & possessionibus, juri-
„ bus intus & foris, superius & infe-
„ rius, & cum libertatibus portuum,
„ & portarum mittendi, & extrahendi,
„ & aliis omnibus, quod, quos, quas,
„ & quæ habemus, & Ecclesia *Capru-*
„ *len.* habet, & habere consuevit, &
„ videtur habere in *Tyro*, & ejus Dioe-
„ cesi, & pertinentiis Ultramarinis; & C
„ ubicumque in tota Terra Ultramari-
„ na; & hoc fundicum, & hæc omnia,
„ & singula vobis damus, & tradimus
„ cum pratis, pascuis, nemoribus, in-
„ gressibus, egressibus, adjacentiis,
„ & cohærentiis superioribus, & infe-
„ rioribus, juribus, & pertinentiis suis,
„ & aliis omnibus, quæ ad prædicta,
„ vel eorum aliquod pertinent, vel
„ pertinere videntur de jure, vel de D
„ facto, ad habendum, tenendum, pos-
„ sidendum, fruendum, & omnem ve-
„ stram exinde voluntatem faciendum;
„ Constituentes Nos pro vobis, & ve-
„ stra Ecclesia Anteraden. tenere, &
„ possidere; donec possessionem ingres-
„ si, & adepti fueritis corporalem, in
„ quod, & quæ ingrediendi, quando,
„ & quoties vobis placuerit, vobis ple-
„ nariam concedimus facultatem, pro-
„ mittentes per Nos, nostrosque Suc- E
„ cessores vice, & nomine Caprulen.
„ Ecclesiæ cum obligatione omnium bo-
„ norum ipsius Ecclesiæ vobis dicto Do-
„ mino Episcopo Anteraden. stipulanti
„ pro vobis, & vestra Ecclesia, & Suc-
„ cessoribus vestris de prædictis, vel eo-
„ rum aliquo nullo tempore litigare,

„ nec etiam modo aliquo molestare, sed
„ ipsum *fundicum*, & solum, ubi ipsum
„ fundicum fuit, cum omnibus supra-
„ dictis ab omni persona, & loco pro-
„ priis sumptibus, & expensis in omnem
„ litis eventum defendere, varentare,
„ auctorizare, modisve omnibus expe-
„ dire de jure. Cedimus quoque vo-
„ bis, & damus omnia jura, omnesque
„ actiones utiles, directas, & mixtas,
„ & omnes alias quascumque Nobis, &
„ nostræ Ecclesiæ competentes, & com-
„ petentia, pro prædicto fundico, &
„ solo, ubi fuit quondam ipsum *fundi-*
„ *cum*, & pro omnibus, & singulis su-
„ pradictis contra omnes personas, &
„ loca, & contra eorum hæredes, &
„ Successores, & eorum bona, consti-
„ tuentes vos Procuratorem in rem ve-
„ stram, ita quod possitis inde agere,
„ experiri, replicare, & vos tueri, &
„ omnia facere, quæ Nos ante hunc
„ Contractum facere poteramus; Hæc
„ omnia, & singula Nos supradicti Epi-
„ scopi permutatores per Nos, nostros-
„ que Successores vice, & nomine Ec-
„ clesiarum nostrarum promittimus No-
„ bis ad invicem, & unus alteri so-
„ lemniter promisit attendere, adim-
„ plere, & inviolabiliter observare;
„ nec contra hæc, vel eorum aliquod
„ per Nos, vel per alios aliquo tem-
„ pore facere, vel venire aliqua ratio-
„ ne, ingenio, sive causa, & reficere
„ omnia damna, quæ acciderint, & re-
„ stituere omnes expensas, & quodlibet
„ interesse, quod, quas, & quæ unus
„ nostrum occasione alterius pacta scri-
„ pta superius non servantis in judicio
„ faceret, sive extra sub pœna dupli,
„ unde agetur a quolibet nostrum in
„ omnibus, & singulis Capitulis supra-
„ dictis stipulantibus præmissa; & ea
„ soluta, vel commissa, aut non, hæc
„ omnia, & singula perpetuam obti-
„ neant firmitatem. Et hæc omnia, &
„ singula volumus Nos supradicti Epis-
„ copi tenere, & valere, & esse firma;
„ si Sanctissimus Pater noster Dominus Conditione adjecta.
„ PAPA ea confirmaverit, & defectum, si
„ quis est in hujusmodi negotio, sup-

(a) FR. ANGELO: Maltraverso ex Ord. Prædicat. anno 1255. assumpto ex Scriptoribus illius Ordinis, & ex Ughello tom. 5. Ital. Sac.

(b) PATRIARCHA GRADEN.: Quæ dignitas post duo secula inde *Venetias* translata fuit ex cit. Ughello, Venetisque Scriptoribus,

URBANUS PP. IV. An.Ch.1264.

,, pleverit de plenitudine potestatis ;
,, cui pro utilitate utriusque Ecclesiæ
,, pro iis confirmandis , & supplendis
,, humiliter supplicamus ; & aliter nul-
,, lam habeant firmitatem : Hoc solem-
,, niter inter Nos Episcopos acto , quod
,, confirmatione , & suppletione bujus-
,, modi, si quis est defectus , a Domino
,, Papa obtentis , quilibet nostrum inci-
,, piat rerum sibi datarum , & tradita-
,, rum percipere , & habere proventus ,
,, & redditus , & non ante : Et de iis
,, rogamus fieri cuilibet nostrum plura
,, Instrumenta . In cujus rei fidem , &
,, majorem firmitatem habendam præ-
,, sens Instrumentum dicti Domini *Pa-*
,, *triarchæ* , & nostris sigillo , & manu
,, publica , ut continetur inferius , fe-
,, cimus roborati . Renuntiantes in iis (Cum formalis juris)
,, omnibus Nos dicti Episcopi vicissim
,, privilegio fori , doli , mali sine cau-
,, sa , vel ex injusta causa , Constitutioni
,, de duabus dietis Concilii Generalis [a] ; (a)
,, beneficio restitutionis in integrum , &
,, in parte exceptioni deceptionis ultra
,, dimidiam justi valoris , legi temporis
,, quadrimestri,& omnibus litteris impe-
,, tratis & impetrandis conventioni judi-
,, cum;ac omni juris auxilio Canonici,&
,, Civilis; & omnibus exceptionibus, de-
,, fensionibus , appellationibus , feriis ,
,, consuetudinibus , constitutionibus ,
,, & statutis tam Civilibus , quam Ec-
,, clesiasticis factis , & faciendis nunc
,, competentibus , & in futurum com-
,, petituris . Acta sunt hæc omnia *Ve-*
,, *netiis* in Patriarchali Palatio præsen-
,, tibus Fratre *Bartholomæo de Columba-* (Testes rogati.)
,, *rio* Mutinen. Diœcesis , Fratre *Guil-*
,, *lelmo de Maris* [b] Ordinis Minorum , (b)
,, Fratre Bartholomæo de Sancto Petro,
,, Casacalba de Torcello , & Fratre
,, Stephano de Sancto Felice Torcellan.
,, Diœcesis , & Nicolao Bononien. com-
,, moran. in Curia dicti Domini Patriar-
,, chæ testibus ad hæc rogatis . Ego Ru-
,, stichinus Benintendi Imperiali aucto-
,, ritate Notarius publicus hæc omnia
,, per me acta , & rogatus publice scri-
,, psi & subscripsi . " Nulli ergo omnino (Clausula Pontificia prohib. &c.)

hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis , & suppletionis infringere , vel ei &c. Si quis autem &c.

Datum apud Urbem veterem Idibus Martii Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Eodem modo . (Ex eodem REGESTO epist.69.)

CXXXII. Anno 1264. die 15. Martii.

URBANUS &c.

Venerabili Fratri . . . Patriarchæ Jerosolimitano Apostolicæ Sedis Legato [c] *Sal. , & Apost. Bened.* (c)

LECTA coram Nobis Venerabilium Fratrum nostrorum.. *Anteraden.*, & ... *Crapulen.* Episcoporum petitio continebat, quod iidem attendentes , quod eidem Anteraden. Episcopo ex tribus *mansis Terræ* sitis in Territorio Moelli Diœcesis Tervisin. ad Anteraden. Ecclesiam pertinentibus , utpote nimium distantibus ab eadem ; ac eidem Crapulen. Episcopo ex *fundico* , ac solo , ubi ipsum fundicum situm est , & aliis , quæ Sedes , seu Ecclesia *Caprulen.* in Tyren. Civitate , ac Diœcesi obtinebat , utpote nimium remotis ab ea modica proveniebat utilitas, ea invicem Ecclesiarum ipsarum nomine permutarunt , ea conditione in permutatione hujusmodi expresse adjecta , ut eadem permutatio non valeret , nisi acceptaremus , & confirmaremus eamdem ; & defectum , si quis extitit in ea , suppleremus de plenitudine potestatis ; prout in Instrumento publico inde confecto , & dictorum Episcoporum sigillis munito plenius continetur . Nos igitur Episcoporum ipsorum supplicationibus inclinati permutationem hujusmodi ratam , & gratam habentes , ac eam auctoritate Apostolica confirmantes supplevimus defectum de plenitudine potestatis ejusdem , si quis extitit in eadem . Quocirca Fraternitati tuæ mandamus , quatenus dictum Episcopum *Anteraden.*, vel Procuratorem suum ejus nomine in possessionem prædictorum *fundici*, & soli , ac aliorum inducas, & defendas inductum: Contradictores &c. (*usque*) compescendo.

Datum , *ut supra* [d] . (d)

Eccle-

(a) CONCILII GENERALIS : Lateranen. IV. cap. 37.
(b) DE MARIS : Forsan Genuensi nobili familia .
(c) A. S. LEGATO : *Gulielmo* Gallo antea Episcopo Agennen. assumpto ex Annal. Eccles. Raynaldi ad annum 1263. num. 14. , & usque ad annum 1270. illud munus obeunti .

(d) Ad hujus *Gulielmi* preces ordinationem quamdam Episcopi ejus prædecessoris circa *Canonicos* illius Ecclesiæ Anteraden. Pontifex confirmari , & observari mandavit eidem Patriarchæ Hierosolymit. litteris *Lecta coram nobis &c.* hoc anno die ultima Martii datis ex Vatic. Regest. Pontif. epist. 540. tom. 4.

Ecclesiam S. Silvestri Bisentini *concessam Balbinæ Guitti pro fundando Monasterio Ord. S. Damiani, ea dictis minime stante, revocat, & propriis dominis restitui demandat.* (Ex Vatic. Regest. Pontif. epist. 548. tom. 4.)

CXXXIII. Anno 1264. die 27 Martii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis .... Priori & Conventui Monasterii de Monte Herili[a] *Ordinis Sancti Benedicti Clusin. Diœcesis*[b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Expositionis Monachorum Montis Herilis tenor.

EX parte vestra fuit propositum coram Nobis, quod Nobilis Mulier *Balbina* relicta quondam *Guitti* de *Bisentio*[c] suggerens fel. record. Alexandro Papæ[d] prædecessori nostro, quod ipsa Monasterinm Ordinis Sancti Damiani pro animæ suæ remedio construere proponebat, Ecclesiam *Sancti Silvestri* de *Bisentio* membrum vestri Monasterii speciale, cujus Jacobus, & Tancredus *Guitti* Fratres manifesti Romanæ Ecclesiæ proditores[e] se Patronos esse dicebant, per ejusdem prædecessoris litteras[f] vobis dari obtinuit in mandatis, ut Ecclesiam ipsam cum omnibus juribus & pertinentiis suis dictæ Nobili pro construendo inibi hujusmodi Monasterio conferretis; & vos credentes, quod Nobilis ipsa adimplere proponeret, quod dicebat, ei propter hoc dictam Ecclesiam cum suis juribus & pertinentiis concessistis. Verum quia Nobilis supradicta Ecclesiam ipsam detinens, & redditus ejus in usus convertens propriæ voluntatis præfatum Monasterium in ea construere non curavit; Nobis humiliter supplicastis, ut Ecclesiam ipsam cum omnibus juribus & pertinentiis supradictis revocare ad jus & proprietatem præfati Monasterii dignaremur; maxime cum ex ipsa Ecclesia, & ejus proventibus posset non minima dictis proditoribus subventio provenire. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati concessionem hujusmodi, etiam si sit per Sedem Apostolicam confirmata, veris prædictis existentibus, auctoritate Apostolica revocamus: Concedentes vobis, ut de Ecclesia ipsa cum juribus, & pertinentiis supradictis, sicut prius, libere disponere, ac licite valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ revocationis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Balbina Guitti pro construendo Monasterio Clarissis.

Ecclesiam S. Silvestri ... postulat a Pontifice.

& obtinet;

Sed cum nihil ageret, & redditus sibi vindicaret.

Pontifex concessionem revocavit.

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1264.

Clausula prohib. &c.

Datum apud Urbem veterem VI. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio[g].

Super eadem re.

CXXXIV. Anno 1264. die 27. Martii.

Dilecto filio .... Priori Sancti Viti de Montali[h] *Perusin. Diœcesis &c.*

EX parte dilectorum filiorum Prioris & Conventus Mon. de Monte Herili Ord. S. Bened. Clusin. Diœcef. fuit propositum coram Nobis, quod Nobilis Mulier Balbina &c. (*ut supra in proxima verbis competenter mutatis usque*) provenire. Nos igitur ipsorum supplicationibus inclinati concessionem hujusmodi etiam &c. (*usque*) confirmata, auctoritate litterarum nostrarum duximus revocandam, concedentes eisdem, ut de ipsa Ecclesia & pertinentiis supradictis libere disponere, ac licite valeant, sicut prius. Quocirca mandamus, quatenus prædictos Priorem & Conventum in possessionem ejusdem Eccles. jurium & pertinentiarum ipsius per te, vel alium inducas, & defensas inductos; Contradictores &c. (*usque*) compescendo. Invocato &c. (*usque*) sæcularis.

Datum, *ut supra*.

Taxat modum, quo Anteraden. *Episcopus suum Metropolitam in visitatione, & procuratione recipiat.* (Vatic. Regest. Pontif. epist. 539. to. 4.)

URBA-

(a) De Monte Herili: Cujus Monasterii nulla fit mentio in Annal. Benedict. Mabillon.
(b) Clusin. Diœcesis: In Tuscia prope Clanins paludem Ducis Hetruriæ, & in confinio ditionis Pontificiæ, antique Perusini nunc sub Archiepiscopo Senen.
(c) De Bisentio: Oppidu lacus Volsinien. in Hetruria ditionis Pontificiæ, a quo Insula *Bisentina* altera ex binis ejusdem lacus Insulis.
(d) Alexandro Papæ: Hujus nominis Quarto.
(e) Proditores: Utpote Gibellini, & Manfredi Tyranni sequaces.
(f) Litteras: Quas non habemus.
(g) Eodem die, eodemque modo Pontifex ep. 549. ejusdem Regest. Pontif. dedit Priori *S. Viti de Montali* Perusinæ Diœcesis, ut Conventum *Montis Herilis* poneret in possessionem prædictæ Ecclesiæ *Sancti Silvestri* Bisentini, ut sequitur.
(h) Montali: A lacu Perus. 3. mil. in austrum.

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1264.

URBANUS &c.

CXXXV.

Anno 1264. die 31. Martii.

Venerabili Fratri ... [a] *Episcopo* Anteraden. *Sal.*, *& Apost. Bened.*

a Causa concessionis.

TUÆ pacis quærentes commodum, & quietis libenter illa tibi concedimus, per quæ materia summota gravaminis tui status tranquillitas procuretur. Hinc est, quod Nos tuis gravaminibus occurrere cupientes tibi auctoritate præsentium indulgemus, ut Venerabilem Fratrem nostrum .. [b] Patriarcham *Antiochen.*, cui tamquam Metropolitano [c] subesse dinosceris, ad visitandum admittere, nisi personaliter, & cum taxato evectionum, & personarum numero officium visitationis exerceat; ac prius Ecclesiæ suæ Capitulum, ac propriam Civitatem, & diœcesim, quæ est in Dominio Christianorum, plenarie duxerit visitandam; eique procurationes in pecunia numerata, sed in victualibus tantum [d], exhibere minime tenearis; nec ad id compelli possis invitus sine speciali mandato nostro faciente de Indulto hujusmodi mentionem. Nos enim universas *excommunicationis*, *suspensionis*, & *Interdicti* sententias, quas contra Indulti nostri tenorem in te, aut aliquos alios promulgari contigerit, irritas decernimus & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Concessionis, & Constitutionis infringere, vel ei ausu &c.

b

c

& modus visitationis

d

cum exemptione ab Eccles. censuris.

Clausula prohib. &c.

Datum apud Urbem Veterem II. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

A

B

C

D

URBANUS &c.

CXXXVI.

Anno 1264. die 13. Aprilis.

Venerabilibus Fratribus .. [e] Kaleritan., *&* .. [f] Arboren. [g] *Archiepiscopis Sal.*, *& Apost. Benedict.*

e

f g

Exordium.

AD hæc Deus Nos prætulit in familia domus suæ, ut opportuna singulis provisionis auxilia fideli servitutis injunctæ prudentia pro tempore dispensemus eorum necessitatibus vigilantius intendentes, qui ad Pontificalis officii ministerium in partem nostræ sollicitudinis sunt assumpti. Cum igitur Venerabilis Frater noster *Gottifredus* [h] olim de Ordine Minorum Episcopus *Agrigentin.* [i], sicut testimonio fide dignorum accepimus, commissæ sibi Agrigentinæ Ecclesiæ possessionem secure absque conscientiæ periculo introire non possit [k]; ac ideo potius elegerit pro devotione Romanæ Ecclesiæ in paupertatis angustia vivere, quam bonorum temporalium cum animæ detrimento per ejusdem inimicos Ecclesiæ ubertate florere; Nos ipsum propter hoc volentes prosequi favore gratiæ congruentis, ne in derogationem Pontificalis honoris turpem sustineat necessariorum defectum; Fraternitati vestræ mandamus, quatenus ab Ecclesiis & Monasteriis Civitatum, & diœcesum, ac Provinciarum vestrarum exemptis, cujuscumque Ordinis fuerint (*Cistercien.*, *Sancti Damiani* [l], *Militiæ* Templi, & Hospitalis Hierosolymitani dumtaxat exceptis) faciatis per vos, vel alios eidem Episcopo; quousque suam Ecclesiam secure adire, ac in ea morari poterit, in *quinquaginta libris* Turonen. [m] annis singulis provideri; non obstante, si pro aliis in illis partibus generaliter, vel ipsis Civitatibus, Diœcesibus, Provinciis, Ecclesiis, & Monasteriis specialiter super provi-

h

i

Episcopus Agrigentinus causa

k

commendatur supradictis Archiepiscopis

l

m

cum obstantium derogatione.

Ut Episcopus Agrigentinus *O. M. Ecclesiam suam adire nequiens provideatur ab eorum Ecclesiis, & Monasteriis.* (Vatic. Regest. Pontif. epist. 529. to. 4.)

(a) Ven. Fratri ...: *Guillelmo* ex Ord. Minor., ut alias visum est, & paulo ante.

(b) Fratrem nostrum ...: *Christianum* ex Ord. Prædicat., quem ferunt anno 1268. interfuisse captioni urbis Antiochenæ per Saracenos, & cum plurimis Christianis neci datum fuisse.

(c) Metropolitano: Quod habet & epist. 58. *In eminenti &c.* hujus Pontificis anno superiori die 26. Augusti data.

(d) In victualibus tantum: Uti jam decreverat Innocentius IV. C. 1. *Romana Ecclesia* in 6. Decr. tit. 20. De censibus, exaction. &c. lib. 3., quod probavit & Beatus Greg. X., revocavit Bonifacius VIII. ex cit. 6. Decr.

(e) Ven. Fratribus ...: *Leonardo* ex Sardinia Sacra pag. 94.

(f) Et ..: *Homodeo* ex Francisco Vico in cit. Sardinia Sacra pag. 241.

(g) Arboren.: Nunc *Aristagni* & *Oristano* vulgo 3. Sardiniæ Metropolis.

(h) Gottifredus: Nostris hucusque ignotus, sed Dominicanis ascriptus a Taegio, quem Fontana, & Cavallerius secuti sunt in tom. 1. Bullarii illius Ordinis.

(i) Agrigentinus: Rocchus Pyrrhus in Notitia Agrigent. habet *Fr. Gotsfredum*, sed Institutum Regul. ignoravit; atque occubuisse 5. Kal. Febr. post an. 1270. & cognomento *Roncioni Pisanum* patria extitisse.

(k) Introire non possit: Cum Regnum Siciliæ occupasset Manfredus tyrannus, & Ecclesiæ Rom. hostis.

(l) Cistercien., S. Damiani: Hi duo Ordines excipiuntur a Pontifice etiam in 515. epist. *Trahimus amara &c.* anno 3. pro Episcopo *Aquinaten.* eadem data ex Vaticano Regesto tom. 3.

(m) L. Librar. Turonen.: De quarum valore jam dictum alibi; sed legendum puto CL., uti alias legitur.

provisione simili, vel alia direximus scripta nostra; seu si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum, quod ad provisionem alicujus in pensionibus minime teneantur; seu ad id compelli, quodque interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Sedis ejusdem non facientes plenam, & expressam de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; seu quavis alia indulgentia dictæ Sedis, de qua in nostris litteris fieri mentio debeat specialis, & per quam non expressam in præsentibus, vel totaliter non insertam hujusmodi provisionis gratia impediri quomodolibet valeat, vel differri; aut constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali: Contradictores &c. (*usque*) compescendo &c. Alioquin dilecto filio Plebano de *Carmignano* [a] Pistorien. Diœcesis nostris damus litteris [b] in mandatis, ut vobis omittentibus mandatum exequi Apostolicum in præmissis, ipse illud per se, vel alium, seu alios nihilominus exequatur.

a

b

& omittentibus alium substituit.

Datum apud Urbem veterem x. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut Canonicatus, & Præbenda in Ecclesia Virdunen. conferatur Jacobo de Elasto, si nihil obsistat. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epistola 584. tom. 4.)

CXXXVII. Anno 1264. die 28. Aprilis.

URBANUS &c.

Dilectis filiis .... Abbati Sancti Pauli Præmonstraten. Ordinis, ... Decano, & ... Guardiano Fratrum Minorum Virdunen. [c] *Sal., & Apost. Bened.*

c

NUPER quondam Juliano Archidiacono in Ecclesia *Meten.* [d] apud Sedem Apostolicam viam universæ carnis ingresso; ac per ejus mortem vacantibus Canonicatu, & Præbenda, quos in *Virdunen.* Ecclesia, cujus erat Canonicus, dum viveret, obtinebat; dilectus filius ... Decanus *Tullen.* [e] familiaris noster penes Nos devotis institit precibus, ut ad dilectum filium Jacobum de *Elasto* Presbyterum Apostolicæ beneficentiæ dexteram extendentes Canonicatum, & Præbendam ejusdem sibi conferre de speciali gratia dignaremur. Nos igitur, qui *Decanum* eumdem propter grata suæ devotionis obsequia Apostolica benevolentia prosequimur, ipsius votis annuere, dictoque *Presbytero* ejusdem consideratione Decani favorem impertiri, & gratiam intendentes Canonicatum, & Præbendam prædictos donationi Apostolicæ reservamus, decernentes irritum & inane, si quicquam de illis contra reservationem hujusmodi Apostolica, vel alia quavis auctoritate per quemcumque contigerit attemptari. Sed quia de ipsius idoneitate *Presbyteri* notitiam non habemus; illud in hac parte decrevimus remedium adhibendum, per quod tam beneficiandæ personæ, quam in ea præfatæ *Virdunen.* Ecclesiæ provisione utili consolatur. Ideoque discretioni vestræ mandamus, quatenus si, examinatione, & inquisitione diligentibus præmissis, præfatum *Presbyterum* bonæ conversationis & vitæ, ac de legitimo matrimonio procreatum, & alias in scientia litterarum idoneum fore inveneritis; aliudque Canonicum nun obsistat; sibi Canonicatum, & Præbendam prædictos per vos, vel per alios, aut alium conferre, & assignare curetis; ipsumque pacifica illorum faciatis possessione gaudere, facientes eum nihilominus in prælibata *Virdunen.* Ecclesia in Canonicum, & in Fratrem admitti; non obstantibus statuto de certo ipsius *Virdunen.* Ecclesiæ Canonicurum numero; & quibuslibet consuetudinibus, vel statutis Ecclesiæ prædictæ contrariis juramento, vel quacumque alia firmitate vallatis; aut si aliqui sint Apostolica, vel alia quavis auctoritate ibidem recepti, vel, ut recipiantur, insistant; seu si pro aliis sub quacumque forma sint inibi Apostolica scripta directa, quibus quoad alias Præbendas nullum per hoc vulumus præjudicium generari; aut si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum communiter, vel divisim, quod ad receptionem, seu provisionem alicujus minime teneantur; quodque ad id compelli non possint; sive quod de Præ-

d

Vacante in Virdunen. Ecclesia Canonicatu, & Prebenda

e

a Decano Tullen. postulantur pro alio,

& Papa sibi collationem reservat,

& mandat id, quod supra,

Obstantibus derogatio.

(a) CARMIGNANO: Al. Carminiano nobili Tusciæ Oppido.
(b) DAMUS LITTERIS: Quæ non habentur.
(c) FRATRUM MINORUM VIRDUNAN.: In Belgio, ac Lotharingia sub Archiepiscopo Treviren. vulgo *Verdun*, ubi Fratres Minores locum obtinuerant a Waddingo ad annum 1255. num.22. descriptum; eratque 2. *Custodia* Lotharingiæ ex veteri, & alias citato *Provinciali* Ordinis, ubi mendose legitur *Vidunum* apud P'sanum.
(d) METEN.: Etiam in Lotharingia, ut in no. (h) ad epist. 124. paulo ante dictum est.
(e) TULLEN.: Vulgo *Toul* itidem in Lotharingia.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1264.

A Præbendis ad eorum collationem spectantibus cuiquam nequeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam de Indulto hujusmodi mentionem; vel indulgentia, qua Venerabili Fratri nostro *Virdunen.* Episcopo dicitur a dicta Sede fore concessum, ut in Civitate, vel Diœcesi *Virdunen.* de Canoniis, & Præbendis, seu aliis Ecclesiasticis beneficiis alicui per litteras Apostolicas provideri non possit, in quibus ipse datus non fuerit executor; sive quibuslibet aliis indulgentiis Apostolicis generalibus, vel specialibus sub quacumque verborum forma quibusvis concessis, per quas indigentibus in præsentibus non expressas, aut totaliter non insertas effectus ipsarum impediri valeat, vel differri; & de quibus in nostris litteris de verbo ad verbum mentio fieri debeat specialis; sive quod memoratus *Jacobus* Cappellaniam Altaris S. Katerinæ, & quamdam Elemosinariam in Ecclesia *Virdunen.* obtinet supradictam; aut indulgentia [a] Sedis Apostolicæ, qua Fratribus tui Ordinis, & tibi, fili Guardiane, dicitur esse concessum, quod de causis, quæ eis per litteras Apostolicas committuntur, inviti cognoscere minime teneantur, nisi expressam de indulgentia ipsa fecerint mentionem; Contradictores auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Si vero dictus *Jacobus* non reperiatur idoneus, Præbendam prædictam relinquatis illi, cui de jure debebitur assignandam.

præsertim pluribus Beneficiis Eccles.

Datum apud Urbem veterem IV. Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Tertio. [b]

Ut in officio suæ legationis uti possit quacunque opera Fratrum Ord. Prædicat. & Minorum. (Ex Vatic. Regest. Pontif. epist. 435. tom. 3.)

URBANUS &c. CXXXVIII. Anno 1264. die 5. Maji. [c]

Dilecto filio S. [c] *tituli Sanctæ Ceciliæ Presbytero Cardinali Apostolicæ Sedis Legato* [d] *Sal., & Apost. Benedict.*

DIscretioni tuæ assumendi, & retinendi ad tua obsequia quorcumque, & quoscumque volueris de Fratribus *Prædicatorum*, & *Minorum* Ordinum tuæ Legationis, ac mittendi illos, quos idoneos esse cognoveris; & quandocumque, & ubicumque expedire videris; committendi quoque illis negotiorum quorumcumque executionem; prout opportunum fore cognoveris: compescendi quoque Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione remota; non obstantibus quibuslibet privilegiis, & indulgentiis eisdem Ordinibus, eorumque Fratribus ab Apostolica Sede concessis, per quæ nullum eis suffragium afferri volumus in hac parte, plenam & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem.

Legato suo concedit id, quod supra

cum clausula derogatoria.

Datum apud Urbem veterem V. Nonas Maji Pontificatus Nostri Anno III. [e]

Amplissima in omnes Censuram Ecclesiasticam exercendi potestas ei tribuitur. (Ex Reges. Pontif. in Vatic. secretiori Tabulario epist. 439. to. 3. snn. 3.)

URBANUS &c. CXXXIX. Anno 1264. die 5. Maji. [f]

Dilecto filio S. [f] *tituli Sanctæ Ceciliæ Presbytero Cardinali Apostolicæ Sedis Legato* [g] *Sal., & Ap. Ben.*

UT eo efficacius commissum tibi negotium Regni Siciliæ [h] promovere valeas, quo majori per Nos fueris auctoritate munitus; Discretioni tuæ exercendi libere *censuram Ecclesiasticam* [i] in omnes tam Cathedralium, quam aliarum Ecclesiarum Prælatos exemptos, & non exemptos, in universa quoque Capitu-

(a) Indulgentiae: Sæpius memorata *Quieti vestra &c.*, & raro permissa.
(b) Hæc epistola citatur in alia Clementis IV. *Exhibita nobis &c.* dat. Episcopo, & Decano Virdunen. 6. Idus Octobr. anno 1. ex Reges. Vatic. epist. 168. to. 3.
(c) S.: *Simoni* de Bria Gallo, de quo & in sequentibus epistolis 139., & 140. infra legendis.
(d) A. S. Legato: In *Franciam* ex cit. litteris 139., & 140., atque ex Annal. Eccles. Raynaldi.
(e) Eodem die præfato Card. Legato Pontifex dedit sequentes litteras.
(f) S.: *Simon* de Bria Gallus proxime laudatus, qui postea fuit *Martinus IV.*
(g) A. S. Legato: In Gallias, ut in superiore epist.
(h) Negotium Regni Siciliæ: In *Carolum* Com. Andegevensem Regis Franciæ fratrem transferendi contra Manfredum illius occupatorem, & Pontificis acerbum persecutorem.
(i) Censuram Ecclesiasticam: Scilicet *excommunicationis*, *suspensionis*, & *interdicti*.

pitula, & Conventus, Duces, Marchiones, Comites, nec non Barones, & quoslibet alios Nobiles, in Rectores etiam, Ballivos, Poteftates, Confiliarios, Univerfitates, Populos, & quafcumque perfonas Ecclefiafticas, feculares, & regulares, etiamfi Militiæ *Templi*, aut *Hofpitalis* S. Johannis Jerofolymitani, vel Sanctæ Mariæ *Theutonicorum* [a], feu *Ciftercien.*, *Cluniacen.*, *Minorum*, aut *Prædicatorum* Ordinum [b] fuerint; & in quaflibet alias publicas, vel privatas tuæ legationis [c], cum videris expedire; indulgentia Sedis Apoftolicæ, fi quam habent, quod interdici, fufpendi, vel excommunicari non poffint; & quibuslibet aliis Apoftolicis, vel Legatorum Sedis ejufdem privilegiis, & indulgentiis nequaquam obftantibus; plenam & liberam tibi concedimus auctoritate præfentium poteftatem.

Obftantibus derogando.

Datum apud Urbem veterem v. Nonas Maji, Pontificatus Noftri Anno III.

Hortatur, ut de creando Americo Franciæ Præceptore *S. Regis illius Regni vota obfecundare velint*. (Ex cod. Vatic. lib. c. n. 49. apud RAYNALDUM ad an. 1264. n. 31.)

CXL. Anno 1264. die ...

URBANUS &c.

Dilectis filiis... Magiftro, & Fratribus Templi Hierofolymitani [d] *Sal., & Apoft. Benedictionem.*

HABET univerfalis Ecclefia Chariffimo in Chrifto filio noftro.. [e] *Rege Francorum* illuftri, unde in Rege fuo CHRISTO JESU canticis & hymnis exultet. Habent in Chrifto Religionis cujufque cultores, unde Domini nomen in choro laudent, ac tympano, & pfalterio pfallant ei. Ipfius namque *Regis Francorum* pectus piifsimum gratiæ cæleftis dono perfufum fic ad cunctas Orbis Ecclefias, & perfonas Ecclefiafticas Religiofas præcipue ubertim ubera fuæ pietatis effundit, ut ipfum experiatur quotidie omnis Chriftiana Religio fingulare præfidium, & præcipuum fentiat libertas Ecclefiaftica munimentum [f]. Vos autem in eo ad fingularis jubili canticum caufa fingularis invitat: fi enim prudenter attenditis; fi qua decet attentione notatis, quanta idem *Francorum Rex* Ordinem veftrum [g] & jura ipfius cuftodiæ diligentia protegit; & quam diligenti protectione cuftodit; quantaque vos, & cunctos ejufdem Ordinis profeffores charitatis fingularitate profequitur; profecto cogemini exauditionis promptitudine loquente fateri, dignum fore, nec minus debitum, ut quæ a vobis nunc, præfertim cum veftrorum incremento profectuum, & multi apud eum favoris augmento dignanter expofcit, liberaliter confequatur &c. [h]

S. Ludovici exlmia, meritaque elogia.

Pfal. 149. 3.

Quam erga Templarios affectus.

Ideoque exaudiendi.

Significat S. Regi Manfredi *tyranni infultus in Ecclefiam, & Ecclefiafticos viros, mittique a fe ad eum pro negocio Regni Siciliæ Legatum*. (Ex epift. 95. lib. 3. Regefti Vatic. apud RAYNALDUM Annal. Ecclef. ad hunc annum num. 13.)

CXLI. Anno 1264. die 3. Maji.

URBANUS &c.

Chariffimo in Chrifto filio Ludovico *Illuftri* Regi Francorum *Salutem, & Apoftolicam Benedictionem.*

ECCE, fili chariffime, *Manfredus* quondam Princeps Tarentinus innumerabilibus injuriis, & offenfis, quibus Romanam hactenus vexavit Ecclefiam, non contentus, prætextu negotii Regni *Siciliæ*; quod inter Nos, & dilectum filium nobilem virum *Carolum Andegaviæ*, & Provinciæ Comitem germanum tuum agitur; durius, & afperius folito continnis Ecclefiam ipfam aggreffibus impetit, affidua perfecutione concutit, rabie tyrannica diftrahit, & diverfis aliis tribulationum generibus inceffanter affligit adeo, quod eadem Ecclefia tot malis afflicta, tot attrita mo-

Manfredi tyranni perverfi conatus.

leftiis,

(a) THEUTONICORUM: Equeftrium Militiarum tunc omnium præcipuarum.
(b) MINORUM, AUT PRÆDICAT. ORDINUM: Tunc præ ceteris florentium.
(c) TUÆ LEGATIONIS: Ampliffimæ ex prædictis quoad cenfuras Ecclefiafticas auctoritatis.
(d) TEMPLI HIEROSOLYMITANI: De quo Ordine notiffimo pluries fuperius dictum fuit.
(e) FILIO NOSTRO: Ludovico IX.
(f) MUNIMENTUM: Propterea *Sanctorum* Catalogo afcriptum.
(g) ORDINEM VESTRUM: Nempe Templariorum.
(h) CONSEQUATUR &c.: Reliqua prætermifit cit. Raynaldus; addens, Regiis precibus Pontificem Apoftolicas adjunxiffe, ut *Americo Præceptori Franciæ* munus deferrent; de quo etiam ad Patriarcham Hierofolymit. ait litteras dediffe, ut ipfos ad Regiis votis gerendum morem adduceret: eft autem *Præceptoris* munus inter Equeftres Milites una ex præcipuis illorum Ordinum dignitatibus a Magno Ordinis *Magiftro*.

lestiis, totque flagellis oppressa vix po- A test ab hujusmodi oppressionibus respirare. Nam præter id, quod idem *Manfredus*, qui Saracenorum ritus amplectitur, ac illos in quotidianis ejus obsequiis notabiliter secum tenet, & præfert

Queritur, Saracenos a Tyranno in Ecclesiam immissos.

cos in opprobrium Catholicæ Fidei Christianis; Saracenorum ipsorum præcipue consilio, auxilio, & favore prædictam impugnat Ecclesiam; præter illud etiam quod Archiepiscopales, Episcopales, & alias prædicti Regni *Siciliæ* Ecclesias, & B Monasteria detinet, seu detineri facit damnabiliter occupata, in eorum aliqua fictos, & perniciosos intrudendo Ministros, vel jam intrusos nefarie confovendo; quædam vero pro suo commendando libito, & illorum convertendo in usus proprios periculose proventus; pullulant fere ubique per Italiam hæreses; cultus Divinus minuitur; Fides orthodoxa premitur, immo deprimitur, & C opprimitur status Fidelium; ancillantur Ecclesiasticæ libertates; & jura Ecclesiastica conculcantur.

Ecclesiasticos viros immanissimam persecutionem pati.

Prælati quoque, & alii Clericali militia præsigniti pœnas subire coguntur exilii; capiuntur, & ignominiose tractantur, ac in atroces detruduntur carceres, mutilantur, & morte turpissima condemnantur; spoliantur sacra, & pia loca tam Religiosa, quam alia possessionibus, & aliis bonis suis; & cum sint Divino dicata cultui, ad usus D deputantur illicitos, & profanos; despiciuntur, & abominationibus sordidantur. Nonnulli quoque Clerici Divina coguntur Officia in locis Ecclesiastico *Interdicto* suppositis in contemptum clavium Ecclesiæ celebrare, & exhibere sceleratis, excommunicatis, & impiis Ecclesiastica Sacramenta.

Censura Eccles. contemptus.

Pontificalis parvipenditur auctoritas; Ecclesiastica censura contemnitur; pereunt animæ; trucidantur corpora; incenduntur Ur- E bes; destruuntur Castra; infringitur stratarum securitas; spoliantur viatores; Saraceni, & Schismatici Christicolis præferuntur; defenduntur Hæretici adeo, quod in nonnullis locis non audemus procedere contra ipsos. In aliquibus vero Terris prædicatores Evangelicæ veritatis verbum Dei proponere Fidelibus prohibentur; in quibusdam vero hæreses publice prædicantur.

Verbi Dei prædicatio prohibetur.

Quam plura insuper alia detestabilia, & abominabilia committuntur, quæ Divinæ oculos Majestatis offendunt; scandalum in Ecclesia commovent; & tremendum Ecclesiasticæ censuræ vigorem debilitant, & conculcant; nec potest ipsa Ecclesia prædicti persecutoris, invalescentibus viribus, opportunum super his remedium adhibere; cum nuper etiam idem *Manfredus* truculentas manus in viscera ejus immittens quosdam Theutonicos suæ utique persecutionis Ministros in *Patrimonium Beati Petri* in Tuscia, in quo Nos cum tota nostra Curia residemus, destinare præsumpserit in nostrum, & ipsius Ecclesiæ opprobrium, turbationem Provinciæ, suorumque Fidelium nocumentum.

Patrimonium B. Petri in Tuscia per Theutonicos vastari.

Alias etiam militum copias in *Ducatum Spoletanum* disponit mittere, ut Nos, & prædictam Ecclesiam in quadam quodammodo Sagena concludens, sic arctet undique vias, & sepiat transitus, ut nullus ad Nos venire valeat; vel Nos aliquos extra Curiam nostram destinare possimus. Verum quia cœlestis Altitudo consilii liberationem prædictæ Ecclesiæ tibi, tuæque Christianissimæ Domui reservavit; & velle videtur, ut jugum oneris ejus, & sceptrum exactoris ejus per tui Regni potentiam superentur: Ecce dilectum filium nostrum *Simonem Tituli Sanctæ Cæciliæ* Presbyterum Cardinalem ad Christianissimum Regnum tuum pro negotio dicti Regni *Siciliæ*, (a quo utique Regno panditur omne malum) ipsius Ecclesiæ, & tantorum periculorum causa procedit in personam memorati *Comitis*, in quem suæ devotionis, & strenuitatis pensatis meritis oculos mentis nostræ direximus, auctore Domino, promovendo, commisso ei plenæ Legationis officio de Fratrum nostrorum consilio destinamus &c.[a]

Legatum S. A. ad eum mitti significat.

Datum apud Urbem veterem v. Nonas Maji, Pontificatus Nostri Anno Tertio.[b]

Pro-

(a) Addit preces, ut afflictæ misereatur Ecclesiæ, atque ad eam ex *Manfredi* tyrannide liberandam vires explicet, subjungit cit. Raynaldus.

(b) Eodem die Pontifex scripsit ad omnes Archiepiscopos, Episcopos, & Prælatos, Conventus, & Monasteria Regni Francorum epistolam incip. *Dolorum urgentium multitudo &c.* perplura continens, atque prædicta ad S. Regem pro *Decimis* dandis in subsidium *Caroli Comitis* Andegaven. contra *Manfredum* tyrannum expeditionem parantis; refertur que tom. 2. Thesauri Anecdot. Martene, & Durand 26. epist., quæ latuit Raynaldum in Annal. Eccles.

A

Processum contra Bernardum Cornutum ab Inquisitore haeret. pravitatis Massilien. sibi transmitti jubet. (Ex Vaticano Regesto Pontif. epist. 158. tom. 3.)

CXLII. Anno 1264. die 7. Maji.

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Maurino [a] *Ordinis Minorum Inquisitori haereticae pravitatis in Civitate* Massilien. [b] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Querela Guillelmi Cornuti

GUILLELMUS dictus *Cornutus* Civis Massilien. in nostra proposuit praesentia constitutus, quod eo dudum ejecto a Civitate Massilien. pro devotione, quam habet ad dilectum filium nobilem virum *Carolum Andegaviae*, ac Provinciae Comitem [c], tu ad inquirendum contra Bernandum *Cornutum* Patrem ipsius super haeretica pravitate procedens tandem Bernardum ipsum de consilio quorumdam inimicorum capitalium ipsius *Guillelmi* perpetuo carceri, confiscaris suis bonis omnibus, minus legirime condemnasti. Nos igitur de hujusmodi processu tuo certificari volentes, discretioni tuae per Apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus totum processum contra eumdem Bernardum habitum, in scriptis redactum, nominibus testium, qui contra eum deposuerunt, aliquatenus non expressis, ad Nos per fidelem Nuntium sub tuo sigillo, sublata qualibet difficultate, transmittas; & si te ad inquisitionem contra eumdem *Guillelmum* procedere fotte contigerit, sic tuum studeas aequitate, ac justitia fulcire processum, ut idem processus nullam reprehensionis recipiat punctionem; nullamque idem *Guillelmus* justam habeat de te materiam conquerendi.

de genitore suo carceri dato ab Inquisitore haeret. pravit.

Pontifex processum supradictum expetit

& admonet Inquisitorem officii sui.

Datum apud Urbem veterem Nonis Maji, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Tom. II.

Robertus Comes Aprutinus *exul cum familia provideatur ab Ecclesiis, & Monasteriis Asculanae Dioecesis.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist. 172. tom. 3.)

CXLIII. Anno 1264. die 9. Maji.

URBANUS &c.

Venerabili Fratri .. [d] *Episcopo* Esculano [e] *Salutem, & Apost. Bened.*

B

EST passim sit quibuslibet indigentibus miserendum, ut misericordes existentes circa proximos in retributione justorum misericordiam consequamur; erga illos tamen debet esse cura propensior; & illis convenit affluentius subveniri, quorum verecundia natales prodit ingenuos; & qui ex divitiis in egestatem, & exilium absque suo vitio ceciderunt. Sane dilectus filius nobilis vir *Robertus* natus quondam Munaldi *Comitis Aprutin.* [f] noster, & Ecclesiae Romanae devotus exposuit coram Nobis; quod dictus Comes propter fidem & devotionem, quas ad Romanam gerebat Ecclesiam, Comitatu *Aprutii* per quondam Fridericum Romanorum Imperatorem extitit spoliatus, & extra Siciliae [g] Regnum ejectus; idemque *Robertus* fuit eadem ratione per eumdem Fridericum diro carceri mancipatus [h]; postmodum etiam quondam *Conradus* natus ipsius Friderici quondam *Raynaldum* germanum ejusdem Roberti pro eo, quod de mandato Ecclesiae Capiraniam in *Adria* [i], & Comitatu *Laureti* [k] receperat, capi fecit; & tandem propter ipsius Ecclesiae devotionem suspendi [l]. Sicque dictus *Robertus* una cum uxore, ac quatuor filiis suis cogitur extra Regnum ipsum miserabiliter exulare. Gerentes igitur propter hoc circa personam ipsius *Roberti* piae compassionis affectum; ac digne volentes, quod sua & suorum penutia per nostri favoris auxilium relevetur;

Exordium a majori misericordia.

C

Expositionis Comitis Aprutii tenor,

eius genitor Comitatu spoliatur, & expellitur,

Ipse vero carceri damnatus,

D

eiusque frater suspendio necatus.

E

Pontifex injungit supradicta

(a) Fr. Maurino: De quo redibit sermo ad epistolam 74., & 75. Clementis IV. *Paupertatis altissima &c.*
(b) Massilien.: Vulgo *Marsiglia*, ubi locus Fratrum Minor. erat Caput *Custodiae* sui nominis, & Provinciae Gallicae vulgo *Provenza* ea distributione Provinciarum, & Custodiarum Ordinis anno 1260. Narbone in Comitiis Gener. praeside S. Bonaventura facta; ea fuit ejus antiquitas, etsi Waddingus nonnisi ad ann. 1290. num. 37. ejus meminerit.
(c) Provinciae Comitem: Qui anno sequenti *Rex* Siciliae, & Neapolis creatur.
(d) Ven. Fratri: *Raynaldo* ex Ordine Minorum assumpto anno 1259. 12. Febr. ex litteris tunc relatis.
(e) Episcopo Esculano: In Piceno, non in Apulia, ut epistolae textus nos edocet; est enim Asculum Piceni in finibus Aprutii, quo etiam ejus Dioecesis se extendit.
(f) Comitis Aprutin.: Provincia inter Marchiam Anconitanam, Umbriam, Campaniam Romanam, Terram Laboris, & oram Maris Adriatici positae.
(g) Siciliae: Cis Pharum; hodie Neapolis Regnum.
(h) Carceri mancipatus: Ideoque ante an. 1250., cum Fridericus II. excesserit e vita in fine anni 1250.
(i) In Adria: Aprutina vulgo *Atri*.
(k) Laureti: Oppidi Dioecesis Pennen., & Adrien. ubi Fratres nostri vetera loca tenent.
(l) Suspendi: Idque ante ann. 1255., nam *Conradus* Friderici filius obiit anno 1254.

Urbanus PP. IV. An.Ch.1264.

tur; mandamus, quatenus eidem Nobili, vel Procuratori suo ejus nomine pro se, Uxore, ac quatuor filiis suis in exilio constitutis facias a Monasteriis, & Ecclesiis tuæ Civitatis & Diœcesis exemptis, & non exemptis super provisione simili de mandato Apostolico pro alio non gravatis, in victu & vestitu decenter per te, vel per alium usque ad triennium[a] provideri. Non obstante, si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum, quod ad provisionem alicujus compelli; quodque interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulto hujusmodi mentionem; sive qualibet alia indulgentia dictæ Sedis, per quam id impediri valeat, vel differri; & de qua, cujusque toto tenore deberet in nostris litteris fieri mentio specialis. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Obstantibus derogando.

Datum apud Urbem veterem VI. Idus Maji, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ecclesiam S. Mariæ de Bregundis *diu vacantem jubet dari alicui personæ idoneæ*. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist. 1610. tom. 4.)

CXLIV. Anno 1264. die 10. Maji.

URBANUS &c.

Dilecto filio.. Guardiano FF. Min. Papien.[b] *Salutem, Apost. Bened.*

Ecclesia S. M. de Bregundis vacat.

CUM, sicut intelleximus, Ecclesia Beatæ Mariæ de *Bregundis*[c] Papien. tanto tempore vacaverit, & adhuc vacare noscatur, quod ejus collatio ad Nos est juxta Lateranen. Statuta Concilii[d] legitime devoluta; discretioni tuæ mandamus, quatenus, si est ita, cum *Papien.* Episcopus[e] dicatur vinculo *excommunicationis* astrictus[f], Ecclesiam ipsam per te, vel per alium, seu alios alicui personæ idoneæ auctoritate nostra conferre, & assignare procures, inducens ipsam in illius corporalem possessionem, & defendens inductam, amoto ab ea quolibet illicito detentore: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante, si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; seu alia qualibet ipsius Sedis indulgentia, per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri; proviso, quod persona, cui eam contuleris, prout ipsius Ecclesiæ cura tequiret, se faciat ad *Ordines* statutis temporibus promoveri; & personaliter resideat in eadem. Alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti: non obstante indulgentia[g], qua Fratribus tui Ordinis ab Apostolica Sede dicitur esse concessum, quod de negotiis, quæ ipsis a Sede committuntur eadem, intromittere se inviti nullatenus teneantur.

& Episcopus Papien. censura Eccles. compescitur.

Pontifex jubet idoneæ personæ conferri.

obstantibus derogando.

& conditiones addendo.

Datum apud Urbem veterem VI. Idus Maji, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut possit permittere Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, quot secum habebit, equitare, & Monasteria Monialium ingredi. (Ex epist. 51. in tom. 5. Thes. Anecdot. Martene, & Durand.)

URBANUS &c.

CXLV. Anno 1264. die 10. Maji.

Dilecto filio S.[h] *tituli S. Ceciliæ Presbytero Cardinali Apostolicæ Sedis Legato Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

Legationis officium.

CUM te in Regnum *Franciæ* commisso tibi plenæ Legationis officio de Fratrum numero[i] destinemus; discretioni tuæ concedendi licentiam Fratribus *Ordinum Prædicatorum*, & *Minorum*,

(a) Usque ad triennium: Et recte; nam anno 1266. victus est, & cæsus Manfredus tyrannus.

(b) Fratrum Minorum Papien.: Quorum antiquum locum caput est *Custodiæ* sui nominis in Provincia Genuæ ex paulo ante cit. recensione Provinciarum, & Custodiarum Ordinis in Narbonen. Comitiis Gener. sub S. Bonaventura facta; etsi Waddingo lere ignotus.

(c) De Bregundis: Nomen nunc incolis ipsis ignotum.

(d) Lateranen. statuta Concilii III. Anno 1179. sub Alexandro III. celebrati cap. 8.

(e) Papien. Episcopus: *Gulielmus Canetus*, de quo alias verba fecimus ad epist. 41. hujus Urbani.

(f) Astrictus: Qua de causa, in Annal. Eccles. & apud Ughellum reticetur, ut & in epist. 119. infra.

(g) Indulgentia: *Quieti vestræ &c.* sæpissime in *Bullis* memorata.

(h) Fidem S.: Simoni de Bria Gallo, qui postea ad Summum Pontificatum assumptus *Martini IV.* nomen tulit, & de quo in epist. 138. supra relata.

(i) De Fratrum numero: Corrigendum *de Fratrum nostrorum consilio*, ut ex sequenti epistola habetur.

A *norum*, quos ad tua obsequia duxeris retinenda [a], & quos etiam pro commissis tibi negotiis per te mitti contigerit; equitandi libere, & ingrediendi Monasteria Monialium quorumcunque Ordinum; mittendi quoque ipsos pro eisdem negotiis singulariter, cum expedire videris; contrariis prædictorum Ordinum consuetudinibus, vel statutis, seu regulis nequaquam obstantibus [b], plenam, & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem.

Concessit facultatem ut supra, derogando statutis Ordinum.

Datum apud Urbem veterem v. Idus Maji, Pontificatus Nostri Anno III.

Ut ingressum Monasteriorum Ordinum Cistercensis, & S. Claræ semel in anno Nobilibus Mulieribus permittere possit. (Ex epist. 52. in tom. 2. Thes. Anecdot. Martene, & Durand.)

CXLVI. Anno 1264. die 11. Maji.

URBANUS &c.

Eidem.

Cum te in Regnum *Franciæ* commisso tibi plenæ Legationis officio de Fratrum nostrorum consilio destinemus, discretioni tuæ concedendi licentiam Nobilibus Mulieribus tuæ Legationis ingrediendi semel in anno cum honesta mulierum societate Monasteria *Cistercensis*, & *S. Claræ* Ordinum, contrariis eorumdem Monasteriorum, & Ordinum consuetudinibus, vel statutis nequaquam obstantibus, plenam, & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem.

Concedit ut supra. & derogat statutis &c.

Datum apud Urbem veterem v. Idus Maji, Pontificatus Nostri Anno III. [c]

Arnaldum Qualeam Dianen., si nihil ei obsit, mandat habere Canonicatum, & Præbendam in Ecclesia S. Nicolai de Diano. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist. 1633. to. 4.)

URBANUS &c.

Venerabili Fratri.. [d] *Episcopo* Albinganen. [e] *Sal., & Apost. Bened.*

CXLVII. Anno 1264. die 14. Maji.

Cum ex Officii nostri debito providere pauperibus Clericis de Christi patrimonio, cujus sunt ascripti obsequiis, circa illorum provisionem Nos faciliores convenit inveniri, qui devotorum Ecclesiæ intercessoribus adjuvantur. Volentes igitur dilectum filium *Arnaldum* dictum *Qualea* de Diano [f] Clericum Albinganen. Diœcesis, qui nullum, ut asserit, Ecclesiasticum beneficium est adeptus; obtentu dilecti filii Andreæ de *Lavan.* [g] Archidiaconi Januen. Cappellani nostri, qui super hoc eodem Clerico Apostolicam gratiam imploravit, benevolentia prosequi speciali; Fraternitati tuæ mandamus, quatenus Clericum ipsum in Ecclesia S. Nicolai *de Diano* prædictæ Diœcesis; dummodo sit idoneus, & in eadem Ecclesia scripta nostra super alterius provisione minime sint directa, recipi facias auctoritate nostra per te, vel per alium, seu alios in Canonicum, & in Fratrem; ac ei de Præbenda, si qua in Ecclesia ipsa vacat ad præsens, vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, providere procures; non obstante statuto de certo Canonicorum numero, & quolibet alio statuto contrario ipsius Ecclesiæ, juramento, confirmatione Sedis Apostolicæ, seu quacumque firmitate alia roborato; aut si aliquibus ab eadem Sede indultum existat, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur; quodque ad id compelli, sive quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam de Indulto hujusmodi mentionem; & qualibet dictæ Sedis indulgentia, cujuscumque tenoris existat, per quam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat, vel differri; & de

de Beneficium.

Pro Arnaldo Qualea studium Pontificis.

qui præcipit II, quod supra retulimus.

obstantibus derogando.

(a) Retinenda: Leg. *retinendos*.
(b) Regulis nequaquam obstantibus: Ut de non equitando sine manifesta necessitate, aut infirmitate ex cap. 3. Regulæ FF. Minorum; & de non ingrediendo Monasteria Monacharum ex cap. 11. ejusdem Regulæ.
(c) Idem concessit ei Clemens IV. per litteras *Consuevit interdum &c.* anno 1265. die 20. Martii explicatis nonnullis, quæ hic minus distincte ponuntur, & latius conceduntur.
(d) Ven. Fratri..: *Lanfranco de Nigro* ex Ord. Minorum an. 1255. assumpto ex epist. 25. Alexandri IV. *Albinganen. Ecclesia &c.* die 17. Februar. data, & superius allata.
(e) Albinganen.: Ut in no. (b) ad dictam epist.
(f) De Diano: Oppidulo inter Albingaunum, & Albam Pompeiam, a qua parum distare narratur.
(g) Andreæ de Lavania: Familiæ *Flisca* Comitatus Lavaniæ Dominæ, & Innocentii IV. consanguinei; de quo Comitatu, Oppidoque dictum est ad epist. 402. ejusdem Innocentii *Etsi ad universa &c.*

URBANUS PP. IV. An.Ch.1264.

de qua in nostris litteris specialis mentio sit habenda; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Datum apud Urbem veterem II. idus Maji Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Rectori Ducatus Spoletani, & Marchiæ Anconitanæ facultatem tribuit injungendi Fratribus Ord. Prædicat., & Minorum, aliisque quæcumque negotia. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist.236. tom.3.)

CXLVIII. Anno 1264. die 22. Maji.

URBANUS &c.

Dilecto filio S.[a] *tituli S. Martini Presbytero Cardinali Apostolicæ Sedis Legato Sal., & Ap. Ben.*

CUM te ad partes *Marchiæ Aconit.*, & *Ducatus Spolet.*, concessa tibi Rectoria eorumdem Ducatus, & Marchiæ; ac in illis, & quibusdam aliis partibus commisso tibi plenæ Legationis officio, pro Ecclesiæ Romanæ negotiis duxerimus destinandum[b]; ut commissa tibi negotia utilius exequi valeas, injungendi dilectis filiis *Fratribus*[c] *Prædicatorum*, & *Minorum*, ac aliorum Ordinum ubilibet constitutis quæcumque prosecutioni officii, vel utilitati negotiorum tibi commissorum videris expedire, ac Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi; non obstantibus aliquibus indulgentiis eis specialiter, aut Fratribus suorum Ordinum generaliter ab Apostolica Sede sub quacumque forma verborum concessis, per quas super hoc in aliquo se tueri valeant, & de quibus oporteret in nostris litteris plenam, & expressam fieri mentionem, Discretioni tuæ plenam, & liberam auctoritate præsentium concedimus facultatem.

Causa concessionis.

Cum obstantium derogatione.

Datum apud Urbem veterem XI. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut tres Fratres Ordinis Minorum ad Cisterciensium Institutum transire permittat, & quare. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist.241. tom.3.)

CXLIX. Anno 1264. die 22. Maji.

URBANUS &c.

Dilecto filio S.[d] *tituli S. Martini Presbytero Cardinali Apostolicæ Sedis Legato*[e] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

CUM, sicut accepimus, dilecti Filii Frater *Bonavoluntas* Theutonicus, Frater *Guillelmus* de Rocca Contratæ[f], ac Frater *Simon de Casis*[g] Ordinis Fratrum Minorum eo sibi sentiant ejusdem Ordinis Fratres infestos, quod in obsequiis dilecti filii *Manfredi* Electi Veronen. quondam Rectoris Anconit. Marchiæ[h] morabantur; Nos ipsorum Fratrum quieti providere volentes, absolvendi eos ab observantia dicti Ordinis, & dandi sibi licentiam, ut ad Ordinem *Cistercien.* transeant, ac faciendi eos in Monasteriis ipsius Ordinis Cistercien. tuæ Legationi commissis singulos in singulis[i], nec non Contradictores districtione, qua convenit, appellatione postposita compescendi; non obstante aliqua indulgentia Sedis Apostolicæ ipsi Ordini Fratrum Minorum, vel Monasteriis prædictis concessa[k], plenam tibi auctoritate præsentium concedimus facultatem.

Fratres 3. O.M. conquerentes.

ad Cistercienses amandat.

obstanti derogatio.

Datum apud Urbemveterem XI. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Pecuniam Episcopo Osilien. *defuncto debitam imperat exigi, deponique sub testimonio Prioris Prædic., & Guardiani Minorum Hildesemen.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. pag.147. tom.2.)

URBA-

(a) S.: *Simoni* de Monte Silice cognomento *Paltinerio*, de quo Scriptores Vitarum S.R.E. Cardinalium.
(b) Destinandum: Ob *Manfredum* Electum Veronen. paulo ante in bello ab hostibus captum.
(c) Fratribus &c.: Videas etiam Bullam 109. hujus Pontificis *Cum te &c.*
(d) S.: *Simone* de Monte Silice Diœcesis Patavinæ notissimo inter S. R. E. Cardinales ut supra.
(e) Legato: In Marchiam Anconitanam destinato ex præcedentibus litteris *Cum te ad partes &c.* hoc anno, & die scriptis.
(f) Rocca Contratæ: Diœcesis Senogallien., de cujus loco Fratrum Minorum agetur infra to.3.
(g) Simon de Casis: Forsan germanus frater *Fr. Petri de Casis* ejusdem Instituti ex nobili familia Interamnensi, quem Waddingus inter viros sanctitate claros recenset ad ann. 1270. n.26., nisi fuerit ex Oppido.
(h) Rectoris Ancon. Marchiæ: Hoc anno sub initium hujus mensis capti ab exercitu Manfredi tyranni, uti videbitur in no. ad Bullam 166. *Licet enormes &c.*
(i) In singulis: Subde *collocari*.
(k) Concessa: Habentur enim diplomata Pontif., ne facta professione unius Religionis ad aliam transeatur sine Præfectorum facultate, neque ab alia recipiatur.

CL.

Anno 1264. die 22. Maji.

URBANUS &c.

a *Dilectis filiis.. Præposito,.. & Decano* Hildesemen. [a] *Sal., & Ap. Ben.*

b EX litteris dilecti filii Fratris Henrici dicti de *Raceburg.*[b] Ordinis Prædicatorum Lubicen. [c] nobis innotuit;

c Relatio de debitoribus Episcopi Osilien.,

quod cum a Nobili viro Comite Ludulfo de Everften. quadraginta, a Vollimaro dicto de Brunefvich. feptuaginta argenti,

d & a Rodulfo Long Burgenfibus [d] in Huxar... Padeburnen. Diœcefis [e] duodecim auri Marcæ bonæ memoriæ Henri-

e f co *Ofilien.* Epifcopo [f], dum viveret, debetentur; idem Epifcopus, cujus idem ...[g] Cappellanus fuerat, præfatas auri & argenti quantitates in ultima fua voluntate

g ultimaque ejus difpofitione.

h per manus ejufdem .... [h] mandavit; unde nobis ex parte ipfius *Fratris* fuit humiliter fupplicatum, ut pecuniam ipfam exigi mandaremus; ac ordinaremus de illa, ficut videremus pro anima ejufdem Epifcopi expedire. Nos igitur de finceritate veftra in Domino confidentes difcretioni veftræ per Apoftolica fcripta mandamus, quarenus præfatos, & fi qui funt alii, hujufmodi pecuniæ debitores, quod pecuniam ipfam vobis fine difficultate perfolvant Ecclefiæ Romanæ, vel *Terræ Sanctæ* utilitatibus juxta Sedis Apoftolicæ providentiam applicandam, monitione præmiffa, per cenfuram Ecclefiafticam appellatione remota cogatis; eaque recepta illam in domo Fratrum Prædicatorum Hildefemen. fub teftimonio dilectorum filiorum.. *Prioris* domus prædictæ, &.. *Guardiani* Fratrum Minorum *Hildefemen.* [i] deponere procuretis ad mandatum noftrum pro prædictarum Ecclefiæ, feu *Terræ* neceffitatibus fidelirer confervandam. Quid, & quantum, & quando de pecunia ipfa receperitis, &

Mandat Pontifex exigi pecuniam debitam,

ac deponi fub teftimonio fupradictorum

i

cum relatione recepti,

A duxeritis deponendum; ac quicquid inde feceritis, per parentes litteras veftras, & eorumdem *Prioris*, & *Guardiani* fignatas figillis nobis quantocius refcripturi. Quod fi non ambo iis exequendis intereffe potueritis, alter veftrum ea nihilominus exequatur.

juffionifque monstratione.

Datum apud Urbem veterem XI. Kalendas Junii, Pontificatus Noftri Anno Tertio.

B

Ne Fratres Templarii, & Hofpitalarii, aliive juris quidquam fibi vindicent in Ecclefia Anteraden. *ratione donationis, compofitionis &c.* (Ex VATIC. Regef. Pontif. epift. 759. tom. 4.)

CLI.

Anno 1264. die 25. Maji.

URBANUS &c.

k l *Venerabili Fratri...* [k] *Epifcopo* Anteraden. [l] *Sal., & Apoft. Bened.*

C LEcta coram nobis tua petitio continebat, quod *Anteraden.* Epifcopi prædeceffores tui dilectis filiis Magiftris, & Fratribus Hofpitalis [m], & Templi Hierofolymit. [n], ac aliis Clericis Religiofis, & fecularibus de confenfu Capituli fui certam partem Decimarum, & aliarum rerum fpectantium ad *Anteraden.* Ecclefiam in Civitate, ac Diœcefi Anteraden. donarunt; & fuper iis cum eis certas compofitiones, & contractus alios inierunt,

Petitionis Epifcopi Anteraden. tenor

m n

de donationibus, & contractibus fuorum prædeceflorum.

D antequam locum, qui dicitur *Raffania*, & Ecclefiam, ac Diœcefim Raffanien. dictæ Anteradenfi Ecclefiæ uniremus [o], ordinantes, ut perinde haberetur omnino, ac fi Diœcefis Raffanien. pars ipfius Anteraden. Diœcefis a fuo principio extitiffet. Nos igitur tuis fupplicationibus inclinati, tibi auctoritate præfentium indulgemus, ut Magiftri, Fratres, ac alii prædicti occafione donationis, compofitionum, & contractuum hujufmodi in juribus, quæ tibi per unionem prædictam

o

Indulget Pontifex ut fupra.

(a) HILDESEMEN.: Saxoniæ inferioris fub Archiepifcopo Maguntiæ.
(b) RACEBURG: Vulgo *Ratzemburg* ejufdem Saxoniæ fub Archiepifcopo Bremenfi.
(c) LUBICEN.: Itidem Saxoniæ, & Archiepifcopatur ejufdem vulgo *Lubeck*.
(d) BURGENSIBUS: Loci Rectoribus.
(e) PADEBURNEN. DIŒCESIS: In Weftphalia fub Archiepifcopo Maguntino.
(f) HENRICO OSILIEN. EPISCOPO: Ordinis Prædicat. ex Chronico Mindenfi, & Scriptoribus illius Ordinis. *De Ofilien.* Ecclefia in Livonia diximus in not. (c) ad epift. 270 Innocentii IV. tom. 1. hujus Operis.
(g) IDEM...: Supple *Fr. Henricus de Raceburg.*
(h) EJUSDEM...: Supple *Capellani difpenfari.*

(i) FRATRUM MINORUM HILDESEMEN: Quorum locus erat 2. *Cuftodia* Alberftaden. in Provincia Saxoniæ ex veteri alias cit. *Provinciali* Ordinis apud Auctorem Polychronici, & Barthol. Pifanum Conform. xx., a Waddingo tamen non memoratur.
(k) VEN. FRATRI...: *Guillelmo* ex Ord. Minor., ut fupra in pluribus epiftolis.
(l) EPISCOPO ANTERADEN.: De qua Ecclefia in cit. epiftolis.
(m) FRATRIBUS HOSPITALIS: Qui nunc Equites Melitenfes appellantur.
(n) ET TEMPLI HIEROSOLYM.: Jampridem fuppreffis, ut alibi dictum eft.
(o) UNIREMUS: Anno fuperiore 16. Augufti diplomate 85. *In eminenti &c.*

URBANUS PP. IV. An.Ch.1264.

ctam accrevisse noscuntur, seu in loco, Ecclesia, & Diœcesi *Raffanien.* præfatis nihil sibi juris valeant vendicare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu &c.

Clausula prohib. &c.

Datum apud Urbemveterem VIII. Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [a].

a

Ne contra Castrum Radicofani *hostiliter agant Senenses, moneat diligentius, & inducat.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist. 450. tom. 3.)

CLII.

Anno 1264. die 4. Junii.

URBANUS &c.

b c

Dilecto filio Fratri Rufino [b] *Ordinis Minorum Cappellano, & Pœnitentiario nostro* [c] *Sal., & Ap. Ben.*

Quia, sicut intelleximus, ... Potestas, ... Prior viginti quatuor, & ipsi Viginti quatuor, Consilium, & Commune *Senen.* apud Campiliam [d] in exercitu commorantes hominibus Castri nostri de *Radicofano* [e], quod est Sedis Apostolicæ Cameræ specialis, de facto mandare, ac injungere præsumpserunt; ut infra certum terminum quædam, quæ requirebant ab eis, adimplere curarent; comminantes eisdem hominibus, quod si hæc non facerent, ipsi hostiliter procederent contra eos. Nos magnam in hoc factam Nobis, & Romanæ Ecclesiæ reputantes injuriam; idque non modicum ad animum revocantes mandamus, quatenus prædictos Potestatem, Priorem, Viginti quatuor, Consilium, & Commune, ad quos te pro prædictorum hominum negotio specialiter mittimus, ex parte nostra moneas diligentius, & inducas, ut infra octo dies post monitionem tuam nobis, & Romanæ Ecclesiæ de hujusmodi injuria emendam [f] plenariæ satisfactionis impendant, ipsis aperte prædicens, quod si

Senenses castrametati apud Campiliam. d e

Imperans Radicofanen. commutando.

Pontifex injuria motus mandat ut supra.

f

A monitioni tuæ non paruerint io hac parte, Nos contra eos dure, ac aspere spiritualiter & temporaliter, prout expedire viderimus, auctore Domino, procedemus. Volumus autem, ut de mooitiooe hujusmodi confici facias publicum instrumentum illud oobis fideliter delaturus.

minaturque non obtemperantibus.

Datum apud Urbem veterem II. Nonas Junii, Pontificatus Nostri An. III. [g]

g

B *Ni ab infestando Castro* Radicofani *desistant, multa minatur eis in temporalibus, & spiritualibus mala.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist. 449. tom. 3.)

CLIII.

Anno 1264. die 5. Junii.

URBANUS &c.

.... *Potestati*, ... *Capitaneo*, ... *Priori Viginti quatuor, & eisdem Viginti quatuor, Consilio, & Communi* Senen. *in exercitu apud* Campiliam [h] *existentibus Spiritum consilii sanioris.*

h

C

Licet multa enormia, multaque perversa opera, & actibus contraria devotorum contra Romanam Ecclesiam Matrem vestram commiseritis hactenus; ac multas, & diversas injurias Nobis, & eidem Ecclesiæ intuleritis Nos, & Ecclesiam ipsam vestris pravis actibus multipliciter offendendo; speravimus tamen, qund ad cor vos pœnitens reducentes, & considerantes vos graviter adversus prædictam Ecclesiam deliquisse, de commissis pœniteretis omnimode; ac studeretis vos coram Rege humiliare cælesti; & nostrum, nostrorumque Fratrum animos contra vns, vestris culpis exigentibus, provocatos condignæ satisfactionis, & devotionis obsequiis complacare. Sed vos, qood dolentes referimus, vestræ quasi prorsus salutis obliti non cessatis mala malis adjicere, offensas inculcare offensis, & injurias injuriis cumulare; dum *Manfredi* quondam Principis Tareotio., & aliorum aversorum ab

Exprobrat Senensibus enormia contra Ecclesiam Rom. facta.

D

eorumque cum Manfredo tyranno conjunctionem.

E

(a) Bioæ aliæ litteræ ad hunc Episcopum extant in Vatic. Reges. Pontif., unæ n. 1598. datæ nonis Aprilis anno Pontif. 3., quibus jubetur assignari pensio *Joanni de S. Tonio*; alteræ num. 861. datæ nonis Junii eodem anno 3., ut procedere possit contra *Henricum Anteraden. Canonicum* Archiepiscopi Genuen. *Vicarium*, qui non residebat in sua Ecclesia.

(b) Fr. Rufino: In hoc, ac præcedeoti hujus Operis tomo plusies memorato.

(c) Pœnitentiario nostro: Quibus officiis functus est etiam sub Alexandro IV.

(d) Campiliam: Oppidum agri Senensis in Tuscia, tunc Diœcesis Clusioæ, ounc vero Mootis Ilcini finitimum agri Radicophani ad discrimen alterius *Campilia* Florentinorum in finibus Principatos Plumbini.

(e) De Radicofano: Videatur not. (c) ad ep. 39. anno 1262. 14. Julii, & not. (d) ad epist. 100. anno superiore 23. Octobris data.

(f) Emendam: Pro emendatione.

(g) Hoc ipso anno Fr. *Rufinus* præsens fuit cuidam sententiæ latæ apud Urbemveterem mense Martio ex epist. 85. cit. Vatic. Reges. Pontif. tom. 4.

(h) Apud Campiliam: Ut in præcedenti epistola; ubi Fratres nostri olim Cœnobium habuerunt.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1264.

ab utero ejusdem Matris Ecclesiæ filiorum damnatis adhærendo vestigiis Christianæ societatis impugnatis pacem; & ipsius Ecclesiæ membra malignitate viperea laceratis, ponendo spem vestram in vestris temporalibus viribus, & divitiis, quibus abuti contra Deum, qui eas vobis contulit, non timetis. Ecce siquidem ad nostrum pervenit auditum, quod vos diversis persecutionum generibus, quibus prædictam vexastis hactenus, & vexari procurastis Ecclesiam non contenti; postquam Omnipotens Dominus aliquorum forsan provocatus offensis sustinuit, & permisit vos de Rocca *Campliæ* vestræ intentionis propositum obtinere [a]; ad hoc ut daretis intelligi, quod nequaquam a Deo recognoscitis id, quod de Rocca ipsa contingere toleravit, disposuistis ipsum in sua Ecclesia solito gravius impugnare, intendentes territorium Castri de *Radicofano* [b], quod utique Castrum prædictæ Ecclesiæ Cameræ specialis existit, hostiliter ingredi, & aggredi in Divinæ Majestatis contemptum, ac nostram, & prædictæ Ecclesiæ contumeliam & jacturam; nec aliquatenus attendentes, quod etsi mirabiles sint elationes maris, mirabilior tamen permanet Dominus in excelsis. Cum igitur ex hoc videamini velle in ipsius Ecclesiæ viscera manus immittere truculentas; Nos, quibus licet immeritis defensionem ejusdem Ecclesiæ, suorumque bonorum, & jurium commisit Altissimus; tantum ipsius Ecclesiæ dispendium, tantumque opprobrium tolerare nullatenus proponentes, quin exaremus, & vibremus in vos, si adversus Castrum ipsum taliter processeritis, gladium Ecclesiasticæ potestatis; Universitati vestræ de Fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica districtius inhibemus, ne contra dictum Castrum, ejusque territorium hostiliter procedere præsumatis. Alioquin cum Nos frequenter vobis fuerimus comminati, quod *personas*, & *bona Senensium* Civium, ubicumque invenirentur, exponeremus libere occupanda Fidelibus [c]; & Civitatem vestram *Episcopali* privaremus dignitate; ac nihilominus *debitores* eorum-

& contra Radicofanenses aggressionem.

Psal. 92. 4.

Contra quos ne procedant, inhibet Pontifex.

nam quæ alias eis comminatus est,

A dem Senensium Civium, cujuscumque status, conditionis, vel honoris forent, tam in Ultramontanis, & Citramontanis, quam in Ultramarinis partibus constitutos omnibus debitis pecuniariis, & aliis, in quibus eisdem tenentur Civibus, nec non a juramentis pro debitorum ipsorum solutione præstitis Apostolica auctoritate absolvere, ac liberare, & instrumenta confecta super eisdem debitis cassare, & evacuare penitus curaremus; & pro-
B cessus, si quos ratione debitorum ipsorum eorum a quibuscumque Judicibus ordinariis, vel a Sede Apostolica delegatis haberi contingeret, decerneremus irritos, & inanes, ac nullius existere firmitatis. Privaremus etiam omnes *filios*, & nepotes eorumdem Civium per descendentem lineam; *Clericos* omnibus Personatibus, Dignitatibus, Præbendis, & aliis Ecclesiasticis beneficiis, quæ obtinent; & redderemus eos prorsus inhabiles ad illa, vel
C alia in posterum obtinenda; quia si contra hujusmodi inhibitionem nostram venire temptaveritis procedendo hostiliter contra prædictum Castrum, ejusve territorium; ex hoc vos principales hostes & impugnatores ipsius Ecclesiæ liquidius ostenderitis; Nos ex nunc de prædictorum Fratrum consilio prædictas pœnas vos incurrere decernimus ipso facto; exponentes *bona Senen.* Civium, ubicumque in-
D venta fuerint, libere occupanda Fidelibus; & *personas* eorum capiendas, & etiam detinendas; ac Civitatem Senen. *Episcopali* dignitate privantes; & nihilominus omnes hujusmodi *debitores* eorumdem Civium auctoritate Apostolica ab omnibus debitis & juramentis hujusmodi absolventes, & etiam liberantes, ac instrumenta super eisdem confecta debitis cassantes & evacuantes; ac processus,
E siquos ratione debitorum ipsorum coram quibuscumque Judicibus ordinariis, vel delegatis a prædicta Sede haberi contigerit, decernentes irritos, & inanes, ac nullius existere firmitatis; omnesque filios, & nepotes eorumdem Civium per descendentem lineam; *Clericos* omnibus Personatibus, Dignitatibus, Præbendis, & aliis Ecclesiasticis beneficiis, quæ obtinent,

quæ etiam recenset.

Ipso facto eos incurrisse pronunciat,

easque repetit.

(a) OBTINERE: Arcem enim eam expugnaverant Senenses Gibellini, & Manfredi tyranni sequaces.
(b) DE RADICOFANO: Ut in prædicta epistola, & alibi antea.

(c) OCCUPANDA FIDELIBUS: Jam anno superiore publicaverat Pontifex Senensium bona usque ad x. millia marcarum Sterlingorum ex ep. 63. *Exigente perfidia &c.*, nunc autem omnia minatur, & pejora.

URBANUS PP. IV. An. Chr. 1264.

tinent, præmissa auctoritate privantes, & reddentes eos prorsus inhabiles ad illa, vel alia imposterum obtinenda. Et ecce dilectum filium *Fratrem Rufinum* [a] Cappellanum & Pœnitentiarium nostrum, virum utique providum & discretum, religione conspicuum, ac nobis & Fratribus nostris suæ meritis probitatis acceptum ad vos propter hoc specialiter destinamus. Vos ergo ipsum benigne recipientes, & honeste tractantes indubitatam ei in iis, quæ vobis super præmissis ex parte nostra dixerit, adhibere fidem, illaque studeatis efficaciter adimplere [b].

a — & mittit ad eos Fr. Rufinum O. M. procurare.

Datum apud Urbem veterem Nonis Junii, Pontificatus Nostri An. III.

Ut, quibusdam adhibitis circumstantiis, Sororibus Pœnitentibus Lucemburgen. *S. Claræ Regulam concedat*. (Ex Regesto Vatic. epist. 755. apud Waddingum in Regesto Pontif. num. 11.)

CLIV. Anno 1264. die 20. Junii.

URBANUS &c.

Dilecto filio .. Ministro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum administrationis Coloniæ [c] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium.

PIA vota personarum humilium, quæ laudibus Divini nominis frequenter invigilant, & virtutum cultui sine intermissione desudant, aure benigna suscipere, ac promptis delectamur affectibus adimplere. Sane petitio dilectarum in Christo filiarum Sororum *Pœnitentium* [d] loci Sancti Spiritus de *Lucemburgo* [e] Treveren. Diœcesis Nobis exhibita continebat, quod ipsæ olim in loco ipso absque Superioris auctoritate ex simplicitate, ac Religionis fervore Sanctæ Claræ Ordinem *Sancti Damiani* tunc temporis nuncupatum assumentes quamdam Monialem de Monasterio Sanctæ Claræ *Meten.* [f] ejusdem Ordinis in Abbatissam sibi præficere studuerunt. Postmodum autem dictæ Sorores, nulla de his habita mentione, nostras ad dilectum filium Ministrum Provincialem tui Ordinis in Regno *Franciæ* [g] litteras impetrarunt [h] inter alia continentes, ut ipse dictis Sororibus, cum requireretur ab eis, *Regulam* Sancti Damiani de consensu Diœcesani loci absque juris præjudicio alicujus auctoritate nostra, si expedire videret, concedi procuraret; sed nullus ex hujusmodi litteris, prout asseritur, ex eo habitus est processus, quod eædem non fuerunt litteræ præsentatæ. Quare prætactæ Sorores ad Nos recursus habentes Nobis humiliter supplicarunt, ut providere ipsis in hac parte salubriter curaremus. Nos itaque ipsas intuitu devotionis earum, ac etiam obtentu dilecti filii Nobilis Viri Comitis *Lucemburgen.* [i], qui Nobis eas per affectuosas litteras commendavit, paterno prosequentes affectu discretioni tuæ præsentium auctoritate committimus, quatenus si dictæ Sorores sub *clausura* consistunt, & facultates habent, de quibus possint commode sustentari, consideratis diligenter circumstantiis universis, quæ circa locum, & Sorores præfatas, ac etiam *Regulam* nuper a Nobis eidem Ordini traditam fuerint attendendæ; aliquorum discretorum Fratrum tui Ordinis super hoc requisito consilio, præfatas Sorores Ordini *Sanctæ Claræ* prætactæ auctoritate nostra per te, vel per alium incorporare procures sine alterius juris præjudicio, si videris expedire.

Monialium expositio, atque petitio

e 3. S. Francisci Ordine ad 2. S. Claræ transeuntium,

& pro Regula ad Pontificem scribentium.

Mandat Pontifex ut supra

Datum apud Urbem veterem XII. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ut

(a) Fr. Rufinum: De quo in dicta præcedenti epistola.

(b) Adimplere: Sed tam abfuit, ut illi obtemperarint, ut paulo post defuncto Pontifice Patrimonium B. Petri, & Urbemveterem infestaverint, bidunque Radicofanum tentaverint ex Raynaldo ad hunc ann. n. 71., & ex epist. Clementis IV. *In Confectione &c.* anno sequenti die 15. Augusti scripta.

(c) Administrationis Coloniæ: Sive Provinciæ Coloniæ, quæ & Alemanniæ, aut Germaniæ inferioris vocabatur; cujus *Custodia* n. erat Trevirensis ex antiquo *Provinciali Ordinis* nostri sæpecitato.

(d) Sororum Pœnitentium: Nempe *Tertii Ordinis* S. Francisci anno 1257 a Luxemburgensi Ducissa institutarum ex Bruschio de Archiepisc. Treviren. n. 81. apud Waddingum ad eum annum num. 27.

(e) De Lucemburgo: Luxemburgum urbs ampla Belgii nunc *Ducatus* sui cognominis caput extat, duabus leucis tantum a finibus Lotharingiæ, & sex a Treviris distans in occasum.

(f) Meten.: Ad Mosellam fluvium intra fines Lotharingiæ, de quo Monasterio agit Waddingus ad annum 1258. num. 24.

(g) In Regno Franciæ: Nam Metæ al Metis vulgo *Metz* spectabat ad *Custodiam* Lotharingiæ in Provincia Franciæ constitutæ.

(h) Litteras impetrarunt: Quæ non habentur saltem vulgatæ.

(i) Comitis Lucemburgen.: Nunc *Ducis* titulo insigniti.

Ut bona etiam per usuram extorta, & ad eas hæreditate perventa retinere valeant reddenda tamen legitime repetentibus. (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist. 883. tom. 4.)

CLV.
Anno 1264. die 21. Junii.

URBANUS &c.

Dilectis in Christo filiabus.. Abbatissæ, & Conventui Monialium Inclusarum Monasterii Sanctæ Mariæ de Cerco Plano [a] *juxta Civitatem* Massan. [b] *Ordinis S. Claræ Sal., & Apost. Bened.*

a b

Exordium.

MERITIS vestræ Religionis inducimur, ut vos prosequamur gratia, quæ vestris necessitatibus esse dignoscitur opportuna. Sane petitio vestra Nobis exhibita continebat, quod nonnulla de bonis quondam *Dulcebenæ* Civis Massan. ex successione dilectæ in Christo filiæ *Danielæ* natæ ipsius vestri Monasterii Monialis ad vos alias legitime pervenerunt. Quia vero idem Civis quandoque ab aliquibus extorsit usuras; vos dubitantes, ne bona ipsa, seu pars eorum de lucris fuissent hujusmodi usurarum, pro serenanda vestra conscientia in locis, in quibus Civis ipse usuras exercuit, præconizari fecistis, quod vos bona ipsa eis, a quibus dictus Civis illa per usurariam pravitatem extorserat, restituere volebatis. Verum cum nullus apparuerit, qui bona ipsa repeteret; vosque illos, quibus bonorum ipsorum restitutio fieri debeat, nec invenire, nec scire possitis, humiliter petebatis a Nobis, ut paupertati vestræ super retentione illorum subvenire de benignitate Apostolica curaremus. Nos itaque vestris supplicationibus annuentes, ut veris existentibus supradictis, præmissa bona cum fructibus perceptis, & percipiendis exinde retinere libere valeatis, vobis auctoritate præsentium duximus concedendum. Ita tamen, quod si occurrat aliquis, qui bona ipsa ad se legitime doceat pertinere; vos illa sibi effectu prompto restituere studeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario &c.

Sanctimonialium petitionis tenor,

quæ bona ex usuris acquisita se restituras denunciant,

sed creditorum nemo comparuit.

Concedit Pontifex, ut supra,

addita conditione.

Clausula prohib. &c.

Datum apud Urbem veterem x. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno III.

Ex duabus Regulæ Clarissarum *formulis parum inter se differentibus optionem dat assumendi, & observandi, quam velint.* (Ex Reges. Vatic. epist. 329. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 12.)

CLVI.
Anno 1264. die 21. Junii.

URBANUS &c.

Dilectis in Christo filiabus.. Abbatissæ, & Conventui Sororum Minorum Inclusarum Monasterii Beatæ Catarinæ juxta Provinum [c] *Senonen. Diœcesis Salutem, & Apostol. Benedictionem.*

c

CARISSIMI in Christo filii nostri... Regis *Navarræ* [d] illustris precibus inclinati *Regulam*, & vitæ formulam, quam fel. record. ALEXANDER PAPA [e] prædecessor noster ad preces carissimi in Christo filii nostri Franciæ Regis [f] illustris Abbatissæ, & Conventui Monasterii *Humilitatis* Beatæ Mariæ [g] Parisien. Diœcesis perpetuis observandam temporibus, & *Regulam Sororum inclusarum* nuncupandam concessit [h]; quamque Nos postmodum ad ipsius Regis Franciæ precum instantiam in aliquibus capitulis per dilectum filium nostrum S. tit. Sanctæ Ceciliæ Presbyterum Cardinalem [i] corri-

Causa constitutionis tenor.

d

e

f

g

h

Regulam in quibusdam correctam Monialibus concedit.

i

(a) S. M. DE CERCO PLANO: Cujus nulla mentio fit in Annalibus Franciscanis, nisi sit illud *S. Maria de Massa*, quod Alexander IV. univit alteri S. Bartholomæi de Falesio, postea disjunxit ex ejus epist. 394. *Cum a nobis petitur &c.* anno 1257. idibus Decemb. scripta; diversum tamen videtur.

(b) MASSAN.: In Tuscia ex conjecturis.

(c) MONASTERII B. CATHARINÆ JUXTA PROVINUM: vulgo *Provins* Oppidum Galliæ Provinciæ Briæ caput 18. leucis a Lutetia Parisiorum distans; Monasterium autem anno 1237. a *Theobaldo IV.* Principe in medio monte *S. Catharinæ* nuncupato ad vii. lapidem a supradicto Oppido Pruvini extructum fuit, cujus in Ecclesia conditum est Cor ejusdem *Theobaldi* Posthumi cognominati, & corpus *Petri* ejus filii, qui in ipsa juventute decesserat ex Waddingo in Annal. Minor. ad eum annum num. 17.

(d) REGIS NAVARRÆ: *Theobaldi V.* Campaniæ Gallicæ, Briæque Comitis Palatini, qui cum an. 1270. in Africam una cum S. Ludovico Francorum Rege contra Saracenos transfretasset, in regressu mari vexatus in conspectu Siciliæ, ut vix in terram evaderet, Drepani demum morbo correptus decessit pridie nonae Decembris, cujus corpus asportatum est ad Ecclesiam hujus Monasterii, quod multum auxerat paternæ liberalitati adstipulatus ex laudato Waddingo.

(e) ALEXANDER PAPA: Hujus nominis IV.

(f) FRANCIÆ REGIS: S. Ludovici IX. Soceri prædicti Theobaldi V. Regis Navarræ.

(g) MONASTERII HUMILITATIS B. MARIÆ: Anno 1259. fundati a B. *Isabella* memorati Sancti Ludovici Regis Sorore.

(h) CONCESSIT: Anno 1260., vel circiter; nam hujus concessionis diploma non habetur.

(i) S. TIT. S. CÆCILIÆ PRESBYTERUM CARDINALEM: Simonem de Bria Gallum Apostol. Sedis Legatum in Galliam, qui postea fuit *Martinus IV.* semper vero Ordini S. Francisci addictissimus.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1264.

corrigi facientes *Sororum Minorum inclusarum* Regulam statuimus nuncupandam [a]; vobis juxta correctionem, & nuncupationem hujusmodi perpetuo in vestro Monasterio concessimus observandam [b]. Quia vero dilectus filius noster J. S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis [c] *Regulam*, seu formulam Sororum Ordinis *Sancti Damiani*, cujus curam sibi commisimus, in aliquibus de mandato nostro correxit, & a personis ipsius Ordinis observari mandavit [d]: Nos attendentes, quod eædem vivendi *Formulæ* in substantialibus parum differre noscuntur, vestris precibus annuentes devotioni vestræ assumendi, & servandi perpetuo illam ex prædictis *Formulis*, quæ magis secundum Deum concordaverit votis vestris, plenam, & liberam auctoritate Apostolica concedimus facultatem.

Formulæ Clarissarum a diversis factæ parum in substantialibus differunt.

Datum apud Urbem veterem x. Kal. Julii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Alios Nuncios ad Imp. Palæologum *pro unione Ecclesiarum mittit Episcopum Crotonien. & Gerardum, Raynieriumque Minoritas, & qua de causa*. (Ex Regesto Vaticano epist. 134. apud Waddingum in Annal. Minor. num. 2.)

CLVII.

Anno 1264. die 22. Junii.

URBANUS &c.

Michaeli Palæologo *Illustri Imperatori Græcorum gratiam in præsenti, per quam obtineat gloriam in futuro*.

1. Timoth. 2. 5.

Exordium a B. Petro Apostolorum Principe, Ecclesiæque capite.

Ephes. 5. 27.

Psal. 79. 12.

MEDIATOR Dei, & hominum Deus, & homo Dominus Jesus Christus, qui Ecclesiam suam congregatam ex gentibus non habentem maculam, neque rugam super gentes, & Regna constituit; extendirque palmites ejus usque ad Mare, & usque ad terminos terræ ipsius propagines dilatavit, ad hoc *Beatum Petrum* Apostolorum Principem ipsius Ecclesiæ Caput instituit, & Magistrum, ut tam ipse, quam cæteri ejus Successores oves Dominicas eidem Apostolorum Principi confidenter a Summo Pastore verbo ter repetito commissas Fidei Catholicæ documentis imbuerent, morum instruerent disciplina, & vivendi norma dirigerent in cælestium semitam mandatorum; ac super ipsas vigiles observantes excubias illam de ipsis curam gererent; illamque circa eas sollicitudinem adhiberent, ut ipsas in unum ovile collectas sub unitatis glutino, & caritatis vinculo ad Divina obsequia retinerent; & si quas disgregatas a grege conspicerent, indesinentibus studiis, & laboribus indefessis ad gregis consortium revocarent. Nos igitur, qui licet immeriti super oves ipsas Pastoralis officii magisterium per Divinæ dispositionis providentiam obtinemus; & qui totis ob hoc desideramus affectibus, ut Christiana plebs sub uno veræ *Fidei* cultu proficiat; & variæ gentium nationes extra Romanæ Matris Ecclesiæ gremium evagantes in unum sub ejusdem vexillo *Fidei* congregatæ ad Catholicam redeant unitatem; & in illa stabili, auctore Deo, firmitate persistant; recepta, & perlecta nuper Excellentiæ Imperialis epistola [e], quam Nobis venerabilis Frater noster *Nicolaus Crotonien. Episcopus* [f] præsentavit; intellectis quoque his, quæ idem Episcopus Nobis ex parte Magnitudinis tuæ narravit oretenus, eo majoris gaudii fuimus jucunditate perfusi; eoque uberius Lætitiæ fructu horrea mentis nostræ replevimus, quo certiorem Nobis spem, & fiduciam firmiorem de tua, tuique salute Imperii, ejusque Episcopi fidelis, & discreta relatio, & epistolæ series attulerunt. In eadem namque Sublimitatis tuæ epistola, in ipso videlicet salutationis tuæ exordio vidimus contineri, quod ex reverentia, qua Deum Sion in ejus Vicario venerans, Nos quamvis indignos, & meritis infimos, beatissimum veteris Romæ Papam, & Summum Apostolici

ejusque ministerio, nec non successorum ipsius.

Joan 21. 17.

Pontificis plum, & ardens desiderium.

Imp. Palæologus epistolam mittit Pontifici per Episcopum Crotonien.

Compendium epistolæ Imperialis.

(a) Statuimus nuncupandam: Anno 1263. die 27. Julii per Constitutionem *Religionis augmentum &c.* supra relatam.
(b) Concessimus observandam: Cujus concessionis litteræ ad nos non pervenerunt.
(c) J. S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis: Joannes Cajetanus Ursinus Romanus Ord. Minor. Protector, qui postea fuit *Nicolaus III.*
(d) Observari mandavit: Per litteras incipien. *Attendentes de facili &c.* datas nonis Maji anno 1264., quas refert Waddingus in Annal. Min. ad eum annum in Regest. Pontif. num. x.
(e) Imperialis epistola: Quam ex Regest. Vatic. vulgavit Waddingus in Annal. Min. ad hunc an. n. 1.
(f) Crotonien. Episcopus: Natione Græcus ob summam eruditionem, prudentiam, rerumque agendarum peritiam in Occidente factus Episcopus in Brutiie nunc Calabria sub Archiepiscopo Rhegino, de quo Ughellus tom. 9. Ital. Sac., & Raynaldus in Annal. Eccles. ad hunc annum num. 61.

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1264.

stolici Throni Pontificem humiliter recognoscens filialem Nobis reverentiam cum honore Christianorum *Fidei*, & Divinis convenientem Canonibus obtulisti, adjiciens qualiter in omnibus orationibus tuis nostram, & Fratrum nostrorum filiali affectu agis memoriam apud Deum; ut Conditor Orbis, & Dominus Nobis, quem fateris locum primi, & perfectioris inter omnes obtinere Pontifices, septiformem Paracleti gratiam, in qua totum Ecclesiæ corpus unitur, consolidatur, sanctificatur, & regitur, in præsenti vita concedat; & hujusmodi gratiam per Nos ad te, & cætera membra ipsius Ecclesiæ sua virtute transmittat; & tandem Nos in futuro seculo cum Beatissimis Petro, & Paulo, Summis Throni Apostolorum Principibus coronare dignetur. Deinde etiam in eadem epistola subjunxisti, quod licet multoties prædecessorum tuorum Imperatorum Græcorum [a] temporibus Legati ad ipsos ab Apostolici Throni Præsulibus fuerint pro pace, & unitate, quam Schismatici laceraverunt, in Dei Ecclesia reformanda transmissi; iidem tamen Legati tam profundo vulneri de nullo medicinæ remedio providerunt, sed magis semper hujusmodi schisma succrevit, pro eo quod dicti Legati expositionem sermonis ad sacrorum expositionem dogmatum, quæ in Sanctorum Patrum libris habentur, minus perspicue, minusque depromebant dilucide, & sine interprete medio loqui ad invicem nesciebant. Propter quod contigit, quod ipsi Legati, cum Interpretes hujusmodi insufficientes scientia, & impotentes existerent ad intentiones illorum, prout erat expediens, exprimendas, ad veritatis centrum, & ad normam pervenire veræ *Fidei* nequiverunt: ex quo inter utrumque populum rancor processit, & odium; fuerunt livores accensi; motæ contentiones, & lites, suscitata jurgia; & animi ad pertinaciam, & contumaciam, & armorum quoque strepitum, & effusionem sanguinis, & ad alia etiam quamplura crudelia, & enormia concitati. Cumque Tu, sicut ejusdem epistolæ tenor innuit, postquam Imperii tui

Cur Legati aliorum Impp. Græcorum non profecerint in unione Ecclesiarum.

Sed inde odia, & dissidia provenerunt.

A solium conscendisti, ex quadam voce lætitiæ, quæ tuis insonuit auribus, percepisses, quod prædictus *Nicolaus Crotonien. Episcopus*, qui tamquam planta fructifera de virenti, & florido Patriæ tuæ viridario, tuæque gentis origine ad hortum memoratæ Romanæ Ecclesiæ fuerat transplantatus, sine personarum acceptione zelator, ac sacrarum explanator intelligens Scripturarum, tuas eidem Episcopo litteras transmisisti, B rogans instanter eumdem, ut Dei, suæque amore Patriæ occulte ad tuam præsentiam se transferret, ut immediate ex ore ipsius veritatem *Fidei*, quam Sancta, & Catholica Romana Dei Ecclesia profitetur, & Divinarum Scripturarum doctrinam, quam ad eruditionem eadem Romana proponit Ecclesia, formamque nostri Divini Sacramenti, seu Ritus, Græci relatione sermonis audires, & haurires nostram, & Fratrum nostrorum C plenarie voluntatem. Idem vero *Episcopus* Spiritu Divino præmunitus ad tuum Imperium a te sic vocatus accessit, in cujus aspectu magnam te scripsisti concepisse lætitiam, ac si nostram desiderabilem tibi faciem inspexisses; & tandem Episcopus ipse tibi, & tuis omnia, quæ sunt veræ *Fidei* per ordinem reseravit; quæ tu corde, & animo illustrans, recte respiciens Sanctam Dei Romanam reperisti Ecclesiam non alienatam D a te in Divinis piæ *Fidei* dogmatibus; sed eamdem fere tecum scientem, sapientem, consonam, seu concordem. Dicto namque Episcopo tibi doctrinam ipsius Romanæ Ecclesiæ, & SS. Patrum ejus Silvestri videlicet, Damasi, Cælestini, Agathonis, utriusque Leonis Magni scilicet, atque Novi [b], necnon Gregorii Dialogi [c], Hilarii Pictavien., Ambrosii Mediolanen., Augustini, Hieronymi, Fulgentii, & aliorum expositio- E nes, ac rectæ *Fidei* dogmata fideliter explanante; sicut in eadem asseruisti epistola, SS. Patrum Græcorum, Athanasii Alexandrini, Basilii Cæsareæ Cappadociæ, Gregorii Magni Theologi, Gregorii Nisseni, Joannis Chrysostomi, & utriusque Cyrilli hæc consona, & consentanea penitus invenisti, in ipsa epistola

Crotonien. Episcopus Græcus vocatur a Palæologo Constantinopolim pro doctrina Rom. Ecclesiæ discenda.

Crotonien. Episcopus instruit Palæologum, & ad unionem cum Latinis disponit.

ostenditque veteres SS. Doctores Latinos omnino convenire cum antiquis Doctoribus Græcæ Ecclesiæ.

(a) Imperat. Græcorum: Ut ex Annal. Eccles., aliisque scriptoribus haberi potest.

(b) Novi: Nempe *Secundi* natione Siculi.
(c) Dialogi: Idest *Primi* ita a Græcis appellati.

la confitendo, quod ea Fide sincerissima suscipis, honoras, credis, & tenes, & omnes perfectivas operationes idest *Sacramenta* ejusdem Romanæ Ecclesiæ veneraris, credens ea effectum habere in animabus justis, quæ Deo uniuntur, configurantur, confirmantur, & etiam conformantur. Unde a Nobis cum multa instantia petivisti, ut Nos, qui *Principatum* habemus omnium Sacerdotum, sumusque Doctores universalis Catholicæ Ecclesiæ, ad uniendam amodo hanc Ecclesiam, cui constanter affirmas Deum Nos loco Beati Petri singulariter præfecisse, ardenti semper desiderio laboremus; præsertim cum ad hoc tua tranquillitas, seu benignitas adeo in omnibus, & per omnia prompta sit, exposita penitus, & parata, quod prædictæ Romanæ Ecclesiæ Matri tuæ tamquam totius Catholicæ Ecclesiæ corpori Præpositæ & Magistræ omnes nationes, & gentes, cunctasque Patriarchales Sedes, extenso per Divinæ virtutis gratiam præcelso Imperii tui brachio, sicut tua Serenitas obtulit, plene subjicies ad laudem, & gloriam Divini nominis, & Christianæ Religionis augmentum. Demum autem Nos instanter, & affectuose rogasti, ut prædictum *Episcopum*, quem cum hujusmodi tuis litteris tuæ veræ, & non fictæ Catholicæ *Fidei* cum bona conscientia & mente sincera Divino accensus Spiritu ad hoc ad Sedem Apostolicam destinabas; ut ipse omnia, quæ apud te, & una tecum, & tu cum eo protulisti, & etiam ordinasti; ac tuam voluntatem, tuumque propositum nostris auribus intimaret; cum aliis discretis, & sanctis viris instructis, nostrisque responsionibus præmunitis, qui tibi plenarie nostram voluntatem, & affectionem referant; & una tecum omnia, quæ sunt veræ *Fidei*, & uniendæ Ecclesiæ opere infallibili valeant complere, ad tuum remittere Imperium curaremus. Hujusmodi ergo Excellentiæ Imperialis epistola nostris compræhensa luminibus, & ad Fratrum nostrorum solemniter, prout tanti negocii exigebat qualitas, reducta notitiam; Nos, itemque Fratres ex amœna lectione ipsius veluti ex præsentialibus Serenitatis tuæ affectibus recreati Patri luminum, a quo est datum omne optimum, & omne donum perfe-

Palæologus a Nobis postulat a Pontifice utriusque Ecclesiæ unionem.

Ut pro negotio unionis Pontifex prædictum Episcopum cum suis Nunciis ad se remittat.

Pontifex, & Cardinales summa lætantur lecta Imperatoris epistola.

Jacob. 1. 17.

A ctum, etiam medullatum cum omnimodæ devotionis incenso gratiarum obtulimus holocaustum exultantes alacriter, & unanimiter collaudantes, & benedicentes Dominum, qui tantam Nobis dignatus est facere gratiam, quod in diebus nostris per tuæ sollicitudinis ministerium aperiatur via compendii salutaris, per quam Ecclesia Dei ad antiquam, & tranquillam prioris unitatis semitam redeat; & Grex Dominicus ad B caulam unam, eamdemque congestus sub unius Pastoris regimine, & in unius professione *Fidei* gubernetur salubrius; & in ejus observantia firmius solidetur. Et digne quidem gaudemus, Excellentissime Imperator, quod ex his, quæ in præmissa continentur epistola, ferventem te agnoscimus erga Nos, & Fratres nostros, ac eamdem Romanam Ecclesiam sinceritatis affectum, & ad utriusque unionem Ecclesiæ zelum ardentis carita- C tis habere; dum inter occupationes multiplices, quibus animum tuum continua Reipublicæ cura sollicitat, & procellosus frangendorum sæcularium fluctus involvit, pro Nobis, eisdemque Fratribus, & Ecclesia intentis frequenter, ut scripsisti, apud Deum vacas orationibus, & pro unitate renovanda in Ecclesia Dei adeo utiliter, & efficaciter laborasti, quod agnita per eumdem *Episcopum* D concordi a variarum & diversarum Scripturarum, quas SS. Patres tam *Latini*, quam *Græci* in Orthodoxæ Fidei fulcimentum sub diversitate temporum ediderunt; & quadam laudabili ejusdem professione *Fidei* in prædicta epistola ex tui prosperitate ingenii, & cum puritate fideliter expressa, & simpliciter denotata illud desideranter appetis, & constanter prosequi velle videris, quod eadem Romana desiderat, & semper desideravit E Ecclesia; & quod etiam prædecessores nostri Romani Pontifices a tempore, cujus non extat memoria, cunctis studiis, cunctisque nisibus penes prædecessores tuos Græcorum Imperatores studuerunt, licet eorum studia desideratum fructum non produxerint, promovere. Lætamur etiam, & merito in jubilum supernæ laudis assurgimus, quod præparata est jam materia, & via etiam expedita ipsi Ecclesiæ ad sui animi desiderium, suæque intentionis propositum de unione hujus-

Palæologus erga Romanam Ecclesiam se bene affectum ostendit.

& unionem utriusque Ecclesiæ peroptat.

Cujus unionis spem magnam concipit Pontifex.

hujusmodi celeriter obtinendum: cum nunquam ita certa de hoc spes, firmaque sibi fiducia exhibita fuerit; quemadmodum memoratæ tenor epistolæ ad ea, quæ prædictus *Episcopus*, quem tamquam virum circumspectum, & providum, eruditum in lege Domini, ac fervidum tui honoris, & nominis zelatorem, & in nostris, & prædictorum Fratrum nostrorum oculis multipliciter gratiosum benigne recepimus, & diligenter audivimus; nostro Apostolatui expressit oretenus, Nobis de ipsius unionis negocio præbuerunt. (Luc. 2. 14.) *Gloria* igitur *in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*; (2. Corinth. 6. 2.) quia *ecce nunc acceptabile tempus* advenit: *ecce nunc dies salutis* gratia plenus adest. Exurgant ergo omnes *Fidei* Catholicæ zelatores; & una cum prædicta Romana Ecclesia eorum Matre immensa jucunditate lætentur, & gaudeant, quod Imperator tantæ potentiæ, & qui tam magni Imperii moderatur habenas, promptum se exponit, & offert ad Fidem Catholicam propagandam in gentibus; ad exaltationem ipsius Ecclesiæ apud nationes etiam barbaras procurandam; & cultum Divinum sub Apostolicæ Sedis Magisterio ubilibet ampliandum. (Pontificis ad Palæologum conversio.) Sed non minus ex præmissis in te, inclyte Imperator, eximiæ debet exultationis causa consurgere: non minus cor tuum debet ardere, tuusque magnificus animus in gaudiis dilatari. Pensando namque præmium, quod tibi pro tantæ pietatis opere Divina dispensatio compensabit: considerando quoque, quod pro rè tam sancta, tam utili, tamque Deo, & Ecclesiæ fructuosa funiculo tuæ magnitudinis, & potentiæ per cuncta Mundi climata extendetur latius, & dilatabitur amplius vita tua, & post tui dissolutionem corporis nunquam tui memoria Nominis morietur. Potes utique non immerito Deo salutari tuo, pro cujus honore tantum Ecclesiæ suæ Sponsæ bonum promoves, jubilare, sibique devotas gratiarum actiones exsolvere pro eo, quod tibi scire, posse, ac velle de alto concessit inveniendi, ac prosequendi vias, & modos, quibus, remotis a tanto negotio cujuslibet veteris difficultatis obstaculis, tam damnosa gentis utriusque dissensio, de facili amodo, Divina favente clementia, sopiatur. (Præcedentes Papæ Apocrisarii.) Licet itaque ab olim dilectos filios *Simonem de Alvernia*, & *Petrum de Moras*, *Petrum de Crista*, & *Bonifacium de Yporegia* Fratres Ordinis Minorum Apocrisarios nostros [a] super hujusmodi negocio sufficienter instructos ad tuam Magnitudinem duximus destinandos, propter quod ipsi satis ad ea, quæ scripsisti, sufficere videbantur; tuis tamen gratis & placidis illecti oblationibus; & ex concepta de complemento negocii spei certitudine confortati; excitati quoque tuæ puritatis affectu, quem ad Nos, & prædictum negocium te gerere ipsius tenor epistolæ, ac memorati *Crotonien. Episcopi* expressio attestantur, tuæ saluberrimæ petitionis instantia debita cum Fratribus nostris attentione pensata, & petitioni satisfaciendum fore decrevimus, & petenti: & ecce Apocrisarios nostros, videlicet prædictum *Episcopum* [b], necnon dilectos filios *Gerardum de Prato* [c], & *Raynerium de Senis* [d] Fratres Ordinis Minorum, (Novi Nuncii ad Palæologum mittuntur a Pontifice.) pauperes utique Christi servos, Religione conspicuos, providos, discretos, ac Nobis, & Fratribus nostris gratos multipliciter, & acceptos ad Imperialem Excellentiam de ipsorum Fratrum consilio destinamus; ut idem *Gerardus*, & *Raynerius* his, quæ præmissa continebat epistola, & quæ idem *Episcopus* ex parte tuæ Celsitudinis retulit, & ex ore tuo plenius intellectis simul cum prædicto Episcopo animum tuum in hujusmodi tam sancto proposito corroborent, & confirment; teque ad melius salutaribus eorum monitis incessanter inducant; ac nostra & eorumdem Fratrum nostrorum vota tibi ple-

(a) Apocrisarios nostros, De quibus in epist. *Imperialis excellentia*, aliisque anno 1263. die 28. Julii supra relatis.

(b) Prædictum Episcopum: Nempe Nicolaum Crotoniatem.

(c) Gerardum de Prato: Nobili tunc Oppido nunc Episcopali Sede ornato, ac Pistoriensi unito in Tuscia sub Archiepiscopo Florentino inter Florentiam, & Pistorium; *Gerardus* vero fuit postea socius *Bonagratia* anno 1279. Ministri Generalis, annoque præcedenti Nuncius ad Tartarorum Regem ex Annal. Minor. Waddingi.

(d) Raynerium de Senis: Urbe nobilissima, atque notissima etiam Hetruriæ, forsan ille, quem Barthol. Pisanus conform. 11. par. 2. §. 12. dicit *de Piccolhominibus*, & Provinciæ Romanæ *Ministrum*, postea & suæ Provinciæ Tusciæ; & Waddingus ad ann. 1257. n. 13. meminit ejus ministerii in Prov. Romana.

URBANUS PP. IV. An.Ch.1264.

plenius exprimentes una tecum, & cum prædictis aliis Apocrisariis nostris [a], si præsentes in tua Curia fuerint, alioquin per se ipsos diligenter, & frequenter intendant ad præparanda illa, quæ ad finalem dicti consummationem negocii fuerint opportuna. Ideoque Imperialem Excellentiam rogamus attentius, & hortamur obsecrantes te per aspersionem Sanguinis Jesu Christi, quatenus attendens provide, quod mora semper extitit nociva paratis; quodque tantæ salutis opus non est aliquatenus differendum; nostras, & prædictorum Fratrum nostrorum animas non ulterius non suspendas; sed tamquam Solatis radius de cujuslibet obscuræ dubietatis caligine in Auroram lucidam festinanter erumpas; & consurgens in Ecclesiæ firmamento patefacias toti Mundo tuæ bonæ super hoc inrentionis splendorem, tuique laudabilis propositi claritatem. Accelera, quæsumus, ad paratos tibi cum desiderio maternæ susceptionis amplexus; & confidenter paternæ caritatis brachiis te committas, ita quod Mater sub longiori expectatione ulterius non languescar, nec Patris fauces exclamando ad te altius raucæ fiant. Cæterum prædictos *Episcopum*, *Gerardum*, & *Raynerium* cum omni benignitate recipias; eorumque exhortationibus aures tuæ Serenitatis inclines: Ipsi enim sinceritatem amoris, & favoris plenitudinem, & puritatis affectum, quibus te, tuumque Imperium prosequi, Deo auctore, proponimus; ac nostram, & dilectorum Fratrum nostrorum intentionem tibi apertius poterunt indicare.

Exhortatio Pontificis pro negotii prosecutione.

Nuncios suos commendat Imp. Palæologo.

Datum apud Urbem veterem x. Kalen. Julii, Pontificatus Nostri Anno III.

Veronen. Ecclesiarum, ac diœcesis ad Romanam Ecclesiam reversæ ordinationem, ac provisionem committit alias indictam. (Ex Reges. Vatic. Pontif. epist.1063. to. 4.)

URBANUS &c.

CLVIII.

Anno 1264. die 24. Junii.

Dilectis filiis.. Vicario dilecti filii Manfredi Electi Veronen.....[b], *Priori Fratrum Prædicatorum*, & *Jacobo Canonico Veronen. Salutem*, & *Apostolicam Benedictionem*.

Ex parte dilectorum filiorum Cleri, & populi *Veronen.* Civitatis & Diœcesis fuit propositum coram nobis, quod fel. record. Alexander Papa [c] prædecessor noster, postquam eadem Civitas ad devotionem Sedis Apostolicæ rediit [d] dilecto filio..[e] *Electo* Veronen. providendi Ecclesiis earumdem Civitatis & Diæcesis de Prælatis, & Ministris, & conferendi Præbendas ac beneficia, quæ vacabant in ipsis Ecclesiis, vel quæ vacare contingeret, personis idoneis; ac ordinandi easdem Ecclesias de personis hujusmodi; nec non contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi concessit per suas litteras plenam, & liberam facultatem; quarum auctoritate idem *Electus* Prælatis, Capitulis, Canonicis, & Clericis prædictarum Ecclesiarum inhibuit, ne aliquem in Prælatum, Canonicum, vel Clericum eligere, aut aliquas Præbendas, vel beneficia quibuscumque conferre aliquatenus attemptarent; propter quod eædem Ecclesiæ, cum idem *Electus* propter suam absentiam [f] non potuerit eis, in quibus non est competens servitorum numerus, providere; debitis obsequiis defraudantur. Quare prædictis Clero, & Populo nobis humiliter supplicantibus, ut cum idem *Electus* Ecclesiæ Romanæ tunc insistens obsequiis provisioni Ecclesiarum earumdem personaliter interesse non posset, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos volentes cultum Divinum in eisdem Ecclesiis non minui, sed augeri; dilectis filiis.. Minorum Fratrum Marchiæ Tarvisin.[g] Provinciali *Ministro* [h], & quondam.. Priori Fratrum Prædicatorum Veronen., ac tibi, fili Jacobe, in virtute obedientiæ nostris dedimus litteris [i] firmiter in præceptis,

Veronensium expositionis tenor

de Alexandri IV. facultate Electo Veronen. data.

qui Electus Ecclesiæ beneficia conferri inhibuit.

& Veronenses ad Sedem Apostolicam recurrunt.

Provisionem committit,

(a) Aliis Apocrisariis nostris: Quos paulo ante commemoraverat sub no. (a).
(b) Electi Veronen.: De quo Ughellus, & nos alias egimus.
(c) Alexander Papa: Quartus hujus nominis.
(d) Rediit: Post mortem Ezelini Tyranni anno 1259. in fine mensis secutam.
(e) Delecto filio: Manfredo, ut supra.
(f) Absentiam: Missus enim fuerat anno 1261. ab Alexandro IV. in Marchiam Anconitanam Rector, & Ductor exercitus Ecclesiastici contra invasionem in eam a copiis Manfredi tyranni factam.
(g) Marchiæ Tarvisinæ: Postea S. *Antonii*, Venetæque nuncupatæ Provinciæ.
(h) Provin. Ministro: Fr. N.
(i) Litteris: Quæ non habentur a nobis.

ceptis, ut ea vice in illis ex prædictis Ecclesiis, quæ erant in eo statu, in quo existebant ante dissensionem dudum inter *Veronen.* exortam, antiquum restaurare-ris numerum Servitorum, si forte aliqui de numero ipso deessent; alias vero Ecclesias, quarum status erat deterioratus, ordinaretis de Canonicis & Clericis; prout pensatis earum facultatibus diligenter secundum Deum expediens nosceretis: Etsi forsan aliquæ ex prædictis Ecclesiis essent Prælatis, vel Rectoribus destitutæ, Prælatos & Rectores instituere curareris in eis; ac postmodum Prælatis, Capitulis, & Clericis prædictarum Ecclesiarum ordinandi ex tunc de Canonicis, Clericis, Prælatis, ac Rectoribus, prout pertinebat ad eos, concederetis auctoritate nostra liberam facultatem. Ceterum cum nonnulli Ecclesias, & Ecclesiastica beneficia per impressionem & potentiam sæcularem; alii vero per electionem minus Canonicam post promotionem prædicti *Electi* [a], seu post hujusmodi inhibitionem in prædictis Civitate, & Diœcesi occupassent, & occupata tenerent; volnimus, & mandavimus, ut tu, fili Jacobe, ac Collegæ tui [b] ante omnia tales ab Ecclesiis & beneficiis amoveretis eisdem: Quod si alias eis dinosceretis merita suffragari, libera ab ipsis Ecclesiarum & beneficiorum hujusmodi resignatione recepta, ipsis de æquivalentibus beneficiis, pensatis eorum meritis, curareris in Ecclesiis, in quibus taliter beneficiati extiterant, providere; contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; Potestatis, Consilii, & Communis Veronen. ad hoc, si opus esset, auxilio invocato. Et si forte iidem Potestas, Consilium, & Commune nollent in iis vobis auxilium exhibere; vos non procederetis aliquatenus in præmissis. Et licet tu, fili Jacobe, ac præfatus Prior incepissetis, ut dicitur, in negotio ipso procedere, memorato *Ministro* super hoc procedere non curante; Nos tamen tam *Ministrum*, quam *Priorem* eosdem exonerasse dicimur ab executione negotii supradicti [c]; sicque te, fili Jacobe, in ipso negotio per te procedere nequeunte, non potuit circa illud debitus haberi processus. Nos igitur paci & tranquillitati earumdem Civitatis & Diœcesis providere volentes dictorum Cleri & Populi supplicationibus inclinari Vos, filii Vicarie, & Prior, præfatis *Ministro*, & *Priori* Prædicatorum prædecessori tuo, fili Prior, duximus in hujusmodi negotio subrogandos, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandantes, quatenus in eodem procedaris negotio juxta prædictarum directarum ad eosdem *Ministrum*, & *Priorem* prædictorum, & ad te, fili Jacobe, nostrarum continentiam litterarum.

Res tamen incepta non progreditur.

Pontifex alios substituit, & mandat ut supra.

Datum apud Urbem veterem VIII. Kalendas Julii Pontificatus Nostri An. III.

Jubetur munus benedictionis impertiri Abbatissæ Monasterii Senatoris Papien. (Ex VATIC. REGES. PONTIF. epist. 268. to.3.)

URBANUS &c.

CLIX.

Anno 1264. die 25 Junii.

Venerabili Fratri ... [d] *Episcopo* Maginen. [e] *Papiæ commoranti Salutem, & Apostolicam Benedict.*

EX parte dilectarum in Christo filiarum *Felicis* Abbatissæ, & Conventus Monasterii *Senatoris* [f] Papien. Ordinis Sancti Benedicti fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum ... [g] *Papien.* Episcopus pro eo, quod ipse auctoritate Venerabilis Fratris nostri ... [h] Archiepiscopi *Turritan.* [i], & dilecti filii Magistri *Guale* [k] Notarii nostri quondam Sedis Apostolicæ Legatorum est, suadente justitia, vinculo *excommunicationis* astrictus [l], & in Civitate *Papien.* excommunica-

Monialium Senat. Papien. expositionis tenor.

Papien. Episcopus Eccles. censura ligatus.

(a) PROMOTIONEM PRÆDICTI ELECTI: An. 1261. ab Alexandro IV. factam.
(b) COLLEGÆ TUI: Minister videlicet, & Prior.
(c) NEGOTII SUPRADICTI: De qua re itidem litteræ non apparent.
(d) VEN. FRATRI ...: *Raynerio* Ord.Min., ad quem sunt epist. 75. 76. 77. 163. & 481. Alexandri IV.
(e) EPISCOPO MAGINEN.: Leg. *Maynen.* in Peloponeso nunc *Morea*, ut in litteras 77 *Licet ea &c.* Alexandri PP. IV. anno 1255. idibus Julii datis.
(f) MONASTERII SENATORIS: De quo diximus in no.(c) ad epist.161. Alexandri IV. *Dilecta in Christo &c.*
(g) UT CUM ...: *Guillelmus Canetus* Papien., cujus est mentio in cit. epist. 481. Alexandri IV., item 45. & 144. hujus Urbani.
(h) FRATRIS NOSTRI ...: *Stephani* Hispani Ord. Prædicat. ex illius Ord. scriptoribus, & ex Sardinia Iac.
(i) TURRITANI: In Sardinia, quem ad *Gennenses* etiam legatum anno superiore ex Reges. Pontif. scribit Reynaldus ad ann. 1263. n. 16.
(k) GUALE: Cujus legationem ad *Pisanos* memorat cit. Raynaldus n.75., non ad Insubres, seu Lombardos.
(l) ASTRICTUS: Sed causa reticetur, nec in Annal. Eccles. quidquam habetur.

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1264.

Meeder Pontifex id, quod supra.

nicatus publice nuntiatus eidem Abbatissæ benedictionis munus, quod adhuc non recepit, non possit impendere, sibi mandaremus hujusmodi munus impendi. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, prædictæ Abbatissæ auctoritate nostra prædictum munus impendas. Nolumus tamen, quod per hoc possit eidem Episcopo, vel Ecclesiæ *Papien.* imposterum aliquod præjudicium generari.

Datum apud Urbem veterem VII. Kalendas Julii Pontificatus Nostri An. III.

Ut non obstante Interdicto *Divinis interesse possint, servatis, quæ juris sunt.* (Ex Reges. Vatic. epist. 776. apud Waddingum in Reges. Pontif. num. 13.)

CLX. Anno 1264. die 5. Julii.

URBANUS &c.

Dilectis filiis Magistro, & Fratribus, ac Sororibus de Pœnitentia [a] *conjunctorum Castri* Sancti Geminiani [b] *Vulteran. Diœcesis* [c] *Sal., & Ap. Ben.*

Exordium.

Pium arbitrantes, & congruum, ut in iis prompti simus ad gratiam, quæ profectum respiciunt animarum; illa vobis affectione paterna concedimus, quæ fructum salutis æternæ producturam speramus. Hinc est, quod Nos vestris devotis supplicationibus annuentes vobis auctoritate Apostolica indulgemus, ut non obstante *Interdicto*, cui terras *Tusciæ* adhærentes *Manfredo* quondam Principi Tarentino duximus supponendas [d], Divina in Ecclesia vestra Parochiali; si in ea forte ab ipsius Canonicis, seu Cappellanis ex indulto Apostolico celebrantur; alioquin ab aliquo alio religioso Presbytero in eadem Ecclesia simul, & divisim audire possitis; & Ecclesiastica recipere Sacramenta; dummodo Divina ipsa, clausis januis, non pulsatis campanis, excommunicatis quoque & interdictis, & omnibus aliis exclusis, voceque oppressa celebrentur ibidem; ac vos, & hujusmodi Presbyter causam non dederitis *interdicti*; nec id vobis, & ei contingat specialiter interdici: Præsentibus post *triennium* minime valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario &c.

Fratrum Sororumque supplicationibus indulget, ut supra.

Exceptio adjecta.

Concessio limitata.

Clausula prohib. &c.

Datum apud Urbem veterem III. Non. Julii, Pontificatus Nostri Anno Tertio [e].

Administratio Monasterii S. Pauli de Urbe *confertur Fr. Florasio O. M. ob Abbatem illius loci de variis excessibus traductum.* (Ex Vatic. Reges. Pontif. epist. 466. to. 3.)

CLXI. Anno 1264. die 17. Julii. [f]

URBANUS &c.

Dilecto filio Fratri Florasio [f] *Ord. Minorum Cappellano nostro Salutem, & Apost. Benedictionem.*

De Abbate S. Pauli de Urbe inquisitionem fieri jubet.

Cum nuper contra Fredericum Abbatem Monasterii *Sancti Pauli de Urbe* [g] super quibusdam excessibus, de quibus infamia manifesta notatur, inquisitionem ex officio nostro fieri fecerimus [h] diligentem; Nos indempnitati ejusdem Monasterii, ne pendente hujusmodi inquisitionis negotio Monasterium ipsum in spiritualibus, vel temporalibus incurrere valeat detrimenta, providere volentes; quia de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinemus; tibi curam & administrationem ipsius *Monasterii* tam in spiritualibus, quam in temporalibus præsentium auctoritate committimus gerendam a te usque ad nostræ beneplacitum voluntatis. Ideoque mandamus, quatenus ad prædictum Mona-

Et Monasterii cura committitur Fr. Florasio O. M.,

cui mandat ut se conferre, & haec administrationem gerere.

(a) De Pœnitentia: Quod est Tertii Ordinis S. Francisci, ut alias, & non semel ostendum est.

(b) Castri S. Geminiani: in Tuscia, ubi Fratres *Minores* locum obtinuerunt in Ordinis exordio nempe anno 1221 opera S. P. Francisci; ideoque a. al. 3. est Conventus *Custodiæ* Senensis in veteri *Provinciali Ordinis* apud autorem Pulichronici, & Barthol. Pisanum Conform. 11. Fratres vero *de Pœnitentia* his circiter temporibus habuerunt B. *Bartholum*, & B. *Vivaldum* ejus discipulum, de quibus Auctor Annalium Ord. Min. ad annum 1300. fusius egit.

(c) Vulteran. Diœcesis: *Volaterra* vetustissima Rom. colonia, & Hetruriæ Civitas in Monte media inter Senas, & Pisas Episcopalis sub Romano Pontifice, pluribus titulis celebrata.

(d) Duximus supponendas: De quo *Interdicto* agit Pontifex in Bulla *Dudum fel. rec. Alexander Papa &c.* hoc eodem anno die 13. Januarii edita pro omnibus personis, & Religionibus.

(e) Adducit hoc diploma Stephanus Rosselius apud Dom. Mannium de veter. Sigillis to. 14. p 48. al. 51.

(f) Fr. Florasio: Vincentino, de quo in epist. 54. *Dilectus filius &c.*, 91. *Quia omnes &c.*, & aliis.

(g) S. Pauli de Urbe: De quo Mabillonius pluribus in locis Annal. Benedict., sed agit præcipue ad annum 1000. lib. 16. num. 129., locum tamen & exitum non prodidit: crediderim illud, quod dicebatur *S. Paulus ad Fontem Felicem*, nunc *S. Maria de Victoria* a PP. Carmelitis Reform. S. Teresiæ excultum.

(h) Fieri fecerimus: Per quos autem id factum non reperimus; absunt enim isthæc ab Annalibus Eccles. Raynaldi, & aliorum.

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1264.

Monasterium te personaliter conferens curam & administrationem hujusmodi prudenter geras & salubriter, ac efficaciter exequaris; ita quod idem Monasterium sub tua vigilantia gratis tribuente Domino consurgat augmentis. Nos enim sententiam, quam rite tuleris in rebelles, super quo tibi plenam concedimus tenore præsentium potestatem, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inviolabiliter observari.

B Datum apud Urbem veterem xvi. Kal. Augusti Pontificatus Nostri Anno III.

CLXII. Anno 1264. die 15. Julii.

In eumdem modum ... Decano & Conventui, ac universis vassallis Monasterii *S. Pauli de Urbe* &c. Cum nuper contra Fredericum Abbatem &c. (*ut in superiori proxima usque*) providere volentes; quia de circumspectione dilecti filii *Fratris Florasii* Ordinis Minorum Cappellani nostri plenam in Domino fiduciam obtinemus &c. (*verbis competenter mutatis usque*) beneplacitum C voluntatis: Ideoque Universitati vestræ mandamus, quatenus dictum Fratrem *Florasium* recipientes devote, & honorificentia condigna tractantes, eidem tanquam Administratori, seu Procuratori dicti Monasterii pareatis humiliter, & efficaciter intendatis. Alioquin sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, super quo plenam sibi per easdem concessimus litte-
a ras [a] facultatem, ratam &c. (*usque*) observari. Datum apud Urbem veterem Idi-
b bus Julii Pontificatus Nostri Anno III. [b]

D

Prædicationem Crucis adversus Manfredum tyrannum, ejusque fautores injungit, Indulgentiam, & privilegium tribuens. (Ex Vatic. Regest. Pontif. epist. 473. to. 3.)

CLXIII. Anno 1264. die 18. Julii.

URBANUS &c.

Dilecto filio .. Guardiano Fratrum Mi-
c *norum* Fulginat. [c] *in Fuligino, &*
d *quondam Fulginat. Diœcesis* [d] *Salutem, & Apost. Bened.*

Manfredi tyranni scelera.

ASCENDENTE, ac diffundente se circumquaque fumo scelerum, in quibus tyrannus ille, ac præcipuus persecutor Romanæ Matris Ecclesiæ *Manfredus* [e] videlicet quondam Princeps Tarentin., velut in quodam lutoso volutabro volutatur, eadem ab olim persensit Ecclesia; quod idem *Manfredus* ex quampluribus probabilibus conjecturis habendus erat de hæretica pravitate probabili suspicione notabilis, imo vehementi, & valida præsumptione suspectus; & licet Ecclesia eadem multorum curricula temporum in diversis processibus sibi ad pœnitentiam, & satisfactionem clementer indulserit; ipse tamen ejusdem Ecclesiæ benignitate damnabiliter & impudenter abutens se in superbiam magis, ac magis erexit pejora semper prioribus committendo. Nam, ut alia persecutionum genera, quibus sub diversitate temporum prædictam vexavit Ecclesiam, silentio relinquamus ad præsens; nuper, ut Ecclesiam ipsam, & *Fidem* Catholicam, de qua male sentire videtur, in illarum fortius fundamento concuteret; non contentus, quod per Christianos licet malos, suæque persecutionis Ministros dictam impugnabat Ecclesiam; *Sarracenos* [f], & Infideles alios, ac blasphemos nominis Christiani in ipsius Ecclesiæ viscera immittere non expavit; ut Nobis, & toti Orbi evidentius daret intelligi; quod non solum prædictam Ecclesiam, verum etiam *Fidem* in illa persequitur orthodoxam. Dignum est igitur, ut exurgant fideles *Fidei* Zelatores; & Matris Ecclesiæ filii appræhendant arma, & scutum, & exurgant in adjutorium Matris suæ; ac posito cum Moyse gladio supra femur, stent pro Ecclesia, pro *Fide*, pro libertate, pro patria, & obfirment vultus suos adversus tyrannum prædictum mala, quibus Ecclesia in *Italiæ* partibus iis diebus atteritur, pestiferis suæ iniquitatis flatibus commoventem. Et cum Apostolica Sedes pro ipsius defensione *Fidei*, eamque impugnantium debellatione salubri ad remotiora Mundi climata [g] copiosa subsidia consueverit destinare suffragantibus ad hoc largas re-

Side-notes: c — de hæresi suspicionem. — Ecclesiæ persecutionem. — f — & cum Saracenis societatem ineuntes. — Psal. 14. 3. — In quem concitat Fideles. — g

Margin letters: A, B, C, D, E

missio-

(a) Litteras: Incip. *Cum nuper &c.* datas post biduum, sed quæ jam sunt præmissæ.
(b) Hujus Monasterii, Fratrisque *Florasii* redibit sermo ad Clementis IV. epist. *Cum a nobis petitur &c.* anno 1268. die ultima Martii scriptam.
(c) Fulginat: De quo loco dictum est ad epist. 36. Alexandri IV. *Cum sicut ex parte &c.* an. 1255. 2. Martii scripta.
(d) Quondam Fulginat. Diœcesis: Nondum enim dignitas Episcopalis Fulginatibus restituta fuerat, ut alias tradidimus.
(e) Manfredus: Jam ab Alexandro IV. proscriptus, & Eccles. censura constrictus.
(f) Saracenos: Ut legere est in Annal. Eccles. Raynaldi ad ann. 1260. n. 2. & alibi.
(g) Climata. Ut Græciam, Palestinam, Prussiam &c.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1264.

missiones, & indulgentias concedendo; A Nos attendentes, quod pestis persecutionis hujusmodi, cujus idem *Manfredus* est actor, prædictæ Ecclesiæ tam vicina pestilentior esse posset, si eadem Ecclesia pro sua, dictæque tuitione *Fidei* suæ provisionis apponere opportuna consilia, suæque altetius conflare differret molimina potestatis; discretioni tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus tam per te, quam per Religiosos tuos, B quos ad hoc idoneos fore cognoveris, proponens per Civitatem *Fuliginat.*, illiusque Diœcesim Christifidelibus verbum *Crucis*, eos, ut contra prædictum *Manfredum*, ejusque complices & fautores tanquam contra ipsius hostes *Fidei* signum salvificæ Crucis assumant; & in nostrum, & ipsius Ecclesiæ, ac *Fidei* auxilium viriliter & potenter exurgant, studeas sedulis monitis, & studiosis inductionibus exhortari. Nos enim de C Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi; & ex illa, quam nobis Deus licet indignis ligandi, atque solvendi contulit potestatem, omnibus, qui nobis, & eisdem Ecclesiæ, ac *Fidei* tam in Patrimonio Beati Petri in Tuscia, quam in Ducatu Spoletano adversus eumdem *Manfredum*, & complices, & fautores ipsius astiterint; & efficax in per- D sonis, vel bonis juvamen impenderint, illam suorum peccaminum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, veniam indulgemus; ipsosque illo privilegio, eaque volumus immunitate gaudere, quæ *Terræ Sanctæ* succurrentibus in generali Concilio [a] sunt concessa.

Mandatque ea, quæ supra notata sunt.

Indulgentiam cum privilegio tribuens.

a

Datum apud Urbem veterem v. Kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno III.

CLXIV. In eumdem modum.. Ministris Fratrum Minorum *Romanæ*, & *Beati Francisci*, *seu Umbriæ Provinciarum*, mutato dumtaxat nomine Civitatum, & locorum.

CLXV. b In eumdem modum.. *Assisinat.*, *Ortano*, & *Viterbien. Episcopis* [b] ex Ord. Minor., mutatis iis, quæ personis competunt.

Post tot injurias, & damna Romanis Pontificibus, Romanæque Ecclesiæ illata, atque plura alia crimina hortatur, at ad cor rediens Electum Veronen. ab ejus exercitu in vinculis detentum libertati tradat, ob quam rem ei mittit Fr. S. Ordinis Minorum. (Ex epist. 60. MSS. S. Martini Turonen. apud tom. 2. Thesauri Anecdot. MARTENE, & DURAND.)

URBANUS &c.

CLXVI. Anno 1264. die... Julii. c

Manfredo *olim Tarentino Principi* [c].

Improperat ei flagitia sua multa, & varia; hortaturque, ut resipiscat.

Licet enormes injustitias, & atroces injurias adversus Deum, & Romanam Ecclesiam commiseris hactenus; & tam Nos, quam fel. record. INNOCENTIUM, & ALEXANDRUM Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam plurimis, & continuis molestiarum, & vexationum cumulis provocaveris [d], sperans tamen, quod aliquando ad cor rediens, & te graviter offendisse considerans in conspectu Altissimi pœnitentiæ dona, & contriti cordis, ac humiliati spiritus holocaustum offerres &c. [e] Sed quia tu, quod dolentes referimus, curare de tua fama, tuoque honore aliquatenus non videris; cum non cesses mala malis adjicere, offensas inculcare offensis, & injurias injuriis cumulare &c. [f] Nequaquam tibi credere possumus, quod in agro tui pectoris adeo providentiæ vigor marcuerit, quod protsus ignores, quid deceat, quidve dedeceat; & in quantum subditus Domino tenearis; & ideo securius tibi pro dilecto filio scilicet *M. Veronensi* Electo [g], quem in tam E justitiæ defensione, quam justi prosecutione negotii per tuorum militum agmina captivatum tuus tenet carcer inclusum, nostratum precum primitias duximus

d

e

f

g

& Veronen. Electum e carcere dimittat.

(a) GENERALI CONCILIO: Nempe Lateranensi IV. anno 1215. coacto.
(b) EPISCOPIS: De quibus alias agitur.
(c) TARENTINO PRINCIPI: Quem anno 1262. in die Cœnæ Domini a se citatum ad comparendum &c. scribit universis Christifidelibus litteris *Olim in die Cœnæ &c.* datis eodem anno die 17. Novembris.
(d) PROVOCAVERIS: Legi possunt Annales Ecclesiastici Raynaldi de prædictis Pontificibus lacessitis, & memorati Manfredi vexationibus variis sub annis.
(e) OFFERRES &c. Videas reliqua apud supracitatos Martenem, & Durandum.
(f) CUMULARE &c.: Ut supra apud prædictos.
(g) M. VERONENSI ELECTO: Erat hic *Manfredus de Robertis* e Regio Lepidi nobilissima prosapia natus, magnus illis temporibus orator, & Marchiæ Anconitanæ Rector ab Alexandro IV. anno 1261. ad Veronensem Ecclesiam evectus; cumque partes Ecclesiæ in Manfredo tyranno invasas in Piceno strenue tueri conaretur, insidiis circumventus ab illius militibus est captus prope finem Pontificatus Urbani, de eoque plura tradit Ughellus tom. 5. Italiæ Sac. in Episc. Veronen. n. 90.

mus dirigendas sperantes, quod tu fallere in hoc Deum habebis præ oculis; & verecundus nostris in hac parte desideriis .... preces hujusmodi eo promptius ... * in posterum, quo de sinceriori affectu procedere dignoscuntur. Maxime cum rogemus pro viro erga Deum, & prædictam Ecclesiam fide, ac devotione præclaro, vitæ munditia, & morum honestate decoro, qui suæ probitatis exigentibus meritis ad Pontificalem dignitatem per providentiam Apostolicæ Sedis electus factus est Levita Domini, & Christi Minister, qui per Prophetam tangi Christos suos, & in Prophetis suis malignitatem prohibuit exerceri. Tuam igitur nobilitatem rogamus, & tibi attente per Apostolica scripta mandamus, quatenus attendens provide, quod homo, qui tibi nequaquam in aliquo tenebatur, potuit juste pro Nobis, & prædicta Ecclesia, qui ejus sumus Domini spirituales, ad mandatum nostrum Anchonam, & Marchiam, & alias terras ipsius Ecclesiæ defensare. Propter quod non debes in eum aliquatenus desævire &c.[a] Et ecce dilectum filium, & *Fratrem S.* de Ordine Minorum[b] Nuncium nostrum virum utique providum, & discretum, & Religione conspicuum, & nostris, ac nostrorum Fratrum oculis gloriosum ad tuam præsentiam propter hoc duximus destinandum; cui in his, quæ tibi super præmissis ex parte nostra dixerit, adhibere fidem, illaque efficaciter adimplere procures. Accelera igitur, ut remotis quibuscunque difficultatibus, & dissolutionum obstaculis ad lætificandum Patris animum de filii liberatione festina Electum ipsum statim nobis cum eodem Nuncio in nostrum, & prædictæ Ecclesiæ gaudium remittendo[c]; quoniam non minus de spe, quæ Nobis in hoc de tua conversione præbetur, quam de illius remissione gaudebimus, ut condignas Altissimo gratias referemus[d].

* suscipies.

Psal. 104. 15.

quem & magnopere commendat, & a factis ejus valide caveat;

ac propter eam Fr. S. nuncium suum sa illi mittere scribit.

Præcipit, ut ex pecunia quadam Episcopi Avenionen. Bononiæ deposita C. libras Turonen. Tabellioni Bononiensi assignent. (Ex Bullario Ord. Prædicat. tom. I. Bul. 55. Urbani IV.)

URBANUS &c. CLXVII.

Anno 1264. die 30. Julii.

Dilectis filiis .. Prioribus Fratrum Prædicatorum, *&* Sancti Michaelis de Bosco, *& ..* Guardiano *Fratrum Minorum* Bononien.[e] *Executoribus testamenti bonæ memoriæ ... Episcopi Avenionen.*[f] *Sal., & Apost. Bened.*

Narratio facti, & causa committendi;

EXPOSUIT Nobis dilectus filius *Bsna* Tabellio Civis Bononien., quod Nos totam pecuniam, quam bonæ memoriæ *Z...*[g] *Avenionen. Episcopus* penes Jacobum de Racorgatis[h], Amadorem Pacocori[i], Nicolaum Bonigerardi, & eorum socios Cives, Mercatores Bononien. nomine depositi, sive mutui, dum viveret, commendarat, Venerabili Fratri nostro Episcopo tunc *Electo* Bononien.[k] per nostras mandavimus litteras[l] nostro, & Ecclesiæ Romanæ nomine

(a) DESÆVIRE &c.: Ut supra apud cit. Martene &c.

(b) FRATREM S. DE ORDINE MINORUM: Quem esse existimamus *Simonem de Alverna* ab hoc Pontifice anno 1263. cum tribus aliis Minoritis legatum Constantinopolim ad Imp. Michaelem Palæologum pro utriusque Ecclesiæ scissura tollenda, schismateque extinguendo ex præfati Pontificis epistolis eo anno die 28. Julii exaratis.

(c) REMITTENDO: Qui tandem *Electus* in sequenti anno interventu Jacobi Regis Aragoniæ a Clemente IV. per litteras ad eum VI. Kalendas Martii anno I. biduo post ejus coronationem datas hortati liber factus est post diem nonarum Julii quibusdam conditionibus interpositis ex aliis ejusdem Clementis ad ipsum *Electum* adhuc captivum nonis Julii anno I. scriptis apud cit. Martene &c. num. 2. & 75.

(d) REFEREMUS: Desunt locus, dies, & annus, quibus scripta fuit hæc epistola; in margine quidem legitur annus 1265. sed cum errore, quando certo constat, Urbanum IV. vivendi finem fecisse anno 1264. 6. nonas Octobris. Cum autem scripta fuerit ob captivitatem Electi Veronen. quam contigisse post diem 3. Maii, & ante 17. Julii anno 1264. elicimus ex epistolis hujus Pontificis ad Regem Franciæ, & ad omnes Prælatos Eccl. ac Monasteria Galliarum dat. V. nonas Maii anno III. apud Raynaldum in Annal. Eccles. ad ann. 1264. n. 13., & Martene tom. 2. Anecdot. epist. 36., atque ex epist. 56. apud cit. Martene ad Simonem S. R. E. Card. & Legatum 16. Kalend. Augusti anno III. data; in illa enim commemorans Pontifex omnes injurias, & vexationes Manfredi tyranni de *Electi Veronen.* captivitate nullum facit verbum, facit vero in hac ultima; liquet epistolam supradicto Manfredo scriptam fuisse anno 1264. post diem 3. Maii, & ante 1. Octobris.

(e) BONONIEN.: Horum nomina habemus in hujus Pontificis epist. VI. *Significantibus dilectis &c.* supra ad annum 1261. relata.

(f) EPISCOPI AVENIONEN.: *Zoeni*, ut infra.

(g) Z.: *Zoenus*, ut in dicta epistola *Significantibus &c.*, & in alia *Sua nobis dilecti &c.* jam supra legendis, de quo videas ibi: Fertur enim Bononiæ *Collegium* erexisse, quod diu perstitit.

(h) DE RACORGATIS. *De Recovello* dicitur in cit. epist. *Significantibus &c.*, & *de Racorgeto* in altera *Sua nobis &c.*

(i) PACOCORI: *De Pizegotis* vocatur in prædictis epistolis.

(k) TUNC ELECTO BONONIEN.: *Octaviano* juniori *Ubaldino*, de quo in notis ad memoratas epistolas; ubi & errorem in I. epistola hunc *Episcopum* tunc referente exponximus.

(l) MANDAVIMUS LITTERAS: Nempe cit. *Significantibus &c.* anno 1261. nonis Novembris datas.

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1264.

a b

Tabellionis conquestio.

ne signari; dantes nihilominus eidem Episcopo aliis nostris litteris [a] in mandatis, ut pecunia ipsa recepta, inde centum librarum Turonen. [b] dicto Civi sine dilatione, ac difficultate qualibet summam exhiberet; sed idem Civis nihil est, ut asserit, ex directis eidem Episcopo Bononien. prædictis litteris commodi assecutus. Nos itaque volentes, quod facta eidem Civi in hac parte gratia a Nobis sortiatur effectum; discretioni vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus si ita est, & idem Civis sit pauper, & indigens ita, quod alias non habeat, unde possit commode sustentari; de pecunia, & aliis bonis, quæ dictus Aventionen. Episcopus indistincte nullis personis, vel locis expressis in pios usus per manus vestras juxta vestrum arbitrium erogari mandavit; præfatas centum libras monetæ sine dilatione, ac difficultate qualibet dicto Civi exhibere curetis, ita quod exinde vestræ obedientiæ promptitudo valeat commendari; alioquin nolentes, quod ad Nos verbum nostrum vacuum revertatur, eidem Episcopo Bononien. nostris literis injungimus [c], ut ipse vos ad id monitione præmissa per censuras Ecclesiasticas appellatione remota compellat: non obstante, si vobis, vel vestris Ordinibus a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari per litteras Apostolicas, quæ de verbo ad verbum de indulgentia hujusmodi plenam, & expressam mentionem non fecerint, non possitis; seu quavis alia indulgentia dictæ Sedis, per quam id impediri valeat, vel differri.

Præcipit Pontifex ut fiat cum adjecta conditione,

comminando, &

c

derogando privilegiis Apostolicis obstantib.

Datum apud Urbem veterem III. Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Nonnulla decreta condit pro concordia inter Minorum, & Clarissarum Ordines circa regimen Monialium. (Ex Reges. Ord. pag. 56. apud Waddingum in Reges. Pontif. n. 9., & in Annal. Min. ad ann. 1263. n. 16.)

URBANUS &c.

CLXVIII. Anno 1264. die 19. al. 17. Augusti.

Dilectis filiis Joanni *Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali* [d], *& Fratri* Bonaventuræ *Ministro Generali* [e] *Ordinis Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem*.

d

e

Exordium a Pontificis sollicitudine pro pace inter personas religiosas servanda.

INTER personas sub sanctæ Religionis observantia Divinis mancipatas obsequiis servare cupimus unitatem, & pacem sollicitum studium, & operam impendentes, ut unitæ vinculo solidæ caritatis liberius virtutum Domino famulentur. Cum itaque *Fratrum Minorum* olim tibi, fili *Cardinalis*, & postmodum *Sancti Damiani* Ordinem Venerabili Fratri nostro *Stephano Episcopo Prænestino* [f] duxerimus committendum [g]; ac nonnulli ex eisdem Fratribus a Monasteriis ejusdem *Sancti Damiani* Ordinis, in quibus Ecclesiastica Sacramenta inibi degentibus ministrabant, post hujusmodi concessionem factam dicto *Episcopo*, prout accepimus, sint amoti; & ipsorum Monasteria [h], quæ sine cohabitatione aliquibus exhibentur Monasteriis memorati Ordinis, eisdem Monasteriis sint subtracta. Propter quod, nec non ex quarumdam litterarum [i] circa hoc dicto *Episcopo* concessarum occasione, quæ, ut dicebas, in manifestum, tu fili *Cardinalis*, Ordinis eorumdem Fratrum tibi commissi poterat præjudicium redundare; ac etiam, quia quædam proponebantur pro *Sancti Damiani* Ordine supradicto, quæ libertati prædicti Ordinis Fratrum, ut ex ipsorum Fratrum parte asseritur, derogabant; turbationis, & quæ-

Protectio Fratrum Minorum Card. S. Nicolai in Carc. Tull. committitur, Clarissarum vero Episcopo Prænestino

f g

Fratres a Monasteriis amoti.

h

i

Inde turbationis materia orta est.

(a) Aliis nostris litteris: Quæ ad nos non pervenerunt.

(b) C librarum Turonen.: Quarum valor exponitur a Cl. Fresnensi Domino Cangii in suo Glossario n. *Moneta*, & not in 1. hujus Operis tomo.

(c) Nostris litteris injungimus: Quæ nescitur, an extent.

(d) Joanni S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Cardinali: Ursino anno proxime præterito post Comitia Generalia Ordinis Protectore Fratrum, & Sororum constituto.

(e) Fr. Bonaventuræ Ministro Generali: Anno 1257. assumpto, qui præterito anno 1263. in Comitiis Generalibus mense Majo Pisis coactis inter alia statuta illud fecit, ut omnino dimitteretur cura Monialium Clarissarum, quod etiam a Pontifice obtinuit.

(f) Stephano Episcopo Prænestino: Hungaro, qui paulo post Monialium protectionem dimisit, & Jo: Cajetano uterque Ordo commendatus fuit.

(g) Committendum: Desunt litteræ, quibus hunc Protectorem Clarissarum constituit; erat tamen adhuc hoc tempore ex his litteris.

(h) Monasteria: Lego *Ministeria*.

(i) Quarumdam litterarum: Quæ non extant.

quæstionis materia est orta. Nos circa salubrem utriusque Ordinis statum paterna sollicitudine vigilantes quamdam ordinationem, provisionem, decretum, ac statutum de Fratrum nostrorum consilio, & assensu fecimus; prout inferius continetur. Volentes igitur concordiæ utriusque *Ordinis* diligenter intendere, ac saluti animarum dicti Ordinis *Sancti Damiani* misericorditer providere, discretionem tuam, fili *Generalis Minister*, rogamus, & hortamur attente, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus usque ad Generale Capitulum tui Ordinis proximum celebrandum [a], aliquos de Fratribus tuis facias in Monasteriis morari, in quibus tempore dictæ commissionis factæ dicto *Episcopo* morabantur; & illos, qui adhuc morantur in ipsis Monasteriis, usque tunc dimittas ibidem, vel alios loco ipsorum substitui facias, prout videris expedire: aliquos vero facias deputare ad ministrandum præfatis personis hujusmodi Ecclesiastica Sacramenta, quibus ejusdem Ordinis Fratres illa fine cohabitatione memoratæ Commissionis tempore ministrabant, ita tu &c. Nos autem de Fratrum nostrorum consilio, & assensu ordinamus, definimus, ac decernimus statuentes, quod si usque ad *Capitulum Generale*, vel ab ipso Capitulo concordia super ministeriis hujusmodi a Fratribus impendendis de communi assensu partium non provenerit inter Ordines supradictos; ex tunc Ordo *Fratrum Minorum*, & ipsi Fratres, si voluerint, ac ipsum Capitulum generale eo ipso quod hoc voluerit, seu super hoc expresserit voluntatem, a prædictis cohabitatione, visitatione, ministerio, omnique onere alio quoad prædicta Monasteria, & personas degentes in eis sint liberi penitus, & immunes; & quod per eadem Monasteria, vel personas ipsorum, vel quoscumque alios eorum nomine, sive pro eis prætextu obsequiorum exhibitorum eisdem, aut Litterarum, Indulgentiarum, vel Privilegiorum ipsis Monasteriis, vel aliis quibuscumque personis sub quacumque forma a Sede Apostolica concessorum, sive ex quocumque alio jure, vel causa, nisi a supradicto Fratrum Ordine peti possit. Cum quibus ei non solum dictus Ordo *Sancti Damiani* committitur ad exhibendum Monasteriis, & personis ejusdem Sancti Damiani Ordinis ministeria consueta; sed & ipsi *Episcopo* conceditur, quod ad hoc possit compellere per Censuram Ecclesiasticam dictos Fratres; Nos eisdem Litteris quoad jurisdictionem, & potestatem sibi concessam in Monasteria prædicta, & personas ipsorum in suo robore duraturis, ipsas quoad alia, quæ dictos *Fratres Minores*, & eorum Ordinem quoquomodo contingunt, de voluntate dicti Episcopi revocamus; & carere decernimus omni robore firmitatis; etiam si de iis Litteris plenam, & expressam de verbo ad verbum fieri oporteret in præsentibus mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, provisionis, Decreti, & Statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem &c.

Provisionis Pontificis decretum.

Decretum aliud absolutum.

Liberi pronunciantur Fratres a cura Monialium.

Facultas Episcopo Praenestino concessa.

Clausula prohib. &c.

Datum apud Montem Flasconem XIV. Kalendas [b] Septembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Provisione pro Episcopo Bisinianen. commissa, in Provincia Strigonien., pro alio Episcopo nulla ibi provisio fiat. (Ex Reges. Pontif. Archivi Vatic. epist. 1186. tom. 4.)

URBANUS &c. CLXIX.

Anno 1264. die 2. Septembr.

Venerabili Fratri .... [c] *Archiepiscopo* Strigonien. [d] *Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

OLim tibi, & Venerabili Fratri nostro Paulo *Vesprimien.* [e] Episcopo tunc Præposito Ecclesiæ de *Alba* [f] super

Proprias litteras enunciat

(a) PROXIMUM CELEBRANDUM: Factum est autem illud Parisiis anno 1266.

(b) XIV. KALENDAS: Waddingus cit. in Annal. habet XVI. *Kalendas*.

(c) VEN. FRATRI ..: *Philippo* anno 1271. memorato in litteris Othochari Regis Bohemiæ pro fœdere inter eum, & Hungariæ Regem inito apud Raynaldum ad eum annum num.35.

(d) STRIGONIEN.: Hungariæ Metropolis primatiæ.

(e) VESPRIMIEN.: In eodem Regno, & sub eadem Metropoli, qui anno 1271. fuit unus, ac primarius interpres fœderis inter Bohemum, & Hungariæ Reges ex diplomate apud Raynaldum ad eum annum num.32.

(f) ALBA: Al. *Alba Regalis* Vesprimio ad 3. leucas vicina, olim Regum Hungariæ coronatione, & sepultura clara, nunc incolis *Ekekes Fejervvar*.

URBANUS PP.IV. An. Ch. 1264.

super provisione Episcopi Bisinianen.

per provisione Venerabili Fratri nostro . . . [a] Episcopo *Bisinianen.* [b] in certa quantitate pecuniæ usque ad certum temporis spatium in tua *Provincia* facienda nostras sub certa forma litteras [c] dicimur direxisse : Prælati quoque & Clerici ejusdem *Provinciæ* partem quantitatis hujusmodi pecuniæ prædictarum litterarum auctoritate ipsis impositæ dicto Episcopo solvere , ut accepimus , incæpete . Postmodum vero pro quodam alio Episcopo de *Regno Siciliæ* [d] super provisione videlicet sibi ab Ecclesiis , & Monasteriis *Ungariæ* facienda nostras sub certa forma litteras [e] ad certum executorem dicimur destinasse ; qui prætextu litterarum hujusmodi ordinavit , ut eidem *Episcopo* in centum & quinquaginta libris Turonen. [f] deberet a Monasteriis , & Ecclesiis dictæ *Provinciæ* annuatim usque ad triennium provideri . Tuque , cui dictus executor asseritur commisisse , ut provisionem hujusmodi dicto *Episcopo* juxta ordinationem suam infra certum temporis spatium assignaris [g] , eam sibi fieri in eadem *Provincia* [h] mandavisti ; quamquam Prælati & Clerici ejusdem Provinciæ , quos ad dictam provisionem faciendam intendebas compellere , recusaverint ipsam eidem Episcopo assignare . Cum itaque intentionis nostræ non fuerit , nec existat , ut in prædicta Provincia , in qua pro eodem *Bisinianen.* Episcopo scripsimus , & dicta sibi exhibetur provisio , ut superius est expressum ; deberet alii *Episcopo* [i] dicti Regni in provisione consimili provideri : Nos volentes super hoc paterna sollicitudine providere , Fraternitati tuæ mandamus , quatenus , si est ita , non obstantibus aliquibus litteris impetratis , cujuscumque tenoris fuerint , vel etiam impetrandis , quæ de præsentibus expressam non fecerint mentionem ; in negotio provisionis ejusdem *Episcopi* in dicta *Provincia* prætextu talis commissionis tibi factæ [k] ulterius non procedas ; nec super ipsa provisione permittas Prælatos , Collegia , seu alias personas Monasteriorum , & Ecclesiarum ejusdem *Provinciæ* aliquatenus molestari : Contradictores & molestatores per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo : non obstante , si aliquibus , quod excommunicari , suspendi , vel interdici non possint , a Sede Apostolica sit indultum .

& alias super provisione alterius Episcopi in Hungaria.

quem Strigonien. Antistes in eadem Provincia fieri mandavit.

Prelati, Clericique recusantibus.

& præter intentionem Papæ.

qui in dicta Provincia vetat eam fieri provisionem.

Obstantibus derogando.

Datum apud Urbem veterem IV. Non. Septembris , Pontificatus Nostri Anno Tertio .

Consulit Eneco nepoti Fr. Velasci O. M. de Præbenda Ilerden. renuente Episcopo dictæ Civitatis . (Ex Vatic. Regest. Pontif. epist. 15. tom. 4. an. 4.)

CLXX.

Anno 1264. die 8. Septembr.

URBANUS &c.

Venerabili Fratri . . . [l] *Episcopo* , *& dilecto filio* . . . *Sacristæ* [m] Cæsaraugustan. [n] *Salutem , & Apostolicam Benedictionem* .

Dilecti filii *Eneti* [*] Petri de *Roda* Canonici Ilerden. [o] Nepotis dilecti filii *Fratris Velasci* [p] Cappellani & Pœnitentiarii nostri petitio nobis exhibita continebat ; quod quondam Guillelmo

* Eneci

Eneci de Roda petitionis tenor

(a) Ven. Fratri nostro . . . : *Raynuccio* Ordinis Minor. ex epist. 192. Innocentii IV. anno 1254. 8. Novembris data .
(b) Bisinianen. : In Calabria eo anno , & mense promoto ex cit. epist.
(c) Litteras : Quæ nobis non sunt exhibitæ .
(d) De Regno Siciliæ : Cis Pharum hodie Neapolis Regno , in quo extat *Aquinum* , pro cujus *Episcopo* ab Ecclesia sua per hostes Rom. Eccl. fugato Papa dedit.
(e) Litteras : Incip. *Trahimus amara suspiria &c.* anno 1263. die 25. Septembris R. *Sancti Angeli Diacono Cardin.* , quæ in Vatic. Regest. Pontif. sunt ep. 515. to. 3.
(f) CL. libris Turonen. : De quibus in primo hujus Operis tomo pag. 128. & 131.
(g) Assignari : Subde *curares* .
(h) Provincia : *Strigoniensi* , cum in toto Regno *Hungariæ* facienda esset , non in parte jam pro ea se occupata , nempe pro Episcopo *Bisiniani* .
(i) Alii Episcopo : Scilicet *Aquinati* .
(k) Tibi factæ : A Richardo S. Angeli Diacono Cardinali , ut supra .

(l) Ven. Fratri . . . : *Hugoni* .
(m) Sacristæ : Lucinis antiq. *Æditue* al. *Æditimo* .
(n) Cæsaraugustano : Vulgo *Saragozza* Regni Aragoniæ caput , & Regum olim Sedes tunc sub Tarraconen. Archiepiscopo , postea honore Metropolitano donata .
(o) Ilerden. : Italis *Lerida* , Hispanis vero *Lleida* in Catalaunia Episcop. sub Tarraconen. Archiepiscopo .
(p) Fratris Velasci : Ordinis Minorum ex pluribus epistolis Pontif. In hoc , ac 1. hujus Bullarii tomo relatis ; qui ex hac epist. videtur extitisse cognomento *de Roda* , & patria *Ilerdensis* , vel *Cæsaraugustanus* anno seq. mense Augusti *Famaugustanus* Episcopus creatus , ut infra. Porro familia *Rodensis* nobilis Cæsaraugustæ floruit , & *Stephanus Balivus generalis* Regni Aragoniæ an. 1286. fuit unus e promotoribus novi Cœnobii Cæsaraugustani O. M. , fecitque illam Claustri partem , in qua ejus statua lapidea affabre laborata conspicitur hac inscriptione subjecta : *Sepulchrum Stephani de Roda Militis . Obiit Æra* MCCCXXI. hoc est anno 1283. ex Waddingo ad annum 1278. num. 37.

mo Bernardi *de la barcha* Canonico Ecclesiæ Ilerden. apud Sedem Apostolicam viam universæ carnis ingresso ; Nos attendentes laudabile testimonium, quod sibi perhibetur a multis ; ac volentes sibi obtentu ipsius *Cappellani* facere gratiam specialem *Canoniam* [a], & *Præbendam*, cum præstimoniis, seu redditibus, quos idem Guillelmus in dicta Ecclesia obtinebat, Apostolica sibi auctoritate contulimus ; & providimus de illis investientes dictum *Cappellanum* suo nomine de eisdem ; ac decernentes irritum & inane, si secus de *Canonia*, *Præbenda*, & præstimoniis, seu redditibus hujusmodi Apostolica, vel alia quavis auctoritate contingeret attemptari, vobis ei super hoc executoribus deputatis. Sane dicto *Eneto*, sicut ex parte sua fuit propositum coram Nobis, ad *Præbendam* ipsam in dicta Ecclesia canonice recepto in Canonicum, & in Fratrem, Venerabilis Frater noster ... [b] Ilerden. Episcopus asserens, quod quidam redditus, quos idem Guillelmus una cum *Præbenda* prædicta in dicta Ecclesia obtinebat ; quique in quarta parte decimarum Villarum de Almatellea, & de Almerge Ilerden. Diœcesis consistunt, aliquando fuere de Mensa Episcopi *Ilerden.*, & dicto Guillelmo in beneficium, seu præstimonium assignati ; quodque nostræ intentionis non extitit, ipsos *Eneto* prædicto conferre se ipsi *Eneto* opponit pro suo libito super illis. Unde ex parte dicti *Eneti* fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quia vero nostræ intentionis existit, quod idem *Enetus* ex hujusmodi collatione nostra habeat omnes redditus, quos prædictus Guillelmus obtinebat tempore mortis suæ in Ecclesia supradicta, quocumque nomine censeantur, & in quibuscumque consistant ; discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus prædictum *Enetum*, dicti Episcopi, aut cujuscumque alterius contradictione nequaquam obstante, omnium præstimoniorum, & redditum, quos prædictus Guillelmus in prædicta Ecclesia tempore mortis suæ obtinuit, faciatis pacifica possessione gaudere ; amoto inde, si opus fuerit, quolibet contentore ; Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita, compescendo.

de Canon. & Prebenda ei a Pontifice collata,

atque obtento,

sed ab Episcopo Ilerden. controversia,

& qua de causa.

Enetus supplicat pro concessis.

Pontifex mandat id, quod supra.

Datum apud Urbem veterem VI. Id. Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Hujus Pontificis Epistolæ, quibus caremus.

1. SAnctimonialibus Monasterii *Montis Lucii* Perus. Ord. S.Claræ epist. de sua ad Pontificatum promotione ex Waddingo ad ann. 1261. num.7.
2. Guardiano, & Fratribus Conventus *Parisien.* eorum precibus se commendans, eisque omnem Sedis Apostolicæ favorem pollicitus *Dat. Viterbii* XI. *Kal. Decembr. Pontif. anno primo*, ex Gonzaga par. 1. de Conv. Parisien.
3. Ministro Generali committit prædicationem *Crucis* ubique locorum pro Terræ Sanctæ subsidio ex ejusdem Pontificis epist. 31. *Cum prædicationem &c.*
4. Lucanis pro pace cum Pisanis, & ne Castrum *Aginulfi* oppugnent ex epist. 84. 85. & 86. ejusdem Urbani.
5. Fr. Florasio Ord. Min., ut excommunicationem ferat in *Reatinos* Ofreducium Miranden. eorum Prætorem sequentes ex epist. 56. *Dilectus filius &c.*
6. Idem Fr. Florasius fit administrator & Procurator Monasterii *S. Pauli de Urbe* ex epist. 104. *Olim intellecto &c.*
7. Plebano de Carminiano pro Fr. Gotifredo O. M. Episcopo *Agrigent.* exule pecunia providendo in Sardinia ex epist. 136. *Ad hæc Deus &c.*
8. Ministro Provinciæ Franciæ pro Sororibus de Pœnitentia *Lucemburgen.*, ut Sanctæ Claræ Regulam eis daret ex epist. 154. *Pia vota personarum &c.*
9. Ministro Provinciæ *Marchiæ Tarvisin.* & aliis, ut consulerent Ecclesiis Veronen. Diœcesis ex epist. 158. *Ex parte dilectorum &c.*
10. Eidem postea aufert curam & executionem talis negotii ex cit. epist. 158.
11. Biterren. Episcopo, duobusque aliis commisit causam Episcopi *Ruthenen.* ex ep. 272. Reges. Vatic. an. 3. *Olim inquisitionis &c.* & 48. Clementis IV. *De venerabili &c.*
12. Episcopo Bononien. de certa pecuniæ summa Bonæ *Tabellioni Bonon.* danda ex ejusdem Urbani Papæ IV. epist. 167. *Exposuit nobis &c.*
13. Stephano Cardin. Episcopo Prænestino, quem Ordinis S.Claræ *Protectorem* constituit ex epist. 168. *Inter personas &c.*
14. Itidem eidem circa quosdam Fratres Ord. Minorum a regimine Monialium S. Claræ amotos ex cit. epist. 168.

(a) CANONIAM: Munus, & locum Canonici.

(b) VEN. FRATER ..: N.

15. Archiepiſcopo Strigonien. & Præpoſito *Alben.* pro ſubſidio Epiſcopi *Biſinian.* O. M. ex epiſt. 169. *Olim tibi &c.*

16. Fratres Hoſpitalis S. Lazari *de Valle Collis* exemit a collectis, & præſtationibus ex epiſt. 66. Clementis IV. *Paupertati veſtræ &c.*

17. Monachis *Cluniacen.* pro loco *Cariloci* Fratribus O. M. permittendo ex ejuſdem Clementis IV. epiſt. 123. *Orta dudum &c.* & alia Nicolai III. *Olim ex relatione &c.*

18. Epiſcopo *Abulen.* O. M. pro translatione Epiſcopatus *Sidonien.* ad Inſulam Gadium ex prædicti Clementis IV. epiſt. 57. *Cum tibi ad ſupplicationem &c.*

19. Rolando Ferentinati Capell. pro Cœnobio Fratrum O.M. *Ferentini* erigendo contra Epiſcopum, & Clerum illius urbis ex epiſt. Nicolai III. *Significarunt nobis &c.*

20. Epiſt. pro Conventu Serræ *S. Quirici* Cuſtodiæ Æſinæ in Prov. Marchiæ Anconit. an. 1263. ex Waddingo ad an. 1290. n. 29.

21. Fratribus *Sezanii* Diœceſis Trecen. in Gallia facultatem tribuit mutandi locum *Dat. Pontif. an. 2.* ex Gonzaga apud Waddingum ad ann. 1260. n. 61.

22. Inquiſitoribus hæret. pravit. facultates tribuit: *Licet ex omnibus &c. Dat. Viterbii* VIII. *Idus Julii Pontif. anno primo* ex Indic. Bull. Seraph. ad ann. 1262.

23. Miniſtro Provinciæ *Tuſciæ* facultas datur inſtituendi *Inquiſitores* contra hæret. pravit. *Licet ex omnibus &c. Datum Viterbii* X. *Kal. April. Pontif. anno* 1. ex autographo in Archivo Florentino noſtri Conventus S. Crucis, XII. Kal. April. ex cit. Indic.

24. Commendat Fratribus O. M. *Ordinem S. Claræ: Spiritus Domini &c. Dat. apud Urbem veterem idibus Maij Pontif. anno* II. ex autographo ejuſdem Archivi Florentini.

25. Epiſtolæ promotionum ad Epiſcopatus *Alben.*, *Agrigentin.*, *Taurinen.*, *Terracinen.*, *Viterbien. &c.*, ut habetur ex epiſtolis hos Antiſtites referentibus.

FINIS TOMI SECUNDI.



INDEX

INDEX

RERUM, ET VERBORUM

HUJUS SECUNDI VOLUMINIS.

A

B

Bona-

Ca-

Cuja-

D

E

F

G

Gre-

H

I

Jutia al. Jutland. - V. Ripen.

K

L

Lotha-

M

Mona-

N

Nico-

O

P

Pru-

Q

R

Ru-

S

T

V

ADDEN-

ADDENDA, ET CORRIGENDA
IN HOC SECVNDO VOLVMINE.

Pag. col. num.
xi. a. cxxxiii. Humilitatia - *corr.* Humiliatis.
xx. 1. xciii. excnmmunicatus - *corr.* aacommunicatum.
cii. obfolvat - *corr.* abfolvat.

Pag. col. no. lin.
9. 1. 26. *add. Eodem modo, ac die* Monafterio *de Paradifo* Conftantien. *ex Regef. Vatic. Pontif. epift.* 65 o.a. *anni* I.
17. 2. 16. *Eodem modo* Capitulo &c. - Ecclefia veftra Paftoris folatio deftituta &c. *ut in praecedenti epift. verbis competenter mutatis ufque* gubernari. Univerfitati veftræ per Apoftolica fcripta mandamus, quatenus non obftante proceffu, quem nullum meriti reputamus, infra xv. dies poft receptionem præfentium de confilio, & affenfu ipfius Archiepifcopi provideatis eidem Ecclefiæ de perfona idonea canonice in Epifcopum, & Paftorem: alioquin eidem Archiepifcopo litteris noftris injungimus, ut ipfe auctoritate noftra præficiat &c., *ut in praecedenti ufque in finem.*
19. 1. (c) 1. die 21. - *corr.* die 29.
27. 1. (c) 3. 1253. - *corr.* 1254.
40. 1. (b) 1. Mauritio - *corr.* Manzino.
48. 1. (a) 3. 1253. - *corr.* 1254.
53. 1. (a) 3. *deleatur* & ultima; *infra enim fub Urbano IV. & Jo. XXI. occurrit ejus mentio.*
55. 1. 2. Supplicantium - *corr.* fupplicandum.
56. 1. (d) 1. 162. *corr.* 163.
2. (i) 5. Lacovv - *corr.* Lucovv.
66. 2. (i) 1. 150. - *corr.* 154.
(k) 1. 149. - *corr.* 150.
67. 1. in marg. 1257. - *corr.* 1255.
75. 1. (d) 4. *add.* in 1. hujus *Bullarii* tomo pag. 196. col. 2. (d) dictum eft, Ecclefiam inceptam fuiffe anno 1221. a Bartholomæo de Puliola: fed illa de veteri, primaque noftra Sac. Æde Puliolæ fita loquitur: hæc autem nonnifi poft ann. 1236. vel circiter inchoata eft ad portam tunc vulgo *novam*, nunc *Terriufcolum Sancti Francifci* in regione portæ *Steria* al. Soteriæ, ubi modo invifitur, anno 1261. terminata a cit. Fr. Bartholomæo.
97. 1. 41. vulpeculis - *corr.* vulpeculis.
106. 1. 37. Venerabile - *corr.* Venerabili.
142. 2. 18. Bergomen. - *corr.* Pergamen.
152. 1. (h) 2. in pluribus - *add.* Mss. vetuftioribus a me infpectis, &c.
154. 1. 23. Cufionen. - *corr.* Curonien.
169. 1. (b) 1. Bafilianorum - *corr.* Fontis Laureati.
160. 2. (1) 4. Prædicatoribus - *corr.* Prædicatorum.
7. Prædicatoribus - *corr.* Prædicatorum.
232. 1. (d) 1. mulos - *corr.* multos.
241. 2. 23. *add.* Dat. Viterbii nonis Septembris, Pontificatus noftri anno tertio.
304. 1. 37. eorum - *corr.* earum.

Pag. col. no. lin.
304. 1. 15. Monafterium - *corr.* qui Monafterium.
305. 2. (d) 6. Notarii - *corr.* notari.
313. 1. (c) 1. Miniftro Generali - *corr.* Miniftro Provinciali.
319. 1. in marg. 1258. - *corr.* 1259.
337. 2. (l) 5. *add.* - Vide correctionem in no. (d) ad *Bullam* 531. infra.
348. 1. 1. Argumentum Epiftolæ ita mutetur. Ut Sugnenfis Epifcopus Fratres Min. reducat ad Ecclefiam S. Martini, & relaxet fententiam *excommunicationis* in Fratrum benefactores latam.
366. 2. (h) *deleatur* hæc nota; nihil enim ibi deeft.
(l) 3. a Gregorio IX. - *corr.* Gregorii IX.
413. 1. in marg. fi - *corr.* fi.
419. 2. (n. 45.) 4. 132. - *corr.* 133.
432. 1. 33. Sclanca - *add.* Civis Regienfis, Raynerius de Adelardis Civis Mutin.
444. 1. (d) 1. *add.* Memoratur vero hæc *Domus Leproforum* cum Ecclefia *S. Lazari* Lavaniæ fubjecta Collegiatæ S. Salvatoris ejufdem Oppidi ex 402. *Bulla* Innocentii in I. hujus Operis tomo vulgata pag. 601. fub ann. 1252.
453. 2. (i) 5. *add* - nifi velint fuiffe eum e fpectatiffima familia *Oria* al. Auria Genuen. vulgo *Doria*.
455. 2. (b) 4. 124. & 155. - *corr.* 126. & 159.
462. 1. (c) 1. *add.* Quem Martinus IV. epift. populo Romano anno 1264. data apud Raynaldum ad eum ann. n. 29. vocat *Cittadinum dictum de Epifcopo judicem civem Urbevetanum Ecclefiæ Romanæ fidelem, exaltationis Romani populi zelatorem*; a fe ad dictum Romanum populum pro quadam diffenfione miffum.
544. 1. (b) 8. *add.* - Affifi vero in Tabulario noftri facri Conventus S. Francifci fervant extare *Repertorium*, five Indicem rerum Sacrarii illius Ecclefiæ anno 1338. die 15. Februarii confectum, vel renovatum; in quo legitur: *Item una Crux cum figuris de laminibus argenteis, & pomis deauratis, quam mifit Epifcopus Auximi Frater Benvenutus.*
566. 2. 33. concordi a - *corr.* concordia.
570. 1. 18. Magiftro - *corr.* Miniftro.
571. 2. (n) 1. Paleftinam - *corr.* Palæftinam.
573. 1. (b) 6. *add.* - fed cum ex epift. *Mediator Dei &c.* hoc an. 1264. die 22. Junii data habeamus, eos Nuncios adhuc Conftantinopoli degiffe; probabilius videtur, hunc Fr. S. alium fuiffe nobis ignotum.
(d) 10. Rayaldum - *corr.* Raynaldum.
580. 2. 9. Lacovv - *corr.* Lucovv.
26. 230. - *corr.* 130.
582. 1. 44. *add.* 462.
584. 2. 27. Vultarran. - *corr.* Volaterran.
43. Auguftinus - *corr.* Cherubinus Auguftin.



